

VOLV MEN SEC V N D V M,
 COM P L E C T E N S
 S C R I P T O R E S R E R V M
 G E R M A N I C A R V M,

- | | |
|--|--|
| I. CHRONICON SCHWARZACENSE AB A. 800. AD A. 1590. E COD. MSCT. | V. AVENTINI ORIGINES OETINGEN- SES CVM DIPLOMATIBVS. |
| II. ORIGINES BANZENSES AN. 1123. E COD. MSCT. | VI. ORIGINES COENOBII MVRENSIS AN. 1130. |
| III. CVN. DINNARI VITA BVRCARDI ABBATIS IN SCHWARZACH ET BANZ. MSCT. | VII. ACTA MVRENSIA ET HABSBVR- GICAE ORIGINES. |
| IV. CHRONICON REICHERSBERGEN- SE AD AN. 1200. CVM DIPLOMA- TIBVS. | VIII. P. WIAE NOTITIA CAMINENSIS EPISCOPATVS E COD. MSCT. |

C V M

P R A E F A T I O N E E T I N D I C E L O C V P L E T I S S I M O,

C V R A

IOAN. PETR. Ludewig/ IC^{ti},

REGALIS CVRIAE ET REGIMINIS CONSILIARII, IVRIVM ATQVE HISTORIA-
 RV M P R O F E S S O R I S A C A R C H I V A R I I I N T A B V L A R I O
 M A G D E B V R G I C O.



FRANCOFVRTI & LIPSIAE.

ANNO MDCCCXVIII.

GERMANICARVM
SCRIPTORES RERVM
VOLUMEN SECVNDVM

| | |
|-----------------------------------|---|
| I. CHRONICA RERVM GERMANICARVM | 1 |
| II. ORIGINES RERVM GERMANICARVM | 1 |
| III. CIVITATVM RERVM GERMANICARVM | 1 |
| IV. CHRONICA RERVM GERMANICARVM | 1 |

PRAEFATIONE ET INDICE LOCUTISSIMO
IOHANNES PETRUS THOMAS



FRANCOGALLIAE HISTORIA
FRANCOGALLIAE HISTORIA

LLVSTRA
LVDI
HO
LAVSTRA
DE FR
DEBELA
DOMI
FE
me
no
esse, reipla
fessus lis om
gator, quan
mercia litter
quaeque, qu
quam provid
rite scienterq
sermonibus in

ILLVSTRISSIMO atque EXCELLENTISSIMO
DOMINO,
LVDOVICO GODOFREDO,
S. R. I. COMITI

DE
HOHENLOHE,

LANGENBVRGI, WALDENBVRGI, PLVRI-
VMQVE FRANCONIAE DYNASTIARVM DOMINO,

CETERA
PFEDELBACI SEDEM PRINCIPALEM
HABENTI,

DOMINO MEO ET PATRONO

INDVLGENTISSIMO HONORATISSIMOQVE

S. P. D.

IOAN. PETRVS LVDEWIG, ICTVS.



PFEDELBACVM, PALATIVM TVVM, quo
me sub exitum ANNI CIOIOCCXV. mense
NOVEMBRI uocasti, cum, augustissimi
principis causa, per semestre agerem in
Franconia, instar cuiusdam prytannei
esse, re ipsa cognoui, postquam intellexi, quam inde-
fessus sis omnium, quae in cultiori orbe fiunt, inda-
gator, quanta TVIS impensis alas habeasque com-
mercia litterarum, quam in comperto tibi nouissima
quaeque, quam prudenter de actis factisque iudices,
quam provide futuros praesentias euentus, quam pe-
rite scienterque illustres omnia, quae occurrunt, TVIS
fermonibus in colloquiis, quae TVO conuietui perpe-

[*]

tua

tua corollaria et condimenta. Fateor, me menstruum illud spatium et quod excurrit, per quod me hospitem TVVM et conuictorem esse uoluisti, non sine animi magna uoluptate, cum insigni ualetudinis commodo, in TVO consortio transegisse. Est enim TIBI multa cultioris orbis notitia, quem fere emensus es in TUA iuuentute, itineribus, per Belgii prouincias regnaque Angliae, Galliae et Hispaniae susceptis eoque consilio fructuque peractis, ut harum gentium disceres mores, instituta, consilia, commoda, opes, linguas et quicquid facere potest ad animum colendum ac instruendum optimarum in uitaque ciuili utilium rerum adparatu. Si natalium TIBI fors negasset prouinciam, in qua ipse rerum es dominus, uirtus certe TUA spartam meruisset habuissetque apud principem augustissimum, cui esse potuisses Mecoenas, amicus et administrator. Sed TVVS esse mauius TIBI tuisque, quam pendere ab aliena uoluntate ac nutu, hodie praesertim, ubi tantae aularum corruptelae, uitia, pessimae consuetudines, luxus ac libido, quae omnia tam altas radices egerunt, ut fere in mores iuerint Germaniae principum frustra que sit omnis in aduersum requisita medela. Est tamen in communi multorum principum amore ac amicitia, qui TUA confortione ac societate saepe, olim ad inuidiam quandoque aliorum curialium, solent capi ac oblectari. Quibus autem rarius nunc uti soles foris, cum domi TVAE non desint TIBI boni animi deliciae. Quemadmodum enim magnum humanae felicitatis argumentum, tori socia gaudere, quae in uirtutibus ac moribus respondet marito: ita prouidum Numen ex TUA gente TIBI TVAEque dexterarum iunxit LVDOVICAM CAROLAM, LANGENBURGENSEM comitem, foeminam inter principes sui sexus, prudentiae, facundiae, litterarum causa, praesertim in diuinioribus dogmatibus ac doctrinis, quibus subinde animum recreat oblectatque. Dignissimam ideo sororem illius IOANNAE SOPHIAE, nostri aevi in Anglia HEROINAE incomparabiles, cum ob uirtutem singularem, tum ob scientias et artes, plurimumque Europae linguarum peritiam, in qua Angliae proceres ac principes

eam

eam suspexere instar oraculi aut cuiusdam MINERVAE
bonis auibus e Germania ad illos euocatae. Nihil er-
go, uere dico, TIBI tuisque fortunis deest, quam so-
boles, quae heres fit bonorum et uirtutum utriusque
parentis laudatissimi. Sed hoc TE docet, nihil in rebus
mortalium perfecti; quaerenda ideo alterius orbis
ac seculi bona, quae omni parte expleta et in quibus ni-
hil superest, quod uouere possis ac desiderare. Non
ergo effeuescis aduersus hanc fati legem aut prouin-
ciae ideo TVAE negligis curam, quod eam consanguini-
neis, non TVIS heredibus sis relicturus. Potius cura-
tissimam habes domus TVAE, principis inter illustris-
simas Germaniae comitū familias, rationem neque ne-
gligis, si qua parte adparent eius accessiones et incre-
menta. Quod quidem ego eo adfirmare possum fiden-
tius, quo magis meam quoque in hoc genere senten-
tiam requisuisti, calculo TVO omnino adprobata, ut
litium quarundam cum imperiali ciuitate Halensi
me feceris iusserisque esse principio arbitrum, post no-
uae pacis et concordiae cum urbe, mihi patria, concili-
atorem. Factum quoque procuratione mea, ut, argu-
mentis ex utraque parte uentilatis, missis etiam hinc
inde nuntiis, tandem in pacta conueniretur, quae de-
mum me interprete litteris concepta meoque et nun-
tiorum calamo subscripta sunt CUPERCELLAE in lo-
co, utriusque litigatori intermedio, DIE III. mensis DE-
CEMBRIS anni CIO ICCCXV. neque multo post TVO et-
iam calculo, domine, consensuque senatus Halensis
adprobata, formulis rati et grati utrinque inuicem
permutatis. Quod utinam mei in TE cultus fidei-
que, patriae probatae, perpetuum sit monumentum.
Neque me poenitet temporis, quod propterea in pala-
tio TVO conuictuque exegi, cum a TE nunquam nisi do-
ctior recesserim in meum conclaue. Vti uero maxi-
mopere TIBI auctor tum fui, ut curares describi HISTO-
RIAM HOHENLOICAM, cum uetustatis, tum celebri-
tatis causa illustrissimam, praesertim uero rebus Fran-
coniae uniuersae utilem, cuius tertiam fere partem ha-
buerunt Hohenloici in suo dominatu: ita publico ite-
rum nomine et occasione, TVO nomini illustrissimo in-
scri-

scripti uoluminis, TE rogo, ut hanc demū expleas spem
 atque uiro, rerum iuriumque gnaro, eam prouinciam
 demandes. Reperi quidem in tabulario cum TVO, tum
 OERINGENSI, quod Ioan. Baltasar FLEINER, silen-
 tiarius olim uester, condiderit *annales Hohenloicos*, a
 principio rerum ad annum usque CIO ICCLVII. cui subsi-
 diarias operas praestitit frater eius Ioan. Cunradus, pa-
 stor olim Forchtenbergensis, qui labor sperni non de-
 bet, quoniam opusculo inseruntur aliqua diplomata: sed parum hoc ex illis,
 quae rerum, ab Hohenloicis gestarum, magnitudo momentaque requi-
 runt. Gauisus sum ante triennium, cum audiuissem, KLOZIVM, uest-
 trae cancellariae rectorem, manum huic operae admouisse: sed ex quo
 ipse a uobis dimissus, illa forte decollat nunc spes. Ut uestra gente omni-
 no sit indignum, nihil de illa superesse, quam *fastos Hornianos*, qui ipsi non
 fuere ad uestrum palatum. Scio, obiici plurima huic instituto impedi-
 menta. Nam *tabularia* uestra, dicitis, a diuersis esse requirenda uestrae fa-
 miliae dynastis, *Oeringae, Neuensteini, Bartensteini, Langenburgii, Weickersheimii* et
 forte aliis. Verum quis dubitet, omnes ad hoc institutum conspiraturos
 esse consanguineos, ut uestrae gentis promoueatur celebritas. Et, si aliqui
 eidem defuerint, agat scriptor, quod potest atque in subsidium uocet Ger-
 maniae annales et diplomata, quae passim Hohenloicos habent subscriptores.
 Fugitiuo egomet oculo decurri monumenta tabularii *Oeringensis*, in turri cu-
 stodita templi ibidem primarii. In quibus, post Hohenloica, etiam *Weins-
 bergensium dynastiarum* hereditarii iuris *camerariorum imperii*, familiae emortuae,
 amplum ac plenum reperi archiuum, Caesareis codicillis, bullis pontificum
 atque aliorum principum et antistitum litteris insigni uetustissimoque instru-
 ctum adparatu idque inde a seculo undecimo ad sequentia. Hos tantummo-
 do oculos si bene excusserit domesticus scriptor contuleritque illa cum
 Fleinerianis rerumque Germanicarum uoluminibus cum uniuersim, tum
 sigillatim in Franconiae pago, praesertim in locis, quae olim Hohenloico
 imperio paruerunt: habebit certe adparatum, non adeo indignum hoc
 argumento. Accedunt plura VESTRAE domus singularia, unde iuri publi-
 co Franconiae Germaniaeque nostrae plurimum accedere potest lucis. Fue-
 runt Hohenloici dynastae plurium CAESARVM VICARII; ADVOCATI,
 praefecti ac iudices IMPERIALES; PATRONI cuforum et fabrorum aheni;
 octodecim annorum eius gentis est MAIORENNITAS aliaque genera iuris
 Germanici reliquiarum, quae offendi, cum uestra obiter tantum ac cursim
 inspexissem. Quod cum ita sit, TVAM in musas beneuolentiam iterum
 obtestor uoueoque, ut TVAE gentis historia, TE parente et gloriosi operis
 autore, prodeat in lucem. Deum precor, ut ob has etiam curas, TIBI atque
 illustrissimae coniugi TVAE uita sit longa et integra ualetudo. Quas pre-
 ces supplicationibus iungo, quas pro TVA salute faciunt subditi TVI, id est,
 pro TVA in illos indulgentia et uirtute. Scripsi in FRIDERICIANA
 die XII, Kal. mensis MAII, ANNO CIO ICCLXXVIII.

* * * * *

...

PRÆFATIO
AD SCRIPTORES RERVM
GERMANICARVM
TOMI SECVNDI

IOAN. PETRI LVDEWIG, ICTI.

§. I.



Incipiunt *Bambergenses* scriptores suo nunc ordine alii, quos hoc quidem volumine damus, instar *accessionis*. Partim, quod describant res, illi praesulatu utiliter aut vicinas, partim, quod dignissimi sint, ut e carceribus, quos memoraverunt, liberati, in publicam lucem emitterentur. Sunt vero alii eorundem INEDITI adhuc, alii adeo DIFFICILES inuentu, ut eodem fere pretio cum *manu exaratis* codicibus aestimari mereantur. Parem igitur utrumque genus habebit gratiam apud illos, quibus vel aliqua *rerum iuriumque patriae* cura vel studium in Germaniae, inferioris praesertim aevi, indagazione. Principio in hac scena se offert

Causae voluminis secundae rerum Germanicarum.

§. II.

I. CHRONICON SCHWARZACENSE ab anno 815. ad annum 1590. e codicibus MSCris.

Latuit liber adhuc apud viros eruditos, qui illum passim describere manibus, ut haberent, quo uterentur. Primum exemplum offendi in supellicili litteraria WAGENSEILII, quam senatus aere redemit Lipsiensis, hocque insignium *msctorum* incremento bibliothecam auxit civitatis. Alterum meis ulibus transmisit HOENNIVS consiliarius et iureconsultus Saxonicus atque praetor Coburgensis. Tertium Halae Sueuorum nactus sum in patria apud amicum, mihi consanguineum. Licet vero illud certum sit, quod auctor chronici *Vrspergensis*, ut centum alia, ita hoc etiam chronicon alicubi exscripserit retuleritque inde aliqua in suos usus: res tamen ipsa docet, quod illud sit minimum, praesertim si ultima tria secula aestimaueris, quae ille ne quidem attigit. Ipse libellus hic in rebus uerbisque plures forte auctores habet. Ut scilicet solenne est monachis, compilare omnia uerbatim et cogere in unum, instar diuersarum laciniarum centonis. Interim pretio illius inde nihil decedit, imo maioris mihi in hoc quidem genere illi auctores fiunt, qui ex coaeuorum scriptorum fragmentis consuunt conglutinantque annales, quam illi, qui nouas illis formas induunt adferuntque uim et sensus adfingunt multoties peregrinos. Franconiae certe historiam, quod satis est, chronicon hoc ualde illustrat et res praesertim *Wurzburgenses*. Cuius praesulis dioecesi adscriptum *Schwarzacense* coenobium, quamuis auctor querelas moueat satis acerbis aduersus episcopos aliquos, qui id unice egerint, ut ex coenobii angustiis ditescerent auerterentque patrimonium ad libidinem et luxum. Absunt tamen monachi *Schwarzacenses*, Benedictini ordinis, quam longissime ab omni genere mendicitatis. Nomen ei a fluuio *Schwarzach*, qui non procul a coenobio *Moenum* illabitur. Distat illud aliquot leucas ab *Herbipoli*, inter quam et *Schweinfurtum* interiacet. Describere *Schwarzacense* coenobium *Mabillonius* in *Benedictinis*, *Bruschius*, *Buchlinus* ex nostratibus, quos ultimos primus sequitur, nostro chronico destitutus.

RECENSIO.

I. Chronici Schwarzacensis coenobii instituti 815.

§. III.

II. ORIGINES coenobii BANZENSIS ex fragmento MSCto.

Vti in rebus medii aevi nil sperni debet, quod rerum gestarum habet memoriam: ita merentur illa in primis fragmenta pretium prae aliis, quae rebus obscuris adferunt lumen. Cum igitur in codice quodam schedas ori-

II. Banzensis coenobii originum an. 1060.

(a)

ginum

ginum *Bantzensum* conspicerem, descripsi illas, licet imperfectas et decerptas de pleniori tractatu. Neque etiam ab hoc loco fragmentum hoc alienum est. Nam *Banzenſe* hoc coenobium, quod olim *Wirzburgenſi*, nunc *Bambergenſi* est additum dioceſi ueneraturque inſtar noui conditoris *S. Ottonem*, cuius uita primi uoluminis non minimam abſoluit partem. Situm eſt coenobium *Banz* ad *Moenum* fluiuium, non procul a *Coburgo*. Ordini ſe deuouit *Benedictino*, unde celebriorem certe memoriam meretur in *Benedictinis* actis et annalibus, ubi uix uno commemoratur uerbo. Reditus et opes habet ſacro nobilium collegio non indignos. *Catalogos abbatum* inde a principio anni 1069. abbate *Cunrado* ad annum uſque 1671. congeſſit *BUCELINVS* *part. 4. Germaniae* 5. p. 27. 28. expleuitque ita lacunas in *BRV-SCHIO*, qui, licet ſui aeuſi *abbatem Banzenſem* carmine celebrauerit, non potuit tamen abbatum integram ſeriem conquirere ac nanciſci. Fertur tamen hodieque inſtructum diplomatibus tabularium ſuperſeſſe in coenobio, ut uouendum omnino ſit, hos etiam ſacros collegas ſua ſymbola ad Germaniam ſacram conferre.

§. IV.

III. *CUNRADI DINNERI* *ICti* uita *Ioannis Burchardi abbatis coenobiorum Schwarzach, Banz, S. Stephani in Wirzburg e MSct.*

III.
*Biographiae
Dinnerianae.*

CVM in *Banzenſe* fragmentum inciderim, in praecedenti incifo recenſitum: non praeter rem me facturum eſſe credidi, ſi uetuftioribus illis iungerem hanc *Dinnerianam biographium*, quae abbatis *Ioannis Burchardi* res, in coenobio ab anno 1563. ad annum uſque 1595. geſtas, docte ſatis eleganterque exhibet ponitque ante oculos pii lectoris, eo quidem modo, ut omnibus abbatibus proponi poſſit in exemplum eosque ſui inter ſacros collegas officii admonere. Eidem auctori, docto et diſerto, debentur *abbates Banzenſes*, ſermone ligato deſcripti, quos, cum ipſe laudat, tum *Bucelinus*, *Alia*, quae tam ipſe, quam filius eius *Andreas* edidere, non ſunt huius loci et argumenti.

§. V.

IV. *CHRONICON REICHERSPERGENSE* (*) *a principio rerum ad annum CIOCC. cum diplomatibus et diplomatum codicillo ad pendice, Monachii 1611. in 4t.*

Reichersbergensis chronici praetium ingens.

FIDENTER adfirmo, huius chronici eam in rebus Germaniae cum uniuersis, tum Boicis ſigillatim, utilitatem eſſe: ut neceſſe ſit, uel legere illud uel plurimorum notitia carere ac deſtitui. Habet enim illud ſingularia prorfus aliisque eius aeuſi ſcriptoribus uel non commemorata uel ſecus. Deinde nititur auctor non incerta aut dubia fide, ſed idoneis inſtrumentis, codicibus, chartis, bullis et diplomatibus, quae paſſim inſerit opuſculo abeſtque parum ab elogio hiftoriae diplomaticae: tum non in minutiis et fabulis uerſatur, ſed in actis geſtiſque magni momenti, nunc *Caesarum*, nunc pontificum, nunc domi, iterum foris, in eccleſia curiaque, inque argumentis ſacris, ciuilibus, publicis, clientelaribus, prouincialibus, quorum omnium rationem habet expeditiſſimam. Magna itaque gratia habenda Boioariae ducis conſiliario et iure conſulto *Chriſtophoro GEWOLDO*, quod illud uindicauerit ab interitu *Monachii* ſub praeteriti ſeculi ingreſſum. Haud enim dubie illud uel periſſet alias uel tamen nondum uidiſſet lucem careretque illa etiam nunc *Germania* noſtra, ſimili et adhuc inani deſiderio, quo alios Boioariae domeſticos et coaeuos ſcriptores, *Hermannum ALTAICHIVM*; *Volmannum FVRSTENFELDENSEM*; *AMANDVM*; *anonymum ALLERSPACENSEM* aliosque proſequimur, quos adhuc ſitimus et fruſtra expeſtamus. Auctor ipſe eſt *anonymus*, coaeuus temporibus ultimis ſeculi duodecimi exeuntis, quod ex rationibus coniciendum ordinis, ſermonis, iudicii rerumque aliarum generis eiudem. Vtrum *monachus Auguſtinianus* fuerit, quod ſibi perſuadet *AVENTINVS*, nolim tuto ad-

A Gewoldo uendicatum ab interitu.

Auctor anonymus.

(*) Deſcribit *Reichersbergense* coenobium *Wiguleius HVNDIUS* in *Salisburgenſibus* episcopis, ad annum *CIO LXXX*. in *GEBHARDO* de *Nelfenſtein*, qui frater foeminae fundatrici atque in catalogo coenobiorum per *Boiariam*.

adfirmare. Nam in factis enarrandis animum prodit studio usque rerum diuinarum humanarumque, ut fuerant tempora, non obiter imbutum, ultra certe, quam fieri solet in studiis monasticis. Ceterum ea est hodieque *Reicherspergensis* coenobio dignitas et celebritas, ut opus non sit aliqua descriptione. Situm est ad *Oenum* fluuium non procul a *Passavia* metropoli, montis altitudine, uestiti rerum abundantia ac diuitiis, unde *diuitis montis* ei adpellatio. Sacri eius collegae CANONICI REGVLARES S. AVGVSTINI. Conditores uenerantur WERNERVVM, quem alii *Bernhardum* dicunt (**), COMITEM DE REICHERSPERG et uxorem eius DIETBURGAM, ex familia de HELFENSTEIN, Gebhardi archiepiscopi Salisburgensis sororem. Hoc enim suafore utrumque coniugem, quod prole careret, consilia sumpsisse ipsoque euentu probasse, ut *Reicherspergensis* patrimonium uerteret in sacrum *monasterium* eique daret abbatem dioecesi additum SALISBURGENSIS archiepiscopi (***) idque anno CIO LXXXIV. Licet uero ipsam *chronicon* Reicherspergensis plenum et praegnans plurium diplomatum et codicillorum; addidit tamen editor eius GEWOLDVS infigne spicilegium, ex eodem Reicherspergensis coenobio depromptum, in quo non solum in lucem produxit singularis momenti *bullas* Romanorum pontificum, sed etiam *archipraesulam* epistolas, quae pretium operae non leuiter adaugent. Quod uero superius de *Bambergensibus* *Diuis* scripsi, illud hic quoque est repetendum. Adeo enim difficilis inuentu emtuque fuit hoc opusculum, ut aliqui, num editum illud fuerit, an uero promissum tantum, modo inciperent subdubitare. Tot nunc redimi potest drachmis, quot olim constitit uncialibus aut thaleris.

Coenobii
Reichersper-
gensis cele-
britas.

Institutio an.
1084.

Chronicon
Reichersper-
gensis emptu-
rarum.

§. VI.

V. HISTORIA OETINGENSIS coenobii in Boioaria cum DIPLOMATIBVS, cura Ioannis AVENTINI Noribergae 1518. in 4t.

Paruum est opusculum, sed spissum *diplomatibus* *Carolingicis*, carioribus certe argento et gemmis. Vnde satis fuerat illa promouere in manus hominum litteratorum: quas omnino fugerunt adhuc, schedarum exemplis fere omnibus deperditis in Auentini monopolio, quo eum instruxerunt principes Boioariae, qui codicillus cum uerbis utatur, ab obseruantia curiali paulo abhorrentibus, placet illum addere in marginis radice (****). Neque enim e re, iuribus dignitateque Boioariae ducum fore credidi, si adpellentur *praefecti praetorio Rheno*, qui reipublicae Romanae administri, non principes, instructi territoriorum potentatu. Etiam illud hic intelligitur, quod sibi in hoc libello proposuerit lucrum *Auentinus*, quem ideo ad aedes Deiparae uirginis Oetingensis exposuit uenum, ut eo plures emtores haberet in coenobii frequentatione hominum circumcirca confluentium, ad uidendum diuina imaginis Mariae Deiparae portenta, quibus omnino istud coenobium dicitur prae aliis Germaniae uniuersae abundare. Ceterum OETINGAE huius scripsit historiam *Iacobus IRSINGVS* (*****), collega Iesu,

Historia Oe-
tingensis coe-
nobii in Boio-
aria an. 1230.

(a) 2

(**) Ita Wiguleus HVND ex eoque *Iacobus GRETSEVS* in uita GERHOHI Reicherspergensis praepositi, quam praemisit GERHOHIANO *synagmati* de statu ecclesiae sub Henrico IV. et V. atque Gregorio VII. quod edidit aduersus Goldastum Ingolstadii 1611. in 4to.

(***) Haec enim narratio foundationis cum in ipso *chronico Reicherspergensis* ad annum 1084. p. 231. 332. atque ad annum 1135. p. 244. 245. aliisque inueniatur, maiorem, quam aliae omnes, habebit merebiturque fidem.

(****) Forte inter prima est priuilegia, quibus imperii principes instruxerunt auctores librorum, typis exscriptorum publicis. Est autem hoc: *VIELMVS et LITAVICVS*, germani fratres, praefecti praetorio Rhenano (id est archipalatini) ducesque utriusque Buaariae magistratibus nostris S. Ioannes Auentinus, historiographus noster, templi urbisque nostrae VTINENSIVM *chronica* (id est Oetingensium) perscripsit excudendaque sua opera et impensis curauit. Proinde soli ipsi Auentino, quo operae pretium fecerit, proinde ac libitum fuerit, iam VTINI (Oetingae) circum aedem absque uectigali uenundandi perpetuum ius esto. Nec quisquam huiusmodi annales, nisi id fiat Auentini consensu, in Boioaria aut excudito aut alicubi excusa diuendito. Quod si quispiam homuncio nos flocci fecerit et aliter facitare ausit: magistratus nostri summa ope nitantur, ne impune abeat. Pecuniam magistratus, libros Auentinus uendicato. Ut autem haec praerogatiua absque omni fraude doloue malo obseruetur, eam consignari iussimus in urbe nostra MONACHIO, anno Christi domino Deoque nostro 1518. pridie kalendas Martii.

(*****). Inscriptio libri est haec *Iacobi IRSING* Soc. Ies. *Diuae uirginis Oetinganae historia* edit. Monachii 1643. in 8t. schedarum uiginti. Addi huic possunt etiam alii HVNDIUS in metropoli Salisburgensis historia monasteriorum p. 261. 262. *Martinus EISENGRENIUS*, qui

Auo

Iesu, maiori elegantia, in qua laude omnino est libellus, quam credendi facilitate mortalium. Vltimus enim liber miracula D. VIRGINIS OETINGANAE ab anno 1489. ad annum usque 1643. innumera notat narratque, quae humanam certe superant fidem. Ipsum Boioariae coenobium ad *Oeni* ripas situm, ea parte, qua *Meyronam* et *Isniscum* fluuios excipit. In planicie patentissima et laeta quaqua uersum specie. Inde Romanis *Oetinga pons Oeni* et conuerse *Oenipons*: Boiis *Vinum* siue *Otinum*, uulgo *Hotinga*, *Oetinga* ab *Ottone* Boiorum regulo, ibi sedem habente, ut tradunt annales. Origines *facelli* ad tempora D. Ruperti annumque 530. coenobii *Benedictini* ordinis ad an. 870. duodecim uero *secularium canonicorum* collegii, ad annum 1228. referunt ex eoque tempore *praepositorum* sacri collegii habent numerantque catalogos (*). Ceterum ipse *AVENTINVS* (**) laudat opusculum hoc suum *Oetinganae* historiae ad illudque prouocat in annalibus, unde constat, tale illud eum habuisse, quod aetatem ferre posset.

§. VIII.

VII. *ORIGINES MURENSIS MONASTERII in Heluetiis ordin. S. Benedicti. Seu acta foundationis cum breui CHRONICO seculi XII. cumque uariis privilegiis apostolicis, Caesareis, principum aliorumque fidelium, cetera. Spirembergii in bibliopolio Brucknaufenio 1618. in 4t. sched. decem.*

Liber rarus et utilis.

Hunc libellum in desiderio habuerunt alii, *originum* ergo *Habsburgicae* gentis, quam ponit extra alem; alii *historiae* caula, quae seculo undecimo et sequenti sterilis subobscuraque. Vtrumque igitur nos mouit, ut illum daremus prelo, quo ueniret in omnium manus. Tam enim difficile fuit, ad librum hunc uel pretio uel commodato accipiendum legendumque, ut multi describere eum maluerint suismet manibus, quam eodem plane desistui. Et sane habet in eo, quod historicus legat, habet etiam, quae iure consultus in uarii generis institutis, praesertim colonariis reque beneficiaria et clientelari. Quorum omnium notitia, maxime inferioris et istius aequi, cum obuia non sit alias, praesertim per testes aequalium temporum: eo igitur maioris fieri debet, quod in opusculo reperitur huius argumenti. *Ioannes MABILLONIVS* (*) tanti facit hoc chronicon *Murense*, ut inde arguat, quantum res Germaniae debeant coenobiis *Benedictinis*. Quod ille emendat in duobus locis, quae ad genealogias et *tempus pertinent mortis* unius episcopi (**). Ceterum coenobium *Murense* Helueticum in *Argouia* situm, conditum a *Rapotone I. Habsburgico* et coniuge illius *ITA*, an. 1030. Vnde *Habsburgicae* familiae in eo sepultura et maxime *HEDEWIGIS* *Kyburgensis*, matris *Rudolfi I. Caesaris Habsburgici*. Collegium *S. BENEDICTI* institutis est additum, quod uiget floretque hodieque. Laudant *Heluetii* librariam supellectilem codicum etiam manuscriptorum, qua illud hodieque sit instructissimum.

§. IX.

Auentini libellum Germanice reddidit an 1571. auctum atque datum publicae luci. Erat uero *Eisengrein* *Stuttgard* a oriundus, qui, *Lutheri* castris relictis, pontificia secutus est peruenitque ad spartam *praepositi* *Oetingani*, cuius uitam ideo descripsit *IRSING* lib. I. c. 10.

(*) Quos habet *IRSING* lib. I. cap. 10.

(**) Scilicet lib. IV. *annalium* p. 267. his quidem uerbis: *Quemadmodum in historia Vtinenfi* (*Oetingensi*) *diligentius explanant.*

(***) In *annalib. Benedictin.* lib. 56. §. 7. uerba illius aequi rerumque periti aestimatoris sunt haec: *Cum multa commoda, quae reipublicae ex ordine nostro proueniunt, tum illud non in super habendum, quod plurima seruaerit monumenta, quibus tum sacra, tum profana historia illustrari possit. Argumento est in praesens Murense apud Heluetios monasterium, ex cuius archiuo desumpta est uera origo Habsburgicae domus, quae multis fabulis ante eorum editionem scatebat. Ex illis enim constat, illius stirpis auctorem esse Radebotonem, cuius filius *Wernerus*, *Argentoratensis* antistes, *Murenfi* monasterio, uti et *Habsburgi* castro, principium dedit. Verum enim uero cum de uetustioribus *Habsburgiacorum* comitum originibus ferra contentioni trahatur inter uiros eruditos hodieque: dici non potest ideo hanc litem compositam aut sopitam.*

(****) Ne quis ideo nostrum libellum in suspicionem adducat minoris fidei et integritatis, uisum est, *Mabilloniana* hic addere. Ita autem lib. 56. §. 7. p. 331. ait: *Wenero adiungitur Ita comitissa, Radebotonis coniux, quae monasterii itidem primaria conditrix dicitur in uerologio, ad diem XXIII. Iulii: quae in libro foundationis perperam Wernerii episcopi soror dicitur. Benefactricem dicere malim quam conditricem: cum Wernerus ipse testetur, se monasterium condidisse in suo patrimonio, quod hereditario iure sibi prouenerat. Accersitus ex *Meginrade* cella seu *Einsida* *Embricius* abbas, commendatum sibi locum in suum magistrum accepit, moxque illuc destinavit *Reginboldum* monachum, in omnibus actibus suis laudabilem uirum, qui nuper antea a *Solodoro* castro ad conuersionem uenerat, eumque praepositum illi constituit, missis cum eo fratribus ac libris, aliisque*

§. IX.

VIII. ORIGINES ET GENEALOGIA COMITVM DE HABSBVRG
monasterii Murenfis fundatorum, auctore Dominico TSCHVDI, abbate
Murenfi, edit. Constantiae 1651. in 86. undecim schedarum.

AD primum opusculum alterum hoc est instar adpendicis, cum id unice agat, ut illud firmet rationibus et testibus idoneis. Quapropter credidimus, rem uiris litteratis fore gratissimam, si utrumque in uno uolumine coniunctum proferremus. Utinam ergo stirpis Austriacae indagatores in his acquiescerent tandem originibus sibi que a uetustioribus commentis temperarent, illius enunciati memores: *uetustatis argumentum esse, origines nescire.* Verum hanc litem neque dum esse confectam, ostendimus in GERMANIA PRINCIPE, eo libro, qui agit de rebus Austriacis. Imo quis crederet? de originibus Habsburgicis tot concertationum plenam disputationem esse, nisi in uno nolumine eoque peculiari *uiginti litigatores* diuersos in hanc produxisset arenam Ioan. Lud. SCHOENLEBEN (*), quorum singuli singulares fouent opiniones. Sed alii non ad ueritatem scribunt, sed ad curiae AVSTRIACAE sensus; alii laureolam in mustaceo quaerunt gaudentque, si audiunt homines opiniosissimi; plures etiam non iudicia produnt, sed delirantium somnia, ut anus tam delira non sit, quae talia crederet patereturque sibi persuadere.

§. X.

IX. HISTORIA EPISCOPATVS CAMINENSIS in Pomerania, ab origine annoque 1124. ad annum usque 1618, auctore P. Wuia, e CODICE
MSCto inedito adhuc.

LAudarunt nomen huius libri, adhuc MSCTI, SCHVRZFLEISCHIVS (**), P. Wuiae liber aliis laudatus. SAGITTARIVS (***) Michael ZVLICHIVS (****) neuter forsitan illud uidit. Neque enim illis ad manus fuit, qui nouissimas Pomeraniae res descripserunt ex instituto (****). Nos in huius episcopatus historia ideo finiuimus uolumen alterum, quoniam pars maxima primi uita est S. Ottonis Bambergensis, cui illius tum ortus debetur, tum ratio omnis, tum diuiniora praecipue instituta. In quibus certe Ottoniana prudentia, si unquam alibi, mirum elucet. Principio uniuersae Pomeraniae episcopus est praefectus non nisi unus, cum plerique, etiam minores Germaniae principatus, gaudeant pluribus. Id quod plurimum habet consilii et prouidentiae. Nam ut in ciuilibus, ita etiam in sacris antistitibus regnant quandoque aemulatio, inuidia, rualitas, amore in Deum et homines palliata et inuoluta, unde scrupuli et suspicio, id est, ut uerbo ecclesiae utar, scandala in piis coetibus et corruptelae. Magis itaque consultum esse

(b)

iu-

que rebus necessariis. Eius loci parochialis ecclesia, quam tenebat Voko presbyter, eidem monasterio cum eius dote tradita est a Warmanno Constantiensi episcopo, ita sane, ut secularem illi ecclesiae presbyterum monachi praeficerent. Errat Murenfis chronographus, cum Wernerum episcopum hoc anno decessisse scribit, quem ad annum MXXXIX. uitam produxisse constat ex chronico Hildensheimensi: ubi V. Wilhelmus, reginae capellanus, ei successisse traditur. V. Wernerus episcopi obitus in necrologia notatur V. Kal. Nouembris, mortuus in Constantinopolitana urbe, si Murenfi chronographo credimus, quo iussu Conradi imperatoris abierat.

(*) Prodit eius liber in forma maxima, ita inscriptus: *Dissertatio polemica de PRIMA ORIGINE HABSBVRGO-AVSTRIACA*, in qua XX. diuersae opiniones auctorum uentilantur et uera origo a CAROLO M. solide probatur edit. Labaci 1681. fol.

(**) In originibus Pomeraniae §. 6. ubi ait: *Episcopatus Caminensis, qui ab eo tempore, quo Pomerania imperio, ipse Pomeraniae olim sine singulari ordinis imperii iure ac dignitate innexus est, historia constat ex P. Wuia.* Quae tamen mea non facio, cum certus sum, uti in hac iuris publici causa auctorem iudicio corrupto.

(***) In introductione ad historiam ecclesiasticam cap. 20. §. 30. p. 489. Laudat P. Wuiae canonici irregularis historicam synopsin episcoporum Caminensium, sibi tamen nondum uisam.

(****) In dissertatione academica; *Historia episcopatus Caminensis ab originibus ad an. 1677.* quo illa uentilata.

(*****) Quod ualde miror in Martino RANGONE, qui licet in *Originibus Pomeraniae* p. 127. 128. antistites Caminenses eorumque scriptores recensent, nostri tamen Wuiae ne uerbo quidem iniicit mentionem.

P. Wuiae liber aliis laudatus.

S. Ottoni datur Caminensis episcopatus ortus eiusque praerogatiuae.

1) quod unus in Pomerania uniuersa.

iudicauit, si omnia ut in ciuilibus, ita etiam in sacris penderent ab unius bona uoluntate. Deinde maior ita sacri cuiusque praesulis auctoritas, si, maximi pontificis exemplo, omnia omnes in sacris conferant in unum. Tum rerum apparatus dignior splendidiorque, ubi in unum finem se effundere oportet omnium largitio ad pias causas et usus. Alterum nostro episcopatu non minus singulare, quod absque ullo intermedio archiepiscopo pareat Romano pontifici. Hoc enim pariter S. Otto didicerat exemplo *Bambergensis*, qui ideo conferri solet cum ipsis archiepiscopis. Licet enim *MAGDEBURGICVS* patriarcha praesertim causas habuerit, se huic instituto opponendi, partim quod Pomeraniae regiones marchiae Brandenburgicae clientelares, cuius episcopatus addicti sacro illius dominati; partim, quod inter cetera illius priuilegia hoc quoque, ut in sacris imperaret omni populo Slauorum et Venedorum: nihil tamen aduersus *Caminensem* effectum, qui, ab his procellis securus, omni tempore nauigauit in ipso sinu pontificis Romani. Quo ipso etiam elusit *BREMENSIS* et *GNESNENSIS* archiepiscoporum conatus, qui pariter id egerunt, ut, uicinia causa, alas suas panderent ad *Caminensem* praesulatum. Etiam tempore inferiori nouum habuit eius spartae aemulum archiepiscopum *PRAGENSEM*. Cum enim id ageret Carolus IV. ut Pragam uerteret in metropolim et urbium caput Germaniae uniuersae, omni consilio studioque eo contendit, ut immediatis episcopatibus, *Bambergensis* et *Caminensis* Roma exemptis, utrumque addiceret subiiceretque Pragae, nouae metropoli. Quem conatum non commemorauit Wuiana historia. Tertium praerogatiuae genus in *Caminensi* etiam est, quod, cum reliqui episcopatus, Venedis forte in Marchia tantummodo exceptis, *Germanico imperatori* pareant: ipse etiam ab hoc maluerit esse immunis. Calumnia, an iure facta oppositio fuit populorum Germaniae uicinarum, quod, sub formula fidei christianae, pagani persuadenda, eorundem in ius uocentur prouinciae, ditio- nes ac opes: ut adeo horrere oporteat christianismum, qui libertatis sit amans abhorreatque a iugo alieni imperii. Quapropter cautus in hoc etiam fuit S. Otto, ne, religione Pomeranos docta, regio eorundem perderetur imperioque fieret beneficiaria. Noluit igitur episcopum *Caminensem* alii subiici, quam Pomeraniae regulis suisque dominis et largitoribus idque iure quodam patronatus. Et licet Pomeraniae duces Brandenburgico marchioni facti sint beneficia huncque nexum agnouerit suo etiam tempore Ludouicus Bauarus imperator, ut habet codex meus diplomatum medii aevi; imo Carolus IV. Pomeraniam Germanico adseruerit imperio, forte non sine iniuria Brandenburgici marchionatus: aliis tamen, quam ipsis Pomeraniae principibus, fidem non dedit iurauitque antistes *Caminensis*. Hoc cum ita sit, frustra est auctor, quod paganam Pomeraniam habeat pro Germanico imperio addicta prouincia, ad quam docendam S. Ottoni opus fuerit mandato imperiali. Labitur etiam in eo, quod torneamentorum inanibus et supposititiis matriculis nititur ad probandum, principes Pomeraniae antea iam sub Caesaribus Saxonice fuisse christianos ciuesque imperii Germanici. Cum utrumque sit falsissimum. Illud porro conciliare nescit auctor, qui *Caminensis* episcopus addictus esse potuerit Pomeraniae principibus et nihilominus suffragium habere in comitiis imperialibus. Scilicet ex eo tempore, quo *Pomerania* omnis Germaniae accessit, duces Pomeraniae imperiales frequentarunt conuentus, licet in clientela agerent Brandenburgensium marchionum. Quoniam olim mediati quoque ordines locum in illis sustinuerunt, licet nullus dubitem, Pomeranos Venedi populi habitos fuisse adpendices. Idem ergo dicendum de praesule *Caminensi*, quem pariter hoc nomine in comitiis imperialibus offendimus subscriptoremque imperii sententiarum inde a seculo duodecimo, licet prouinciae nexu paruierit Pomeraniae dominis. Sed illud eo tempore inuidis oculis adspexerunt duces, ex quo in mores iuit, ut non nisi ordines *immediati* comitiis interessent. Taceo antistes Germaniae magis intuitu munerum, quam territoriorum iura habuisse comitialia. Ideo neque hanc etiam ob causam illa in dubium uocari possunt *Caminensis*. Hodie quae facies Camino et quomodo iure pacis Westphalicae episcopatus uersus

fit

2) absque intermedio archiepiscopo pareat Romano.

Ideo a pluribus uocatus in ius: *Magdeburgensi*, *Bremensi*,

Gnesnensi,

Pragensi.

3) Germanico imperatori non addictus.

IV. *Caminensis* episcopus num inter ordines S. R. I.

fit in ciuilibus ordinis principatum, illud plene docuit enarrauitque RAN-
GO in Pomeraniae originibus. Tandem hoc quoque singulare habuit Cam-
minensis praefulatus, quod conditores, id est, patronos acceperit non
Caesarem, sed principes prouinciae. Vnde illis frustra disputantur inde-
pendentia iura, quae recto quidem iudicio aestimare sciunt paucissimi.
Quemadmodum enim Caesaribus haec ideo debentur in episcopatibus
Germaniae plerisque, quorum scilicet fundatores illi fuerunt: ita pro-
uinciarum dominis eadem nequeunt in dubium trahi, in illis quidem
praefulatus, quorum ipsi quoque fuerunt auctores. Atque haec causa
est, quare AVSTRIAE archiducibus ius *nominandi antistitem, primariarum
preces, annatarum* et quae sunt generis eiusdem, competunt debenturque
in prouinciarum suarum episcopatibus, VIENNENSI, LAVBACENSI,
LAVANTINO. Idemque uerum sit in BOHEMIAE, MORAVIAE, SILE-
SIAEQVE praefulatus. Imo ex eodem hoc fonte BRANDENBURGI-
cis marchionibus usitatae *primariae preces, annatae* atque alia iuri patro-
natus accessoria in tribus marchiae episcopatibus BRANDENBURGENSI,
HAUELBERGENSI, LEBVSANO. Nihil itaque habet insolentiae, quod
Pomeraniae domini eodem iure usi sunt in CAMINENSI praefulatu a se
et maioribus eorum instituto. Principio quidem in NOMINATIONE et
electione episcopi acerrime est litigatum, quod alii illam sacris collegis,
canonicis adsererent, alii contra ipsi *ducibus*, alii his iura darent tantum-
modo *nominandi*, primis autem *eligendi*, iterum alii ne quidem illud relin-
querent principibus, sed utrumque uindicarent *canonicis et capitulo*, hoc
tantum adiecto temperamento, ut tamen pace omnia fierent ducis Po-
meraniae eiusque, si abhorreret ab electo, audirentur expendere atque
rationes. Cum hanc causam tot iureconfulti, quos auctor laudat, etiam
aevi recentioris, BRUNNEMANNVS et CARPZOVIVS responderint di-
uersimode, etiam, quid mihi hic uideatur, breuiter exponam. Scilicet
quam diu ius uidetur esse incertum, pro duce Pomeraniae semper coniecturis
agendum et praesumendum. Nam electio et uocatio ad sacram spar-
tam est omnino ecclesiae patroni, id est, illius authoris et conditoris.
Licet uero imperator in imperialibus episcopatibus patronatus iura
profuderit sereque transtulerit in pontificem isque iterum, causae dif-
fidentia, in sacrum collegium et capitulum: hanc tamen rerum meta-
morphosin quemadmodum passi non sunt Germaniae principes in suarum
prouinciarum praefulatus, ita hoc quoque nequit adfirmari de epi-
scopatu Pomeraniae CAMINENSI. Neque obest hic illud, quod tamen multi
principes sacris collegiis hoc ius eligendi praefulem cesserint ultro, siue exem-
plum imitati caesaris siue religionis quadam nimietate occupati. Nam ubi hoc
contigit, ibi doceri debet, ut facta alia quaeque: neutiquam uero praesumi et
attingi coniecturis. Imo si quandoque iusto indulgentiores fuere principes
aliqui, illud successorum iura ideo non perimit aut extinguit. Potius illud
credi debet, quod sacrum quandoque collegium commendauerit candi-
datum principi, sique uotis ipse annuit, hac beneuolentia postea abusos esse
collegas, quasi hoc factum esset ex aliqua iuris aut legis necessitate. De-
inde hoc quoque notauit in historia inferioris aevi, quod iurisdictio in
sacros antistites primum Caesari per manum pontificis erepta, serius au-
tem prouincialibus principibus, qui diu post etiam pristino iure usi sunt
in causis sacerdotum cognoscendis et iudicandis. Cuius rei uestigia re-
periuntur in Caminensi quoque episcopatu clara et manifesta. Tum *an-
natas* quoque eodem plane iure principes Pomeraniae requisierunt a Cami-
nensibus, quo illas hodieque in *Viennensi, LAVANTINO, LAVBECENSI*
episcopatibus possunt exigere AVSTRIACI ET BRANDEBURGICI mar-
chiones in episcopatibus Marchicis. Neque aliquem offendat, quod ita
imperii principes plus possint habeantque, quam imperator. Nam hic sibi

V
Pomeraniae
ducis in Ca-
minensem
praefulatum
uaria iura.

1) ELIGENDI
episcopum.

2) eum IVDI-
CANDI.

3) Colligendi
ANNATAS.

ac facilitati suorum decessorum tribuere debet, qui annatas cefferunt pontifici Romano. Quod cum nullo tempore fecerint imperii principes, ius annatarum illis saluum manet et integrum, neque potest illis profusio imperatorum uel obesse uel pontifex illos impetere exemplis alienis. Tandem etiam accessoria patronatus iura sunt *primariae*, ut dicuntur, *preces*. Quibus pariter usi sunt Pomeraniae duces in commendandis post suam inaugurationem candidatis, ad loca sacri collegii et canonicatus. Neque enim recte sentiunt illi, qui hoc ius ideo uendicant imperatori, quoniam illud manu eidem concessum pontificis Romani, cum tamen patronatum sit consequens. Quod melius clariusque non intelligitur, quam per exempla eorum patronorum, qui primarias inde preces habent in sacris collegiis, licet pontificis beneuolentiam non sint experti. Non diu est, quod regis iussu hoc argumentum calamo sum tuitus, aduersus episcopum Monasteriensem. Nam Magdeburgici archiepiscopi ius patronatus et aduocatae habent in nobilium uirginum coenobium BORCHORSTIANVM et hac causa primarias ibi preces fecerunt omnes archiepiscopi, non pontifex aut imperator. Quod eius loci antistes sibi nunc audet arrogare, cum iniuria in euangelicos et pacem religionis. Ad extremum Caminenses quoque VOGTIOS seu aduocatos egerunt Pomeraniae duces. Cuius uim iniquo iterum iudicio aestimarunt quidam iureconsulti. Est enim hoc aduocatae non *constitutivae* sed *reseruativae* specimen. Id est fundatores episcopatus illam sibi *reseruauerunt* in praesulatus institutione: non uero ab episcopis et sacro collegio aut aliunde ad hanc spartam *constituti* sunt et uocati. Quapropter maior ducum Pomeraniae inde auctoritas, facultas, potestas, quam si in altero genere illi uersarentur. Accedit, quod domini iura cum superioritate et potentatu hic conueniant sitque duplicis nexus fortior obligatio. Quod ultimum cum non intellexerint iureconsulti peregrini in causasque ex altero genere aestimauerint, fieri aliter non potuit, quam ut ruerent praecipites in errores et casus, indignos Pomeraniae principibus et principatu. Hoc igitur lumine illustrari uelim Caminensis episcopatus descriptionem WVIANAM. Ceterum quis fuerit WVIA noster, quae ipsi fata et uita, illud explicent ciues Pomeraniae et domestici scriptores Pomeraniae togatae. Illud scimus, fuisse hunc uirum in ciuili aequae quam canonico iure uersatum ac doctum, cuius in libro ipso plurima edidit specimina. Dicit uero scribitque se *canonicum irregularem*, haud dubie ideo, quoniam LVATHERANI CANONICI commodis ac redditibus gaudent utunturque, oneribus reiectis et excusso iugo uotorum, illorum iudicio, inanium. Fide etiam scripsit non priuata, sed publica. Quod non solum ipse dicit laudatque: sed etiam re ostendit profertque e tabulario principis selectissima ac idonea diplomata aliaque bonae frugis monumenta. Qua causa scriptori gratias habemus beneque manibus illius, si fas est, precamur. *Scripti in FRIDERICIANA, iplis idibus mensis*

APRILIS, anni MDCCC XVIII.



4) PRIMARIARVM
PRECES.

3) aduocatae.

De P. Wua.

1

**CHRONICON
SCHVVARZACENSE,**

AB

ANNO DCCC. AD ANNUM clo lxxc.

CHRONICON
SCHWABARZENSE

AD
ANNO·DCCC·AD·ANNVM·M·CLO·LXXC



CHRONICON SCHWARZACENSE,

AB
ANNO DCCC. AD ANNUM cto lxxc.

DE FVNDATIONE MONASTE- RII SWARZACH.

§. I.

Coenobii con-
ditores,



MEINGAVDVVS
dux et nepos
Caroli magni,
imperatoris;
cum uoluntate
dominae YM-
NÆ, suae con-
iugis, diuina in-

appellatio an-
tiqua,

patronus,
primus abbas.

spiratione moti, coeperunt construere monasterium, quod tunc olim ex eius nomine *Meingaudenhausen*, nunc autem *Swarzach* uocatur, opulentissime et liberaliter, in honorem domini nostri saluatoris et sanctæ *Felicitatis* martyris, sub primo eiusdem monasterii abbate, *Benedicto* nomine, libera totius seruitutis et exactionis conditione, anno humanationis Christi, octingentesimo decimo quinto, mundi uero quater millesimo septimo, regnante gloriosissimo imperatore *Ludouico*, anno regni eius primo, sub episcopo uero *Wirziburgensium Wolfgero*, post transitum uero beati *Burcardi*, anno uigesimo quarto. Qualiter autem praefatum coenobium gloriose ditauerit, poterit prudens lector D considerare ex his quae sequuntur:

COPIA LITERAE FVNDATIONIS
et dotationis nostri monasterii in
Swarzach.

Fundationis
diploma an.
816.

Dum fragilitas humani generis ultimi-
mum uitae terminum pertimescat,
subitaneamque transpositionem formidet;
oportet ut tum sibi uacans prospicere de-
beat, quatenus post hanc uitam ad aeter-
nam uitam domino fauente feliciter per-
uenire queat. Idcirco in nomine DEI
omnipotentis, ego *MEINGAVDVVS*, il-
lustris uir comes et uxor mea *YMNA*, ista

Apertractantes, domino ut credimus inspi-
rante, pari deuotione placuit nobis, ut in
locello, qui modo uocatur *Megingaudes*,
husen, super fluum *Leymbach*, in
pago *Ipsigauina*, ad monasterium & habi-
tationem monachorum, secundum regu-
lam beati *BENEDICTI* degentium, in ho-
norem domini et saluatoris nostri, constru-
ere et a die praesenti, in eorum & nostra
iure credere potestatem, ad hoc opus pera-
gendum et ordinandum, possidendum, quod
ita et fecimus. Tradimus uobis atque
concedimus, tibi *BENEDICTO* et mona-
chis tuis praesentibus et futuris, seruis
Dei, et peregrinis, ipsum iam dictum lo-
cum, cum omnibus commanentibus man-
cipiis, et rebus ad ipsum sanctum locum
pertinentibus, quamcumque ibi uisi su-
mus habere potestatem. Similiter uine-
am ad *SCHWEINVELT*, cui etiam loco
alias res nostras, quas in nostra protesta-
te ac ditione de quolibet attractu, tam
in eodem pago, quam in aliis locis super
insertis consistunt, et ad nos legibus perti-
nere noscuntur, ad eorundem monacho-
rum, peregrinorum famulorum Dei prae-
sentium ac futurorum necessitatem suffra-
gandam nihilominus conferimus & con-
firmamus perpetualiter ad habendum. Id
est in pago ad *Byberach* et ad *Lancheim*
et ad *Megingaudeshusen*, *Castel* et *Ze-
bullem* et ad *Ornheim*, et in alio pago,
qui dicitur *Regawugcazul*, *Ulgestat*,
Ostheim, *Dyttenham*, *Hezolheim*,
exceptis rebus, quas *Hadaburs* parens
mea, mihi tradidit, et mancipiis his no-
minibus, *BRVHARDO*, *RODONIO*,
ROTHOLDO, *LANDFRIDO*, *HEL-
BRID*. Cedimus etiam omnes nostros

A 2

codi-

codices ac uaria uasa uel uestimenta ecclesiastica: uidelicet cruces, capas, calices, patenas, coronas, thuribulos, candelabrum, planetas Dalmaticos, pallia, bancos, falcones, cum auro et argento operatos, nec non et alia utensilia, quae in monasterio sunt necessaria, multimodarum specierum ac metallorum, et pecora generum diuersorum. Haec omnia superius nominata, cum mansis, mancipiis, terris, uineis, syluis, molendinis, piscatoriis aquis aquarumue decursibus, cultum et incultum, quaesitum et inexquisitum, cum omni supposito uel integritate, sine aspectu, memorato, ut dictum est, loco ceditimus atque subiungimus, perpetualiter ad habendum et possidendum. Ipsum autem locum cum omnibus ibidem collatis, in iure et potestate supradictorum monachorum, sub regula sancti Benedicti degentium DEI famulorum, peregrinorum praesentium et futurorum, ad ipsum opus exercentium, omni tempore permaneant et consistant et licentiam sibi habeant, abbatem secundum regulam sancti Benedicti eligendi et constituendi, nec ullum praesentem nostrum, nec tutorem nec defenso-rem, nec ullum mundiburdum tenendi, nec ullum hominum potestatem habendi, nisi abbas, soli Deo et regi subditus, monachi uero abbati propter Deum. Rex uero non solum a nobis inibi collatas, uerum etiam has, quas bonorum hominum benignitas ante iam contulerat, nullatenus iam de sancto supradicto loco permittat auferri, uel in usus saecularium distribui, sed potius ad stipendia monachorum, sub regula sancti Benedicti degentium, hospitumque pauperum ac peregrinorum, in eleemosynam tam nostrum, tam eorum, qui eas ibidem dederunt, ac dominorum imperatorum praesentium et futurorum, ut quiete et absque ullo impedimento uel inquietudine, a pontifice uel a quolibet homine, liceat iam dictos seruos DEI, pro statu sanctae ecclesiae, seu pro incolumitate dominorum regum, exorare et iugiter ibidem permanere. Si quis uero post hanc diem contra hanc paginam donationis, quam libenti animo in honorem domini saluatoris nostri fieri uel affirmare decreuimus, aut nos, quod Deus non patiatur fieri, immutata uoluntate, aut quilibet homo, uel aliquis de heredibus meis, ullam causationem de hac parua oblatione, quam omnipotenti Deo offerimus, generare conatus fuerit: Deus Deorum et dominus dominantium, in praesenti suam oblationem et famulos sibi seruiantes defendat et gubernet, et in futurum per suam piissimam misericor-

Adiam diuinam. Insuper qui litem intulerit, socio fisci auri libras quinquaginta coactus exsoluat, et petitio ipsius nullum obtineat effectum, sed praesens chartula omni tempore inconuulsa permansat, quam idcirco firmauimus et bonorum hominum subscriptionibus roborare decreuimus. Actum Megingaudeshusen super fluuium Leymbach. Data in mense Martio, anno ab incarnatione domini DCCCXVI. regnante et imperante domino nostro LUDOUICO, serenissimo augusto.

II. Ex his igitur iam lectis, poterit quilibet considerare, quam gloriose et liberaliter nostri fundatores, adhibita diligentia praemaxima, hunc locum extulerunt, honorauerunt, ditauerunt et priuilegiis roborauerunt, et iuxta omnem necessitatem prouiderunt. Et quamuis aliis scriptis, siue ex priuilegiis, siue ex chronicis nostris, non esse muniti, sufficere tamen cui libet deberet et debet ipsa litera dotationis, cuius copiam supra praemissimus, omni auctoritate roborata et firmata, quae et usque hodie inter nostra priuilegia seruetur integre, et sine omni lachione et suspicione praefrens suam dignitatem et antiquitatem praecunctis nostris priuilegiis, tam ratione dantis et sigillantis, tum etiam ratione antiquitatis et praemaximae auctoritatis et utilitatis. Si enim quemlibet scire delectat, cuius profapiae uel generositatis diuae memoriae inclytus dux Meingaudus fuerit, scire debet, hunc esse de stirpe Boiorum, magni uidelicet Caroli nepotem, cuius matris nomen exprimitur, cum dicitur in litera foundationis, exceptis rebus, quas HADABVRSPARENIS mea mihi tradidit. Et hanc credimus fuisse sororem magni Caroli imperatoris, nuptui traditam duci orientalis Franciae. Sed dubium in litera foundationis apud nonnullos habetur, cum dicitur; placuit nobis, ut in locello nostro, qui modo uocatur MEGINGAUDESHUSEN, super fluuium Leymbach etc. ne forte error sit factus, praesertim cum pronunc et ab olim hoc nostrum monasterium dicitur Swarzach, non Megingaudeshausen. Ad hoc sciendum, prout probatur et probabiliter in sequentibus, cum tempora Benedicti, primi abbatis, describemus, ex quodam priuilegio LUDOUICI PII imperatoris et aliorum plurimorum imperatorum, uidelicet OTTONIS III. et HENRICI II. quod locus, in quo generosus et inclytus dux MEINGAUVS, qui et comes appellatur, monasterium construxit, semper et ab aeuo, etiam tempore gentilitatis, dictus fuit Swarzach: similiter et locellus, prope monasterium, de quo in litera foundationis dicitur: tradimus uobis atque concedi-

Diplomatis fides.

Meingaudus conditoris familia.

cedimus tibi **BENEDICTO** et monachis tuis, praesentibus et futuris seruis Dei et peregrinis, ipsum iam dictum locum, cum omnibus commanentibus mancipiis, et rebus ad ipsum scilicet locum pertinentibus etc. qui modo appellatur oppidum *Swarzach*, et nomen praedictum trahit, iuxtam morem antiquorum, a flumine, dicto die **Swarzach**. Circa cuius fluminis ostium *Meingaudus* suum construxit monasterium et eundem ex nomine suo uocauit *Meingaudeshausen*, quod latine dicitur domus *Meingaudi*. Sed quia iam, quae in consuetudinem ueniunt, cito aboleri et obliuisci non potuerunt: idcirco post obitum domini *Meingaudi*, locus et monasterium nomen antiquum retinuit, **Swarzach**, quamuis *Meingaudeshausen* a suo fundatore, mutato uocabulo, in perpetuum debuisset uocari. Caeterum quam gloriose et honorifice hunc locum ditauerit, uillis et possessionibus, nec non et aliis rebus pretiosis, mobilibus et immobilibus, de quibus locis consistant, lucide et clare lectori pateat. Hoc unum indubitanter credimus et affirmamus et ex litera donationis probatur, quod tunc in praedictam donationem tradidit nobis uillam, nunc oppidum, *Swarzach*, cum omnibus manentibus ibidem mancipiis et rebus, ad ipsum locum pertinentibus, et hoc patet diffuse in praedicta litera donationis: ibi: *Tradimus uobis atque concedimus etc. usque ad ipsum ante locum cum omnibus ibidem collatis etc.* Demum quibus praedicta bona tradidit, exprimit, cum dicitur: *Tradimus uobis atque concedimus tibi* **BENEDICTO**, et monachis tuis praesentibus atque futuris, seruis Dei et peregrinis etc. et infra: *ipsum ante locum, cum omnibus ibidem collatis, in iure et potestate supra dictorum monachorum, sub regula sancti Benedicti degentium, Dei famulorum peregrini, et excluditur unum genus, scilicet seculares, in quorum usus res monasterii non debent distribui.* Et ne forte praesumant monachi ibi degentes sacram elemosynam sibi gratis uendicare, iniungitur eis opus, quod operari debent, scilicet, *orare pro felici statu sanctae ecclesiae, et pro incolumitate dominorum regum, imperatorum, praesentium et futurorum.* Et idcirco ut expeditius hoc agant, uoluit ut nullam inquietudinem monachi ibi paterentur a quolibet, etiam pontifice, et ut abbas nulli tubesset, nisi regi, et monachi abbati propter Deum. Quia uero monasteria nonnunquam grauer molestantur per aduocatos et defensores, qui sibi temerarie usurpant res ecclesiarum: et hoc malum uoluit praecauere, constituitque in praeteritum et in futurum, *ut nullum haberemus, praeter abbatem, parentem, nec tutorem, nec defensorem, nec*

Nullum mundiburdum, qui possit grauare monasterium ad ultimum. Igitur cum saepe contingit, ut, quod unus dat, alter conetur auferre, statuit et sic fieri uoluit, ut nullus, neque ipse immutata uoluntate, neque aliquis de heredibus suis, deberet causare contra hanc donationem, quam libenti animo donauerat, in contrarium autem facientes non solum prohibuit sub maledictione perpetua, uerum etiam eosdem obligauit *paua pecuniaria*, uidelicet in litera manifeste. Ex his igitur omnibus nil liquet amplius considerare, nisi extremam diligentiam fundatoris domini nostri *Meingaudi*, eiusdem nobilissimae coniugis don. inae **YMNAE**, quia nihil praetermiserunt honoris siue utilitatis, quod monasterio ab ipsis constructo siue exhibuerunt perenniter et in aeuum. Et quia hilarem datorem diligit Deus, ideo iustitia eorum manet in seculum seculi.

Sequuntur nomina abbatum huius monasterii in SVV ARZACH, cum quibusdam occurrentibus gestis eorundem, compendiose et breuiter, nec non et illorum qui dicuntur benefactores monasterii nostri.

BENEDICTVS,

primus abbas,

Benedictus, Abbas primus.

III. huius monasterii, recepit abbatiam de manu *Meingaudi*, ducis et comitis, nostri fundatoris, anno ab incarnatione domini octingentesimo decimo quinto; regnante gloriosissimo imperatore *Ludowico*, anno regni eius primo, sub uenerabili antiste *Würzeburgensi, Wolffgero*. Huic patri uenerando *Meingaudus* comes omnia tradidit in potestatem, quae superius expressa sunt, in litera foundationis. Eius temporibus, domino uolente et disponente, moritur *Meingaudus* dux et nepos *Caroli magni* imperatoris, *XIII. Calend. Decembris*, et ab eo sepelitur in monasterio ab eo constructo *Swarzach*. Deinde etiam domina **YMNA** nostra fundatrix, ab eodem sepelitur iuxta uirum suum, cum duobus filiis *Arnoldo* uidelicet et *Marquardo*. Hic etiam uenerabilis pater inter plura bona, quae fecit monasterio, libros plures fecit scribere, inter quos frater *Teutgarius* scripsit *Bedam* super *Marcum*, in cuius libro habentur hi uersus:

Alme pater uenerande culmen summi honoris,

Mi domine BENEDICTE, quaeso, indulge et audi.

TEVTGARIVS quamuis ineptus non Christi sacerdos,

A 3

Lan-

a flumine nazach.

denno inuulscit.

Coenobii augmenta.

Swarzach olim nulla.

Monachorum officia,

Abbas regi immediate subiectus.

Contrauentionis paua.

Conditorie mors,

sepultura.

et scripta.

Langnore fessus nimio detentus hic a-

En opus a uobis commissum explere ne-

Nunc quoque quas potui uires, sero li-

Placeat ut tibi uolumen, rogo pater,

Et ne reputes mea opera edita procul;

Suscipe comptum opus clemens animo-

Fruere quod ternis in aeuo gaudeas oro.

Atatis praeceptum si superstes fuerit amicae nostrae diebus uitae suae, per nostram concessionem atque confirmationem et Gotsbaldi episcopi consensum, usu atque fructuario ordine excolere liceat, tali sub censu, sicut in ea traditione signatum est, quam praefata amica nostra sancto Chiliano martyri Christi tradidit, ut post amborum discessum, praefatum monasterium, cum omnibus appendiciis & adiacentiis, in potestatem uel dominium sancti martyris Christi et rectoris illius ecclesiae, pleniter reuertatur. Et ut haec nostrae auctoritatis concessio per futura tempora inuolabilem obtineat firmitatem, de annulo nostro subter iussum sigillari. Comeatus notarius, ad uicem Rodollem recognoui. Data V. Idus Ianuarii anno, Cbrisso propicio, undecimo regi domini Ludouici, gloriosissimi regis in orientali Francia, indictione quinta. Adum Francofurti, palatio regio, in Dei nomine feliciter. Amen.

Obitus huius uenerandi abbatis siue etiam numerus annorum, quibus praefuit monasterio, similiter et aliorum, usque ad tempora fere Egeberti abbatis, non inuenitur in antiquissimo nostro martyrologio, siue etiam in aliis antiquissimis chronicis, et ideo certum quid de eis scribi non potest, nisi pauca, quae reperiuntur in antiquissimis priuilegiis. Quod contigisse uidetur ex eo, uel quia non fuerunt scripta, uel si scripta fuerunt, ut multi arbitrantur, ista perierunt, sicut et alia multa in diuersis destructionibus monasterii.

V. Huius etiam uenerandi patris temporibus praedicta Thydrada, filia Caroli magni imperatoris, amica Ludouici imperatoris, qui regnauit in orientali Francia, et fuit filius Ludouici magni imperatoris, habuit et possedit nostrum monasterium, constructum a Meyngau-do duce, nepote praedicti CAROLI magni imperatoris, tanquam res suae proprietatis, cum omnibus adiacentiis, uel appendiciis suis: et rogatu praedicti Gotswaldi episcopi, eiusque successoris Arn, tradidit illud sancto Chiliano, in perpetuum habendum et possidendum; ea tamen conditione, ut Hildegarda, filia Ludouici, postea soror eius, nomine Bertha, ad dies uitae suae, sub censu decem solidorum, haberent praefatum monasterium, et postea, eis defunctis, rediret, cum omni integritate, ad sanctum Chilianum. Et ista iam supra dicta patent ex quodam priuilegio, quod defuper hoc dedit Ludouicus imperator, episcopo praefato Herbipolensi, cuius tenor talis est.

Madelbertus Abbas II.

Monasterii puellarum

commendaria

IV. MADELBERDVS, abbas secundus huius monasterii. Hic praefuit monasterio nostro, temporibus Ludouici secundi pii imperatoris, et Gotswaldi episcopi Herbipolensis, anno domini octingentesimo quadragesimo tertio. Huius abbatis temporibus fuit et aliud monasterium puellarum ordinis sancti Benedicti, prope nostrum monasterium, circa ecclesiam parochialem, in uilla Swarzach, et illud pro tunc habuit in commendam, tanquam res proprietatis suae, THYDRADA, filia Caroli magni imperatoris. Quae et ex rogatu Gotsbaldi, episcopi Herbipolensis, cum consensu Ludouici imperatoris, illud tradidit sancto Chiliano, sicut patet ex quodam priuilegio, quod sic incipit:

In nomine sanctae & indiuiduae Trinitatis. LUDOUICVS diuina fauente gratia rex. Notum sit omnibus sanctae Dei ecclesiae nostrisque, praesentibus scilicet futuris, quia uir uenerabilis GOTSBALDVS, sanctae Dei Würzeburgensis ecclesiae episcopus, et THYDRADA amica nostra, filia praestantissimi augusti, diuinae memoriae aui nostri, nostram serenitatem petierunt, ut res et possessiones, quas ipsa Thydrada manu potestatiua, ad reliquias sancti saluatoris et beati Chiliani, martyris Christi, tradidit, in pago, cuius uocabulum est Folckuelt, monasterium puellarum, uocabulo SWARZACHA, cum certis uillis et possessionibus, quae ad praefatum monasterium moderno tempore seruire uidentur, Blutendae, filiae Folckberti, quondam comitis, per hoc nostrae auctori-

Thydrada monasterii Swarzacensis domina

tradit illud S. Chiliano certa lege,

Diploma de super concessum.

In nomine sanctae et indiuiduae Trinitatis, Ludouicus diuina fauente clementia rex. Notum sit igitur cunctis fidelibus sanctae Dei ecclesiae, praesentibus scilicet et futuris, qualiter Thydrada, quondam amica nostra, quasdam res proprietatis suae, hoc est, monasterium, quod dicitur Swarzacha, cum omnibus adiacentiis uel appendiciis suis, ad monasterium Würzburg, quod est constructum in honorem saluatoris ac beati Chiliani martyris Christi, manu potestatiua tradidit, ea ratione, quatenus dilecta filia nostra Hildegarda ipsum monasterium, usque ad obitum suum, haberet. Postea Gotsbaldus episcopus, qui tunc praefatae ecclesiae rector esse uidebatur, ac reliqui fratres pe-

tierunt, quatenus Hildigarda praefatum A
monasterium, in ius sancti Chilianii, manu
etiam sua traderet, quod eam fecisse omni-
um fidelium nostrorum magnitudo cogno-
scat. At uero memorata Hildigarda hu-
militer ad Arnonem episcopum et succes-
sorem eius ac reliquum clerum accedens,
petiit, quod idem monasterium ad dies ui-
tae Berthae sororis suae, sub censu decem
solidorum annuatim in palmis reddenda B
praestarent, quod et fecerunt. Sed pro in-
tegra firmitate petierunt iterum Arn epi-
scopus et reliquus clerus, ut hanc compa-
ctionis rationem nostra auctoritate firma-
remus. Quorum petitioni libenter acqui-
escentes hoc praecipuum nostrae man-
suetudinis eis conscribere iussimus, per quod
praecipientes praecipimus, ut, sicut ipsi
inter se placitauerunt, ita deinceps per no-
stram auctoritatem iure firmissimo per-
maneat, et post obitum Berthae filiae no-
strae praefatum monasterium in ius et po-
testatem sancti Chilianii redeat; et nul-
lus successor noster illud inde subtrahere
possit, sed rite et perpetuum ad eam dictum
locum, Christo propicio, pertineat. Et ut
haec auctoritas compactionis per futura
tempora firmiter habeatur et melius seruetur,
ueriusque credatur, subter eam sigillo
nostro iussimus sigillari. Hadebertus
subdiaconus, ad uicem Grimoldi archica-
pellani, recognoui. Et data VI Calend.
Aprilis Anno XXV. regni LUDOVICI
serenissimi regis, in orientali Francia re-
gnantis, In Dei nomine feliciter Amen.

VI. Quamuis igitur, ut supra dictum
est, Meyngaudus, noster fundator, sic ad-
monuerat, ut abbas et nostrum mona-
sterium nulli subesset, nisi regi, et mo-
nachi abbati propter Deum, et nullam
paterentur inquietudinem, etiam ab
episcopo, et quod nullum haberemus
tutorem uel defensorem etiam, quod
nullus de suis heredibus deberet causa-
re contra suam donationem: tamen hu-
iusmodi constitutio siue ordinatio diu
non perseverauit, sicut manifeste patet,
ex supra iam lectis priuilegiis. Nota et-
iam, quod in praecedenti priuilegio no-
strum monasterium non nominatur
Meyngaudeshusen, sed Swarzach, cum ta-
men paucis elapsis temporibus, post obi-
tum domini Meyngaudi, inclyti ducis,
uti patet inspicienti chronicas, haec et
alia plura emanauerunt priuilegia, ex
quibus manifeste probatur, sicut et su-
pra dictum est, quod quamuis Meyngau-
dus ex nomine suo monasterium ab eo
aedificatum et constructum uocauerit
Meyngaudeshusen, tamen eo defuncto,
nomen retinuit antiquum Swarzach.

HARTWIGVS,

tertius abbas nostri monasterii

Hic praefuit nostro monasterio

temporibus praedicti Ludouici nec
non Caroli iunioris imperatoris
et Arn episcopi Herbipolensis, qui
postmodum inter missarum solennia in
Saxonia est occisus. Eius temporibus, cessat
anno uidelicet uicesimo quinto, regni fe-
renissimi regis Ludouici, Arnus, praefatus
episcopus Herbipolensis, impetrauit mo-
nasterium nostrum, a praedicto rege, in
ius perpetuum sancti Chilianii, post mor-
tem Hildigardae reginae, eiusdemque
sororis Berthae, sicut superius patet.
Et ex illo tempore et deinceps coe-
perunt episcopi Herbipolenses usque ad
tempora Adelberonis, praefatae urbis epi-
scopi, distrahere res monasterii et in uis
propriis et fuorum conuertere, et nisi
praefatus pontifex Adelbero fuisset, heu
heu iam nostrum hoc uenerabile mona-
sterium in obliuione esset coram Deo et
hominibus, et locus potius desertus,
quam habitabilis.

EBBO,
abbas quartus,

praefuit monasterio nostro anno
domini octingentesimo nonagesimo se-
cundo, temporibus Arnolphi, Ludouici et
Conradi imperatorum siue regum, et Ru-
dolphi episcopi Herbipolensis. Huius abba-
tis temporibus praedictus episcopus Ru-
dolphus, siue, ut alii uolunt, Dracholfus,
tradidit nostro monasterio loca quaedam
suae proprietatis, pro remedio animae
suae, uidelicet Gerlachshausen, Weiwelt, et
dimidiam partem ad Stockheim et Lanck-
heim, et Feurbach et Castimallestorf et Se-
lindorf, et uineas duas ad Northeim, ea ta-
men ratione, ut ipse reciperet ad dies ui-
tae loca praedicta suae proprietatis, et lo-
ca quaedam alia, quae tunc spectabant ui-
ce perpetua ad nostrum monasterium, ui-
delicet Hetzelheim, Hittenheim et Storck-
heim et Rudenhausen. Post modum uero
eo mortuo omnia praedicta bona debe-
rent redire ad nostrum praefatum mona-
sterium, sicut antiquitas fuerat constitu-
tum. Omnia praedicta fuerunt ratifica-
ta et confirmata, per CONRADVM regem,
sicut patet ex quodam priuilegio ipsius
Conradi regis, desuper nobis dato, quod
sic incipit.

In nomine sanctae et indiuiduae Tri-
nitatis.

CONRADVS diuina fauente clemen-
tia rex. Nouerit omnium fidelium
nostrorum, praesentium scilicet et futuro-
rum, industria: Qualiter quidem uenera-
bilis et fidelis noster episcopus, Dracholfus,
nostram adiit serenitatem, narrans, ut
quaedam proprietatis suae loca, pro re-
medio animae suae haberet tradita, ad
coe-

et monasteri-
um episcopo
Herbipolense
subiicitur.

Eius sub Eb-
bone abbate
IV.

incrementa.

coe-

sed sub abba-
te III. Hart-
wigo.

coenobium Swarzacha appellatum. Haec A ipsi per uiolentiam suam et astutiam alienauerunt ea a nostra ecclesia etc. Nota etiam, quod ab hinc usque ad annum domini millesimum primum, per annos fere octoginta, abbatia nostri monasterii uacauit, propter lites et guerras et insolentiam episcoporum, qui, ut dictum est, alienauerunt res monasterii nostri et conuerterunt eas in usus proprios, per dictos octoginta annos. De uno solum abbate inuenitur aliquid in quodam priuilegio, nomine *Tragulpho*: eius uero electio, res gestae et obitus in quem annum inciderint, non certo constat.

coenobium Swarzacha appellatum. Haec sunt nomina locorum, Gerlachs-
hausen, Weiuelt et dimidiam partem ad
Stockheim, et Lanckheim et Feurbach et
Castimallesdorff et Selinsdorff et uineas
duas ad Nordheim, Et contra ipse acci-
peret haec loca Hetzelheim, Hittenheim,
ut ad dies uitae suae potestatem haberet
praefata suae proprietatis loca et ista loca
habere. Post obitum uero suum firma con-
stare ad praefatum monasterium, rogans
etiam nos, ut aliquam firmitatem conscri-
ptionis de hac re, et de illis locis, quae ad
uestitum et amicum fratribus in eodem
monasterio Deo seruientibus fieri praece-
pimus. Haec sunt nomina locorum, quae
ad uictum et uestitum ipsorum fratrum
pertinent, Tullstat et quae ad hoc perti-
nent, et ad Stadelon et ad Wilenheida,
et ea, quae ad ea pertinent, cum uineis et
syluis. Nos uero hoc benigne suscipientes,
pro eius ipsorum fratrum, et ut ulterius i-
dem episcopus in nostra consistat fidelitate,
commendando ipsi donauimus potestatem
de his rebus causam meliorandi, ita ut nullus
rex, uel aliqua dominationis persona suc-
cessorum nostrorum, potestatem habeat,
de illis rebus aliquid minuire. Inde istam
commendationis chartulam iussimus con-
scribi, per quam uolumus firmiterque prae-
cipimus, quatenus praefatus episcopus de
istis rebus firmam habeat potestatem, ad
dies uitae, post obitum uero suum, sicut
antiquitus constitutum est. Et ut haec
chartula firma permaneat, manu nostra
eam subtus firmauimus, et annulo nostro
sigillari iussimus.

C
|
A
R—V—D
|
N

Signum est domini Conradi serenissimi regis. Salomon cancellarius, aduicem Piligrini, archicapellani, recognoui. Data XI. Ca-

lend. Maii anno dominicae incarnationis, noningentesimo decimo octauo, indictione quinta. Anno uero regni serenissimi regis Conradi septimo. Actum apud Francofurt. In Dei nomine feliciter amen.

VIII. Nota, quod quamuis in praedicta constitutione habetur, quod episcopus Rudolphus, siue Tracholfus praedicta bona habere deberet usque ad diem obitus sui, et postea redire deberent cum plena potestate ad nostrum monasterium, tamen non ita fuit seruatum. Nam in nullis priuilegiis uel chronicis aut etiam registris inuenitur, quod deinceps praedicta bona habuimus in possessione. Et sic patet, qualiter episcopi Herbipolenses conuerterunt in usus proprios et suorum res monasterii, et ea quae dedit nobis noster fundator, inclytus dux et comes, *Mevingaudus* pro salutae animae suae,

ipsi per uiolentiam suam et astutiam alienauerunt ea a nostra ecclesia etc. Nota etiam, quod ab hinc usque ad annum domini millesimum primum, per annos fere octoginta, abbatia nostri monasterii uacauit, propter lites et guerras et insolentiam episcoporum, qui, ut dictum est, alienauerunt res monasterii nostri et conuerterunt eas in usus proprios, per dictos octoginta annos. De uno solum abbate inuenitur aliquid in quodam priuilegio, nomine *Tragulpho*: eius uero electio, res gestae et obitus in quem annum inciderint, non certo constat.

TRAGVLPHVS,

quintus abbas,

Praefuit anno noningentesimo et duodecimo, temporibus CONRADI regis, qui illum singulari fauore profecutus est, donans monasterio nostro quaedam bona proprietatis suae, quae in hodiernum usque diem nobiles a *Seckendorf* sub titulo feudali habent ab abbate huius monasterii.

ALBOLDVS,

abbas sextus,

ordinatur anno domini millesimo primo, regnante gloriosissimo imperatore HENRICO, anno regni eius primo, et praefuit nostro monasterio annis duodecim. Huius uenerandi patris temporibus, *Heinricus* Würzburgensis ecclesiae praesul, fecit roborari et confirmari literas, super abbatiam nostri monasterii, per interuentionem beatae *KVNEGVNDIS*, per *Heinricum*, imperatorem huius nominis, secundum, *Coloniae*. Sequitur exemplar illius confirmationis et ratificationis.

In nomine sanctae et indiuiduae Trinitatis.

HEINRICVS diuina fauente clementia rex. Si quibus locis diuino cultui mancipatis nostrae largitatis stabilimus munificentia, diuinae pietatis nos inde credimus et minime ambigimus remunerandos magnificentia. Proinde omnium sanctae Dei ecclesiae nostrorumque fidelium praesens et futura cognoscat industria, qualiter uir uenerabilis, *Heinricus*, *Wirzburgensium* uidelicet ecclesiae praesul, quaedam regia uel imperialis praecepta potentiae, nostris praesentauit obtutibus. In quibus habebatur insertum, quomodo *LVDOWICVS PIVS*, interueniente memorandi nominis *Arno* pontifice, quandam abbatiam, nomine *Swarzacha*, et monasterium secus ostium fluminis *Swarzach* situm, cum omnibus

Tragulphus abbas 912.

Alboldus abbas VI. 1001.

Abbatiae Swarzac. confirmatio

in domibus pertinentiis uel adiacentiis suis, in domum in honore sancti Saluatoris, pretiosissimique martyris Christi Chiliani, in urbe Würzburg corporaliter quiescentis, constructam, regiae auctoritatis scripto tradidit et in perpetuum obtinenda stabiluit. Quibus lectis, oblata sunt alia dilectissimi senioris et nostri praedecessoris, tertii scilicet Ottonis imperatoris, super eiusdem abbatae uel monasterii praecepta, Brumwardo bonae memoriae pontifici tradita. His igitur ita gestis, praefatus uenerabilis praesul, Henricus, nostram, per interuentum dilectae coniugis nostrae, Kunegundis uidelicet reginae, suppliciter deprecatus est excellentiam, quatenus sibi nostraeque celsitudinis, super rebus praedictae abbatae dignaremur largiri et gratia firmitatis tradere scripta. Cuius quidem honestae petitioni primum pro amore Dei, sanctique Chiliani, martyris Christi, pro uoto satisfaciens, per hoc regiae maiestatis insigne, confirmamus et ualidissime corroboramus ecclesiae, in honore sancti saluatoris constructae, ubi charissimi nobis patroni Chiliani, martyris Christi, corpus requiescit, memoratam abbatiam et monasterium, cum omnibus adiacentiis, utensilibus et appendiciis suis, in quibuscunque pagis et comitatibus iaceant, et uniuersis, tam quaesitis, quam inquirendis, sicut in prioribus praedecessorum nostrorum legitur praeceptis, eo tenore, quatenus praescriptus praesul Henricus, suiue in perpetuum successores, eandem abbatiam teneant, uisitent et securi perpetim possideant, ordinent atque disponant, nostra nostrorumque successorum contradictione remota. Et ut haec nostrae confirmationis auctoritas stabilis et inconiulsa permaneat, hanc paginam inde conscriptam manu propria sigillantes, sigilli nostri impressione insigniri iussimus. Signum domini Henrici regis inuictissimi.

(L. S.)

Engelbertus cancellarius, ad uicem Willigisi archicapellani recognoui. Data V. Idus Februarii, anno dominicae incarnationis, millesimo tertio, Indictione prima, anno secundo domini HEINRICI regis. Actum Coloniae. In Dei nomine feliciter. Amen.

Abbas VII.
Heribertus

HERIBERTVS,
septimus abbas,
ordinatur anno domini millesimo de-

cimo tertio et praefuit nostro monasterio annis tantum duobus.

Eius temporibus Henricus episcopus Herbipolensis, frater Heriberti, archiepiscopi Colonienfis, in urbe Würzburg, monasterium sanctorum Petri et Pauli sanctique Stephani protomartyris construxit.

Monasterium
Petri et Pauli
ac S. Stephani

WALDERVS,

octauus abbas nostri monasterii,

Abbas VIII.
Walderus

ordinatur anno domini millesimo decimo quinto, et praefuit nostro monasterio annis XXII. Eius temporibus, anno uidelicet domini millesimo uigesimo tertio, dedicatur ecclesia nostri monasterii, sicut in antiquis calendariis signatur.

1015.

1023.

WOLFFGERVS,

nonus abbas,

Abbas IX.
Wolffgerus

ordinatur anno domini millesimo trigesimo quarto, et praefuit nostro monasterio annis duodecim. Hic inter caetera bona, quae fecit monasterio, aedificauit capellam, siue oratorium sancti Benedicti, quod consecrauit Bruno Herbipolensis episcopus. Anno uidelicet domini millesimo trigesimo octauo, indictione septima VI. idus Septembris, et ibi continentur reliquiae sanctorum martyrum, Mauriti, Sigismundi, Cosmae et Damiani, Pontiani, Adelberti, Nicomedis, Pancratii, Valentini, Saturnini, Crisantii, et sanctorum confessorum, Benedicti, Lutgeri, et sanctorum uirginum Dariae, Praxedis. Hic etiam fecit fieri sarcophagum aureum et argenteum, ornatum cum lapidibus pretiosis, in quod reposuit caput sanctae Felicitatis, cum aliis multis reliquiis. Item, hic etiam fecit conscribi plures libros, inter quos praecipue fecit conscribi ecclesiasticam historiam, in cuius fine libri habentur hi uersus sequentes:

oratorium S.
Benedicti con-
secrat

1038.

Sanctorum
reliquiae esse
ruans

Wolffheri hi-
bi ecclesiasticam
historiam ecclesi-
astica.

Iussu Wolffheri librum conscribere benigne,

Hic lector numero quorum tibi nomina monstro.

Nautgerus scriptor, nec non doctissimus auctor,

Principio cepit primam partemq uepergit.

Post hunc Rupertus sequitur fidusque Geroldus.

Hinc quoque Wolfherus, uerso qui nomine dictus

Wolffrandus, quinti partem scripsitque libelli

Post hunc cum penna Gerardus quippe susurra

Ingreditur claro sibi cum comite en' Adelhero.

B

Omni-

*Omnibus his igitur sibi quos supra me-
moravi*
*Mente bona ingentem sic aequauere la-
borem.*
*Fortis Adaloldus pariterque pius Nice-
linus.*
*Vnde rogato Deum precibus, qui perle-
gis istum.*
*Post mortem cuncti scandant super aethe-
ra coeli,*
*Laetitiis uariis gaudentes atque fruun-
tur.*

Abbas X. Eg-
geberdus
1047.

EGGEBERDVS,
decimus abbas,

ordinatur anno dominicae incarnatio-
nis millesimo quadragesimo septimo,
temporibus HEINRICI imperatoris, ter-
tii huius nominis, et Adelberi episco-
pi Herbipolensis. Hic primo fuit mo-
nachus sancti Gorgonii Gratianopoli in
Gallia et rogatu Adelberi, episcopi
Herbipolensis, huc fuit cum aliis fra-
tribus transmissus, causa reformationis
nostri monasterii, quod iam pene tam
in temporalibus, quam in spiritualibus
defecerat. Hic coepit solemniter re-

monasterii re-
formator.
1047.

Elus secundus
fundator.

formare nostrum monasterium, anno
domini M. XLVII. et appellatur in om-
nibus nostris priuilegiis et libris ab-
bas uenerabilis uitae. Plures libros fe-
cit conscribi monasterio, multa mona-
stera reformauit, miraculis claruit.
Eius temporibus Adelberus, uenerabi-
lis pontifex Würzburgensis, reaedifi-
cavit nostrum monasterium, iam de-
structum et collapsum, et dotauit illud
munificentissime: et ideo appellatur
secundus fundator. Reaedificauit autem
illud in honore sanctae Dei genitricis
Mariae, et sanctae Felicitatis martyris,
septemque filiorum eius. Idem anno
pontificatus sui septimo, hoc est anno
dominicae incarnationis millesimo
quadragesimo septimo, dedicauit basilicam,
sancti Galli, sancti Columbani, de-
inde post annos decem, anno uidelicet
pontificatus sui uigesimo quarto, hoc est
anno domini millesimo sexagesimo
quarto, indictione secunda XV. Cal-
endis Decembris, dedicauit oratorium

dedicat orato-
rium cryptae.

1074.

cryptae in honore sanctae Trinitatis ac
uictoriosissimae crucis, et sanctae Dei
genitricis Mariae, sanctique Stephani
protomartyris: deinde post annos qua-
tuor, hoc est anno pontificatus sui uige-
simo octauo, dominicae autem incar-
nationis M. LXXIV. Indictione duo-
decima, V. idus Septembris, dedicauit
ecclesiam maiorem nostri monasterii,
elapsis annis post Meyngaudum fundato-
rem nostrum ducentis sexaginta annis,
in honore sanctae Dei genitricis Mariae et
sanctae Felicitatis martyris, septemque fi-
liorum eius: et inter multas reliquias,

quas posuit ad summum altare, posuit et-
iam ibidem dimidiam fere partem cor-
poris sanctae Felicitatis. Item die praedi-
cto consecratum est ab eodem altare in-
ferius in ecclesia, in honore sanctae cru-
cis Dei genitricis Mariae et sanctae Ma-
riae Magdalenae. Deinde proximo die,
hoc est IV. idus Septembris, idem conse-
crauit duo altaria, super arcibus cryptae,

et altare in-
ferius conse-
crat.

et dua alia
alteria.

unum uergens contra meridiem, in ho-
nore sanctorum Dei Petri et Pauli et
omnium apostolorum. Alterum uero,
quod est uersus aquilonem, dedicauit
in honore sancti Bartholomaei apostoli
et sanctorum martyrum Cornelii papae
et sancti Chilianii episcopi et martyris.
Deinde post annos duos, dominicae
uidelicet incarnationis MLXXVI. an-
no sui pontificatus trigesimo, Idibus O-

1076.

ctobris, indictione XV. dedicauit ora-
torium sanctorum confessorum Marti-
ni, Gregorii, Nicolai, atque Benedicti
abbatis. Item praedictus pontifex, no-
ster fundator, in die dedicationis
nostrae delegauit nobis, perpetuis tem-
poribus ad habendum et possidendum
VI. mansos et syluam, dictam der Lich-

ut et oratori-
um SS. con-
fessorum:

Legat porro
den Richten-
wald

ter-Wald, cum omni utilitate in uilla,
quae dicitur Ronobach, et omnem dec-
imationem ad Dettelbach, pertinen-
tem; excepta tertia parte lini, et ex-
cepto uno manso, et excepta pecorum
tertia parte, quae tunc ad parochialem
spectabat. Item in dedicatione capel-
lae sancti Martini praedictus pontifex
delegauit nobis uineam unam, in loco,
qui dicitur Northsim, ea ratione, ut sin-
gulis annis fratres inde charitatem ha-
beant, in die eiusdem dedicationis.
Obiit autem episcopus Adelbero anno
episcopatus sui quadragesimo secundo,
et sepultus est in Bauaria, in quodam
monasterio, dicto Lambach. Quas autem
persecutiones sustinuit in episcopatu,
quaere in maiori chronica. EGGEBER-
TUS autem uenerabilis abbas, post-
quam praefuit nostro monasterio annis
XXVII. transiuit ad dominum VII. ca-
lendis Decembris, anno domini M.
LXXV.

et uineam in
Northeim.

forte 1576. qu.
uixit adhuc d.
anno, uid. pag.
praecedens.

HERMANNVS,
episcopus Bambergensis,

prout in chronica nostri monasterii, &
in legenda sancti Ottonis legitur, primo
fuit monachus nostri monasterii, sub
uenerabili abbate Eggeberto, deinde fuit
electus in episcopum Bambergensem,
et tandem fuit depositus per papam
HILDEBRANDVM, qui & GREGORI-
VS VII. dicitur, propter flammam ac-
cusationis Simoniacae prauitatis. Hic
tradidit nobis uillam Krautheim, cum
omni sua utilitate, cum aliis multis bo-
nis,

Donatione
Hermannii
episc. Bamb.

Adalber.

nis. Huius etiam rogatu & abbatis **A** **EGGEBERTI** *Adelberus* episcopus, no-
ster fundator, dedit nobis *duodecim*
iugera uinearum, **Jns Lozelinck**, dein-
de reliquam partem praedictae uineae,
Item *perlicas decem*, uidelicet totam
uineam, cum omnibus suis terminis, mo-
nasterio tradidit perpetuo iure et sigil-
lo proprio munuit. Hic etiam apud
nos in capella sancti Benedicti obtinuit **B**
sepulturam. Obiit autem VII. calendas
Iulii. Eodem tempore **Vdalricus**, praepo-
situs maioris ecclesiae Bambergensis,
inter alia multa bona, quae contulit
monasterio, uineas multas emit in *Sum-
merach*, et eas monasterio tradidit. Hic
etiam adificauit *oratorium S. Jacobi*. Eo-
dem etiam tempore **Ludovicus de Castel**,
comes, dedit nobis uillam dictam *Löffel-
bach*, cum omni sua utilitate, et con-
stituit, ut de prouentibus et redditibus
ejusdem indeficiens die ac nocte lumen
ante altare principale habeatur. Huius
Hermanni meminit **Johannes Tritheimi-
us**, de uiris illustribus, libro quarto.

Vdalrici
praepositiLudouici de
Castel.Ludouici de
Braidt.

LUDOVICUS,
miles de Braidt,

dedit nobis omnia bona sua, sibi in **D**
eadem uilla competentia. Eodem tem-
pore **Egehardus de Zeuletsheim** dedit no-
bis uillam *Hundesbach*, cum omni sua
utilitate et iurisdictione.

Egehardi de
Zeuletsheim,Ebbonis ca-
nonici, et fra-
trum de Ca-
stel.

EBBO,
canonicus,

dedit nobis bona sua, quae habuit in **E**
Lanckheim. Item **Hermannus de Castel**
et frater ipsius **Adelberus** plurima bona
contulerunt monasterio, quorum pri-
mus dedit nobis praedium suum in
Lanckheim, alter duos mansos in *Ru-
denhausen*. Ambo sunt apud nos se-
pulti.

Abbas XI.
Burcardus
1076.

BURCARDVS,
abbas undecimus

ordinatur anno domini millesimo sep-
tuagesimo sexto, uiuente adhuc **Adel-
berone**, episcopo Würzburgensi, ui-
gintique annis praefuit nostro mona-
sterio, obiit XIII. calend. Februarii.
Hic fuit uir magnae religionis, et plura
bona contulit monasterio. Hic plures
libros fecit conscribi, et hic est nume-
rus librorum, quos partim ante se scri-
ptos inuenit, **CLXXXIII**. Eius tempo-
ribus, hoc est, anno millesimo, septua-
gesimo nono, quidam miles **Gernbard**,
nomine *de Wiletzheim*, praesente do-
mino **Hermano**, quondam episcopo
Bambergensi, praedictoquo abbate, et
omni congregatione sanctae Felicitatis,
de thesauro eiusdem monasterii, *tres li-
bras auri* accepit, et pro auro et pro re-

plurimum li-
brorum au-
tor.1079.
Donationes
Gerbaridi de
Wiletzheim.

compensatione eiusdem pecuniae, ad
summum altare et reliquias praedium
suum, cum uineis et syluula sitis, et
omnibus utensilibus, ad id praedium re-
spicientibus, sub iure *iurando* posuit et
delegauit.

ALTMANNVS,
duodecimus abbas,

Abbas XII.
Altmannus
1096.

ordinatur anno millesimo nona-
gesimo sexto. Vixit in abbacia annis
octodecim, moritur ultimo Calendas
Octobris. Hic *iussit* plures libros scri-
bi, uidelicet *quatuor missalia, tres lecti-
onarios, duos sequentionarios, librum pa-
ralipomenon, librum sapientiae, in quinto*
*uolumine Augustinum, de consensu E-
uangelistarum, Hieronymum super e-
zechielem, librum etymologiarum Isi-
dori, martyrologium et regulam et plu-
ra alia* uide in maiori chronica.

*librorum a-
mans*

RUPERTVS,
decimus tertius abbas

Abbas XIII.
Rupertus.

ordinatur anno domini, mil-
lesimo centesimo decimo tertio.
Vixit in abbacia annis uiginti duobus,
obiit XII. calendas Martii. Temporibus
praedicti abbatis, anno uidelicet
millesimo centesimo decimo quinto,
indictione octaua, **Heinricus, comes de**
Gerlachshausen, uendidit praedicto ab-
bati omnia bona sua, quae habuit in **Ger-
lachshausen** et **Sommerach**, cum omnibus
utilitatibus suis, pro *triginta marcis ar-
genti* et, quoadusque uixit, comes
Heinricus tenebatur ei dare abbas **Ru-
pertus** omni anno *ducentos* et *quinqua-
ginta modios*, de diuerso frumenti ge-
nere, item singulis annis *tres curredas*
*uini, duos cereuisiae, decem modios bra-
cii, quindecim porcos, boues quinque, o-
ues decem*. Idem comes dedit nobis
parochiam in **Gerlachshausen**, quam ha-
buit titulo feudali ab episcopo **Herbi-
polensi**. Ista omnia ratificauit et ap-
probauit **Erlingus**, episcopus **Herbipo-
lensis**, in synodo suae ecclesiae, coram
multis praelatis. Hic etiam uenerabi-
lis pontifex determinauit in praedicta
synodo suae ecclesiae quandam conten-
tionem inter nostrum et monasterium
in **Kitzingen**, ex parte decima in **Tettel-
bach**. Praedicta omnia habentur in pri-
uilegiis monasterii. Caeterum quali-
ter praedictus episcopus expulsus fuit
ab episcopatu, et qualiter apud nos ob-
tinuit sepulturam, clare habetur in
chronicis nostris. Item temporibus
praedicti abbatis contigit *miraculum tu-
mus*. quod narratur de muto, qui fuit sanatus
in nostra ecclesia, in uigilia omnium
sanctorum.

Donationes
comitis de
*Gerlachs-
hausen,*

*quae confir-
mantur,*

mutus sana

Poppo ab-
bas XIV.
1126.

POPPO,

decimus quartus abbas,

nostri monasterii ordinatur anno domini millesimo centesimo, uigesimo sexto, et qui eodem anno decessit ad meliora. Adeo pauca uel quasi nulla nostro monasterio potuit offendere bona.

Abbas XV.
Wolframus.
1126.

WOLFRAMVS.

decimus quintus abbas

nostri monasterii ordinatur anno domini millesimo centesimo uigesimo sexto, qui et eodem anno moritur Calendis Octobris.

Abbas XVI.
Dyetricus,
1127.

DYETRICVS,

decimus sextus abbas,

ordinatur anno domini millesimo centesimo uigesimo septimo, et praefuit nostro monasterio annis quinque, moritur X. Calend. Octobris Aprilis.

Abbas XVII.
Gumbertus,
1143.

GYMPERTVS

decimus septimus abbas,

ordinatur anno domini millesimo centesimo, quadragesimo tertio: praefuit nostro monasterio annis septem, moritur Idibus Maii:

Abbas XIX.
Sigehardus
1149.

SIGENHARDVS,

abbas decimus octauus

ordinatur anno domini millesimo centesimo quadragesimo nono, uixit in abbazia annis septendecim, obiit II. Idus Februarii. Hic fecit fieri lapideum sarcophagum, qui modo stat in medio nostrae ecclesiae, posuitque in illud ossa uenerabilium uirorum, uidelicet *Meyngaudi* comitis, cuius ossa per trecentos et octo annos sub terra tumulata fuerunt, et *Erlingi*, episcopi Herbipolensis, nec non ossa *Eggiberti* et *Burcardi* abbatum, Hic etiam confruxit capellam *sancti Iohannis*, supra ualuas monasterii et locum inferius ante ecclesiam, qui dicitur *Paradisus*, quam etiam fecit aedificari et consecrari, anno dominicae incarnationis millesimo centesimo quinquagesimo secundo, indictione XV. et XIII. calendis Decembris, per uenerabilem *Gebehardum*, sanctae Würzeburgensis ecclesiae antistitem, in honorem domini saluatoris, et sanctae ac uictoriosissimae crucis. Et in honore sanctae *Mariae*, sanctique *Ioannis* baptistae et sancti *Iohannis* apostoli et euangelistae et sancti *Sebastiani* martyris. Numerus reliquiarum ibidem in altari partes octoginta quatuor.

Abbas XIX.
Gotswinus
1165.

GOTSWINVS.

abbas decimus nonus

ordinatur anno domini millesimo, centesimo, sexagesimo quinto.

A Vixit in abbazia annis quatuordecim, obiit XIII. Calendas Iulii. Hic construxit aedificium subtus chorum, supra altare sanctae crucis, distinctum sex columnis, cum capellis eorum uario et miro opere sculptum. Item duo altaria, *Mariae Magdalenae* uidelicet et sancti *Agapeti* martyris. Item duas partes ambitus, uersus ecclesiam et dormitorium, cum *columnis* et *capiteis* suis quae et usque hodie antiquorum industriofam artem demonstrant.

TRAGEBOTO

abbas uigesimus

ordinatur anno domini millesimo, centesimo, septuagesimo, nono, uixit in abbazia annis duobus, obiit Calendis Ianuarii.

Abbas XX.
Trageboto
1179.

GOTFRIDVS

abbas uigesimus primus.

ordinatur anno domini millesimo centesimo octoagesimo primo. Vixit in abbazia annis triginta duobus, obiit XVIII. Calendas Ianuarii. Huius uenerabilis patris soror, nomine *Mechtilde*, in obitu suo delegauit nobis *quatuor talenta Hallensium*. Cui summae praedictus abbas superaddidit *tria talenta* et *sexaginta nummos*, et *decimam in Ostheim*, quam quidam *Conradus* iure beneficii possedit et alteri impignorauerat, redemit et ecclesiae nostrae recuperauit et pro recompensa ordinauit praedictae sororis suae anniuersarium.

Abbas XXI.
Gotfridus,
1181.

DYETRICVS,

uigesimus secundus abbas,

ordinatur anno domini millesimo ducentesimo decimo tertio. Vixit in abbazia annis undecim. Obiit X. Calendas Aprilis. Eo tempore, uidelicet anno domini M CC XVIII. *Conradus*, Würzeburgensis uenerabilis pontifex, et imperialis aulae *cancellarius*, miserabiliter occisus in ciuitate Würzeburgensis.

Abbas XXII.
Dyetricus
1123.

HEROLDVS,

uigesimus tertius abbas,

ordinatur anno domini millesimo ducentesimo uigesimo. Vixit in abbazia annis duodecim, obiit VI. Calendas Aprilis. Hoc tempore *Herbipolensis* ecclesia sustinuit multa et grauiadama. Conspirauerant enim contra dominum *Hermannum* episcopum Herbipolensem, episcopus *Bambergensis*, *Poppo comes de Henneberg*, *Rupertus* comes *de Castelle*, et alii quam plures, qui eidem ecclesiae multa mala intulerunt. Quibus turbinibus ciuitas *Swarzensis* a comite *Ruperto de Castell* igni tradita est X. Calend. Decembris. Quo etiam incend-

Heroldus,
abbas XXIII.

Herbipolensis ecclesia uexata a multis.
1120.

oppidum Swarzense conflagrat.

Hermannis
cum Rupertus
comite sopi-
tur.

condio aedificia claustrum perierunt, ut-
pote turres cum campanis sonorosis,
horrea et alia aedificia. *Causam* huius
mali et alia plura quaere in *chronica ma-
iori* cap. XX. Nota tamen, quod anno
domini millesimo ducentesimo trige-
simo, praedictus episcopus HERMAN-
NVS et comes Rupertus, reconciliati fu-
erunt in hunc modum: quod dominus e-
piscopus deberet habere aduocationem
claustrum et ciuitatis Swarzensis, iustitiaeque
GERLACHSHAVSEN et omnium per li-
mites adhaec pertinentium, sine omni con-
tradictione, comes uero aduocatus ali-
arum villarum, quarum nomina sunt haec:
Northem, Vlberg, Dimbach, Eichfeld,
Schönberg, uetus Lewb, Reipelsdorff,
Otzhäufen, et praeterea aduocatum pos-
sionis ecclesiae praedictae Strelbach,
Volekach, Oftheim. Eius etiam tem-
poribus quidam nobilis uir, *Fridericus de
Scheinfeld*, dedit nobis propter Deum ius
patronatus, super capellam in *Suntheim*,
quam donationem confirmauit *Dyetri-
chus* episcopus Herbipolensis, et totum
capitulum canonicorum sancti *Chiliani*.
Item temporibus praedicti abbatis con-
trouersia inter nostrum monasterium et
Ebracense fuit pacificata, ex parte siluae
iacentis inter *grangiam Birchenrod* et
uillam *Rönbach*.

Suntheim do-
natur.

Et composita.

Simon, abbas
XXIV, 1233.

SIMON

uigesimus quartus abbas,

ordinatur anno domini millesimo
ducentesimo trigesimo tertio. Vi-
xit in abbacia annis tredecim. Obiit
quarto nonas Aprilis. Hic dedit ad
possidendum titulo feudali decimam in
Strelbach *Ottoni* militi de *Sommerach*. I-
tem temporibus eius tradita est ciuitas
Herbipolensis in manus inimicorum fu-
orum.

Rutgerus ab-
bas XXV,
1245.

RUTGERVS,

uigesimus quintus abbas,

ordinatur anno domini millesimo
ducentesimo quadragesimo octauo.
Vixit in abbacia annis uiginti tribus.
Obiit vi. Calendas Martii. Huius abba-
tis temporibus HERMANNVS episco-
pus Herbipolensis stabat, & sigillo pro-
prio munuit, ut neque ipse, ne-
que ullus successorum suorum, aduo-
catiam monasterii et oppidi *Swarzach*
alienaret, quod prius non fuit serua-
tum. Nam prius comites de *Castell*
habuerunt praedictam aduocatum in
beneficio, ab episcopatu *Herbipolensi*, et
inde sunt secuta mala praemissa. Item
praedictus episcopus priuilegiauit homi-
nes ante monasterium, de non dan-
da praecaria, et istam immunitatem con-
firmavit papa *Caelestinus*, in auctoritate
apostolica. Item prohibuit sub ana-

Aduocacia
Swarzacensis
alienari probi-
bita.

Monasterii
priuilegia.

themate, ne aduocatus noster intra mu-
ros monasterii exerceat placita et judi-
cia cum suis subditis. Item dedit no-
bis jus aduocationis domorum ante mo-
nasterium et etiam molendinum retro
claustrum. Item praedictus abbas emit
a nobili uiro *Fridericus de Scheinuelde* sex
mansos suae proprietatis in *Bwlach*,
cum totali decima eiusdem campi, prope
Suntheim pro XXXII. libris *Hallen-*
sibus. Item *Honorius* papa confirmauit
nobis decimam in *Bwlach*. Item emit
allodium nostrum in *Tettelbach* a comi-
tibus in *Castell*, *Henrico* et *Hermanno*,
cum agris, uineis et pascuis et aliis om-
nibus bonis, pro summa triginta quatu-
or marcarum argenti. Item eius tempo-
ribus, anno domini millesimo ducente-
simo sexagesimo sexto, comes *de Henne-
berg in Castell* habuit conflictum, cum
Herbipolensibus et succubuit, et aesti-
mati sunt perempti, ab hora prima usque
ad horam sextam, plures numero quam
quingenti.

et augmensa.

ARNOLDVS,
abbas uigesimus sextus,

Arnoldus ab-
bas XXVI.

ordinatur anno domini millesimo du-
centesimo septuagesimo secundo. Vi-
xit in abbacia annis octodecim. Obiit
X. Calendas Maii. Eius temporibus, ui-
delicet anno domini M. CC. LXXXIII.
in die potentiana uirginis et martyris,
comites *de Henneberg* et *Castell* uene-
runt cum magno exercitu, et combus-
ferunt ciuitatem *Swarzach*, et spoliaue-
runt monasterium, et incenderunt ec-
clesiam beatae *Felicitatis*. Sed domi-
nus *Vdalricus de Hanau* defendit mona-
sterium ab incendio. Item huius ab-
batis temporibus *Gertrud de Zabelstein*,
relicta quondam *Henrici Fuchs*, aduo-
cati in *Swarzach*, habuit in pignore ab
Iringo, episcopo *Herbipolensi*, aduoca-
tiam in *Gerlachshausen*, pro ducentis
quadraginta talentis *Hallensium*, quam
pure propter DEVM dedit nobis, cum
consensu domini *Bertholdi* episcopi qui
hanc donationem ratificauit et confir-
mauit. Postea anno domini millesimo,
trecentesimo sexto, *Andreas*, episcopus
Herbipolensis, literas domini *Iringi* et
Gertrudis de Zabelstein examinauit, et
postea ipsam uenditionem ratificauit et
confirmauit.

1283.

Swarzach op-
pidum ueniam-
tur,

saluo monaste-
rio.

Auocacia in
Gerlachshausen
sen grat s li-
beatur pi-
gnoris nexu

1306.

SYFRIDVS.

uigesimus septimus abbas

Syfridus ab-
bas XXVII.

1290.

ordinatur anno domini millesimo du-
centesimo et nonagesimo. Vixit in ab-
batia annis uiginti sex, obiit *Nonis Fe-
bruarii*. Hic commendatur in regimi-
ne monasterii super omnes abbates.
Nam tempore, quo suscepit abbatiam
inuenit monasterium nostrum in ma-
gnis

gnis debitis; uerum ipse non solum ea Alesia, iussu *Wolfframi* episcopi Herbipolensis, quae postmodum committitur ad regendum monasterio nostro. Tunc etiam empta sunt bona, quae habet praedicta ecclesia *zu Teuseß uff dem Berg*, pro summa sexaginta librarum Hallensium. Item praedictus abbas uendit procuratoribus in *Dimbach* pro LXIV. libris Hallensibus certa bona uel redditus, cum consensu praedicti episcopi *II. malter* filiginis, *VI. malter* auenae. Item *III. libras* Hallensium de manso, dicto *die Widdersß*. Item VII. iugera uinearum, cum media sita in marchia uillae *Sommerach an Braitloch*. Tunc etiam *Wolfframus* episcopus confirmauit omnia nostra priuilegia. Item idem concessit nobis parochiam in *Gerlachshausen*, cuius ius patronatus prius habuimus. Item capellano ibidem residenti taxauit suam praebendam. Ista omnia confirmauit *IOHANNES* papa XXII. Item abbas *Iohannes* habuit litigium cum *Hermanno de Thunuel*: propter syluam *Lichtenwald*. Item cum *Eberhardo de Thunuel*, qui longo tempore retinuit sibi praedictam syluam, sed finaliter se recognouit et omnia nobis restituit. Item impignorauit curiam in *Vlperus* et redemit curiam in *Krautheim*, quae alias totaliter fuisset alienata a monasterio.

gnis debitis; uerum ipse non solum ea Alesia, iussu *Wolfframi* episcopi Herbipolensis, quae postmodum committitur ad regendum monasterio nostro. Tunc etiam empta sunt bona, quae habet praedicta ecclesia *zu Teuseß uff dem Berg*, pro summa sexaginta librarum Hallensium. Item praedictus abbas uendit procuratoribus in *Dimbach* pro LXIV. libris Hallensibus certa bona uel redditus, cum consensu praedicti episcopi *II. malter* filiginis, *VI. malter* auenae. Item *III. libras* Hallensium de manso, dicto *die Widdersß*. Item VII. iugera uinearum, cum media sita in marchia uillae *Sommerach an Braitloch*. Tunc etiam *Wolfframus* episcopus confirmauit omnia nostra priuilegia. Item idem concessit nobis parochiam in *Gerlachshausen*, cuius ius patronatus prius habuimus. Item capellano ibidem residenti taxauit suam praebendam. Ista omnia confirmauit *IOHANNES* papa XXII. Item abbas *Iohannes* habuit litigium cum *Hermanno de Thunuel*: propter syluam *Lichtenwald*. Item cum *Eberhardo de Thunuel*, qui longo tempore retinuit sibi praedictam syluam, sed finaliter se recognouit et omnia nobis restituit. Item impignorauit curiam in *Vlperus* et redemit curiam in *Krautheim*, quae alias totaliter fuisset alienata a monasterio.

Bona zu Teuseß uff dem Berg.

parochia in Gerlachshausen.

Lawb
Sommerach
et Tettelbach

Decima ibidem ad dominium ecclesiae Swarzac. reddit.

Item a praedicto comite *Heinrico* emit aduocati- am uillae, dictae **Lawb**. Item a praedicto comite *Heinrico* emit aduocati- am *Sommerach*, pro sexcentis quinquaginta libris Hallensibus. Item recuperauit decimam in *Tettelbach*, alienatam a monasterio, per suos antecessores, cuidam militi, nomine *Conrado de Sickenhausen*, heredi- bus suis constantissime alleganti- bus, patrem eorem praenominatam decimam non sub nomine pignoris, sed rite emisse sibi et suis heredibus, iure et titulo feudali. Huic negotio interposuit se *Magrwaldus* episcopus Herbipolensis, cum quatuor fide dignis personis, et pacificauerunt causam praedictam in hunc modum: *Quod praedictus SYFRIDVS deberet dare haeredibus praedicti militis quingentas libras Hallensium, diuersis terminis praenotatis. In festo Ioannis ducenta talenta, in Epiphania domini ducenta, in festo sanctae Walburgis centum, et sic decima cum suis pertinentiis ad ecclesiae in SWARZACH dominium rediit.*

HEINRICVS,
uigesimus nonus abbas,
ordinatur anno domini M. CCCXXXIV. uixit in abbacia annis quinque. Obiit IV. idus Septembris. Hic instituit, ut semper residerent duo de conuentu nostro in *Dimbach*, aut unus, si necesse esset, cum sacerdote seculari. Item, ut pro tempore ibi habitantes simul uiuerent monastice, secundum formam nostri monasterii, simul comederent et simul biberent et se de uno panno uestirent. Item ordinauit, ut praedicti fratres haberent *ius caedendi ligna*, ad duodecim plaustra, pro usu eorum, in loco, ubi nos secure pro tempore contigerit. Item ordinauit, ut bis in anno ascenderemus ad praedictum locum, cum processione, hoc est, in uigilia annunciationis Mariae et in uigilia assumptionis eiusdem. Item praedictus abbas consensit, ut minuta decima in *Dimbach* emeretur a capellano siue praeposito ibidem, pro XI. libris Hallensibus a plebano in *Gerlachshausen*, nomine *Henrico de Remell*.

Abbas XXIX.
Henricus
1334

Abbas XXVIII.
Iohannes
1316.

IOHANNES,
uigesimus octauus abbas,
ordinatur anno domini millesimo trecentesimo decimo sexto. Vixit in abbacia annis decem et septem. Obiit secundo Idus Septembris. Temporibus praedicti abbatis fit concursus in *Dimbach* magnus et ibi aedificatur ec-

CONRADVS,
abas trigessimus,
ordinatur anno domini M. CCCXXXIX. uixit in abbacia annis tribus. Obiit X. calendas Decembris. Temporibus iam dicti

Abbas XXX.
Conradus
1339

dicti abbatis *Otto* episcopus *Herbipolen-*
sis separauit parochiam nostram a paro-
 chia oppidi in *Swarzsch*, quae tamen
 antea longis temporibus fuerat separa-
 ta. Conlenserunt in praedictam separa-
 tionem abbas et conuentus, archidi-
 aconus, plebanus in ciuitate dictus *Con-*
radus de nouitate. Item tunc fuit or-
 dinatum, quod custos nostri monasterii
 haberet curam animarum nostrae paro-
 chiae. Idem abbas emit curiam in *Stad-*
del Swarzsch, iuxta coemiterium, cum
 omnibus attinentiis suis, pro XL. talen-
 tis Hallensibus. Hic etiam multa in-
 uincibilia debita contraxit, propter que-
 ram alterius *Conradi* sui monachi, qui
 fuit capellanus ipsius abbatis. Hic cir-
 cumuenit praedictum abbatem uerbis
 persuasiuis, in dolo coram notario et
 testibus et expulit *Conradum* patrem
 suum et abbatem ab abbacia, et ipse se
 intrusit. Quapropter inter utrosque
 fuerunt litigia, quilibet eorum res no-
 stri monasterii distraxit, alienauit, im-
 pignoraui, seu uendidit, ita ut in bre-
 uis nostrum monasterium praefatum de-
 ueniret, ad extremam necessitatem et
 paupertatem.

Abbas XXXI.
 Waltherus,
 1342.

WALTHERVS,
 secundus huius nominis abbas, trige-
 simus primus,

ordinatur anno domini M. CCC. XLII.
 uixit in abbacia annis XI. Obiit IV.
 Nonis Februarii. Huius abbatis tempo-
 ribus, in uigilia Mariae Magdalenae, or-
 to iam sole, innundatio *Mogari* facta fu-
 erat maxima, ita quod fluxus *Mogari*
 tetigit limina partae *S. Walpurgis*. Pon-
 tem *Herbipolensem*, *Kizingen* et *Ochsen-*
furt ex impetu eiusdem *Mogari* peni-
 tus destruebantur, omnia insuper con-
 firmata ab utroque latere totaliter fue-
 runt deuastrata. Hoc contigit tempore
 praedicti abbatis, anno sui regiminis se-
 cundo. Eodem etiam anno frater *Wi-*
glinus de Noriberga, diaconus, fuit oc-
 ciscus per ciues de *Swarzsch*, in uigilia *S.*
Petri, ad uincula per *Petrum Schenck*
Dolinger & *Hiltbrand Schmid*. Causa hu-
 ius mali fuit, quod cum baculo, quem
 gerebat in manu, in coemeterium op-
 pidi *Swarzsch* linum, quod mulieres
 siccandi gratia ibi posuissent, euertisset.
 Mulieres enim de hoc dolentes, coepe-
 runt inclamare nomina uirorum, qui
 cum occurrerent, iuuenem iam fugien-
 tem extra portam persequuntur, et se
 occultantem in agris prodicione canis,
 quem secum duxerunt, inuenerunt et
 miserabiliter interficiunt. Hic etiam
Waltherus, cum consensu domini *Adel-*
berti episcopi, impignoraui decimam
 in *Tettelbach*, septem annis *Erhardo de*

Decimas Tet-
 telbacenses
 oppignoratae,

A Hirschhorn, canonico *Herbipolensi*, pro
 DC. talentis *Hallensium*, ea conditione,
 ut, reuolutis septem annis, decima cum
 omni sua integritate rediret ad nostram
 ecclesiam. Praedictus *Waltherus* emit
 pro summa LVII. librarum *Hallensium*
 decimam maiorem et minorem in *Ost-*
heim a quodam dicto *Conrado Siglog*.

WALTHERVS,
 tertius huius nominis, abbas trige-
 simus secundus,

Abbas XXXII.
 Waltherus.
 1354.

ordinatur anno domini M. CCCLIV.
 uixit in abbacia annis XII. Obiit idus Se-
 ptembris. Hic uendidit seu impignora-
 uit syluam, *den Lichtenwald*, *Gotfrido de*
Weisfeld, cum omnibus suis attinentiis
 et iuribus, prout nobis antiquitus com-
 petebat, pro LXIV. talentis *Hallensi-*
um, ea conditione, ut, si infra termi-
 num quinque annorum praedicta sylua
 redimeretur, pro summa superius nota-
 ta, omne ius praedictae syluae rediret ad
 nostrum monasterium uel ecclesiam. Hic etiam
 fecit fieri per magistrum
Conradum de Herbipoli, anno domini
 M. CCCLXII. campanam magnam in
Dturri, uersus abbaciam uel ciuitatem
Swarzsch, et in eius superficie et mar-
 gine sic reperitur scriptum.

Lichtenwald
 oppignorata.

Campana
 magna
 1362.

Sum uox ex aere; tria nuntio: funera
flere;

Festa frequentari; nocuum tempus-
que fugare.

Felicitas gaude tanta dignissima laude!
Ihesus Nazarenus Rex Iudaeorum.

CONRADVS,

de Meyenselt, abbas XXXIII.

Abbas XXXIII.
 Conradus
 1366.

ordinatur anno domini M. CCCLXVI.
 uixit in abbacia annis XI. obiit VII.
 idus Iunii.

CRAFTO,

de Buchenaw abbas XXXIV.

Abbas XXXIV.
 Crafto
 1377.

ordinatur anno domini M. CCCLXXVII.
 uixit in abbacia annis XXIV. obiit VI.
 calendis Maii. Contra hunc insurrexit
 quidam monachus professus nostri mo-
 nasterii et eundem priuat abbacia annis
 septem, asserens, se habere bullam et
 litteras apostolicas, super dictam abba-
 tiam, quarum tamen falsitas in fine ap-
 paruit et dictus *Crafto de Buchenau*, di-
 ctus *Leidentummer*, ex eo, quia multas
 miseras sustinuit, tempore suae expul-
 sionis, restitutus. Hic construxit an-
 teriorem partem chori, collapsa priori,
 et denuo fecit consecrari summum alta-
 re, repositis illis reliquiis prioribus, di-
 midiam fere partem corporis beatissi-
 mae *Felicitatis*, cum aliis multis reli-
 quiis.

CRAF-

Abbas xxxv.
Crafft

1405.

CRAFTO,

de Biberem, abbas trigessimus quintus
ordinatur anno domini M. CCCCV. uixit in abbacia annis XV. obiit VI. Idus Septembris. Huius abbatis temporibus, anno uidelicet MCCCXCIX. summa ecclesia Herbipolensis uicit in praelio ciues suos conspirantes, contra uenerabilem dominum *Gerhardum* episcopum et totum capitulum eius, et totum clerum, citra uillam *Berchtheim*. Ita quod interfecti ciues eorum et adiutores ibi mortui fuerunt mille et centum uiri, ut dicebatur pro tunc. Contra hunc infurrexit *Hiltbrannus Zöllner*, monachus nostri monasterii, et expulit praedictum abbatem ab abbacia, duobus annis et ultra. Deinde anno domini M. CCCCL. *Crafft* abbas diu, ut dixi, expulsus, obtinuit uictoriam contra *Hiltbrannum Zöllner*, adiutorio *Hiltbranni de Thungen*, sub uenerabili antistite *Iohanne de Egloffstein*, domino et episcopo Herbipolensi. Praedictus autem *Hiltbrannus Zöllner* obtinuit promotionem praepositurae in *Dimbach*, eo quod finxit, quod praedicta per ignorantiam essent facta vel acta. Hac de

Monasterium
obaeratum

tutore *Wilb.*
de Thungen.

debitis libera-
tur.

causa monasterium incidit in multa debita et pericula inuincibilia, non absque graui uenditionis et alienationis bonorum monasterii damno. Ad quod euitandum, communi consilio fratrum, cum abbate praedicto, assensuque domini episcopi, commissum et commendatum est monasterium omnimode *Wilhelmo de Thungen* militi, ad reformandum et tuendum a debitoribus et aliis insidiatoribus. Qui intromissus se de hac cura causa Dei et in breui sua eximia fidelitate monasterium praefatum reduxit ad statum pristinum, solutis debitoribus seu creditoribus. Iacet sepultus in crypta, sub lapide, in medio ante altare sancti Stephani. Item praedictus abbas emit in *Stadel Swarzach* curiam, soluentem annuatim quinque maldros tritici, quatuor auenae, septem gallinas et XVIII. denarios, a nobili uiro dicto *Brant de Sabesheim* pro CX. florenis. Idem emit pro CLI. florenis omnia in *Stadel Swarzach*, quae prius fuerant *Erhardi de Sabesheim*.

Abbas xxxix
Caspas

1413.

CASPAR,

de Schaumberg, abbas XXXVI.

ordinatur anno domini M. CCCCXIII. uixit in abbacia annis XVII. obiit XVI. calendis Octobris. Hic primo fuit monachus monasterii *S. Burcardi*, postea praepositus in *Abi*, tandem fit abbas hoc in loco. Nam tum uacabat abbacia, post obitum domini *Crafftionis de Biberem*, cuius temporibus monasterium redactum fuerat ad bonum statum,

A per *Wilhelmum de Thungen*. Hic cum uideret, idem monasterium, quasi reflorescere et iterum oriri, coeperunt multi per fas et nefas occasiones ostendere, quibus imminentibus possent praedictam abbaciam adipisci, de quibus unus iste *Casper de Schaumberg* caeteris praeluit, et abbaciam ui et uigore bullarum domini papae obtinuit. Hic bene rexit in temporalibus, sed in spiritualibus more solito, ut sui autecessores, parum fecit. Eius temporibus fit concilium Constantiense, anno domini M. CCCCXVI.

GEYER,

quidam monachus S. Burcardi, postea praepositus capellae B. uirginis castri domini episcopi Herbipolensis abbas XXXVII.

4016.

Abbas xxxvii.
Geyer.

ordinatur anno domini M. CCCCXXX. non per electionem, sed per intrusionem. Paruo tempore uixit in abbacia, uix per unum annum. Hic fuit factus leprosus. Nomen eius et diem obitus sui non potui reperire in antiquo martyrologio nostro.

1430.

NICOLAVS,

de Gleisenberg abbas XXXVIII.

Abbas
XXXVIII.

1431.

ordinatur anno domini M. CCCCXXXI. uixit in abbacia annis XVII. obiit VI. Nonis Martii. Hic fuit homo paruae staturae et altae mentis: hospitalitatem dilexit, sed non eo modo, quo regula docet. Nam quod honori detraxit, turpitudini referuauit, uoluptuose uixit, et res pauperum et peregrinorum in usus secularium et amicorum distraxit. Hic monasterium nostrum reduxit ad ultimam inopiam. Nam census et redditus cum deficerent, coepit quaedam alia impignorare et fere ex toto monasterio alienare et perpetualiter separare. Quid ultra? cum debita contraxisset, ultra XII. millia florenorum, monachi ultro eius uesaniam non ferentes, proclamationes contra eum faciunt, coram domino episcopo Herbipolensi, qui et cognita rei ueritate eum deposuit, qui et postmodum mortuus est pessime, etiam excommunicatus. Temporibus huius abbatis Würzburgenses coniurationem fecerunt contra reuerendum dominum episcopum Herbipolensem, *Iohannem de Brum*, et eius totum capitulum praedictae ciuitatis: propter quas lites et guerras praedictus abbas fuit supra modum grauatus *sturis* et hospitalibus. Nam praedictus episcopus post certam uictoriam, quam habuit contra suos conspiratores, prope monasterium *Cell*, ordinis *Praemonstrantensium*, moram traxit longam in castro *Stephansberg*; et qui

propter a-
Galic.

deponitur.

concilium
Basileense.
1434.

Abbas xxxix.
Iohannes

IOHANNES,
WOLFFIVS a Caspach, abbas
XXXIX.

Nicolao deposito subrogatur, anno domini M. CCCXLIV. Et vero, cum, propter superiorum annorum motus et feditiones inter episcopum Würzburgensem, eius capitulares, ciues et subditos, quae tandem in apertum bellum et stragem exierunt, ut supra dictum, monastica disciplina collapsa esset, sicut in discessione subditorum a legitimo magistratu bellisque omnes malorum species infunt, nec conuentuales, qui tum ferme omnes ex nobilitate erant, inter cancellos regulae et ueterum statutorum, in quae nomina dederant, se continerent: de statu monasterii neglectisque et leuiter curatis legibus statuariis, eo tempore episcopus Wirzburgensis, *Gotfridus* nomine, gente *baro Limburgicus*, certior factus, e collegio *Fuldensi*, diuo Andreae sacro et pietatis exercitatione, sicut etiam uetustatis ueneratione, prae aliis celebri, quosdam pietate et doctrina praestantes patres et fratres, qui collapsam disciplinam eiusque pristinam laudes recuperent et in integrum restituunt, aduocat. Quod cum impetrasset, diuinaque ope adspirante et recens accersitis operam suam in omni Christianae pietatis officio impigre urgentibus, sanctus ille conatus restitutionis ueteris disciplinae feliciter euenisset: magnum inde animo laetitiam cepit abbas *Iohannes* et sumtu nunquam deterrente, dormitorium et caenaculum, quod hodie *refectorium* uocant, e fundamento excitat. Quo facto numerus conuentualium maiorem in modum auctus est, occasione etiam inde porrecta, quod nobilibus e plebeio ordine nati aequarentur et susciperentur. Circa quod ad rescriptum *Gregorii IX.* pontificis maximi respectum est, cuius haec sunt uerba: *Non generis, sed uirtutum nobilitas uitaeque honestas, gratum Deo faciunt et idoneum seruitorem, ad cuius regimen non multos secundum carnem nobiles potentes elegit, sed ignobiles et pauperes, eo quod non est personarum acceptio apud ipsum &c.* Hinc iure optimo dixit *Iohannes* monachus: *Quod ecclesia deberet abundare uiris literatis et non asinis ferratis.* Diuus etiam *Hieronymus* probat: nobilitatem ex iniquitate procedere hoc modo. *Nobilitas, inquit, mundi nihil aliud est quam diu-*

itiae inueteratae. Omnes autem diuitiae de iniquitate descendunt. Vnde et illa uulgata sententia mihi uidetur esse uerissima. Omnis diues aut iniquus, aut iniqui haeres. Nobilitas igitur generis ex iniquitate uenit. Et cardinalis *Hofstensis* *Henricus*: *Qui, inquit, superbit de nobiliori sanguine, idem de nobiliori stercore intumescit.* Crescentibus ergo indies curis et laboribus, abbas *Iohannes*, sexto post anno, abbatiam conuentui, a quo acceperat, tradidit, reseruato sibi usu fructu praepositurae *Dimbachensis*, quo per duodecim annos gauisus est. Tandem aetate grauis, die *Ottomanis* confessoris, anno M. CCCCLXII. fatalem diem clausit et eadem domo capitulari, quam exstruxerat, tumulatus est. Vir omni laudis genere ad posteritatem praedicandus.

EKHARDVS,
e collegio *Fuldensi Schwarzbachum* accersitus, numero abbas XL.

Abbas XL.
Ekhardus

uir christianae pietatis et monasticae disciplinae, si quis alius, obseruantissimus: quam ad augendam et ornandam plurimum momenti attulit. Circa temporalia non mediocrem illi laborem fecit aeris alieni, a praecessoribus conflati, magnitudo, et per bellum, quod inter episcopum *Iohannem Wirzburgensem*, Bellum episcopi Wirzburg. cum Alberto Brandenburgensi, cognomento *Achillem*, Germanicum gestum est, monasterio suo illatae acceptaeque clades. Eo enim feruente, collectarum, onerum, aliarumque miseriarum, quibus infirmiores a potentioribus premuntur, quaeque bella intestina comitantur, nullus neque finis neque modus fuit, securitate etiam publica subblata parumque totis itineribus. Sicut autem a ueteribus dictum est: *Aliquid mali propter uicinum malum*, ita illo etiam calamitoso bello accidit. Marchio enim magna manu equitum peditumque anno MCCCCLXI. *Kizinga* profectus, in pago *Summerach* bis pernoctauit, monasterium, ad se redimendum ab incendio, multat CC. modis aenae, dictum pagum *Sommerach* quingentis, pagum *Northheim* CC. florenis, *Dullstatt* et *Dimbach* incendio delet: flammis etiam grassatus in *Gerlachshausen*, similiter barbara feritate ante monasterium et in eo omnibus aedificiis incensis, uno templo et dormitorio exceptis. Tot calamitatum concursu, multisque aliis curis et laboribus fractus tandem *Eckardus* pius et deuotus abbas extremam uitae periodum absoluit, die *Michaëlis* archangeli, anno domini M. CCCCLXVI. iuxta altare deiparae uirginis sepultus.

Eckardo eodem anno successor lectus

(C)

ctus

disciplina
collapsa.

reformatur.

et monasterium
augetur.

Plebei ad-
mittuntur.

multas causas
tur calamitas.

2462

Martinus, abbas XLI.

ctus est MARTINVS, abbas XLI. e monasterio *Aegidiano Norimbergae*, natione Austriacus, ab Eckhardo procul dubio uirtutis et pietatis commendatione et praerogatiua, singulari iudicio accitus, cui ipse lampadem, ut dicitur, traderet. Neque eum siue iudicium suum siue opinio de Martino suo fefellit. Is enim summae rerum praefectus, cum maiorem partem pagorum, decimarum, aduocatiarum, iurium etc. monasterii sibi crediti, in aliorum potestate, nexu hypothecae et pignoris teneri comperisset: XVIII. millia florenorum, sub annuo censu, mutuo sumsit. Quibus majori ex parte bona interuersa et alienata ad monasterium redemit. Eo onere solutus, lacera et flammis prope deleta aedificia magnifice restituit turribus, fossaque et muro monasterium circum circa cinxit.

Primus abbas infulatus.

Primus est abbatum Swarzachensium qui mitratus, siue, ut uulgo INFVLATVS, se spectandum praebuerit, ornamento illo mitrae siue infulae, a sede apostolica, pro se suisque successoribus, perbenigne, citra ambitum, secus ac hodie quandoque fieri solet, honestatus. Frequentem fouit conuentum, numero supra quinquaginta conuentualium, exemploque praecessoris sui, monasticam disciplinam nutantem quasi et prostratam, inuecta malignitate bellorum ciuiliu et confusione rerum diuinarum humanarumque licentia multiplici, diligenter coluit et feliciter restituit, inducta acceptaque obseruantia *Bursfeldensi* anno M. CCCC. LXXX. Obiit xxv. die Februarii anno MCCCCXCIV. multis egregiis pietatis, frugalitatis et tuendae rei familiaris exemplis post se relictis.

Michael, abbas XLII.

Martinus successorem habuit MICHAELM, Gerolshouensem, ordine et numero XLII. monasterii *Swarzach* abbatem, rite lectum anno M. CCCC. XCIV. Hic abbas magnificam campanam fieri fecit, quam in turrim citeriorem, uersus aquilonem, collocauit, quae postea in uesania rusticorum, anno M. D. XXV. cum caeteris monasterii ornamentis est absumta. Qui cum grandaeuus esset, nec quotidianis curis et laboribus eius industria responderet, mundi pertaesus, nono post electionem suam anno, hoc est millesimo quingentesimo tertio, abbatia ita cedit, ut peculiaris sibi habitatio iuxta partem monasterii assignaretur et priuata mensa instrueretur, alimentis etiam in binos famulos constitutis, cum stipe annua CC. florenorum, quae ipsi annua tantum fuit. Obiit enim in die S. Bureardi episcopi, anno domini M. D. IV. fe-

pultus sub lapide abbatiali, ante altare S. Iacobi.

Cedenti Michaeli successit PAVLVVS, patria Dettelbachensis, abbas XLIII. die conuersionis Pauli, sibi cognomine, uetus cellerariae, ut uocant, monasterii *Swarzach* promus condus, sed duobus post electionem annis elapsis, *Syphilde* morbo, die XXX. Martii anno domini M. D. V. est absumtus sepultusque sub lapide abbatiali, iuxta altare uirginis matris.

Cum per obitum Pauli abbatia uacaret nouusque abbas eligendus esset, tribus conuentualibus *Georgio Frez*, priori, *Nicolao Scholl*, procellerario, et *Nicolao Vnrube*, culinae praefecto, paria uota obuenerunt. Hic cum ambitione certaretur, inter tres illos, quisnam eorum praeesset: controuersia illa ad episcopum Würzburgensem *Laurentium a Bibra* reiecta est, qui ipsis fratrem *GEORGIVM Wolffsbach*, coriarii filium, Würzburgi praefectum culinae, in monasterio *S. Stephani* ibidem, abbatem nominauit. Inique hoc tulere aegreque conuentuales praetendebantque, hoc non fuisse mentis suae, ut extraneus ipsi praeficiatur, sed aliquis ex corpore ipsorum. Quibus cum responderetur: citra ullam exceptionem ipsos ius nominandi abbatem ordinario suo episcopo permisisse, nolentes uolentes conquieuerunt. Atque hoc casu euenisse uidetur, quod accidit, cum *VRBANVS*, quondam papa, iussisset fratribus minoribus, ut ei darent in scriptis nomina trium uirorum eiusdem sodaliti, ut unum ex illis cardinalem crearet: illi tria nomina scripserunt, forma sphaerae, ne ex ordine cognosceret, quem illi digniorem iudicarent. Quibus *VRBANVS*, ordinem, inquit, *peruertistis et ego ordinem peruertam*, omissisque illis, generalem ordinis eue-

Eo ergo modo factus est abbas *GEORGIVS*, cuius diligentia et dexterritas in tuenda administrandaque re familiari multum commendabatur, ut se debitis maxime urgentibus aliquo modo liberaret et aliquatenus colligeret tertiam partem decimae in *Dettelbach*, monasterio *Bircklingen*, cuius hodie praeter rudera nihil superest, pro septem mille florenis hypothecae nexu obstrinxit. Erat bona spes de ipso concepta, sua uigilantia et cura effectum iri, ut monasterium e debitorum uoagine eripiatur: nec ea fefellisset, si absque seruili rusticorum tumultu, qui maximis cladibus germaniam afflixit et obruit, quasi irata tempestate, anno M. D. XXV. fuisset, et eius consilia conatusque ad publicam priuatamque mo-

Paulus, abbas XLIII.

Ob conuentualium discordiam.

extraneus eligitur.

Georgius, abbas XLIV.

Consilia de emendando monasterii statu

bello rusticano irrita redduntur.

na-

Georgii abb.
oratione.

subditi sediti-
asi haud com-
mouebant.

quare in se cal-
hido se subdu-
cit monaste-
rio.

nafterii utilitatem directos, ceu turbine A quodam, subito prostrauisset. Coeun-
te enim ad signa factiosa illa et furiosa a-
grestium multitudine, et quasi ad pile-
um uocata, cum passim in coenobia,
claustra, arces et castra, et quae ad resi-
stendum eorundem furori infirmiora
essent, flamma et ferro grassarentur et
uastarent, quaedam etiam solo aequa-
rent: abbas **GEORGIVS**, consulto pri-
us episcopo **CONRADO** ordinario, om-
nes sui monasterii subditos, die **XXIV**.
Aprilis ad se conuocat, quibus amanter
et paterne salutatis et appellatis, propo-
nit: *Quanta malorum eluuias, ruptis
quasi aggeribus, ex intestino motu subdi-
torum, contra legitimum magistratum pro-
manet: debere ipsos in antiqua fide per-
sistere, nec ita leuiter insanire, aut si quas
iustas quiritandi causas habeant, uelle se
aequo animo cognoscere et opportuna re-
media adhibere, ut, si quid durius in ipso-
rum animis coaluisset, totum id christia-
na temperatione et modestia molliatur.*
Proinde commendare se ipsorum fidei ac
tutelae se ipsum, conuentuales suos et to-
tum monasterium, quod ipsorum et libe-
rorum eorundem quasi hospitalis quae-
dam domus sit. Summa orationis fuit,
ad commouendum subditos graui com-
pellatione, si factiosi quidam agrestes,
quas nouis rebus studere palam esset,
ad monasterium conuolarent et da-
mnum ei dare uellent; illud praeca-
ueant officiumque fidelium uirorum
impigre et fortiter praestent. Erant in-
ter subditos nonnulli fanioribus animis,
qui componendis rebus annonae prae-
fectos excubitores, aliosque praesidia-
rios disponerent; sed hoc frustra fuit.
Factiosa enim multitudo, libidine animi
et cupiditate praedae huc illuc impul-
sa, truci ululatu et fremitu clauas ad
cellam uinariam et penu cibarium fla-
gitabat. Quibus ui minisque efflagita-
tis, cum eorum non pauci nimio uino
se ingurgitassent, intempesta nocte in
dormitorio conuersorum exortus est
ignis; qui cum ita exarsisset, ut amplius
dissimulari et tegi non posset, et ad i-
gnem conclamaretur; hi factiosi ianu-
as in ambobus dormitoriis perfringere,
conuentualibus extrema minitari, om-
nia denique clamoribus trepidatione
et tumultu complere. Quo pau-
facti nonnulli e conuentualibus, tene-
brae enim et exortum incendium om-
nia terribiliora reddebant, alii extra
murum se praecipites dare, alii se in
factiosorum fraternitatem, quae tessera
ipforum fuit, quoad furor eorum qui-
escat, nomen se dare simulare.

etiam ipsius ostium a furiosis et temu-
lenti quassari et pulsari coepisset, con-
filio e tempore et, ut dicitur, in arena
quasi capto, aureos aliquot super men-
sas duas marmoreas in conclaui ius,
ceui bolum in fauces eorum proiecit.
Nec mora cum cellario **F. Niclaeo** et
F. Iobanne potatore, successore postea
suo, se extra abbatiam in hortum con-
uentu et inde per abstrusum specum,
e quo murus occulte permeabatur, in tu-
tum proripit, triduumque apud **Ioban-
nem Ziroldum** in **Gerlachsbausen** cum
suis latuit. Postridie idem abbas **Zirol-
dum** hospitem suum, egregia erga se fi-
de hominem, in monasterium mittit
percunctatum; *ecquid in monasterio a
perduellibus et pacis utique communis
hastibus agatur? quae eorum mens, uo-
luntas, quosnam spiritus gerant? qui
rediens retulit, aureos illos proiectos ab-
bati ad fugam, seque cum iis, quas secum
habebat, in tuto sistendum saluti fuisse.*
Eo enim factum, ut temulenti et furiosi
inter se ipsi pugnis uerberibusque con-
tenderint et abbati hero suo ad euaden-
dum spatium reliquerint. Intellexisse **Truculenta**
etiam se, factiosos subditos in hoc esse, ut **rebelium con-**
cum **Ottenwaldensibus** agrestibus, eodem **filia.**
morbo cum ipsis laborantibus, copias su-
as coniungant inque eorum fraternitatem
promiscuam, quam uocabant, fatuita-
tem potius, discedant, eosque ad uastita-
tem faciendam spe praedae et populatio-
num ad se accersant: factiosos eo munici-
pes **Schwarzachenses** adegisse, ut mona-
sterii agros, prata, nemora aliaque ipsius
bona praedae loco habeant, inter se par-
tiantur eiusque monasterium primum di-
ripiendum, mox igne delendum, sibi pro-
ponant.

Quo intellecto, cum omnia
circa se quasi ruere, clademque mona-
sterii ante oculos prospiceret abbas **GE-
ORGIVS**: suam fuorumque salutem fu-
riosis et non tam a se quam Deo desce-
scantibus subditis credere dubitans,
memor ueteris dicti: a furore rustico-
rum libera nos domine: mutato itaque
habitu, sicut et post magna pars con-
uentualium, **Norimbergam** peruenit.
Coeunte ergo et conuocata a **Thubaro**
usque amne **syluae Ottonis**, aliisque locis
ad **Moenum** factiosorum effreni multitu-
dine, eaque cum consternatis ad arma mo-
nafterii subditis, copias uiresque mutuas
iungentes, cum efferati illi ad monasterii
direptionem, sacrilegia facta, dissipati-
onem priuilegiorum, quae defossa, at i-
psis prodita, e uisceribus terrae erue-
rent, et, ut paucis dicam, ad omne
nefas et maleficium, rerum denique di-
uinarum humanarumque conturbatio-
nem, nihil sibi reliquum facerent, ue-
niste

Eo fuga cla-
psa et **Norim-
bergae** exu-
lante,

furori sediti-
osorum pate-
monasterium,

nisse tempus jaclantes, quo serui cum A
dominis uitae fortunarumque condi-
onem commutarent: ad cumulum ex-
tremarum miseriarum celebre hoc mo-
nasterium, die apostolorum *Philippi* et
Iacobi incenderunt; cuius incendii tan-
ta fuit uis et atrocitas, ut uix tantum
ligni, quo par ouorum, ut dicitur
uulgo, coqueretur, superesset. Perie-
runt etiam eo incendio manuscripti li-
br multorum annorum cura et uigiliis
exarati et collecti, cum uniuersa bibli-
otheca, sanctorum reliquiae Thetum
etiam magnatum et principum donaria,
cum clinodiis omnibus ornatus eccle-
siastici, iactura sane irreparabili. In
summa ea animorum rabie saeuitum est
in haereditatem domini, et domum *S.*
Felicitatis, flamma, rapinis, populatio-
nibus, omnique belli clade et libidine,
ut exigua uel nulla potius spes recide-
ret, illud olim in ueterem splendorem
et dignitatem uindicari posse.

es igne crema-
tur,

magno docu-
mentorum di-
spendio.

Rabie factio-
rum sedata

Caeterum non multo post, hoc est
die pentecostes paucisque interiectis
inde diebus, factiosa et sanguinaria a-
grestium multitudine, uel barbara at-
que incondita colluue potius, quae
ficuti non una ex causa arma coeperat,
ita nullo salubri consilio regebatur, au-
xilium Sueuici foederis, semel atque ite-
rum caesa, fusa, fugata, dispalata et de
auctoribus factionis, supplicio sumto,
pace denique immenso sanguine agrestium,
quorum supra X. millia tantum-
modo in agro Würzeburgensi caesa fe-
runtur, parta et regione pacata, bonus
abbas **GEORGIVS**, circa festum Iohan-
nis baptistae, cum conuentualibus suis,
quos inter XV. presbyteri fuere, post-
liminio ad rudera et cineres monasterii
sui rediit. Cuius cum ea esset uastitas,
ut uix pedem in eo figere posset, trien-
nium magna ex parte in Stadelschwar-
gach, conuentuales uero in parochia-
li domo in *Gerlachshausen* se continu-
ere, quod in monasterio habitandi sal-
tim mediocris facultas, fartis tectis pro
tempore necessariis aedificiis, templo,
dormitorio, penu, cella uinaria, horre-
is, mola frumentaria, fornace ad co-
quendum panem etc. diuina benigni-
tate et piorum mortalium studio et ope
concessa est.

Georgius ab-
bas,

ad monasteri-
um desolatum
reueritur.

Fuit annus XXV. fatalis toti Ger-
maniae, quasi inundatione quadam e-
ius, quam dixi, factionis et seditionis
agrestium: cum quidem ex syderum
superioris anni congressu astrologi ple-
rique aquarum eluuias praedixissent.
Sed hae fuerunt sanguinis et horribi-
lium facinorum, de quibus aliorum ex-
stant narrationes. Qui quidem astro-
logi, suis praecognoscendi de futuris
legibus utentes, hoc relinquunt: no-

Turbarum
causa doctri-
nae Lutheri
imputatur.

uam *Martini Lutheri* dogma, de liber-
tate christiana, insulsius disseminatum,
seditiosae plebis uesaniem et conatus
magnopere promouisse. Als da er
schreibt: Unter den Christen soll und kan
keine Obrigkeit seyn, denn was kan für
eine Obrigkeit seyn, do sie alle gleich sind
und einerley Recht, Macht, Gut und Ehre
haben? Item: Ein Christ sey durchaus frey
von allen Gesezen, und daß weder Engel
noch Menschen ihme wider seinen Willen
das wenigste mögen auslegen. Ja, daß
kein Gemein mit Statuten und Gesezen
wohl regiert werde, es sey auch der Sachen
nicht zu helfen, man richte dann wieder die
Evangelische Freyheit auf, darnach alles
regiert und geurtheilt werde, mit gänglichen
Aufhebung und Vertilgung aller Sagun-
gen und Ordnungen aller Menschen: Chri-
stianus homo omnium dominus est, li-
berrimus et nulli subiectus. Ein Christ,
lehrt Martinus Luther, ist ein Freyherr
über alle Ding, keinem Menschen unter-
worfen, Item: daß er den Gemeinden das
Recht einen Pfarrhern zu wehlen giebt,
und jederman zu lehren und zu glauben
freyläßet. Et quod ualde intoleranter
contra magistratum effutiit, ut sunt:
Daß er kurz darvor ehe der Bauern Ver-
men ausgebrochen, die teutschen Fürsten
Lügner, trunckenwolle Fürsten, thörigte,
unsinnige, rasende, wahnsinnige Narren,
die zehenmal ärger weder der Türck seyn,
Tyranen, Wüteriche, Mörder, geschol-
ten, denen man keine Steuern auch wis-
der den Türcken reichen solle. Item, do
gleich die unsinnige Bauerschafft sich iso-
zusammen rottirt, schreibt er, alles durch
öffentlichen Druck, an die Obrigkeit Für-
sten und Herren, das sollt ihr wissen
liebe Herren, Gott schafft also, daß
man nicht kan noch will noch soll Eure
Wüterey die Länge dulden, ihr müßet
anderst werden und Gottes Wort
weichen, thut ihrs nicht durch freunds-
liche willige Weise, müßt ihrs thun
durch gewaltige und verderbliche Un-
weise. Thuns diese Bauern nicht, so müs-
tens andere thun, und ob ihr sie alle schlüs-
get, so seynd sie noch ungeschlagen. Gott
wird andere erwecken, denn er will und
wird euch schlagen, es seynd nicht Bauern
liebe Herren, die sich wider euch setzen,
Gott ist selber, der setzt sich wider euch,
heimzusuchen eure Wüterey ic. und der
gleichen mehr.

Sed quorsum haec? Iustus es domi-
ne et rectum iudicium tuum omnia
quae fecisti nobis, in uero iudicio re-
cisti.

Redeo nunc ad abbatem **GEORGI-**
VM, qui ob iniuriam et defectionem
subditorum, restituta pace, ita animo
erga ipsos exacerbatus est, ut non solum
iura

Georgii abba-
tis de abalie-
nando aduo-
caciae iure
consilium.

iura, quæ habuit in municipio **Stadel** **Schwartzach** supra nominato, reuerendissimo episcopo Würzeburgensi **Conrado**, pro M. DCCCLIII. florenis uendiderit: sed etiam hoc flagitarit, ut ius aduocatiæ, uulgo die *Bögten*, quod monasterio in aliis locis circum uicinis super subditis competeat, in dictum episcopum et eius ecclesiam transferret. Sed hanc eius exacerbationem molliuit uicitque religiosa moderatio optimi et laudatissimi principis, ultro oblata non acceptantis, imo dissuadentis et monentis, ut, quæ monastici sui iuris sint, diligenter tueatur et custodiat: in quo, si neruis destituatur, se monasterio optime de sua ecclesia merito re et consiliis nunquam defuturum. Intelligebat enim sapientissimus princeps illa alienatione præcipui iuris et potestatis neruos quasi incisum iri monasterio, alias tunc afflictissimo, nec restare, unde alias se ex lerna tot malorum recolligat et recreet. Tot igitur laboribus et periculis perfunctus abbas **GEORGIUS**, ex hac uita placide decessit calendis Maii, anno M. D. XXXV, cum XXX. annos monasterio laudabiliter præfuisset: sepultus in centro ecclesiae ante altare S. crucis.

episcopi Würzeburgensis dissuasus mut.

ne placido diem obit.

Abbas XLV. Georgio

Georgio successit supra nominatus **IOHANNES Poleator**, prior nostri conuentus e uico *Northeim*, ad monasterium *Swarzschwinden* proprietario iure pertinente, oriundus, lectus in abbatem, eodem mense et anno. De cuius gestis nihil amplius constat, quam quod templi murum refecit, et reliquas turres circa monasterium rursus texit et decimam uini et frumenti in *Abreschwaben* cum *Fuchs a Burlaschwaben*, pro quibusdam subditis, censibus, redditibus, iuribus, et feudis in *Northeim*, *Summerach*, *Dimbach*, *Kellern* et *Eschersdorff*, anno M. D. XXXVI. permutauit. Obiit anno domini M. D. XL. feria sexta, post festum Mathiae apostoli.

1536.

Abbas XLVI. Nicolaus

Iohanne fato suo defuncto, successit abbas XLVI. **NICOLAUS SCHOLL**, ex *GreuenReinsfeld* oriundus, filius nautæ ibidem, sexagenarius iam et cellerariæ per XXVI. annos administrator, siue ut ueteres locuti sunt, promus condus. Ad gubernacula monasterii adhibitus, reperit aes alienum XIV. millium florenorum, cum onere annui census. Quia autem prædecessor ipsius nihil in parata pecunia reliquerat, ad liberandum se ab iam dicto annuo censu, uendidit *Friderico Zöllnern* in *Geubach*, maximo monasterii damno, curiam in *Krautheim*, cum XLV. maldris frumenti annui redditus, nullis carnis priuilegiis, *Fastnachtstünern*,

uendit curiam in Krautheim

ouis, censibus et iure feudali super uineis et bonis ibidem in *Krautheim*. Ad illam iacturam accessit alia, quod opera conuentualium suorum non satis proba aut fideli uteretur: subditi etiam nouis opinionibus circa religionem corrupti, maligne et improbe decimas præstabant. Quibus ille difficultatibus circumscriptus, animoque per se angusto et anxio, ne dicam abiecto, quasi e bonis monasterii uix annui census solutio conflare queat, episcopo **Conrado**, Würzeburgensi, gente a *Bibra*, reliquas duas partes decimæ uini in *Dettelbach* irreuocabiler uendit, similiter redditus, census, feuda, laudemia totamque decimam frumenti et quicquid iurium et emolumentorum in *Dettelbach* et *Swarzenau* et *Bibergaw* ad monasterium pertinuit, alienat, accepto pretio XI. millium et CC. florenorū: qua summa se a nexu aeris alieni exsoluisse, aliene putabat.

ut et iura monasterii in Dettelbach

Sed prædicanda, nisi facete, liberalitas episcopi **CONRADI**, qui abbati **NICOLAO** insuper duo mille et CCCC. aureos florenos rhenanos, absque annui census præstatione, ea lege credidit, ut eos intra octennium dissolueret: amplissimis uicissim bonis et iuribus monasterii longe infra dimidium iusti pretii petitis, quo grauius monasterio uulnus uix infligi poterat. Quæ enim, ut dixi, bona, iura, decimæ aliæque, per annos prope quingentos et iam inde ab *Adelberonis*, pientissimi episcopi Würzeburgensis, temporibus, patrimonium seu peculium monasterii *Swarzsch* fuere: damnosa illa alienatione in aliam potestatem, anno M. D. XLIV. peruenerunt et a suo corpore quasi membra abscissa sunt, ut præter relictionem tertiæ partis decimæ, monasterio *Bircklingen* septem mille florenos, sicut supra quoque meminimus, hypothecæ nexu obstrictæ, nihil iuris uindictarii successoribus amplius relictum sit.

Conradi LV. episcopi noxia liberalitas.

Porro quemadmodum uulgo dicitur, nulla calamitas sola: incidit post biennium *Smalcaldicum bellum*, cuius capita et duces fuere *elector Saxonie* et *landgrafus Hassiæ*, qui cum triginta millibus equitum et peditum die XXVI. et seq. Iulii ad monasterium, minime expectati hospites, messis præsertim flauescens tempore castra, posuerunt, quorum exercitus more militum nostri temporis, raptu uiuens, monasterium maioremque partem subditorum eius diripuit, uinum, frumentum, pabulum, utensilia, suppellectilia auexit et abstulit, maius minusque pecus abegit, uiuaria, alio corruatis aquis, expiscatus est; in conclaibus fores, fenestras, fornaces perfregit, quassauit, euertit et, ut breuiter dicatur, nullum non bar-

Bellum Smalcaldicum monasterio fere exitiosum.

barae infolentiae et feritatis ab iis exemplum editum est. Grauius quidem afflixit haec noua calamitas decrepitiu pium senem ipsumque monasterium, e qua tamen nec sine numine diuum feliciter, ceu e mediis iratimariis procellis, eluctatus est, operam fidelem et indefessam in omni fortuna nauantibus Fr. *Wolffgango Zobello*, suo post successore, et *Iodoco Iacobo* conuentualibus, et ora quasi fracti nauigii tabulas communis iacturae farciendae causa colligentibus. Quo triplici quasi funiculo Salomonis connexo, post nubila Phoebus affulsit. Naetus enim abbas spatium respirandi a tot malorum concursu, abbati *Lanckheimensi* M. DCC florenos, pro quibus usurae nomine annatim quinque plaustra, siue fudra uini, de decima *Northeimensi* pendenda erant, perfoluit. Cumque iam in hoc esset totus, ut a dicto monasterio *Lanckheimensi* decimam redditus aliosque prouentus, in *Eschersdorff* et *Ostheim*, pro MMD. florenis redimeret, aduersa ualetudine circa festum *Michaëlis* tentari coepit, qua ingrauescente, eoque ad uigiliam usque *Simonis et Iudae* apostolorum, anno MDLI. decumbente, ita ex hac aerumnarum ualle decessit, ut non obscuras, licet nimis feras, poenitudinis suae, ob alienatam decimam in *Dettelbach*, cum etiam iam iam efflaret animam, significationes daret, et post se relinqueret.

Abbas XLVI
Leonhardus *Nicolao* uita functo, iniqua, ne dicam irata, fati lege datus est successor **LEONHARDVS** *Gnezheimer*, prior, XI. die Nouembris, anno M.DLI. abbas numero XLVII. suscepto abbatiae defungendae munere, monasterium necessitaria rerum omnium copia instructum reperit. Sed ecce noua tempestas ingruit. Sequenti enim anno M. D. LII. confoederati principes, elector Saxoniae *Mauritius* et *Albertus*, marchio Brandeburgensis, junior dictus, cum contra caesarem **CAROLVM** infecta arma mouerent, in eorum transitu *Augustam Vindelicam* uersus, prope monasterio damna data sunt, de quibus supra a *Smalcaldicis* illatis acceptisque dictum est. Longissimum heic esset referre, quomodo confederatione *Bambergensis*, *Würzburgensis* episcoporum et senatus *Norici*, uires lacertique marchionis tribus praeliis, quorum postremum commissum est prope monasterium *am Lindhoff*, *Dulenberg* *Zohenschreß*, die XV. Iulii, anno M. D. LIV. fracti et contusi sint, ut postea, uel si ipsum acheronta moueret, restaurare bellum et ipse quiescere nunquam potuerit aut uoluerit, donec illi mors obstinatae contumaciae finem attulerit.

A Protexit quidem praepotens Deus domum *S. Felicitatis* a ferro, flamma, direptione, uastitate, toto illo bello crudeli et exitiali, quod uulgo marchionum dicitur: at eiusdem pagi omnes, praeter *Northeim*, hostili iniuriae expositi, multoties direpti fuere. Requiebat tristissima illa facies, et ut ille canit, patriae intereuntis imago, frugi patrem familias et in omnes rerum occasiones intentum: sed contra ac sperabatur euenit. *Leonhardus* enim ille, qui cum in minoribus esset, optimam de se spem frugi continentisque hominis praebuisset, factus abbas, totus immutatus est, talemque se patrem familias gessit, ut, uisitante reuerendissimo episcopo *Würzburgensis*, *Melchiore*, uigore indulti apostolici et dioecesanæ legis potestate, monasterium, nihil maioris minorisque pecoris, casei, butyri, nihil panis, uini, pabuli, superesset, nulli item agri fati, uiuaria piscium inania, nihil tectum aut fartum appareret. Ad quae, ob procellam bellicae calamitatis, forsitan conuiueri potuisset, si mores ad frugalitatem adornasset et nisi aes alienum, ad aliquot millia florenorum, conflasset, decimam uini in *Swarzenau*, citra scitum et uoluntatem conuentus, remisso pacto de reluendo, irreuocabiler uendidisset, uicum *Neuseß auffs Berg*, cum decima, omnibus fructibus et prouentibus, nexu hypothecæ obstrinxisset. Quibus et aliis a dicto reuerendissimo episcopo cognitis, *Leonhardum* loco mouit, et ultra semestrem in aulico conuictu montis, supra urbem fouis, inde in monasterium *S. Stephano* transtulit, in quo per biennium uixit. Sed anno domini MDLIX. reuerendissimus *Fridericus*, episcopus *Würzburgensis*, in certum quo motu et qua commendatione, eum ad abbatiam *Auracensem*, quæ ad Salam fluuium est, destinauit, in qua eadem frugalitatis et continentiae, tuendae etiam reifamiliaris signa, quae in monasterio *Swarzach*, edidit, testatumque de se fecit, quod **SENECA** inquit: *Nunquam uitia bona fide manes mouent ac repressa aliquantisper, tamen erumpunt.* Quibus permotus *Fridericus*, episcopus, reuocato ei ab abbatia necessaria uitae degendae subsidia, in monasterio *S. Iacobi*, ad Scotos extra urbem, constituit, in quo et uitae suae finem inuenit.

Habuit abbas *Leonhardus* penes se, inter conuentuales, frugi et industrios rei domesticae curatores et custodes, *P. Wolffgangum Zobellium*, priorem et *F. Iodocum Iacobim*, postulatam ad abbatiam *Auracensem*, anno MDLVII. cui summa laude per biennium praefuit, nec non *F. Simonem coquum* *F. Iohannem*, *Bur-*

Phoebus post nubila.

decoctio.

abbatia prior.

factus abbas Auracensis.

mores hanc mutat.

Leonhardus XLII.

Burcardum et alias. Hi cum non ob-
scure prae se ferrent, displicere sibi
dissolutam ipsius uitam et rei familiaris
dissipationem, e quo extrema malorum
metuenda sint, libereque monerent, ut
ad meliorem frugem se reuocet et, quid
sui muneris sit, in se descendat: heic i-
dem ipsis accidit monitoribus, quod
Cassandrae monitrici apud Troianos;
hoc est, furdo fabulam concinere. De-
turbato ergo abbatia *Leonhardo*, concor-
dibus uotis electus est, pridie Iohannes
baptistae, anno domini MDMVI. dictus
prior.

Abbas
XLIX.
Wolfgangus
homo frugalis

WOLFGANGVS Zobellus
Tubarotingensis, qui etsi tenui parum-
que firma ualetudine uteretur, conuen-
tuales tamen, quos dixi, fideles et indu-
dustrios, ipso inspectore, se circa oeco-
nomiam praestitere. Id cum continen-
ter et claustraliter se gereret, eandem
disciplinam a suis requirebat nulloque
negotio impetravit effecitque.

Natum enim est illud: *Bonus dux bonum fa-
cit comitem.* Noti etiam uersus *Claudiani*:

*In commune iubes si quid censere que te-
nendum, (aequi.)*

*Primus iussa subi, tunc obseruantior
Fit populus nec ferre negat, cum uiderit
ipsum*

Auctorem parere sibi &c.

Monasterio magna laude et utiliter
praesuit, persoluta magna parte debito-
rum, a decoctore patrimonii S. Felici-
tatis, *Leonhardo* aliisque sibi relictorum.
Redemit decimam in *Kirschonbach* a no-
bilibus de *Wichsenstein*. Extraxit do-
mum infirmorum, supra riuum,
monasterium interlabentem, Arcua-
to siue fornicato opere iunxit chorum
medium, sedilibus in eo affabre factis.
Renunciauit monasterio *Lanckheim* re-
dimendam decimam census, redditus ut
rentas in *Eschersdorff* et *Ostheim*, cui
renunciationi cum se aduersum osten-
deret *Fridericus*, dicti monasterii abbas,
medietatem eius ad dies usque uitae
fruendam utendamque, pro M. DL. flo-
renis, concessit *Georgio Ludouico a Soin-
stein*, cuius opera efficaci factum est, ut
monasterium et *Soinstemius* possessio-
nem decimae adipiscerentur. Sed an-
tequam controuersia illa exhauriretur,
paralyti tactus decedit idem *Wolfgangus*,
antiquae probitatis et christianae
pietatis uiuum exemplar, die XVI. Maii
anno M. D. LXIII. aetatis XL. commu-
ni luctu suorum et moerore, ingenti sui
desiderio relicta.

Abbas XLIX.
Ioannes Bur-
cardus.

Quod illis desiderium successor datus
breui post, hoc est die XXIV. Maii
IOHANNES *Burcardus Noricus*, di-
gnitate et loco prior, ex uico *Wettels-
heim*, pertinente ad dominium abbatiae
Wilsbergensis, *Carolo magno* fundatore

clare, oriundus, ita leniit luctumque
absterfit, ut quod in praecessore amissit
se se lamentarentur subditi, in successore
cumulate sibi restitutum laetarentur.
Electus autem est, concordibus omnium
conuentualium uotis, in abbatem uige-
simum sextum, aetatis annum agens et,
pro more, festo die Iohannis baptistae,
Würzburgi solenniter inauguratus, siue,
ut communiter uocant, *Benedictus*

ordine et numero abbas XLIX. Sarcina
ergo abbatiae humeris suis imposita,
uestigia praecessoris sui *Wolfgangi* alio-
rumque laudatissimorum relegit iis-
que firmiter insistens, lacunas debito-
rum *Leonhardi* explet, componit con-
trouersiam, de qua supra, circa deci-
mam in *Eschersdorff*, redimit *Neuses*
montanum, molas nouas frumentarias,
tam ad monasterii sui, quam ad uicino-
rum utilitatem et commodum aedificat.

Adhaec pecuniarios annuos redditus et
prouentus supra mille florenos, frumen-
tarios, supra CXX. maldra, uinarios su-
pra XXIV. plaustra siue fudra, absque
cuiusquam iniuria, auctiores reddidit;
reliquum templum superius tabulatum,
opere arcuato siue fornice clausit, pi-
cturis uniuersum templum, ad spectan-
tium piam iucunditatem, exornauit,
turrim supra chorum, in eam, qua ho-
die apparet, altitudinem extulit: cam-
pana aenea instruxit, aedificia ad biblio-
thecae, abbatiae, conuentus, tum ne-
cessitatem, tum utilitatem, honestam
etiam uoluptatem, aliaque nonnulla, in
et extra monasterium, e fundamentis
aut excitauit aut in meliorem faciem
formamque restituit.

Redemit ad mo-
nasterium domum in *Dettelbach*, no-
uam cellam uinariam in *Northeim* ae-
dificauit et, quod operum suorum, dum
haec scribuntur, laudatissimum est, pa-
rochias in pagis monasterii nouis redi-
tibus auget et reficit, communemque
eleemosynam pro pauperibus Christi,
pie liberaliterque elargitus et perpetuo
constituit; denique ad magnificentio-
rem solennioremque sacrorum opera-
tionem, nouum ornatum fieri fecit.

Porro uti bonum quodque, secundum
philosophum, quo melius, tanto com-
municabilius, ita circa hunc nostrum
abbatem euenit: cuius uirtus et in re
familiaris solerter administranda tuenda-
que indefessus labor et industria, pari
dexteritate et, quod principe loco col-
locandum, erga Deum pietate coniun-
cta, cum plurimis experimentis et si-
gnis, tanquam aurum igni exploitata
atque spectata late niteret, sic fulgeret,
ut apud omnes cum admirationem ma-
ximam, tum uero mirificos sui amores
excitaret. Anno domini M. D. LXXV.
ad *Banibense* monasterium restituend-
um

uestigia ante
cessorum lax-
dabiliter pre-
mit.

dum circa sacra et prophana concla-
mata quasi rei, ceu *Camillus* olim Ro-
mae, administrator, postulatus, et il-
luc profectus, unicum saltem conuen-
tualem, nempe Fr. *Conradum Mott-*
schillerum ibidem reperit.

Ordinem re-
staurat.

Restauraturus igitur ordinem, anti-
quius nihil habuit, quam conuentum,
quem uocant, eius loci dignis assumen-
dis personis, quam primum supplere, B
in quo arbitrabatur, sese piorum fun-
datorum uoluntati, quae in re diuina
procuranda potissimum eluxit, adpri-
me satis facturum. Duodecim ergo no-
uitios *Schwarzachii* colligit, proque
consuetudine et more ordinis pleros-
que *Würzburgum*, in recens ibidem
institutum Iesuitarum collegium, ad
perdiscendas humaniores disciplinas,
mittit, caeteros in schola *Swarzachia-*
na instituendos curat. Interea *Ban-*
thi aedificia, uetustate collapsa, par-
tim reficit, partim de nouo extruit.

Aedificia re-
ficit.

Imprimis autem templum cum turri e
fundamentis, haud paruis sumtibus,
erigit, turrim nouis campanis, tem-
plum egregio fornice et picturis, ad
decentem contemplantium religionem D
incitantibus, exornat. Post organum
musicum et altaria ea forma atque praes-
tantia erexit, ut audientium et spe-
ctantium aures atque oculos mira sua-
uitate et iucunditate ad stuporem usque
afficiant et demulciant: chorum a reli-
quo templo, pulcherrimis tessellato o-
pere conspicuis sedilibus distinxit, lo-
coque conuentualium olim ab ALE-
XANDRO abbate coepta perfecit. De-
mum anno M. D. LXXXII. cum mo-
nachi plerique iam adoleuissent, ali-
qui etiam sacerdotio inaugurati essent,
totum delectum conuentum, in festo
natiuitatis Christi, cum magno animi
gaudio et desiderio, ad gloriam et ho-
norem praepotentis Dei, sub obser-
uantia *Bursfeldensi*, introduxit et pro-
prietatis uitium, monachis quam ma-
xime noxium, sustulit, quod ante illa
tempora *S. Dionysio* tantum negotii et
molestiae crearat, tantumque caliginis
et obscuritatis offuderat, ut merito
quis dubitare potuerit, Deone, an
mundo feruierint, qui illud domici-
lium inhabitauerunt.

Nonum con-
uentum intro-
ducit.

Dum sic in restaurando monasterio G
et firmando ordine gnauiter defudat,
magisque rebus diuinis, quam humanis
occupatur: pia et religiosa eius cura et
industria, haud spernenda temporali-
um bonorum accessione, diuinitus qua-
si remuneratur. Interierat ante annos
aliquot equestris et perantiqua ac no-
bilis familia *Fulbachiana*. Vltimus ex ea
gente *Sebastianus*, uidens sibi nullam
prolem esse masculam, eoque bona sua

Fulbachiana
gente extincta.

A feudalialia post eius mortem ad dominos
iure proprietatis deuoluenda, ab ab-
bate *Banthense Georgio*, pro consuetu-
dine eius loci, iam dudum inolita lon-
goque firmata usu, impetrat, ut uxor
eius superstes per dies uitae suae, non
aliter ac si ipse uiueret, usufructu feu-
dorum potiretur, eaque demum mor-
tua domicilium, nomine *Cleusdorf*, cum
omnibus aedificiis et pago adiacente,
subditis, uineis, agris, pratis, syluis
caeterisque pertinentiis, redirent ad ab-
batem *Banthensem*, qui tamen filiabus
eius, in solatium transeuntium ad ipsum
ceu dominum directum paternorum
feudorum, *septem millia florenorum*
Rhenensium summam rependeret. E-
ius ergo *Sebastiani* uidua mortem op-
petiente et abbate *Iohanne* supra dictam
pecuniae summam eius filiabus soluente,
omnia illa bona feudalialia ad mona-
sterium *Banth* deuoluta sunt.

Monasterii
accessiones.

Simili iure et fato, post obitum hone-
stae iuxta ac nobilis matronae *Cordulae*
a *Lichtenstein*, ex gente *Cunstadiana*, pro-
lis ultimae iam dictae gentis domici-
lium in *Buch*, cum pertinentiis decimis,
item in *Zilgendorff* et *Buchenrod*, ad mo-
nasterium rediit: quae tamen ab eius
Cordulae haeredibus bis mille floren-
orum solutione redemit. A quibus et-
iam pratum omni onere liberum prope
pagum *Scherneck* DCI. florenis e-
mit. *Syluam* item *Vmersbergicam* prae-
diumque *Hebendorffense* cum suis iuri-
bus et consuetudinibus ab episcopo
Herbipolense in numerosa pecunia VII.
M. et CCC. florenorum summa emit.
Decimas in pago *Hayet* DCXX. flo-
renis, duo item prata, unum nomine
das Ködlein, alterum in *der Lahmer Aue*,
MD. florenis a *Iohanne Ludouico* a
Sternberg emit: CXLVII. cum di-
midio florenos pensionarios annuos,
ex bonis *Sternebergicis* in *Bottelstat*, *Bu-*
chonrod et *Schonow* fitis, colligendos,
prioribus censibus monasterii addidit.
Proprietatem etiam bonorum *Puch-*
nericorum, in pago *Gleuchsen* et C. florenos
annuos, ex ipsis pendendos, ad
monasterium mercatus est MMD. flo-
renis.

Cunstadii ex-
tincti.

Et ne ingratus erga Deum O. M. pro
tot tantisque successibus existeret, per-
petuam eleemosynam, pro pauperibus
morbis et senio confectis suis subditis,
in pago *Altenbanfs* distribuendam con-
stituit. Molam frumentariam ad *Moen-*
num, horreum in monasterio cum atti-
guis stabulis, officinam item cereuifia-
riam cellam sub foenili, atque alia multa
aedificia, intra et extra monasterium
sita, ex fundamentis erexit et constru-
xit.

Ad hunc ergo modum, diuina ad-
spi-

Joannes Burcardus propter aetatem

spirante gratia, S. Dionysii rebus, tam spiritualibus quam temporalibus, pro necessitate constitutis, existimabat, se suo officio abunde satisfecisse. Et quia ingrauescens iam aetas contractum anno M. D. LXXXII. dominica Cantate eius tam crebras itiones, quales ab uno monasterio in aliud, res variae et inopinato aliquando incidentes casus, necessario requirunt, indies molestiores difficilioresque redderent, adeoque suo quodam iure missionem postulare uiderentur; aduerteret etiam non obscure, se non ubique eam gratiam, quam sui labores merebantur, inire: instanter et uehementer a reuerendissimo suo ordinario episcopo *Wirzeburgensi* petit, ut illa laboriosissima prouincia, iam satis diu et pro uirili administrata, tandem decedere queat, sibi que aliquis ex conuentualibus ibidem, in abbatem rite electus substitueretur, eo sancto pioque consilio, ut deposita illa sarcina, liberiore animo et praegrauibus curis soluto, reliquum uitae tempus, in uotiuua domo *S. Felicitatis*, mente ad caelestium rerum meditationes con-

substitutum postulans

uerfa, pie transigat extremumque uitae actum feliciter concludat. At iustissimae eius preces apud reuerendissimum episcopum in tantum non ualuerunt, ut et ei adhuc tertium monasterium, *sancti nimirum Stephani*, in urbe *Wirzeburgensi* situm, quod immodico aere alieno est grauatum et uariis creditoribus ultra XLM. florenorum debet, ab illo grauissimo nexu exfoluendum inque feliciorum statum restituendum, hoc anno MDXC. commendarit.

terti insuper monasterii cura oneratur.

1590.

Quum igitur huic nostro praelato ob summam eius et multis argumentis perspectam fidelitatem et procurandae rei familiaris industriam, tria, ut diximus monasteria sint concredita, precemur illi a Deo O. M. id animi robur et eam corporis firmitatem ac ualitudinem, ut et huic postremo iniuncto sibi muneri par et superstes esse possit, hocque misere constrictum monasterium, non minus feliciter e debitorum uoragine eripiat, in pristinum statum dignitatemque reducat, quam caetera duo summa cum laude iam olim restituit.

ORIGINES COENOBII
FINIS
BANZENSI.



(D)

ORI.



Incipit relatio reuerendi patris, HEINRICI, quondam abbatis monasterii in *Bantz*, de fundatione eiusdem monasterii et quomodo per S. OTTONEM, episcopum Bambergensem, sit post desolationem restauratum in pristinum statum, et consecratum per eum in propria persona, anno domini M. C. XXIII. in honore S. PETRI et S. DIONYSII martyris.

I.



iro uenerabili et in Christo carissimo, domino praeposito in *Heidenfeld*, sancto conuentui ibidem, HEINRICVS quondam abbas monasterii in *Bantz*, cum deuotis omnibus praeteritarum et futurarum beatitudinum, quantum poterit adoptare.

Prootinium.

Optime nouit uestra benignitas, quod multa acta praecedentium patrum deperierunt ab humanis intellectibus, in quibus nunc homines gaudent, si in scriptis essent memoriis hominum commendata. Vnde et nos, *Banthenfis* ecclesiae fratres, plurimum dolemus, quod a praecedentibus patribus nostris, tam felicitis recordationis matronae, uidelicet beatae *Alberadis*, uita et acta, nobis scriptis non sunt tradita; quod tamen abinde aestimo esse, quia post obitum beatae *Alberadis* ecclesia nostra noscitur fuisse deuastata et praedia destructa, libri deportati et, si scripti fuerunt, cum aliis libris tunc temporis poterunt esse deportati. Sed quia praefatae matronae conuersatio maxime nostris senioribus innotuit, apud nos eidem matronae sacrum corpus requiescere refertur, quae ab ipsis didici, rogatu uestro, ex diuino amore, scribere curauimus quorundam nostrorum cognita seniorum.

Bantz quondam castrum

Hermannii marchionis,

II. Fuit quondam castrum, situm in monte, ubi nunc coenobium nostrum uidetur, nomine *Bantz* a gentilibus constructum, nouem turribus ornatum nihilominus et firmatum, in quo morabatur quidam marchio, nomine HERMANNVS, habens uxorem ALBERADAM nomine, per quam duos filios genuit, unum nomine *Henricum*, alterum *Ottonem*. Erat praedictus marchio praeditus pluribus insigniis dignitatum, cuius praedia extiterant dilatata usque ad castrum *Schaumburg* et ad castrum *Sonneberg* et ad confinia *Herpibolensium* pertingentia et ad confinia ciuitatis *Gailhausen* et *Seiboltes* praedio

A nostro circa *Heidenfeld* praemisso. Sed praefatus marchio quodam tempore, cum quoddam torneamentum accessisset, uolens cum aliis nobilibus torneamenti militiam exercere, ibidem grandi infortunio sibi comitante, intra multitudinem aliorum corruens est oppressus. Quod cum generosae dominae *Alberadi* innotuisset, cum suis charis sub ruinam sui mariti gemitu multiplici lamentabatur, in ipsa etiam contritione mentis confestim *Herbipolensem* episcopum adiit, memorato marchioni sanctae matris ecclesiae comiterium obtinendum. Quae cum impetrare nequiuerat, quod desiderauit, assumens sibi familiam congruam, curiam perrexit et, quae equis et curribus uectari poterat, interdum nudis pedibus arreptum iter aggrediebatur, etiam genibus super terram repisse, ob salutem animae, fama est mariti sui, quanquam curru uecta artus sui corporis refouebat. Quae cum ingenti grauiamine laborum et maestitia cordis ad sedem apostolicam peruenisset, et a quibusdam cardinalibus fuisset summo pontifici praesentata, sicut prudens faemina, cur uenisset, aut cuius conditionis aut nobilitatis fuisset, papae innotuit ipsique cordis sui intentionem referauit dicens: *sancte pater, ego humilis tua famula, super modum turbata, maritum habui marchionem, qui oppressus in quodam torneamento extinctus est. Et quia apud episcopos Alemanarum partium sepulturam sanctae matris ecclesiae impetrare non potui, ad uestram clementiam ueniens, uestramque sanctitatem supplico, corde humillimo, quatenus dicto quondam meo marito sepulturam sanctae matris ecclesiae indulgeatis. Quibus uerbis papa respondit: O bona filia, non est catholicis licitum, ut qui in torneamento interfecti fuerint, cum aliis fidelibus tumulentur, quia per maximum uitium animarum torneamenti uanitas exercetur et initium peccati est superbia. Beata ALBERADIS respondit: o sancte pater, qui oppressos misere-*

qui perit in torneamento.

Huius uxor Alberadis,

pro obtinenda sepultura christiana mariti sui

summu pontificem sollicitat.

riis digne consolariis et praedicatores nostrarum partium nobis sunt soliti praedicare, quod, cum uir et mulier thoro legitime contraxerint et secundum ritum ecclesiasticum fuerint copulati; ambo sint in carne una, duas tantum animas habentes. Haec uera catholica fides nos credere iubet: cui mandato fiducialiter obediens, uera esse credo. Proinde quia ego et maritus meus una caro sumus: cum media pars in patria mea mortua remansit: quamuis grauius peccauerit, altera pars cum multis doloribus oscula pedum uestrorum quaerens, corde contrito et deuoto, deinde uestrae gratiae fulta et spe consolationis toto conamine uestram sanctitatem supplico, ut, quicquid pars carnis, uidelicet mariti mei, peccauit, mihi imputetur et pro peccatis eiusdem mihi iniungatur poenitentia salutaris; Et quod pars mortua peccauit, opitulante diuina gratia, uiua particula emendabit, His uerbis summus pontifex beatae Alberadi respondit, dicens; uenerabilis uir, per magnam caritatem et fidem tuam fiat tibi, sicut petisti. Memoratus quoque papa, iniungens beatae Alberadi poenitentiam salutarem, sepulturam indulget suo marito, ipsam uero cum sua familia ad suam patriam licentiauit, comitante apostolica benedictione. Corpore itaque memorati marchionis fidelium sepulturae tradito, adhuc beata Alberadis tres filios habuisse relatum est, et unam filiam, cuius nomen nobis non innotuit. Nomina filiorum Henricus et Otto in thuribulo uno, argenteis literis descripta habemus: tertium filium, uidelicet nomine Conradum, uobiscum in Heidenfeld et unam filiam aestimamus sepultos.

III. Fuerunt tunc temporis nobiles de Katzenburg nominati, pincernae Alberadis et sui mariti, qui beatam Alberadem despicientes, unus eiusdem generationis, praefatam filiam rapuit uiolenter ad syluam forestam deduxit. Quod cum beatae Alberadi relatum fuisset, cuius proprietarii fuerant, in uehementia mentis unam chirothecam de manu abstrahens projecit sursum, dicens: Cum haec personae mihi iure haereditario adstricta sit proprietaria, cum omnibus suis genitoribus, sit diaboli, quae mihi filiam meam noscitur uidenter rapuisse; ipsam hodie na die et ius meum in ipsa persona in omni generatione sua habitum dono diaboli potestati. Chirotheca uero, quae de manibus fuit proiecta, coram omnibus praesentibus dicitur euanuisse, triumque filiorum unus in flumine Mogo, sub castro, ubi nunc monasterium situm est, ludens trocho, fracta glacie submersusest; alii duo infirmitatibus

apressi, uiam uniuersae carnis ingressi sunt. Per haec omnia probare possumus, dominum omnipotentem beatam Alberadem non modicum dilexisse, quod ei subtraxit terrena, ut quaereret celestia, prout S. GREGORIUS dicit, in moralibus, mala, quae hic nos premunt, ad celestia ire compellunt: unde et psalmista: multiplicatae sunt infirmitates eorum, uidelicet terrena infortunia, confestim dominum inuocantes quaesierunt celestia. Vnde et PAVLVS; quem enim diligit dominus, corripit: flagellat autem omnem filium, quem recipit. Et dominus per IOHANNEM; ego, quos amo, arguo et castigo.

IV. Fertur etiam, quod beata matrona nostra castellum laudabile habuerit, prope coenobium nostrum in monte, qui Stegliz nominatur. Et cum beatae ALBERADI tot infortunia acciderent, quidam nobiles, praefatam castellum inuadentes, nocturnis insidiis irruentes, contra uoluntatem matronae nostrae, possederunt. Et quia Alberada possessa erat, ex propinquitate eiusdem castelli turbata multum domino suas molestias et tribulationes commendabat conspiciere, ipsumque supplicabat attentius multisque fletibus, ut eam dignaretur de suis inimicis eripere, die noctuque modicum ualens requiescere. Sed dum plurimum a suis inimicis tribularetur, fiduciam magnam habuit in domino. Vna uero noctium, cum moesta esset, excogitauit, quod esset de suis inimicis factura, inspiratione diuina, lucente die, suos nobiles conuocauit et illis secreto affamine dixit: scit aliquis uestrum, quod de inimicis nostris simus facturi? Illi sanum consilium dare nescientes, beata Alberada inquit: Audite consilium meum. Optime nostis, quod castellum ab inimicis nostris possessum a nobis sit inexpugnabile. Scrutamini per astutos exploratores, quantus sit numerus armatorum in castello et eorum colorem et totum signum uexilli et clipeorum et picturam eorum, et uarium colorem eorum; et cum ad plenum indagati fueritis, ego uobis reserabo, quod tum facturi simus. At illi dixerunt, omnem uoluntatem eiusdem consilii facturos. Postea cum sui milites et alii famuli sui, iuxta suum consilium, omnia praemissa explorassent, et numerum armatorum, uarietatem equorum, signumque uexilli et picturam clipeorum beatae Alberadi narraissent, secretius ipsos instruxit, dicens: fidelissimi mei, ad omnes nostros fines pergite et numerum et similitudinem memoratorum equorum conquirite et magno secreto similitudinem uexilli et clipeorum comparate et, quod facturi sumus, protinus

Amoris Dei
erga B. Alberadem
argumentum.

Castrum Stegliz,
inuasum ab inimicis,

strategemate
diuinitus
inspirato Beatae
Alberadi

uotique damatur.

Alberadis posteritas.

Katzenburgii,

ob raptum uirginis,

a B. Alberade deuoti,

pereunt.

tinus enodabo. Qui confestim iuxta A
consilium beata *Alberadae* fecerunt et,
congregatis omnibus rebus praemissis,
iterum suis uocatis, secretis uerbis ad
eos inquit; *Charissimi mei, iterum ex-*
ploratores emittite et silenti studio conspi-
cite, quando inimici nostri castellum egre-
diantur, protinus hoc nobis innotescat,
numerum et uarietatem equorum et cli-
peorum, uexilli et armatorum. Qui ex-
ploratores protinus emissi, tempore
congruo reuersi sunt et, quae uiderant,
narrauerunt, de uerbo ad uerbum,
per omnia. Tunc *beata Alberada*, ite-
rum suis fidelibus conuocatis, in do-
mino confidens, inquit: *nunc prae-*
parantes numerum armatorum inimico-
rum nostrorum cum similibus equis ipso-
rum, uexillo, clipeis, quorum omnia si-
milia uos habere noueritis ante castellum
pergite, ingressum petentes et forsitan di-
uino suffragio credent, uos suos esse et
aperient, et ita diuino opitulamine ini-
micos nostros poterimus uincere. Qui
statim, cum magna confortatione men-
tis, consilium beatae *Alberadis* adim-
plentes, ad praedictum castellum, post
egressum inimicorum, uenerunt, cum
omnibus apparatis praemissis, ingres-
sum petentes. Quos cum hi, qui intra
castellum fuerant, conspicerent, cum
omnibus signis praemissis existere suis
similes sibi, repente egredientes, habi-
tacula interiora, ualuas aperierunt. Et
cum milites beatae *Alberadis* ingressi
fuissem, confestim euaginati gladiis
quosdam percusserunt, quosdam capti-
uarunt, quosdam eiecerunt signumque
uictoriae clamantes saepe dictum ca-
stellum denuo possederunt. Quod
cum nunciatum esset beatae *Alberadi*,
prae gaudio lachrymata est et, sursum
eleuatis manibus oculisque ad celum,
laudauit dominum, qui eam de suis
inimicis liberauerit reducens ad me-
moriam, quod *iuxta est dominus his,*
qui tribulato sunt corde, et spiritu humiles
saluat.

In huius rei
gratam me-
moriam *Al-*
beradis

V. Beata itaque *Alberadis* cogitabat
intra se, quomodo omnipotenti Deo
grates multiplices referret, pro omni-
bus bonis sibi exhibitis et demonstra-
tis, et quam omnia, quae hic uidentur,
sunt transitoria, uana et inania, et mente
sua cepit diuina inspiratione terrena
contemnere et amare caelestia et delibe-
rauit in mente sua omnium rerum sua-
rum Christum facere heredem. Visita-
uerat enim dominus cor eius, prout do-
minus in forma sponsi in *canticis canti-*
corum sanctam ecclesiam, aut unamque-
que fidem animam alloquitur, dicens,
quae habitas in hortis, ausculta: fac me
audire uocem tuam. In hortis enim san-
cta ecclesia, ut unaquaeque fidelis

anima, habitat, quae in uiriditate spei
est et multorum bonorum repleta. Sic-
ca quippe spes est huius seculi, quia
omnia, quae hic uidentur, cum festina-
tione arefcunt. Vnde et *PETRVS* apo-
stolus festinare admonet, dicens: *In*
haereditatem incorruptibilem, incontami-
natam et immarcescibilem in celis. Hu-
mili igitur spe beata *Alberadis* tacta co-
gnouit, quod per beatum *IOHANNEM*
scriptum est; *Nolite diligere mundum,*
neque ea quae in mundo sunt. Et beatus
IACOB ait: *quae est uita nostra super ter-*
ram? Vapor nebulae ad modicum parens.
Contemnens igitur terrena, quaeliuit
caelestia, ad memoriam ducens *PAUL-*
VM dicentem: *scimus, quam diligentibus*
Deum omnia cooperantur in bonum.
C Quia quae cum marito et filiis forsitan
sanctificari non poterat, subtracto ma-
rito et filiis, in spiritu humilitatis et in
animo contrito, se ipsam et cum omni
multitudine militum et rerum tempo-
ralium offerre satagebat. Quod hodi-
erna die conspiciere possumus, quod
laudabile castrum suum, tunc temporis
BANTZ appellatum, cum copiosa mul-
titudine turrium et altium murorum
moeniis munitum, destruxit, et ibidem
domino erexit, ubi ordinem *S. BENE-*
DICTI collaudare nomen domini die-
bus et noctibus instituit: donans fra-
tribus ibidem Deo famulantibus proli-
xum et proficuosum praedium, inter
ipsum castrum et *Sonneberg* et castrum
Schaumberg et inter *Ichsam* et *Mogum*,
flumina nobis propinqua. Donauit et
ecclesiae *Bantzensi* omne dominium be-
neficiorum et iudicii, cum quibusdam
aliis bonis, quorum priuilegia in coe-
nobio *Bantz* habentur. Sed ubi bona sint,
monachis ibidem penitus ignoratur.

Coenobium
Bantzen-
se ex-
truit,

VI. Optime nouit uestra caritas, bea-
tam *Alberadam* uestrum monasterium
fundasse, *Heidenfeld* nominatum, cum
aliis eiusdem structurae aedificiis, quae
nobis multo melius quam aliis innotu-
erunt. Et in priuilegiis nostris inueni-
mus, beatam *Alberadam* ecclesiam ue-
stram cum quodam praedio *Volckfeldi*
nuncupato dotasse, cum aliis bonis, quae
forte in nostris priuilegiis continentur.
Dicitur etiam construxisse quoddam
coenobium *Helboltes* nominatum, cu-
ius confinia mihi minime innotuerunt,
nisi quod prope oppidum *Geilhausen*
fertur fore situm, et beata *Alberadis*, quam
diu uixit, omnes personas et omnem fa-
miliam, in structuris, quas fundauerat,
sicut pia cum omnibus rebus monasti-
cis, fideliter procurauit.

forte nobis.
ac bonis de-
strat.

VII. Relatum est nobis a nostris se-
nioribus, quod beata *CUNIGUNDIS*
imperatrix, antequam esset *SANCTO*
HEINRICO desponsata, in castro *Bantz*
fue-

S. Kunigun-
dis educata in
huc coenobio.

fuerit nutrita, et sumptibus et disciplina beatae *Alberadae* fideliter educata, unde et Spiritus sanctus utriusque cor inflammavit, ut omnium rerum suarum Christum facerent heredem. Quod hodierna die bene claret in *Bantz* et in *Bamberg*.

B. Alberadis
moritur.

sepulturam
suam ordi-
nat.

Beata igitur *Alberadis*, cum sibi mortem corporalem cognosceret imminere, tunc temporis abbatem et conuentum monasterii *Bantz* conuocauit et ipsos quasi prophetis hortabatur, dicens: Scio, quod post mortem meam multitudo malorum hominum coenobium hoc inuadent, et praedia istius ecclesiae sibi deripient et uastabunt. Rogo igitur uos, ut, dum obiero, in monasterio uestro corpus meum, in profunditate quinque cubitorum sepeliatis, ut, dum coenobium deuastatum fuerit et uere agrestes et siluestres hic morari contingat, corpus meum effodere non ualeant, quia deuastitatis desolatio non diu durabit, sed dominus omnipotens sua gratia restaurabit.

Eius uaticinium
adimpletur.

VIII. Beata itaque *Alberadis*, postquam a memoratis fratribus, iuxta suam petitionem, exstitisset tumulata, deinde post aliquod tempus praesagii ipsius matronae, multi malefactores, antedictum coenobium inuadentes, omnia praedia deuastarunt, res mobiles et immobiles conuentui subtraxerunt, uillasque suas undique penitus deuastarunt, in tantum, ut neque abbas, neque monachi, possent in ipso coenobio iustentari: quare monasterium relinquentes omnes recesserunt. Erat au-

S. Otto coe-
nobii instaurator.

tem quidam frater, apud Deum deuotus, qui, recedentibus omnibus, iuxta ipsum monasterium, ob amorem Dei, per tempus diutinum, uitam solitariam duxit, qui monasterii priuilegia custodiuit. Sed idem frater illiteratus dicitur fuisse, quia ibidem literati non poterant sustentari. Tandem dominus omnipotens, qui omnia quae bona sunt, antequam fiant, nouit, sic sua dispositione sua ordinauit, ut sanctus *Otto*, episcopus *Bambergensis*, monasterium *Bantz* transiens, ex alto inspiratus, uisitare desiderans, cum suis ad locum memoratum perrexit, ibique fratrem memoratum repperit, quod in ipso aedificio quandoque fuisset et alia multa a fratre illo didicit. Frater uero omnia, quae sibi cognita fuerunt, *Otoni* narrauit, quod quandoque coenobium fuisset *S. Benedicti* et quaedam marchionis construxisset et alia omnia, quae nouit, sancto *Otoni* de ipsa structura de uerbo ad uerbum resonabiliter reserauit. Postea uero *S. Otto* fratrem interrogauit; si adhuc aliqua priuilegia superessent, quaecumque praefatum monasterium habuisset? Frater ille respon-

dit: se nescire: sed quoddam ipsi sibi conseruatorium monstrauit, quod adhuc clausum repperit. Quod cum aperuisset, inuenit in ipso conseruatorio lapideo priuilegia foundationis praedictae ecclesiae et praedia, cum quibus fundata extitit ecclesia et alia priuilegia, de quibus *S. Otto* plurimum gauisus est. Attamen ipsa priuilegia humore lapidum et razione nimia aliquantulum uulnerant; sed tamen tenor totarum literarum legentibus patuit, ipsaque priuilegia *Hebipolensia* lucidius renouata.

IX. A sancto itaque *Otone* episcopo memoratum coenobium conspectum, et in omnibus sufficienter uisitatum, confestim perrexit ad quoddam coenobium in *Bauaria* situm et ab eo constructum, *Brueningen* nominatum, *Ratisbonensi* ciuitati propinquum, ibique e conuentu eiusdem congregationis sibi uenerabilem elegit personam, *Balduinum* nominatam, adiunctisque sibi aliis uenerabilibus personis, in coenobio *Bantz*, ad famulandum domino, collocauit. Quos *Otto* tamdiu pauit, quousque praedia distracta eidem coenobio recuperaret et, suffragante domino, salubriter retractaret. Sanctus itaque *Otto* antedictum abbatem ab episcopo *Herbipolensi* ordinari in abbatem procurauit, eique spiritualia et temporalia commisit et ad ipsa confirmatum ad sanctas uirtutes confortauit et omni studio ipsum, suffragante diuina gratia, iuuuit disperfa congregare, congregata consecrare, distracta aedificia reaedificare.

Balduinum
abbatem ei
praefuit

X. Erat autem tempore isto quidam comes, *Rappotto* nomine, de *Wolffesmarck* cognomine, qui assererat, se esse aduocatum coenobii *Bantz*; idemque comes, maximam partem praediorum praedicti coenobii subiugauerat sibi, quem uenerabilis episcopus *Otto*, cum abbate *Balduino*, toties placitorum affaminibus alloquebatur, occupando, quousque omnia praedia ablata antedicto coenobio libere restitueret, et aduocatum, in coenobio habitam, penitus resignaret. Insuper de die in diem praedia distracta omnia studio cumulauit. Ignorabatur etiam a pluribus dedicatio monasterii et dedicatio principalis altaris: et quinque altarium in monasterio hodierna die existentium. Quapropter *S. Otto* monasterium reconcilians, dedicauit anno domini M. C. XXIII. in propria persona, in honore sancti *Petri* apostoli et sancti *Dionysii* martyris: quibusque peractis, *S. Otto* antedictum monasterium cum rebus ditauit, cum personis, in honorem domini sic ampliauit, ut, cum praelibatus abbas *Balduinus* sepulturae comenda-

monasterium-
que denuo de-
dicat.

retur,

retur, quadraginta personae claustrales eius tumulum circumstant.

XI. Erat etiam tunc temporis, in dicto coenobio, monastica disciplina Deo tam grata, ut noctibus ac diebus a conuentu eiusdem temporis diuina haberentur obsequia, pro omni ecclesia et praecipue pro *B. Alberadis* anima, quatenus iuxta sepulchrum beatae *Alberadis* signa et miracula laudabilia cernebantur. Iuxta sepulchrum dictae matronae, operante diuina gratia, illuminabantur caeci, curabantur paralytici, liberabantur captiui, suffragio *Alberadae* inuocato. Quorum miraculorum instrumenta custos nostrae aetatis, bene nonaginta annorum mihi haec omnia seriose ualde narrauit, qui et praedictorum miraculorum instrumenta iuxta sepulchrum beatae *Alberadis*, sub Dei testimonio se forte uidisse audisse testatus est.

Miracula circa B. Alberadis sepulchrum.

B. Alberadis canonizatio caelitus impetrata,

XII. His itaque signis miraculorum uisis, tandem multis honestis uiris congregatis, decreuerunt corpus beatae matronae canonizare, ad laudem Dei, cuius gratia iuxta memoratum sepulchrum tot miracula extiterant conpecta. Et cum, accepta apostolica auctoritate, multitudo uenerabilium uirorum ad ipsum opus apti, congregati fuissent et terram sepulchri effodere cepissent, tanta densitudo nebulae in monasterio caelitus sparsa est, ita ut ex densitate eiusdem nebulae omnes uiri ibidem congregati desisterent ab incepto opere, mirantes plurimum et animo suo diuina iudicia tractantes, iuxta quod *S. PAVLVS* Romanis inter caetera scribit, dicens. *O altitudo diuitiarum sapientiae et scientiae Dei. Quam incomprehensibilia sunt iudicia eius et inuestigabiles uiae eius: et psalmista; Iudicia tua abyssus multa.* Cum igitur omnipotenti domino ad uniuersa opera sua digne nemo audiat dicere, cur hoc facis? cum tamen iudicia, iuxta psalmistam, *iustificata sunt in semetipsa; speramus tamen, corpus beatae matronae nostrae esse apud Deum canonizatum.* Supra eius sepulchrum altare in honore sanctae Trinitatis et beatae Mariae uirginis et omnium sanctorum et in honore sanctae crucis consecratum est et sancto decreto collocatum, in quo pene quotidie missarum solennia, ad laudem domini, ob salutem beatae *Alberadis*, celebrantur et in ipso altari multae sanctorum reliquiae sunt conditae. Credimus utique, ex antedicta nebula, Deo placuisse, memoratum altare incorruptum permanisse, quam sanctum altare, diuino sacramento dedicatum et sanctorum reliquiis dotatum et sanctificatum ob honorem eiusdem corporis et canonizationem fuis-

propter altare super eius sepulchro extractum.

se abruptum. Quis non sperat, multos sanctos apud Deum in caelestibus gratulari, quorum corpora in terra non sunt canonizata? et qualis est melior canonizatio apud eum, nisi sanctorum missarum sanctificatio? dicit quippe sanctus *AVGVSTINVS*, in libro de ciuitate Dei: *quatuor opera sunt, quibus animae a poenis infernalibus liberantur, uidelicet missa sacerdotum, oratio iustorum, elemosyna amicorum, ieiunia carorum.* Deus itaque multa operatur, quae inuestigare nec possumus nec debemus, quia *SANCTVS PAVLVS* ait: *Noli altum sapere, sed time: et SALOMO: sicut, qui mel multum comedit, non est ei bonum; sic qui scrutator est maiestatis, opprimetur a gloria, * Demum, Deo*

Merito tam ipsa pro sancta habetur.

* Forte: Deum Deum.

Caliquid nosse, quod fateamur nos inuestigare non posse; ego non utique diffido, *B. Alberadam* esse sanctam, qui diurno atque nocturno tempore, circa sepulchrum eius morans, duabus uicibus sensi tam miri odoris fragrantiam, iuxta sepulchrum eius, quam olfactu meo mihi, Deo teste, odorem tam suauem attrahere non ualui sufficienter.

XIII. Profiteor etiam coram Deo, quod temporibus felicitis recordationis domini *Bertholdi de Sternberg*, Herbipolensis episcopi, quidam sacerdos monachus nostri conuentus, tempore quadragesimali, in quadam dominica, cum, pro ut sanctus *IOHANNES* suam uisionem se uidisse describit in apocalypsi, sic dictus monachus in duodecima surrexit, circa tempus mediae noctis, cum orationibus suis consuetis praeparauit se ad dicendam missam, ante tempus matutinum. Deinde officium matutinale cum adimpletum fuisset, adhuc diluculum non poterat considerare; sed dictus monachus, ad missam praeparatus, missam ante diem dicere non audebat, sed lassus ex humana fragilitate, perrexit ad cellam suam et, capite et brachiis mensae suae innixis, sedens tamen in scamno pausans, dormire aliquantulum cepit, et in ipsa requie corporis raptus exstitit eius spiritus in monasterium, iuxta sepulchrum beatae *Alberadis*, quia idem monachus pene quotidie in altari, super sepulchrum beatae *Alberadis* locato, missam dicere consueuerat. Et cum iuxta sepulchrum staret, apparuit persona uenerabilis staturae, sedens super runcinum nigrum, griseis uestibus induta, habens pileum in suo capite, ouino pelle uestitum. Statimque memorato monacho a Deo datum fuit cognoscere, sedentem super runcinum esse inarchionem *HERMANNVM*, maritum quondam beatae *Alberadis*, et distantia fuit inter monachum et marchio-

Sacerdoti, missam super hoc altari celebranti,

in somnio apparuit Hermannus marchio.

chionem uix spatii sex pedum. Respi-
ciens itaque monachus marchionem,
qui multum gauisus, quod eum uidere
meruit, ob amorem beatae *Alberadis*.
Sed et marchio monachum humili uul-
tu intuitus est et extenta manu incli-
nauit se aliquantulum corpore mona-
cho. Et cum marchio inclinaret se cor-
pore; *runcinus*, in quo marchio sedebat,
priora crura curuauit cum marchione.
Monachus quippe expectabat, marchio-
nem sibi aliquid loqui, marchio exten-
ta manu mouens, humili uoce dixit mo-
nacho: *etiam, quam bene facis, quod quoti-
die consuetus est dicere missam in altari su-
per tumulum beatae Alberadis. Eya,*
*habeto desinceps memoriam mei apud De-
um.* Ad haec uerba extendit mona-
chus manum suam, ad manum marchi-
onis, * uolens sibi promittere, uel-
le adimplere petitionem suam. Sed
marchio retraxit manum suam et non
permisit manum tangere, neque ipsum
monachum, sed dixit humiliter mona-
cho: *En, confido uerbis tuis.* Et statim
marchio disparuit et monachus euigi-
lauit, etiam diluculum per fenestram
cellulae proruperat, monachusque ad
missam praeparatus ad ante dictum al-
tare confestim perrexit, missam deuota
mente, memorata uisione celebravit,
in qua studiosa oratione animam beatae
Alberadis et memorati marchionis la-
chrimando Deo commendauit. Modico
itaque tempore elapso, saepe dictus
monachus, quibusdam de fratribus suis
praefatam uisionem narrauit, qui omnes
decreuerunt, in capitulo de caetero me-
moriari praelibati marchionis apud do-
minum retinere.

submisit ro-
gans,

ut sui quoque
mentionem
faciat in mis-
sa

* pro ipso

quae proinde
unanimitate
decernitur.

B. Alberadis
pietas et pati-
entia.

cap. 4. v. 4.

XIV. Beata itaque *Alberadis*, dum ex
ruina sui mariti esset uiduata et ex per-
ditione filiorum et filiae grauiter humi-
liata, et a circumfudentibus inimicis plu-
ribus molestiis occupata; erat tamen,
ex diuina gratia, in animo robusta, ut
nec ex occupatione inimicorum a uia
rectitudinis flecteret, nec ex amissione
carorum ab amore diuino remoueretur.
Erat enim anima eius armata diuina con-
fidentia et bonorum operum multis
uirtutibus munita; iuxta quod *SALOMON*
de sancta ecclesia, aut de fidei ani-
ma, loquitur, dicens in *canticis*; *Collum
tuum sicut turris David, quae aedificata
est cum propugnaculis: mille clypei pen-
dent ex ea, omnis armatura fortium.* Sic
namque *B. Alberadis* diuinorum elo-
quiorum clypeis animam suam in hac
uita muniuit et contra spirituales ne-
quitias exemplis sanctorum patrum sa-
lubriter armauit. Quoniam enim mor-
tem mariti et ablationem filiae postmo-
dum, ad Deum corde erecto, decessum-
que filiorum patienter tolerauit, erudi-

ata sanctis precationibus multitudine
clypeorum animam suam muniuit,
quoniam omnia, quae in hoc seculo
possedit, domino, monasterio constru-
ens, resignauit et contra omnia animae
aduersantia se uiriliter armauit, firmi-
ter sperans in domino, quod de area, in
qua monasterium nostrum situm est, in
qua et sanctum corpus *B. Alberadis* re-
quiescit, coenobium *Bantz* meritis eius
hanc obtinuerit gratiam, ut, quam diu
uigeat ordo *B. Benedicti*, et in ipso mo-
nasterio non deficiat religiosorum uiro-
rum commansio, qui et ibidem sint
mancipati diuinorum officiorum obse-
quio, quia de euentibus, quae in praeter-
itis temporibus nouimus corpori *B.
Alberadis* commemorantes, non tacebi-
mus miracula, quae propter ipsum mo-
nasterium et in ipso monasterio fecit
dominus.

perpetua.
tem meretur
coenobio Ban-
zenst.

XV. Ante dictum montem, *Steglitz* Castrum in
nuncupatum, qui nostro monasterio
tam propinquus esse dinoscitur, ut
quandocumque castrum desuper aedi-
ficaretur et a nobilibus aut aliis possi-
deretur, dubium non est, quin coeno-
bium *Bantz* desolaretur. Nam ad ipsum
montem dux *Meraniae* quoddam ca-
strum aedificauerat, quod subito, dispo-
sitione diuina abruptum est. Deinde
haeres illius uiri, qui quondam filiam
B. Alberadis rapuerat, castrum in dicto
monte *Steglitz* reaedificauit, ut ipse ca-
strum tam firmum aedificatum securus
prae omnibus possideret. Sed posses-
siores eiusdem castri ex securitate suae
munitionis non alios aliquos nobiles
circumfidentes aliquatenus uereban-
tur. Per possessores itaque eiusdem
castri, coenobium *Bantz* quotidie inte-
riit. Vna enim die ante coenobium
rapuerunt uaccas, altera die abstule-
runt equos: deinde sine differentia
omnia, quae poterant, rapuerunt. Di-
speriit itaque monasterium, de die in
diem, usque ad nihilum, et quoniam
porrum aut alia cetera ex monasterio no-
stro ad aquas extra portam lauanda
portabantur, famuli praedicti castri de
suis latibulis accurrentes, Dei timore
postposito, rapuerunt omnia. His ma-
lis itaque per aliquod tempus duranti-
bus, fratres coenobii in *Bantz* inierunt
consilium, quod de huiusmodi malo
essent facturi. Et pene simile omnium
decretum extiterat, ut omnes exire
deberent et coenobium relinquere
solum. Sed quidam senex pater eius-
dem conuentus dixit: *Placeat utique,
ut audiat meum consilium, priusquam
omnes egrediamur, de coenobio.* At illi
dixerunt: *Loquimini et audiemus.* Et
ille senex ait: *Non uidetur mihi bo-
num, ut sic recedamus, non inuocato au-
xilio*

perpetua.
tem meretur
coenobio Ban-
zenst.

monpe Steglitz
a Raxenbur-
gio reaedifi-
catum,

Kazen-
campus
v. p. 79

exitio cum est
coenobio Ban-
zenst.

Monachorum
consilium e-
migrandi

disuadet
ut audiat meum
consilium, priusquam
omnes egrediamur,
de coenobio.

xilio diuino, cum tamen scriptum sit: quis unquam sperauit in domino et derelictus est ab eo? propterea utique placet, ut patronis nostris obsequia deuota et obsecrationes exhibeamus, quatenus ipsi pro nobis ad Deum intercedant, quia forsitan, quae nostrae preces non obtinent, merita sanctorum patronorum nostrorum apud dominum impetrabunt; quia iuxta est dominus his, qui tribulato sunt corde, et humiles spiritu saluabit. Hoc itaque consilium fratribus omnibus placuit, et decreuerunt patronos suos, uidelicet sanctum Petrum et S. Dionysium et alios patronos suos, cum B. Alberade, deuotissime inuocare, et decreuerunt solennitatem patronorum praedictorum peragere, quasi solennitas eorum interesset. Vespera die prima ** in-* *nitentes*, secunda matutinas cum omnibus horis canonicis, nihilominus et missam, quam cum omnibus attinentis solemniter celebrarunt, et deuotissime dominum supplicarunt, ut meritis memoratorum patronorum eos de magnis suis tribulationibus clementer eruere dignaretur.

** olim non prima con-*
tug.

** una.*

Ratzenburgis castrum demolire iussus a spiritu,

nec tamen obtemperans,

punitur morte filii

** infirmitate.*

XVI. Quibus diuinis obsequiis peractis, non tempus diuturnum transiit, et in ** uno* noctium dominus castri Stegliz, per omne corpus suum inquietare grauer cepit, nec quidquam utiliter dormire potuit. Qui cum in lecto iaceret et dubius esset, utrum uigilans aut dormiens esset, dixit quidam spiritus ad eum: *intende quae loquor tibi.* Et dominus castri, dictus de Ratzenburg, dixit: *Loquere.* Et spiritus, qui loquebatur, sibi dixit: *Moneo te diuina monitione, quatenus castrum istud, quod multis ad dispendium et grauamen aedificasti, confestim abrumpere non differas.* Et spiritus statim loqui cessauit. Praelibatus itaque de Ratzenburg perterritus cogitabat, quod lucefcente die castrum uellet destruere et ab inde recedere. Et cum clara illuxissent, et sublimi speculatione in suo castro multas regiones cum castris ciuitatibus et uillis circumpositas conspiceret, ait intra se dicens: *Stultum opus fuisse, quod per iussum cuiusdam phantasmatis cuiusdam phantasmatis tam nobile castrum destruxisset.* Habuitque idem de Ratzenburg filium, *Kiseline* nomine, quem eiusdem castri fecerat heredem, quem prae aliis diligebat. Hic repente rabidis morsibus manus proprias dilaniare cepit, et insania grauissima et pessima uitam finiuit. Secunda nocte spiritus iterum ueniens ad dominum castri antedicti, noctis silentio iterum dixit ad eum: *Cur non fecisti circa castrum, quod iussus es hesternae nocte?* et perterritus euigilauit et grauer infirmari cepit. Die autem clare

facto, cogitauit intra se, quid esset facturus? durum quidem sibi uidebatur, si monitionem memorati spiritus defere-ret, et grauius si id ipsum castrum contra Deum possideret. Sentiebat enim ex diuina uindicta horribili morte perdidisse filium, et magnam infirmitatem suo inhaerere corpori. Tertia itaque nocte, cum corpus suum sopori dedisset, terribiliter pressus a quodam spiritu, audiuit eundem spiritum dicentem sibi: *quia non es correctus, neque per ruina-m filii tui, neque ex infirmitate corporis tui: noscas certissime, si crastina die castrum istud resignatum * deseris, * non deseru-* *sequenti die in funeris pheretro inuenieris.* Et statim euigilauit, et infirmitas sui corporis augmentari cepit, diem-que difficulter expectauit. Die autem facto inuocauit dominum, ut crudelem mortem in ipsum repentina calamitate differret, optima arma sua accipiens, sedit super optimum suum runcinum, cum suis famulis paucis uenit ad coenobium Banz, deuotaque mente obtulit se abbati et conuentui, dicens: *Rogo uos omnes meos dominos, ut castrum Stegliz a me resignatum accipiatis, runcinum quoque meum et arma mea uobis offero, ro-gans uos precibus studiosis, ut * quidquam de dicto castro uobis et coenobio * isto contra iustitiam nocui, mihi indulgeatis, quia per sancta sanctorum iurabo uobis deinceps fore innocuus, in omnibus uestris bonis.* Haec uerba abbas et conuentus audientes, gauisi in cordibus suis, Deo gratias multiplices retulerunt, castrum-que suum Stegliz in potestatem suam et alia munera ipsis oblata gratanter acceperunt. Deinde abbas Conradus et conuentus coenobii Banz, spiritualibus uestimentis induti, quasi solennitatem aliquam sanctorum celebraturi, cuius hymnis et canticis ad ante dictum castrum accedentes, magna cum multitudine uirorum profectionem memoratorum fratrum subsequente, ingressi castrum Stegliz, propugnacula et omnes munitiones eiusdem castri confregerunt. Fertur etiam, quod cum speculator propugnaculi descendere ipso tempore debuerat, lapsis pedibus de scala ad necis articulum corruisse, et in destructione eiusdem castri quoddam tignum casu portarium oppressisse. De ipsis quoque lignis, quaecumque abbati et conuentui placuerunt, ad coenobium Banz deduxerunt, quorum aliqua me uidisse profiteor, per quendam senem patrem monachum mihi demonstrata. Habet haec frater Andreas, famulorum Christi famulus, in coenobio S. Michaelis, ordinis S. Benedicti, in monte monachorum, prope Babebergam, inibi tum degens et commorans uiginti annos: postea

Tertium ad-
monitus sub
comminatio-
ne

** non deseru-*
eris.

castrum of-
fert coenobio.

** quidquid*
** isti*

quod solenni-
ter demoli-
tur.

postea venerabilis dominus ac reueren-
 dus pater eiusdem monasterii abbas --
 in suo catalogo pontificum sanctae
 Bambergensis ecclesiae ad 1494 a fun-
 datione primaeua, usque ad sua tempo-
 ra, circa *S. Othonem* octauum episco-
 pum. Coniunctum est et praemissum
 huic catalogo aliud opus historicum
 uel fasciculus abbatum in monasterio *S.*
Michaëlis montis monachorum. Est
 autem uolumen satis grande ab autore
 editum et in charta pergamena folii

mediani manuscriptum. Ex quo fide-
 liter educens transcripsit hoc *f. Iohan-*
nes Hunerheim sacerdos et monachus
 profenior conuentus Banthenfis 1. et 2.
 octobris anni post Christum natum
 MDCXIV. Bambergae in dicto mona-
 stero, quando per auctoritatem suorum
 superiorum in Carinthiam ire cum alio
 confratre directus fuit, abbate sui mo-
 nasterii reuerendo domino patre *Tho-*
ma Bacchio &c.



[Faint, mostly illegible text from the reverse side of the page is visible through the paper. Some words like 'CVN.' and '(I)' are discernible.]

CVN.

(I)



REVERENDO IN CHRISTO PA-
TRI ET DOMINO.

DN. THOMAE

ABBATIS BAYTHENSIS

CVNRADI DINNERI ICti
HISTORIA VITAE

IOANNIS BVRCARDI,

abbatis coenobiorum

in

SCHWARZACH ET BANZ,

ANNO 1595.

CXX.



REVERENDO IN CHRISTO PA-
TRI ET DOMINO,
DN. THOMAE,
ABBATI BANTHENSIS,

Salutem et felicitatem.

Prooemium
aduersus li-
uorem.

Praecessor tuus, REVE-
RENDE PATER,
symbolum hoc, quod
uocant, ODIUM PRO
LABORE TVLI, re-
spectu monasterii Ban-
thensis, cui per XXIII. prope annos lau-
dabiliter praefuit, publice usurpauit.
Tacite notans, inuidia, odio et liuore
erga se corruptos laborum suorum ini-
quos aestimatores, qui nihil, nisi quod
ipsi faciunt, rectum putant. Odium
ab inuidia quid distet, docet grauissi-
mus scriptor PLVTARCHVS de inui-
dia et odio. Et querela est CICERONIS:
Nos non inimici, sed inuidi perdidit.
Mibi non hi solum, qui me oderunt, sed
illi etiam, qui inuident, extimescendi sunt.
Liurem iners esse uitium, quod mores
non exit in altos. Utque latens ima ui-
pera serpit humo, pinxit OVIDIUS. Et
uero, sicut cantharides adultis iam fru-
gibus et rosis in florem se induentibus
incumbunt: ita inuidia maxime adori-
tur bonos et ad uirtutem proficientes
atque gloriam. Consuevit enim teter-
rima haec pestis pulcerrimorum faci-
norum esse comes, eximiamque uirtu-
tem non aliter, quam umbra corpus,
consequi, ut uere et apposite dixerit
FL. IOSEPHVS, opere suo de Iudaea ca-
pta ἀμύχλων ἐν πειραγίας θόρον διάφυγῆν.
Quis enim umbram effugiat inuidiae,
nisi pariter et uirtutis lucem effugerit?
Cohaerent inuicem haec duo, ac rem
omnium optimam res omnium pessima
comitatur. Proinde PINDARVS non
sine causa ἀχνύσαι θόρον ἀμειβόμενον τὰ
καλά ἔργα. Exemplorum plena est an-
tiquitas. Hercules ille,

-- diram qui contudit hydram,
Notaque fatali portenta labore subegit,
Comperit inuidiam supremo sine da-
mandum.

Liberat Athenas THEMISTOCLES,
Romam SCIPIO: quorum ille totam
Asiam terrore perculit, hic fortitudinis
habenas Africae extorsit: tantorum la-
borum rebus maximis gestis, inuidia,
odio, liuore circumscriptis, fructus fuit
EXILIVM, in quo uterque uitam
amisit. In morte fremit THEMISTO-
CLES, indignatur Scipio: qui suos quo-
que cineres et ossa ingratis ciuibus de-
negauit. Quid igitur consecuti sunt
tot curis, periculis tantisque laboribus
tanti uiri? Id uidelicet, quod sanctus
uir loquitur: De nominibus suis nomina
indiderunt terris, sed reliquerunt aie-
nis diuitias suas et in altitudine sua non
steterunt: qui casus a bene merendo
magis auocant, quam inuitant, adeo,
ut sapientes nonnulli ipsam uirtutem,
ut rem inanem et quasi, ut SIDONIVS
loquitur, propudiosam, morituri uitu-
perarint, quod in tragoedia facit idem
Hercules, iam caelum, ut est in fabulis,
adscensus, et eum imitatus fortissimus
Romanorum habitus, M. Brutus, teste
DIONE CASSIO lib. 47. Sed ut ad sym-
bolum redeam, e praecessore tuo pau-
cos ante menses, quam DEVS illum
secum hospitem esse uoluit, cognoui,
neminem ipsum odisse: neminem ei inui-
dere, ab omni liuore, rancore etiam, ani-
mum se defecatum habere, denique si
quid in animo suo durius ocelluerit,
totum illud christiana pietate mollium
esse. Porro afflatu inuidiae eundem
praecessorem tuum, cuius memoria in
benedictione, attactum fuisse, mirum
non est, ab iis dico, quos S. GREGORI-
VS notat apologetico suo, diuino scri-
pto ὡς εἰς ἄλλων ἰατροί, αὐτοὶ ἔλκεσι βεβού-
τες, hoc est, qui alios curare profitentur,
ipsi scitent ulceribus, immemores man-
dati illius, quod iubet declinare a malo,

Cui expositus
fit abbas.

et facere bonum; nec prauos tantum ex animo typos delere, uerum etiam meliores imprimere, magis magisque progredi, nec magnum putare, si excellamus multitudini, sed detrimentum ducere, si minus digne nos geramus, et si quid boni egerimus, diuino id mandato metiri. CAVENDVM, ne uirtutis, quae summa admiratione est digna, mali uideamur esse pictores, uel potius pictorum non malorum fortasse multorum certe quidem malum exemplar, concludens: *et quaerimus uocari ab hominibus RABBI!* sicut latine reddit *Iulius Gabrielius* EUGVBIVS, uir eruditissimus, ne quis comminisci me putet. At afflatus illos inuidiae per praecessorem tuum bene recteque agendo, pie christianeque sentiendo, fortiter diffultos, adeoque pestem ipsam a dolentibus aliena laude excitatam, ipsum laceffere aufam, tolerandis quoque patienter iniuriis uirtute constantiaque eius et animi excelsitate depulsam et superatam, quem ad te mitto, COMMENTARIVS breuiter et uere docet, propositum sibi habens et contra inuidiam et iniurias, saluberrimum antidotum uersuum S. Gregorii Nazianzeni: *Θεὸς δίδου μηδὲν ἔχεις Φθόρος*, hoc est, Deo datore proficit nihil inuidia. Et:

Aduersus liuorem consilia.

Ὅταν πρὸς ὑβρίαι ἐκκλήθῃ σὴν φρένα
 μήθητι χεῖρας, τῶν ἐκείνων τραυματίων,
 Πόση δὲ μοῖρα ταύτη τῶν τῆς ὀσπώτης,
 ὡς δ' ἀντὶ τοῦ λυπῶν ἄπερ ὕδατι σβέσαις. me
 interprete:

Iniuria incendit tuum si quando animum, Memento Christi uulnerum, et quota pars sit haec,

Quae passus est te propter ipse, cogita. Iniuriae sic aestum aqua ut restinxeris.

Caetera homo fuit. Hominem cum dico, omnes humanas miseras completor. Πᾶν γὰρ ἐστὶ ἀνθρώπος συμφορῆς, ut *Solon* apud HERODOTVM. Apud *Homerum* nescio quis:

οὐδὲν ἀκιδνότερον γαῖα τρέφει ἀνθρώποιο.

Apologia pro abbate.

Lapsus sane eum esse, alicubi offendisse, imprudenter egisse, ut concedamus, quid humanius? Hominem autem labi, peccare, hallucinari, non omnibus horis sapere etc. naturae ipsius necessitate contineri, inficias iturum arbitror neminem, nisi non hominem, de quo grauius XENOPHON, sapiens cum primis scriptor: *ὅτι πάντες ῥαδίον εἶναι εὐρεῖν ἔργον, ἐφ' ᾧ οὐκ ἄν τις αἰτίαν ἔχοι. χαλεπὸν γὰρ οὐδ' ἴσθι ποιῆσαι, ὡς εἰ μηδὲν ἀμαρτεῖν, χαλεπὸν δὲ καὶ ἀναμαρτήτως τι ποιῆσαι, μὴ ἀγνώμονι κερῆ περιεσχέειν.* hoc est: non admodum facile esse inuentu opus, de quo non crimen inferri alicui possit. Difficile enim in re aliqua nihil peccare. Difficile etiam, quamuis agendo nihil pec-

et iniquos, multaque simul agere, ea eadem omnia recte, et quod sanctum Franciscum dixisse ferunt. *Tantum quisque scit, quantum experiundo didicit.* Καὶ οὐκ ἔστιν ἐκ τῶν ἀπολεσμάτων κερῆεν τοὺς ἀνδρας ἀγαθούς, ἀλλὰ ἐκ τῆς προαιρέσεως, iudicat DIODORVS SICVLVS, de pugna Leonidae ad Thermopylas. CICERO sane V. de finibus ex Platonis sententia refert, *beatum esse, cui etiam in senectute contigerit, ut sapientiam uerasque opiniones assequi possit.* Cui quadrat quod statuit magister meus, S. GREGOR. NAZIANZENSIS, Apologetico suo; *praeclare cum eo agi, cui uel ad summam senectutem sermo accesserit canus.* Sermone canum uocans, cano et prudente homine dignum; cum in quotidiana etiam uita illud uerum experiamur e comoedia: *nunquam ita quisquam bene subducta ratione aduitam fuit, quin res, aetas, usus aliquid apportet noui.* Vel ut diuinus ille:

Multa dies, uariusque labor mortalibus aevi
Rettulit in melius.

Neque tantum, ut ille dixit, posterior dies prioris discipulus est, sed etiam magister, et cuiuslibet quidem est reprehendere, sed non cuiuslibet dare consilium rectum, *Demosthene* monitore. Nauium quidem suam, gubernator quidam *Rhodus* apud SENECAM, epistola 85. fateatur, a Neptuno posse mergi, sed se tamen utique praestitutum, ne id culpa sua contigisse uideatur. At culpae insignis alicuius praecessorem tuum reum factum, minus conuictum, ne ii confirmabunt quidem, qui praepediente, ne dicam obcoecante, inuidia, illius dignitati et gloriae parum alias fauere uisi sunt. Habuit sane aliquot obtrectatores, clam ipsum rodentes et canum instar ignauorum allatrantes, neque omnes eiusmodi, ut magis eos uirtus hominis ad amorem, quam duorum monasteriorum, supra *Schwarzacense*, *Banthenfis* & *Stephanaei* Wirceburgensis curatio ad maleuolentiam induxerit, et inuidiae uirus efflauerit, ambitionis tumori tribuentes, maligne et inuidiose, quod pietati et misericordiae ipsius, adeoque saluti et conseruationi amborum monasteriorum, pro eximiis suis meritis ad-

Sigillatim in actis factisque illius.

scribendum erat. Quibus enim de causis ad curationem illam duplicem impellisse passus sit, nihil aliud, quam publicam utilitatem, ceu scopum, ad quem collineet, fixum sibi habendo, de eo et publice constat, et aliquid in commentario. Ut autem quidam scripsit, *luscinae suafissimos cantus magna homines uoluptate afficere, ipsi auiculae nihil prodesse*: ita labores, uigiliae et occupationes ope-

In duplici sparta duplicia onera, non commoda.

ra praeceptoris tui ad aliorum usum commoditatemque circa sacra et profana pertinere, ipsius priuatis rationibus nihil attulere emolumenti, neque fructus quicquam ex iis ille cepit peculiariter, praeter studii industriaeque honestissimam uoluptatem et gratiae posteritatis praedicatione dignam memoriam, adeoque sola recti conscientia, tanquam abunde magno recte factorum praemio, quo uirtus ipsa nullum theatrum amplius et splendidius habet, contentus. Ut enim meritis bonorum uirorum gratia non reponatur, si fama maligne responderit, si clanculum obsibilauerit liuor, si Lernaea belua uel trecentis capitibus undique uenenum afflauerit, tum illud demum animi uere sublimis et inuicti fuerit documentum, nihilo segnus ad immortalen eniti laudem ac uel maximis incommoditatibus suis aliorum consilere commodis, et hunc pulcherrimum maximumque uirtutis fructum aestimare, si quam plurimis quam maxime prodesse liceat, atque hac parte quousque mortali fas est, immortale numen imitari: ad quod cum nulla gratia, nullum officium a nobis redire queat, tamen natua genuinaque bonitate, solis in morem, omnibus gratis et ingratis, dignis iuxta atque indignis, suam imperitari munificentiam, hunc unum spectando fructum, si quamplurimos sui faciat participes. Habet autem inter caeteras pestes inuidiae morbus hoc peculiare, ut correptis eo, uel potius corruptis, omnia uero maiora et pleniora appareant. Quare cum coram *Frederico* rege Neapolitano inter physicos esset orta quaestio, referente *Iouiano PONTANO*, lib. 6. de sermone cap. 2. quid praecipue conferret oculorum perspicuitati, aliique foeniculi afflatum, alii uetri usum, alii item aliud dicerent: *Aelius Sincerus Samazarius*, cuius poemata, non sine admiratione praestantissimi ingenii, magna uoluptate hodie leguntur, inuidiam laudauit. Quo a physico deriso, tum ipse: *Annon*, inquit, *inuidia maiora ac pleniora omnia uideri facit? quid autem oculis magis praesentaneum, quam ut uis ipsa uidendi maior atque negetior reddatur?* statimque protulit:

*Fertilior seges est alienis semper in agris
Vicinumque pecus grandius uber habet.*
Cui *ovades* sententia *CL. Ptolemaei*, inter centum eius sententias duodecima, interprete eodem *Iouiano PONTANO*: *Amor odiumque, ne uera eueniant iudicia, prohibent; siquidem minuunt maxima, augent minima.* A quo non omnino abludit, quod de *C. Furio Cresmo* memorat *PLINIVS* lib. 18. c. 6. cuius haec: *Cum*

in paruo admodum agello largiores malo fructus perciperet Furius, quam ex amplissimis uicinitas, in inuidia magna erat, ceu fruges alienos pelliceret ueneficii. Quamobrem a *Sp. Albino* curuli die dicta, metuens damnationem, cum in suffragium tribus oporteret ire, instrumentum rusticum omne in forum attulit et adduxit siliam ualidam, atque bene curatam atque uestitam, ferramenta egregie facta, graues ligones, uomeres ponderosos, boues saturos. Postea dixit: *Veneficia mea, Quirites, haec sunt, nec possum uobis offendere, aut in forum adducere lucubrationes meas, uigiliasque et sudores.* Omnium sententias abiolutus. Haecenus *PLINIVS*. Sed missis exemplis, inuidorum nationem abbas noster adeo non curauit, ut commiseratione magis, quam mutua inuidia et odio dignos duxerit, qui non aliter, ac ferrum rubigine absumitur, ita fuorum ipsi uitio contabescunt et lancinantur. Cuius hypotyposin ita graphice ob oculos ponit ingeniosissimus poeta, *ὄσπερ ἀτέλιζον* inuidiam intus edentem

Vipereas carnes, uitiorum alimenta fuorum.

*Pallor in ore sedet, macies in corpore toto:
Nusquam recta acies: liment rubigine dentes:*

Pectora felle uirent: lingua est suffusa ueneno:

*Risus abest, nisi quem uisi mouere dolores.
Nec fruitur somno uigilantibus excita curis:*

*Sed uidet ingratos, intabescitque uidendo
Successus hominum, carpitque et carpitur una:*

*Suppliciumque suum est. - -
Quacunque ingreditur, florentia proterit arua;*

Exuritque herbas, et summa papauera carpit.

Afflatuque suo populos, urbesque domos Polluit. (que

Et uero uipereis carnibus pasci inuidiam, secundum poetae uisionem, quid aliud, quam inuidos uenenum deglutire, uenenumque euomere, deniq; totos uenenum esse? Aliena enim felicitas inuidis toxicum est, nec laetari ulla ex parte possunt, nisi ueneno suo alios inficiant. At certe nihil turpius esse potest, nihilque inhumanius, quam alieno malo pasci, laetari et bono torqueri, sicut facit inuidus, idemque *ἐπιχασένας*, alterius marcescens rebus optimis, qua peste, nimirum inuidia,

*Siculi non inuenere tyranni
Tormentum maius.*

Calumniae parens est inuidia, illa graecis *διὰ βολή*, *NONIO*, *CICERONI* et aliis malitiosa interpretatio et mendax diffamatio, carcinoma et uomica reipubli-

caedeque ea bene meritorum et merentium, cuius *εικόνα* expressit, qui praecognio *PLINII* l. 35. c. 10. omnes prius genitos futurosque postea in pictura superavit, *APELLES*, qua ultus est *εὐαβολὴν* illam, a *Plano* quodam aemulo suo in aula *Protonmæi*, ad quam comes *Alexandro* magno accesserat, sibi structam, a *Samofateni* conseruatam, eo nobili scripto, cui titulum fecit, *περὶ τῆς μὴ πιστεύειν ῥαδίως* *διαβολῆς*, non tam *σκιολογῶν* *Apellista* bulam, quam grauius docens et monens, quantum ab illa exitiali peste focierati humanae grauiissimi periculi immineat. Exorditur autem *Samofatenis* a praeclara et cum primis memorabili *γνώμη*: *δεινὸν ἢ ἀγνοία, πολλῶν κακῶν ἀνθρώποις αἰτία, ὡς περὶ ἀχλὺν τινὰ καταχέουσα τῶν πραγμάτων, καὶ τὴν ἀλήθειαν ἀμαυροῦσα, καὶ τὸν ἐκάστου βίον ἐπισκιάουσα* &c. ad depectendum eos, quibus *ἀγνοία*, et eadem bucula arans *ἀμαθία* *τὸ θεῖον* ἀπεργάζεται, ut sapientissimus et fortissimus *THUCYDIDES*, sed et ipse *χειραγωγὸς ἑμὸς* *S. NAZIANZENSIS* oratione *περὶ εὐχαρίστας* ait; *θεῖον ἀμαθίας ἐκγονὸν κακὸν εἶναι. Confidentiam inscitiae filiam esse pessimam.* Sed oculis alio conuersis, *DE* *CHRISTVS* dominus et saluator noster appellet aduersarium suum *diabolum*, eius rationem reddit *S. IO. CHRYSOSTOMVS*, aureum, quod *M. Tullius Aristoteli* tribuit, orationis flumen fundens, *λόγῳ* *6. 2. Corinth. 1.* *Ἐπειδὴ καὶ θεὸν πρὸς ἀδελφούς διαβάλλει, καὶ ἡμεῖς πρὸς θεόν, καὶ πάλιν ἡμᾶς αὐτοὺς πρὸς ἀλλήλους.* hoc est, *Quia et Deum apud homines, et nos apud Deum, et ipsos in communi societate calumnia deformat.* Calumnia, inquam, quae omni gladio est acutior, sicut a *Theatida* *Lacedaemoniorum* duce, gladium acunte, cuidam responsum est, quaerenti, num satis acutus esset? inuidiae creaturae ancillantur, *ὡς μηχανορραφοί*, delatio et credulitas, quas canendas, ne longe petam, alter, dum fata sinebant, meus, monet clarissimus *medicus* et optimus uir et poeta *IOH. POSTHVS*, *Francicis suis*:

facilem ne delatoribus aurem

Des moneo: nam credulitas temeraria magnis

Plurimum obesse solet ducibus, dum saepe fideles

Officiis remouent animo indignante ministros.

Opprimit immerito quos dira calumnia, uerbis

Occultum instillans rectorum in pectora uirus.

Principis est igitur generosi maxima uirtus

Nosse suos, auresque malorum auertere dictis.

Qua uero in κατηγορία Aristotelaea col-

locemus *clancularios obtrectatores alienae laudis*, quos *Cicero* ex eo aegros definit, quod alter potiatur eo, quod ipsi concupierint, *τῆς διαβολῆς μυσόβας*, *Plautino* illi coquo non absumiles, qui, *se introiturum*, ait, ut quod alius condidit coquus, alio pacto condidat; excerpentes atque etiam deprauantes si quid mali; quod inest boni, dissimulantes, hocque unum spectantes, ut nouent ac perturbent omnia. Et quo iure, quaque iniuria de aliorum laude aliquid delibent ac decerpant? Sui questus causa fictas fuscitantes sententias, ut *ENNIVS*, ex aliorum censura et reprehensione doctiores et perspicaciores uideri et haberi studentes, manem ut inde aliquam doctrinae et prudentiae in rude uulgo opinionem aucupentur.

Quam enim, secundum poetam pulcrum digitis monstrari, & dicier, HIC EST? ὡς ἀπὸ πύργου κελίντες τὰς κχλῆς, ἱππὶς ἰσταντες in litore, nauigantis discrimen; uel statariae pugnae, ἔξω βελῶν, euentum securi et otiosi spectantes et expectantes. Est et aliud genus hominum iane leue, qui de uix per transfennam inspectis aut cognitis, audacter et superbe pronunciare et affirmare non dubitant.

Hi simulant se scire omnia, nec quicquam sciunt,

Quod quisque in animo habet, aut habiturus est, sciunt.

Id quod in aurem rex reginae dixerit sciunt, ut ait *senex Plautinus.*

Quae neque futura neque facta sunt, tamen ii sciunt.

Falsos, an uere laudent, culpent, quem uelint, sciunt.

Non stocci faciunt, dum illud quod libeat,

Quid dicam de προκεῖταις, quibus falsum praeiudicium, seu antecepta opinio ueram causarum cognitionem et diudicationem eripit? a qua participatione iudicii, uel ut Paulus loquitur,

προκεῖματι cauendum esse, monet idem *Timotheum* suum, epistola ad ipsum prima cap. V. Iam si calumniatori copulem alias pestes, quas *Ate* *Homericæ* ex orco euomit, fortasse uidebor tale iugum inducere, quale sit, si quis traconem iungat simiis, quas cum *EZECHIELE* propheta habitationi scorpionum relinquo.

Atque haec, *REVERENDE PATER*, de symbolo praecessoris tui, plus

fatis: cui mecum iuuet gratulari, qui huius uitae inquietudine et miseriis cum aeterna requie et felicitate commutatis, in ipso senectutis limine ereptus, quod, qui olim habiti sunt sapientissimi, in aliqua bonorum parte posuerunt, impendentia deterioris aetatis incommoda morte uitauit, inque

beatorum sedes, ut augur amur euectus inui-

Collatio dictorum cum symbolo abbatis.

inui-

inuidiae domum uictor ex alto despicit,

quae sita uallibus imis,

*Abdita, sole carens, non ulli per uia uento:
Tristis et ignaui plenissima frigoris, et
quae*

Luce uacet semper, caligine semper abundet.

Cuius domus Lernaeae habitatorum uirulenta lue cum et ego attactus sim, ad eam depellendam hoc mihi porrigit amuletum gemma sua obsignatum s. GREGORIVS Nazianzenus ille meus, ΟΥΔΕΝ ΟΥΤΩΣ ΕΥΦΡΑΙΝΕΙ ΗΜΑΣ, Η ΟΤΑΝ ΤΟ ΣΥΝΕΙΔΟΣ ΚΑΘΑΡΟΝ, ΚΑΙ ΑΓΑΘΑΙ ΕΑΠΙΔΕΣ. Quo praemunitus, et recti conscientia, cuius tanta uis est in utramque partem, ut neque timeant, qui nullius sibi mali conscii sunt, et poenarum metu semper trepident, quos suum facinus, suum scelus urget, ceu mille testibus animatus, et innocentiae meae testimonio, ceu muro aeneo, tutus, bonos illos uiros, ἰσθόλης ὄφεις, καὶ ἀνθρωπομίμης πιδήκουσ, bona ut cum gratia a me dimittam, animum iis bonum, candidum, uereque christianum, omnis διαβολῆς purum, ubi enim excetra illa habitat, ἐκεί, inquit s. IGNATIVS, Θεός ἡ καὶ σοικαί, precor et exopto, adeoque a patre ipsorum, qui non est in caelis, diuulsos, ad aeter-

num coelestem patrem domini nostri IESV CHRISTI ablego, nimirum ut se exhibeant et ostendant, οὐχ' ὡπρεε νόμισμα κίβδηλον, νόθον παραχάραγμα ὑπὸ διαβόλου ἐνεργηθέν ἀλλ' ὑπὸ Θεοῦ χαρᾶχθέν, quae sunt eiusdem s. IGNATII in epistola πρὸς μαγνησίους. Sed his relictis, ne priuatum dolorem meum ulcisci, aut ἐκτος χορῆς ορχεῖσθαι uidear, commentarium hunc aequo animo, ut a me accipias, prolixè mihi, REVERENDE PATER, rogandus non uideris, non tam ob eam, qua praecessorem tuum coluisti et profecutus es, pietatem et obseruantiam, quam quod humanitate et litteris egregie excultus es: quem idcirco tibi tuisque fratribus, piis et doctis hominibus, tanto gratiorem fore spero, e quo idem in complexibus uestris uitam finiit, aedi uestrae sacrae extremos sensus moriens reseruando. Caetera ad aequalem tuum, reuerendum dominum abbatem Schwarzacensem, praefatus, quo consilio e sacris et profanis scriptoribus commentarium referferim, huc repeto. Bene uale, REVERENDE PATER, quem largitor omnium boni DEVS in coepto curtu benigne confirmet, regat, adiuuet, et ad felices rerum euentus indies magis magisque prouehat, Idib. Iulius M.D.XCVIII.

Conradus Dinnerus, IC.

De symbolo,
ODIVM PRO LABORE TVLI,

reuerendi in Christo patris ac domini

DN. IOANNIS BURCHARDI,

abbatis monasteriorum Schwarzach, Banz, et S. Stephani, in urbe Wirceburg. cognati et mecaenatis quondam sui pie christianeque defuncti,

ANDREAE DINNERI I. V. D. epigramma.

Spreuerat inuidiam IANVS, dum fata
sinebant,
Alceidae haud uicto laudibus angue
minor,
Palma uelut terra stabulantes despicit hydros,
Cynthia latratum spernit ut alta canis.
Quid? sperni inuidiam mors ipsa inuidit
et, iste
Gratus, ait, nostris manibus hospes erit.
Ille impune meam contempserit? ille so-

rorem?
Dixerat et Clotho stamina pulla secat.
Fatis sublata inuidia est, liuoreque liuor,
Sic medicina aliis sunt aconita malis.
Eiusdem ἐτεός εχου annum obitus eiusdem reuerendi domini abbatis &c. complectens ad parcas.
CrVDeLes IanI properato fVnere
Dirae!
CVIVS VIX tltVLos fRranCla
Lata CapIt.

REVE-

ABBATIS IN SCHWARZACH ET BANZ.
REVERENDO IN CHRISTO PATRI ET
DOMINO,

DN. IOHANNI, ABBATI:

et uenerandis,

DN. GEORGIO, et DN. MARTINO,

PRIORIBVS,

DN. DANIELI a sacris concionibus, et caeteris fratribus
conuentus monasterii Schvvarzacensis,

Salutem et felicitatem.

Virtutem post funera esse uiuacem, A
praeceptor et abbas, alter, quod
uox ipsa significat, pater uester,
cuius memoria in benedictione,
pro symbolo usurpauit. Rectefane et ap-
posite. Si enim consideretur, quid sit
id, quod ex omnibus rebus humanis
maxime excellat, hanc laudem profe-
cto uirtuti adiudicabimus. Circum-
spiciamus omnia, quae infra lunam lo-
cum obtinent altiolem, quid singulis
seculis magis uiguerit, quid apud omnes
gentes maiori in honore et admiratione
fuerit; uirtute nihil admirabilius nihil
excelsius inuenies, nihil diuinius. Haec,
cum omnibus hominibus eandem con-
ditionem natura statuisset, nihilque in-
ter ipsos disiectum effecisset, eos ita
distinguit, et quasi in classes distributos
eo discrimine separauit, ut qui auerso
a se animo essent, uitam et spiritum du-
centes, uix inter uiuos numerarentur:
mortui, corpore humato, nomen obli-
uione contegerent: qui uero se ample-
xarentur et, cum in terris positi essent,
aeuum in caelo agere et rursus, cum in
caelum ascendissent, terras colere ui-
derentur. Quis est enim communis
sensus adeo expers, quem non uirtutis
species commoueat et quodammodo
percellat, ut in quo illa uel tenui et ob-
scura significatione apparuerit, eum di-
ligere et obseruare, aut si clarior atque
illustrior fuerit, quasi extra aleam hu-
manae fortis collocare uelit? Executia-
mus memoriam atque ea, quae a nostris
temporibus procul remota sunt, repe-
tamus: uidebimus omnes, qui honeste
atque in laude et gloria uixerint, ab hac
una uirtute ad piorum bonorumque
mortalium famam et aeternam poste-
ritatis praedicationem profluxisse. No-
lo uos in ultimam antiquitatem retru-
dere, quae ut auctores habeat religio-
sissimos, tamen, quae de priscis illis ui-
ris historiae memorant, minus momen-
ti habent, quam ea, quae uel nobis in
uita positae euenerunt, uel paulo ante
nostram aetatem gesta, etiam nuncho-
minum sermonibus celebrantur. Ne-
que uero ad aliena exempla reiiciendi
estis, proponite et statuete, uobis ante

oculos in coelestium animorum conci-
lium, ut augurari lubet, cooptatum pa-
trem, abbatem uestrum, cuius uitae
commentarium ad uos mitto, quaeque
uestrae menti alias infixae et e quoti-
dianis actionibus ipsius nota sunt, co-
gitatione percurrere, animo, relegite,
memoria repetite, e quo, cur eius no-
men tam celebre sit, quomodo sibi sum-
morum hominum gratiam, mediocri-
um beneuolentiam et studium, et alio-
rum admirationem conciliarit, qui sic
e uita, tamquam e theatro exiit, ut iis,
qui in ea remanserint, pulcrum, sed
difficile, *χαλεπὰ γὰρ τὰ καλὰ*, sui imi-
tandi exemplum proposuerit et reli-
querit; unam uirtutem reperietis caus-
sam esse, et inprimis erga DEVM pro-
ximumque pietatem, quibus ancoris
nixus omnes reflantis fortunae procel-
las, aduersitates et iniurias, quin inui-
diam ipsam superauit, sibi que monu-
mentum condidit, quod nulla dies, nul-
la unquam abolebit aetuis, aut tempe-
stas euertet. Porro, ne commentari-
us nimis icunus, exsuccus et aridus,
praeter nudum abbatis nostri cursum
mihi continens, ad uos perueniret,
nonnulla e sacris et profanis scriptori-
bus, quae miscellanea lectio mihi inter
commentandum suggestit, ad legenti-
um, ut spero, tum uoluptatem, tum uti-
litatem admiscere et quasi alieno adi-
pe suffercire libuit. Oratio enim lecti-
one pinguescit, quod quidam eleganter
ait, eumque sermonem maxime proba-
ri, qui uariis grauissimorum auctorum
sententiis, ceu florilegio quodam, sca-
teat, communi et trito apum exemplo
SENECA commendat his uerbis: Apes
debemus imitari, quae uagantur et flo-
res ad uel faciendum idoneos carpunt:
deinde quicquid attulere, disponunt,
ac per fauos digerunt, et ut VIRGILI-
VS, *dulci distendunt nectare cellas*. Et
uero, ne gentiles quidem philosophos
negligendos, quos, si qua forte uera, et
fidei nostrae accommoda dixerunt, et
maxime Platonicos, non solum abhor-
rendos non esse, sed ab eis, tanquam in-
iustis possessoribus in usum nostrum
uindicanda, Et sicut Israelitae idola et

(F)

uasa

uasa aurea et argentea Aegyptiorum auferunt, et ad iustos et DEO placentes usus conferunt: sic christiani philosophiam et disciplinas liberales, quae in ethnicorum libris extant, non eo profus relinquere debent, quod ethnici eis impie abutebantur, sed ad iustum praedicandi euangelii usum transferre debent, quemadmodum grauius scribit diuus AVGVSTINVS de doctrina christiana, lib. 2. BASILEIVS ille magnus, in oratione de utilitate lectionis scriptorum ethnicorum, opponit contemptoribus philosophiae exempla *Mosis et Danielis*, quorum uterque non tantum sapientia diuina, sed etiam cognitione philosophiae excelluit, discernens philosophiam et euangelium. *Quemadmodum, inquit, in plantis differunt fructus a foliis: ita magnum discrimen est inter philosophiam et eam sapientiam, quam filius DEI ex sinu aeterni patris protulit. Nam ex doctrina euangelii possunt decerpi fructus DEO placentes et salutare animae nostrae et ecclesiae: at philosophia similis est folio, quia tantum seruit huic mortali uitae. Sed ut folium tegit et ornat fructum: sic philosophia magnum adminiculum est, non solum in explicatione, sed etiam in propugnatione doctrinae euangelii.* TERTVLIANVS in lib. de resurrect. carnis: *Est quidem et de communibus sensibus sa-*

pere in DEI rebus, sed in testimonium ueri, non in adiutorium falsi, quod sit secundum diuinam, non contra diuinam dispositionem. Quibus epus Anthon Nazianzenus ille S. GREGORIUS, in oratione funebri, de BASILIO M. infulsam orationem Porcii Festi Actor. cap. XXV. et similia refutans, non, inquit, est contemenda doctrina liberalior, propterea quod sic quibusdam faciendum uidetur, sed praui atque ineruditi, qui in ea sunt sententia, censendi sunt, qui alios omnes sibi similes esse uelint, ut in communi sui similia frequentia latere, et inscitiae suae reprehensionem effugere, ualeant. Accipite igitur commentarium lubentes uolentesque, ad quem et quos non tam mitra et pedum praecessoris et abbatis uestri, quam actionum suarum laudabilium imitatio, et symboli sui, VIVIT POST FVNERA VIRTVS, expressio luculenta pertinet. DEVS optimus maximus spiritu suo sancto uos regat, gratiamque suam largiatur, ad perficienda ea, quae praepropero ipsius decessu uel inchoata, uel imperfecta relicta sunt, detisque operam, ut quod ipsius morte detractum doleam, uestra erga me meosque gratia et benignitate restauratum, re ipsa et operibus liberaliter experiar et laeter, Idib. Iulii M. DXCVIII.

CONRADVS DINNERS IC.

In symbolum

VIVIT POST FVNERA VIRTVS,

Reuerendi in Christo patris et domini, domini IOHANNIS BURCARDI, abbatis monasteriorum SCHWARZACH, BANTZ, et S. STEPHANI Wirceburgi, cognati et mecenates quondam sui, pie christianeque defuncti,

Andrae Dinneri I. V. St. carmen eiusdem manibus sacrum.

| | |
|---|--|
| A <i>Sfidue quamuis duris exercitata re-</i> | D <i>Implicat, et uariis serpens anfractibus</i> |
| <i>Materiem tristi uirtus sibi tempore quaerit,</i> | <i>Impedit et foliis totam immortalibus</i> |
| <i>Horrida, et ipsa sibi, et duris successibus</i> | <i>Ardua sed uia uirtutem coniungit honori</i> |
| <i>Ipsa suis pollens opibus, sibi maxima merces,</i> | <i>Nec properata eadem lucenti collocat arce.</i> |
| <i>Et laudum uulgi et plausus secunda theatri:</i> | <i>Sic nisi Tyndariden repetissent milite Graii,</i> |
| <i>Inuitam tamen ambit honos, atque aemulus ultro</i> | <i>Si felix Troia, et si Pergama celsa manerent,</i> |
| <i>Consequitur, uelut inque uicem conspirat amice:</i> | E <i>Magnus et Aecides, esset que inglorius Hector,</i> |
| <i>Vmbra uelut sequitur per solis euntia lumen</i> | <i>Priamides Hector, patriae illa columna ruentis,</i> |
| <i>Corpora, nec comitem, maneat modo Phaebe, relinquit:</i> | <i>Tantaque Lethaea nunc essent nocte sepulta</i> |
| <i>Pgr imidemque hedera ut uiridi completa corymbo</i> | <i>Nomina, nec toties unguis rosisset Homerus.</i> |
| | <i>Quis, nisi puluere turpatum Meriona nosset?</i> |

Illu-

Illustreisque animas Scipiones atque Ca-
 millos,
 Regulum, et Aemilios, et nomina magna
 Catones,
 Innumerosque alios, quorum si nomina
 quaeras,
 Ocyus expediam, numerat quot i umina
 tellus
 Memphis, felix nascentibus arbore di-
 uis:
 Quot colles olim Phaeton, si credere di-
 gnum est,
 Fluminaque, fortesque, lacusque exus-
 sit, et urbes
 Cum patrias uellet nunquam tetigisse qua-
 drigas.
 Scilicet haud isti tanta iam luce cluerent,
 Ni fortuna locum uirtuti aduersa dedisset,
 Atque idem tumulus nomen, qui corpus,
 haberet.
 His ergo delicias superum cultissima ua-
 tum
 Pectora, et addo alios, qui Phoebus digna
 locuti
 Enthaea musaeo complerent scripta lepore.
 Ergo illi aeternis frangunt praecordia
 curis
 Interitura, et nocturno immoriuntur
 oliuo,
 Et uitae pars nulla perit. Certissima
 honesti
 Semita, nec belli inferior, quoque laudi-
 bus ista.
 Adde: quod utilior, tantoque est dignior
 armis
 Quanto sanguineo antistat pax aurea
 Marte.
 Ergo hoc illa iugo simul ut consistit hono-
 ris
 Maiorem humana uirtus mentita figuram,
 Vt mortale nihil mortali in pectore clau-
 dit!
 Sed famam, caelumque minor nunc con-
 cipit astra
 Mente, atque angustum factis ingentibus
 orbem.
 Non si flamma mari miscebitur, et mare
 coelo,
 Antiquumque chaos fractus minitabitur
 orbis,
 Horrescit, contraque metum stat gloria
 segnem,
 Et iacturam animae fama solatur inani.
 Nec secus aduersis puro candescit honesto,
 Quam nimbo uinci metuens tralucet
 oborto
 Arquato Phoebus pingens curuamine cae-
 lum.
 Atque animo tantum, quantum dea caeca
 tumultu

A Increfcit, uires et casu sumit ab ipso:
 Ceu quondam Oeteo luctator in Hercule
 pendens,
 Et felix, si fufus erat, matremque cru-
 ento,
 Ore momordisset, pugna congressus ini-
 qua.
 At simulac uitae retinacula morbida ru-
 pit
 B Virtus, atque animum penitus repeten-
 tia nostrum
 Deseruit, non illa rogam, non ibis in
 ignes,
 Post fata ast, superi inuideant, atram-
 que sawillam
 Fama uiri, atque animi superant decora
 indita tanti.
 Fama bonum, et rerum sola expers fama
 sepulchri,
 Siue super terras sublata uolucris alis,
 Seu niueis inuecta rotis, seu sumitur illi
 Buccina curua, uirum qua facta ac no-
 mina clarat.
 Auduit instantem, et si quem procul orbe
 remoto
 Bosphorus, atque orbis complectitur ulti-
 ma Thule.
 D Quid te, IANE, querar, decus et
 uirtutis alummum?
 Nostris praesidium ereptum sidusque Ca-
 maenis,
 Quem capitis morte et damnarunt funere
 nuper
 Summis sata uiris properata, atque in-
 uida Clotho.
 At puto, lugendus non es, qui parte su-
 perstes
 E Nobiliore, potes uiuus uirtute uideri,
 Et fama, tibi qui certantia mausoleis.
 Et pietatis et ingenii monumenta parasti:
 Quis non longa dies, non liuor, ut ilia
 momo
 Rupta crepent, queat anguineum inspu-
 tasse uenenum:
 Sed contra pietas iubet, ultro et gannit in
 aurem
 F Funereos cantus, Calathis haec lilia plenis
 Bustum ornare recens, numerisque in-
 dudere laudes
 Praecipit, et tenues nec quicquam gran-
 dia poscit.
 Scilicet hoc querulo suadent ante omnia
 fletu
 Banthiades nymphae, crescens et fletibus
 Itschus,
 Turbatoque animum testatus flumine
 Moenus:
 Ter conatus erat caput idem attollere fur-
 do,

Et barbam cannis implexaque tempora
musco,

Ter caput, ingenti percussus pectora luctu
 Funeris, algam intra glaucumque recon-
 didit aluum.

Ante sed Oceano madidam spectaueris
Arcton

Quarionque Euros, uehet aeter lucidus boe-
 dos,

Quam tantos laudum capias, mea Pieri, B
fluctus,

Ipsa neget quas se, quanta est, compren-
 dere Francis.

Sed tamen, ut tecum quid coniceris in-
 epta,

Et saltem officio temet soleris inani,
 Saepius hos surdas questus iactabis ad au-
 ras,

A Saepe et, quando eheu sicne occidit? in-
 gemis, eheu

Et syluae, atque imis resonabit uallibus
 echo.

Vel tumuli signes, licet, ipso hoc carmine
 saxum:

Integritas, pietas, prudentia clara,
 fidesque

Quattuor intereunt mortali in cor-
 pore diuae.

EIVSDEM

Επέσιχον continens annum obitus eius-
 dem reuerendi domini abbatis etc.
 ad Parcas.

CrVDeLes IanI properato fVnere
 DIrac!

CVIVs VIX tItVLos franCIA La-
 ta CapIt.

DE VITA REVERENDI IN CHRISTO PA-
 TRIS, DOMINI
 IOHANNIS BURCKARDI,
 ABBATIS

Schwartzachensis et Banthenensis etc.

COMMENTARIUS.

I.

Ratio susce-
 pti operis.

DE republica et communi homi-
 num societate bene meritorum
 memoriam ad posteritatem con-
 seruandam et celebrandam, pro
 teste uetustas est ipsa: quæ non tantum
 mausoleis et pyramidibus nomen illo-
 rum illustrabat, sed anniuersarios quo-
 que dies commemorandis illorum me-
 ritis et uirtutibus consecrabit. Athe-

Vititas ex
 nitis illustri-
 um uirorum.

nis recitata est quotannis concio, quam
 PLATO in epitaphio exposuit. *Pla-
 taenses*, scribit PLYTARCHVS in Ari-
 stide, *ceremoniis aniuersariis celebrasse
 eos, qui duce Pausania contra Mar doni-
 um fortiter pugnantes ceciderunt.* Quam
 consuetudinem pro iure et quasi lege, a
 populo DEI etiam obseruatam, scri-
 pturae sacrae locis ostendi potest et

exemplis. Sane in memoria aeterna
 fore iustum canit psalmus 112. Et *Iosiae*
 regis praematuram mortem carmine lu-
 gubri desit IEREMIAS. Non ibi lon-
 gius: nonne eius ritus ephemerides
 nostrae quotidianae quasi legem ante
 oculos proponunt? Neque enim defun-
 ctorum modo seruandae memoriae
 tribuantur dies et anniuersariae cere-
 moniae, siue, ut uetus ecclesia locuta
 est, *μνήμαι πανηγύρεις γενέθλια.* Sed ui-
 uis etiam profunt et posteritati, quae
 exemplis, regularum obsidibus, secun-
 dum Platonem, eorumque applicatio-
 nibus magis interdum commouetur
 et ad laudabiles uitae actiones uirtutis-

Cque culturam excitatur, uita et mores
 instruuntur, et animi sententiaeque
 conformantur, quam ullis uultuosae
 philosophiae praeceptionibus. Vetu-
 statis sacrae uestigium cum primis me-
 morabile apparet ex *epistola ecclesiae
 Smyrnenfis*, quae legitur apud EUSEBII-
 VM lib. 4. cap. 15. ecclesiasticae historiae,
 scripta circa annum domini CLX. qua
 continetur martyrium Polycarpi, eius,
 inquam, ad quem scribit S. IGNATIUS,
 teste *epistola*, quae inter alias eius hodie
 est numero octaua, quemque praecedente
ἀξιόθειον ἐπίσκοπον τῆς Σμύρνης lau-
 dat: cuius ecclesiae in fine haec: cele-
 bramus diem *γενέθλιον* Polycarpi, *εἰς τὸ
 τῶν προσηλληκότων μνήμην, ἢ τῶν μεθ' ἡμῶν
 ἀσκησῶν ἢ εἰσομασίαν*: hoc est: *Admemo-
 riam eorum, qui certamen suum iam de-
 certarunt, et ad sequentium exercitatio-
 nem et praeparationem, siue, ut RVFFI-
 NI paraphrasis habet: ut sequentium
 animi ad praecessorum uitam insignibus
 exemplis incitentur audientes ipsos ob cer-
 tamina celebrari et iam corona incorru-
 ptionis ornatos, ac brauiio incomparabili
 donatos esse.*

II. Natura porro ita comparata est, ut
 quos admiramus et magnificamus, eo-
 rum omnia maxima minima cognosce-
 re cupiamus. Recteque ac uere XE-
 NOPHON, *uirorum uirtute praestanti-
 um non seria modo, sed et iocosa digna esse
 ait, quae memoriae commendentur.*
 Et certe si uascula quaedam, quibus illi
 ufi

uli erant, et alia quae in eorum supelle-
ctile ac friuolis fuerant, mortuis ipsis
cupidos emptores inuenerunt: quo-
modo *lucernam Epicteti* mille drachmis,
Protei Stoici baculum talento uenditum
accepimus: multo magis eorum actio-
nes et studia nobis commendata esse
debent, quibus antiquitas ita indulfit,
ut illorum, qui olim extitere, etiam
συμπόσια ac *δέρματα* in rebus opera et o-
leo nostro digna esse duxerint. *Tabu-
las nauis Thefei* conseruarunt Atheni-
enses, et *cunas Caroli Quinti* imperato-
ris *Gandanenses* ostentant, propter ma-
ximorum alumnorum memoriam,
qui in ipsorum urbibus lucem
primam nascentes hauserunt. Fit
etiam, nescio quomodo, ut locis iis,
in quibus summi praecellentesque uiri
multum uersati sunt, magis, quam li-
brorum ab eisdem conscriptorum le-
ctione saepe numero commoueamur
et delectemur, uel ipsius Cicronis e-
xemplo, qui cum aliquando uenisset
Metapontum, non ante ad hospitem
diuertit, quam locum ipsum, in quo ui-
tam ediderat Pythagoras, sedemque ip-
sam uidisset. Penitioris antiquitatis
est, in thesauris suis habuisse imperato-
res Persarum non solum gemmas, au-
rum, *θυμιάματα*, quibus ad splendorem
et luxum uterentur: uerum etiam re-
rum a se atque ab aliis gestarum libros
atque monumenta, quae ab illis repo-
nerentur ad sapientiam atque memo-
riam. *Darii* temporibus, filii Hysta-
spis, hominum etiam beneficia in illis
fastis regiis annotabantur, ut qui meriti
praeclare de imperio essent, honores
et praemia suo tempore acciperent.
Hos libros cum aliquando sibi proferri
Darius iussisset, et uiro praestanti nul-
lam gratiam relata intelligeret: man-
data statim dedit, quibus animum suum
gratum atque beneficium, non modo
coram aulicis in conuiuio, aut alio loco
honorato; sed coram omni populo *Su-
sano*, illustri praeconis uoce et regia
magnificencia testaretur. Iam quid
homines, praecipue liberali doctrina
instructos, decet magis, quam littera-
rum monumentis consignare eorum
uirtutes et laudes, qui, ut *MARCO*, *sui me-
mores alios fecere merendo?* idque mu-
sis ipsis curae esse, canit *THEOCRITVS*:
*Αἰεὶ τῆτο Διὸς κούρας μέλει, αἰεὶν ἀοιδῆς,
ὕμνεῖν ἀθανάτης, τ' ἀγαθῶν κλέα ἀνδρῶν.*

Quid ad haec *FLACCVS* ille?

*Dignum laude uirum musa uetat mori
Coelo ausa beat - - Item:
Viueret forteis ante Agamemnona
Multi, sed omnes illa crumabiles
Vrgentur, ignotique longa
Nocte, carent quia uate sacro.*

*Paulum sepulchrae distat inertiae
Celata uirtus*

Nullam enim aliam uirtus mercedem
laborum desiderat, praeter illam laudis
et gloriae, qua detracta, quid est, quod
in hoc tam exiguo uitae curriculo, tam
breui, tantis nos in laboribus exercea-
mus? gloria inquam ex omnibus prae-
miis uirtutis amplissimum, quae uitae
breuitatem posteritatis memoria con-
solatur: quae efficit, ut absentes adsi-
mus, mortui uiuamus: cuius gradibus
etiam homines in caelum uidentur a-
scendere, ut praeclare Cicero duobus
locis. Iam quod studium Graeci in ui-
tis praestantium uirorum, ad posteritatis
memoriam commendandis, posu-
erint, unus nobis *PLVTARCHVS* pro om-
nibus sit, auctor copiosus et grauis.
Venio ad Romanos, quibus in more
positum fuit, uita functorum clarioris
nominis uirorum et mulierum corpora
exponere pro rostris: ubi publice, ad-
stante populo Romano, defuncti laudes
recitabantur, quae res uulgatior, quam
ut ulla probatione indigeat. Nulla e-
nim frequentior in historiis occurrit,
nullumque insigne funus absque lauda-
tione. Si quis tamen probationem re-
quirat, sufficiat, quod referunt *L. A. SE-
NECA* ad Marciam de Druso a Tiberio
patre, et *DIO CASSIUS* lib. LIV. de A-
grippa ab Augusto laudatis. Postre-
mo qua mente clarissimum ecclesiae lu-
men *D. AMBROSIVS* pios principes
Valentinianum, Theodosium, Gratianum,
imperatores commendarit; quomo-
do autem impietate sub *Domitiano,*
Traiano, Hadriano, Antonio, Maximio,
Decio, Valeriano, Diocletiano uigente,
martyres *CHRISTI* ad sustinendos acer-
bissimos cruciatus animati sint, scripta
ipsum testantur.

III. Quo misso uenio ad huius secu-
li uitarum scriptores, qui in duobus of-
fendisse deprehenduntur, ut aut lauda-
tione, aut uituperatione fato suo fun-
ctorum nimii, dictis suis fidem ipsi ab-
rogent. Laudes enim immodicas bo-
nis uiris, qui laudantur, graues esse et
onerosas, nec admodum delectari, mo-
net sapiens *EVRIPIDES* Iphigenia in
Aulide, cuius hi uersus:

*Αἰνέμενοι γὰρ οἱ ἄγαθοὶ, ἴστέπων τινὰ
μισῶσι τὴν ἀνοήτων, εἰάν ἀνῶσ ἀγῶν.*

Oderat *Timaeus* historicus Agatho-
clem, Siciliae regem: ubique igitur
eum uituperauit, et cum aliis multis
malediceret, nominatus est *ἐπιτιμηθεύς*,
hoc est, *uituperator*. Acerbissime et-
iam conuiciatus est *Theopompus* Philip-
po Macedoni, eiusque exercitui. Qua-
propter cum Alexander magnus filius
ad supplicium eum dedi posceret, con-
fugit

(F) 3

fugit

fugit ad aram Dianae Ephesiae ritu supplicis. *Daphitas* cruci affixus et *Cassius* propriis libris combustus fuit, quorum uterque de illustribus uiris traducendi causa, maledice contumelioseque scripserat. *Timagenes* Augustum offendit, qua narratione incertum, sed sapiens princeps tantum ei familiaritate pristina interdixit. Postea *Tiberias* eum sustulit, cum quidem eius historia a posteris laudata sit. Eandem labem adspersit *Henricus Glareanus*, praceptor meus, *T. Liuius* tanquam Gallis iniquiori, me ipsius disciplinae alumno, quod ne scripto quidem dissimulauit.

IV. Contra qui nimis laudationibus uitas corruerint, et ex laudatoribus assentatores facti, omnia ad gratiam reuocarunt alienam, multorum ex antiquitate, plurium ex huius et superioris seculi scriptoribus exempla adferre possem: quae quia odiosa, praeterea, ne crabrones irritare, aut cum laruis luctari uidear. Frustra enim niti, nec quicquam aliud fatigando sese, quam odia hominum quaerere, extremae demetiae esse ait *SALLUSTIUS*: ἐγγίσην δὲ ὀδύνην τῶν ἐν ἀνθρώποις αὐτῆν, ποικίλῃ φρονεῖντα μηδενὸς κρατεῖν, ut *HERODOTUS*

Iouii dictum.

Calliope sua. Qui iuxta putauit laudare et uituperare, de *Paullo* *IOVI* clarissimo suorum temporum historiarum scriptore, Florentiae ante annos 33, è *Benedicto Varchia*, uiro fide digno et elegante doctrina polito, accepi. Qui cum ab amicis reprehenderetur, quod saepe laudaret uituperandos, uituperaret laudandos, respondisse fertur: *Vbi tempus centum annorum exierit, neminem sciturum, uera an falsa scripserit.* Eundem dixisse, se plures annulos laudandis hominibus tulisse, quam *Hannibalem* occidendis Romanis ad *Cannas*, affirmat. Iouioque acerbe exprobrat *Michael Brutus*, historiae Florentinae scriptor. Taceo quae mihi narrata sunt de tribus ipsius calamis, aureo, argenteo, plumbeo. Quae si uera sunt, quam accurate et fideliter, leges historiae custodierit, *IOVIUS CICERO* docet, qui *testem temporum uacat historiam, lucemque ueritatis, et memoriae uitae uitaeque magistrum.* At eius κακοβείας, liceat enim mihi uti ea uoce, qua *Plutarchus* contra *Herodotum*, poenituisse Iouium, in publicum protulit, eius, ni fallor, e fratre nepos, *Iulius Iouius*, iis epistolis, quas populari Itolorum sermone scriptas edidit, quibus testatur, ipsum *Paulum* historiae suae, ad eam abolendam, uim adferre uoluisse, ut *MARCO* *Aeneidi*, *NASO* *Metamorphosis*, et *Andreas* *NAUGERIVS* historiae Venetae, *P. Bembo* teste. *C. Caesaris* commentarios hoc potissimum nomi-

ne laudat *CICERO*, quod sint nudi, repleti, uenusti, omni ornatu orationis, tamquam ueste, detracta. Cum enim sua ipse facta cogitaret ad posteritatem transmittere diligenter et in primis cauendum sibi putauit, ne quid exaggeraret, neue aliquid sibi per arrogantiam adscriberet: quos autem oppugnasset, eorum inuidere laudibus uideri possit.

Laudanda etiam non solum, sed et imitanda *SALLUSTII* temperatio, qui etsi cum *Cicerone* acris exerceret inimicitias, singularem tamen illius uirtutem, industriam, uigilantiam, in extinguendo reipublicae incendio, summa fide praedicat, nec ullam maleuolentiae significationem ostendit.

V. Haec obiter praefatus, ut iusta quasi perfoluam reuerendo domino *IOHANNI abbati Schwarzachensi, et Bantensi etc.*, exponendis iis, quae de ortu ipsius, progressu aetatis reliquoque uitae suae laudabiliter actae curriculo comperta habeo, eo genere dicendi utar, quod ipsum uiuentem cum primis delectatum scio, hoc est, simplice, solido, nudo. Tanto maiorem autem fidem mihi adstruendam existimo, e quo ante triginta sex annos, eundem abbatem in bonis litteris discipulum magister et informator habui, eiusque ingenium in herba quasi fruticans, inde in florem se induens, post amplissimos fructus proferens, propius cognoui, ad id usque tempus, quo alterum pedem uis in *τη σωφῶν εἶχε*, ut *ICCI* ueteris uerba uiurpem. Proinde neminem de me suspicari uelim uirum bonum, absit haec labes moribus meis, me aliquid uel gratiae, uel amoris, uel amicitiae in hoc commentariolo dare, cum, quod ille apud *TERENTIUM*, cui a pudore nomen est, uereri se ait, coram in os hic nemo laudetur, sed de mortuo uerba fiant, cui assentari uelle, ut ingens stultitia, ita uiuos laudare irrisio est, quomodo de *Pescennio nigro* memoratur: qui recitatur sibi creato imperatori panegyricum, laudes, inquit, scribe *Marii, uel Hannibalis, uel ducis cuiuspiam alterius optime functi, quem imitemur: nam uiuos laudare irrisio est.* Esse quidem uirtutes in hominibus diuinitatis imagines, quarum excellentiam antiquitas mirata, atque supra modum eas extollens, inter caelestia numina mortales retulit et diuinis laudibus ornauit, ne philosophi quidem dubitant. Id si absque errore statuatur et ad *DEVM* fontem omnis uirtutis referatur, in nullam reprehensionem cadit; uerum cum diuina dona ita suspicimus, ut *DEI* quasi obliui uideamur, conatus iste et admiratio uitio non carere existimatur. Sed

Vitae descriptae ratio.

Ab odio absit et studio adulandi

in hoc casu magis, quam commentarii A huius breuitas postulat, delapsi.

Natiuitas ab-
bas Burck-
hardi 1538.

Burckardo-
rum gens plu-
rimum imagi-
nam.

VI. Natus est is, de quo mihi sermo, *Iohannes BURCKARDVS* abbas, in uico *Wettelsheim*, Noricae regionis, pertinente ad dominum abbatiae *Wiltzpergensis*, Caroli magni fundatione clarae, anno P. S. M. D. XXXVIII. quo mense aut die incertum, patre Henrico, eius loci praefecto. Maiorum antiquam B nobilitatem arguit, quod ego *αυτονομος* in monasterii *Banthenensis* uetustis documentis legi, eos ipsos *Burckardos*, e quibus noster originem ducit, inter *patres curiae in Banthenfi feudali* iudicio, ante annos centum cooptatos fuisse, quem in ordinem nemo, nisi imaginibus clarus, aggregatus fuit unquam: cuius moris exemplum controuersia, C inter nuper defunctum dominum *abbatem* et fratres a *Rotenban*, inuestiturae renouationem quorundam feudorum respiciens, hodie praebet, nullis aliis, quam e nobilitate paribus curiae selectis. Sed his et aliis suo loco relictis, quae ita nostra sunt, ut et aliorum sint, quaeque et abbas noster, et intelligens rerum humanarum quisque contemp- D psit, iique demum nobiles et illustres propter caeteros a sapientum ordine censeantur, qui DEO freti, ea, quae mortalium opinione praeclara habentur, sine ullis huiusmodi praesidiis, sua sibi uirtute pepererunt, suisque maioribus, ut Cicero de se dixisse fertur, sua uirtute praeluxerunt, et plus ornamentorum et lucis in genus suum intulere, quam ipsi a maioribus etiam splendidis acceperunt.

Abbas, edu-
cacio.

et institutio
in Schwarz-
acensi conu-
tuo.

Indolis abba-
tis in adole-
scentia.

VII. Abbas noster patre immature orbatus et, matre ad alteras nuptias transeunte, apud patrum *Andream Ochsenfurti*, quod est ad Moenum amnem Franconiae celebre oppidum, aliquandiu agens ibique primis litterarum rudimentis tinctus uerius quam F imbutus, duriterque et parce habitus, in monasterium *Schwarzacense*, tertio lapide inde distans, anno aetatis decimo, ab eodem patruo suo ductus est. Praefuit eo tempore monasterio abbas, nomine *NICOLAUS*, qui, cum ex adolescentis uultu signa bonae mentis et liberalis ingenii naturaeque rectae haud obscura elucere aduerteret, hu- G maniter statim in fidem et contubernium receptum, prae caeteris tironibus, nouitios claustrali uoce nuncupant, carum sibi commendatum habuit.

IX. Erat autem in eo praeter excellens ingenium, incredibilis quidam pudor, ac singularis modestia et, (quae mater felicitatis dicitur, prompta, imperata faciendi et iussa exequendi, accipiendi et reddendi, obedientia,

Commendabat eum praeterea in omnibus, qui illum nossent, non solum is, quem dixi, pudor et molestia, quae non modo in eius sermone extabat, sed in uultu etiam ipso, et oculis eminebat grauitas quaedam maior, et animi magnitudo, cum alacritate insigni et promptitudine in quolibet opere administrando sibi imposito, quam quae ab illa aetate expectanda esset, egregia humanitate et suauitate morum temperata. Qua alacritate animi et ingenii generositate in adolescente perspecta, abbas *Nicolaus*, quamquam *αυτονομοσ* ad decus et gloriam uerae uirtutis praesidiis parandam, sua uoce extimulat, secundum illa:

Acer, et ad palmae per se cursurus honores

Si tamen horteris fortius ibit equus.

Item:

Excitat auditor studium, laudataque uirtus

Crescit, et immensum gloria calcar habet.

Stimulus autem et calcar id fuit. Cum e re nata abbatum praecessorum suorum *monumenta sepulcrorum* adolescenti intento digito monstraret, multisque uerbis ad pietatem erga DEVM, et cultum christianae religionis adhortatus esset, his aut similibus uerbis: in ordine nostro, si, quemadmodum uiuere coepisti, persistes, longiusque progrediens, in uia enim DEI non progredi regredi est, ut acute dixit *Ioh. Gerson*, tractatu suo de regulis mandatorum, et progressus in medio cursu non defatigaberis, imo totum uitae spatium ita transfegeris, ut, cum ad aliquam pietatis et uirtutis perfectionem peruenisse iudicaris, ipse tamen quotidie te ipso melior et perfectior cernaris, pulcherrimum et ad omnem posteritatis memoriam durabile monumentum tibi excitabis ipse. At si degeneraueris, in opacam illam cryptam, inter mixtum et sine nomine uulgi abiectus infodieris. Iam quia magna pars hominum casu potius, quam ratione aut consilio uiuere uidetur, nullo certe fine sibi proposito, huc atque illuc uagari: cum tamen et res ipsa reclamet, et sapientissimi homines, *ISO-CRATES* in epistola ad Iasonis liberos, *ARISTOTELES* lib. I. ad *Nicomach.* et alii iam pridem monuerint, *uitam plenam errorum ac perturbationum fore, nisi habeamus certum aliquid, quo tendamus, et ad quod omnia dirigamus*, Satyrico exclamante:

Est aliquid quo tendis et in quo dirigis arcum.

An passim sequeris cornus testaque luteaque?

Deuotus se
regulae S. Be-
nedicti.

IX. Noster abbas cum diu exploraf-
set penes se, uersassetque monitore
FLACCO - - *Quid ferre recusent,
Quid ualeant humeri* - - in fami-
liam siue sodalitatem diui *Benedicti*, ut
ueterustissimam, ita copiosissimam iuue-
nis nomen dedit, regulamque profes-
sus est, cuius quae sint capita hodie in
publico apparet et extat de ea GREGO-
RII magni in dialogis suis praedicatio, B
et D. BERNHARDI sermo tomo I. ope-
rum suorum, quo beatum *Benedictum*
comparat arbori grandi atque fructife-
rae, tanquam lignum, quod plantatum
est secundum decursus aquarum &c.
De regulas. BENEDICTI, sentio, inquit
idem BERNARDVS, tractatu suo de
praeecepto et dispensatione, *omni homi-
ni ea proponitur, imponitur nulli: prodest,
si deuote suscipitur et tenetur: non tamen,
si non suscipitur, obest. Quod autem in
uoluntate est suscipientis, non in potestate
proponentis, uoluntarium merito dixe-
rim &c.*

Scriptoris
piscula.

X. Successit Nicolao *Leonhardus*,
quo abbate, monasterium prope su-
premam cladem adiit, sicut suo loco,
hoc est, in *catalogo et descriptione abba-
tum dicti monasterii exposui*. Quo loco
moto, lectus est in abbatem *Wolfgangus*:
ita enim scribendum et pronuncian-
dum, reiecta orthographia et pronun-
ciatione communi, humanam uocem
in beluinam transformante, testibus
uenerandae antiquitatis documentis in
ἄρχιεπίσκοπος Wirceburgensi a me recensitis.
Quantum uero miseriarum, sitis, famis, E
algoris, nuditatis &c. *Leonhardo* abbate,
sustinuerit, idem noster mihi saepe com-
memorauit, e cuius sermonibus colle-
gi, tantam uel unius uini fuisse in mona-
sterio, ea tempestate multas egregias
decimas uini possidente, penuriam, ut
cum sacris operandum, uinum saepe
non suppeteret, sed a caupone extra
monasterium agente, eius hemina in-
terdum mercanda, aut licitanda fuerit,
ut de aliis necessitatibus taceatur. Eo
misero statu rerum animo se non dese-
ruit abbas noster, sed illa prae oculis
habens:

*Explorant aduersa uires, perque aspera
duro*

Niuitur ad laudem uirtus interrita cliuo.

Item:

Ardua per princeps gloria uadit iter.

Scilicet aduersis probitas exercita rebus,

Materiem tristi tempore laudis habet.

Item claustralia illa:

*Dulcior est fructus post multa pericula
ductus:*

*Dulcia non meruit qui non gustauit ama-
ra &c.*

omnes difficultates alacriter uicit et ad
gloriam et laudem summorum homi-

Angustiae
abbatiae.

num uestigiis tritam et signatam, in sito
animi inuicti uigore, constanter pro-
grediens, studia litterarum ita coluit,
ut quamuis magistrorum ope et ductu,
libris etiam ad cultum ingenii necessa-
riis destitueretur, *Brachylogo, Tartare-
te, Mammotrepto, Hugnitione*, aliisque
barbariei magistris in scholis claustrali-
bus tum regnantibus, et, ne illis, quasi
fugitiuis, manus iniiciendae forent, ad
pulpita *catenatis*, sicut passim uidemus:
re ipsum tamen impigre excolendo
uinceret, et quidem tam acri conten-
tione animi atque industria, ut *Terenti-
ana* ad manum se obiter offerentia,
memoriter disceret et teneret. Felicem
illum, si recta liberalisque institu-
tio obtigisset, a qua re depulsum fuisse
infelicitate temporum, adeoque docto-
rum et ductorum penuria, saepe erga
me deplorauit, nominatim autem *Grae-
cae linguae imperitiam*, quam *ἄβουλταν* - Gr. LL. *igno-
rantia*.
Iesaiam lib. 2. c. 14. sibi gloriosam hodie
prope ducunt, ructantes illud e uulgi
sece haustum, graeca sunt, ergo legi
non possunt: cuius si *Accursium*, sum-
mo ingenio et memoria maximaque
doctrinae ciuilibus cognitione et copia
instructum, omnibusque graecis et lati-
nis glossographis praefendum, cen-
fore meo magistro et doctore *Iacobo* cy-
riaco, iureconsultorum huius seculi fa-
cile principe, auctorem constituunt,
ab eius accursu longe aberrant, sum-
moque et incomparabili uiro, quem
suae ruditatis et imperitiae, ne dicam,
ignauiae, patronum sibi adsciscere et
aggregare conantur, quantum iniuriam
faciant, conuincit eos ipsius glossa *ad
L. 6. in uerbo: editio ff. d. bonor. poss.* his
uerbis, ut ipsi loquuntur, formalibus:
Graecae litterae possunt intelligi et legi.
Quamquam nescio, quomodo fit hac
degenere aetate, uate FLACCO, mox da-
tura progeniem uitiosorem, ut quo
quisque a Musis et Gratiis alienior, quo
omnis erudite elegantiae et antiquita-
tis, Graece iuxta et Romanae rudior, et
leguleius ουρὸς φεῖωδός ἐστι, hoc apud in-
telligentes caeteroqui principes sit ac-
ceptior et gratior.

Barbaries
coenobiorum.

Gr. LL. igno-
rantia.

Dinneri do-
ctor cuiusdam.

Abbas a con-
ciombni.

Cura coene-
bii.

omnes

mnos necessarias operas defungendas assiduus instigator, ut quasi *εργαθιώκτης* praefens adesset, egregie memor eius quod Aristoteles lib. 1. *οικονομικ.* ad Persam quendam refert: *τὸ ὄμμα τῆς δεσπότῃς πιαίνει τὸν ἵππον*, hoc est, oculus domini saginat equum, *καὶ κόπη αἰετῆ τὰ τῆς δεσπότῃς ἴχνη*. Quod ea accuratione et uigilantia ab ipso factum est, uix ut ullus unquam dux aut imperator tam perite aciem instruxerit, quam dextre ipse operas quotidianas inter familiares et domesticos partitus est, antelucano praefertim tempore, et tenebris paullatim in purpurascens auroram rarefcentibus, illud Hesiodi optimi patrisfamilias apud ueterem frugi Graeciam secutus:

ὣς γὰρ προφέρει τε ὀδὴ προφέρει τε καὶ ἔργα.

Sicut et illud M. CATONIS de re rustica, uillicum informantis: *primus cubitu surgat, postremus cubitum eat: patremfamilias uendacem, non emacem esse oportere*. Hac uia alacri gradu incedens et indefesso labore, contentione et industria circa sacra et profana, quibus illa carere non possunt, sed amice, ut Flaccus ait, conspirant, assidue occupat, sibi negotium aliis otium parare studens, tiro ueteranis, inferior aetate prouectibus rerum laudabiliu exempla praebens, omnium studia et uoluntates facile promeruit, ut *Wolllango* morbis absumpto, ipsi aditus ad mitrae honores, unanimi fratrum conuentualium suffragatione, patuerit, quod fuit anno 1563. die Maii

eligitur abbas
MDLXIII.

Eius indefessi labores

24. XII. Quantum uero laborum et molestiarum unius monasterii *Schwarzachensis* causa per XXXV. annos exhausserit: quanta moles ad uindicandum monasterium *Banthense* a manifesto interitu, circa sacra et profana, uel ut uulgo, spiritalia et temporalia, praecipue monasticam disciplinam, ita collapsam, ut eius prope nullum uestigium aut species appareret, restituendam, ipsius humeris, inuitissimo et cum lachrymis deprecanti, anno 1575. imposita sit: quomodo denique his duobus tertium onus, ceu cumulus aliquis, accesserit, quod partim maximis precibus adductus, partim misericordia et animi molitiae quadam erga ordinem suum expugnatus, anno 1590. in se suscepit, ut monasterium *S. Stephani* in urbe *Wirceburgensi*, uetustate uenerabile, e uoragine admodum profunda aeris alieni, ipsius uigilantia, et in tuenda restituendaque re familiari dexteritate et solertia mirabili eripiat: dies prope me prius defecerit, quam uel ea tantum commemorauero, in quibus mea unius, *ὡς ἀντοπρακτῆ καὶ συνέργῃ καὶ ἀντοκχῶς οπε-*

Ara, studium et labos supra annos 30. tam frequens interuenit, ut, si mihi propositum esset per singulos actionum ipsius et, quod Graeci uocant, *τῆ καλῆς* gradus incedere, dicendi principium quidem uideam, finem uero inueniam nullum.

XIII. Proinde a lege commentarii ut ne discedam et rerum capita, monente CICERONE in *Bruto* suo, breuiter simpliciterque perstringam, cum Plutarcho negans me *historiam*, sed *uitam* scribere, colloco in prima acie militantis ecclesiae illud S. GREGORII Nazianzeni: *ἀρχὴν ἀπάντων καὶ τέλος ποίει θεὸν*, hoc est, erga DEVM, *cultum pietatis, quae aurea illa catena est, qua cum caelestibus terrestria copulantur, qua uiuimus, unde lucem caelestem haurimus, per quam ad sacros caelites proxime accedimus, omnis uirtutis seminarium, et D. AMBROSIVS* in oratione quadam funebri: *Scala illa, cuius gradibus in caelum ascendimus: ipse immortalitatis portus, ad quem cursus uelificationis, id est, aerummosae uitae nostrae, syrribus et scopulis mundi post terga relictis, CHRISTO gubernatore, et proreta quasi, dirigendis.* Quo initio facto, et substructa quasi basi idem *S. Nazianzenus ἀρχὴν ἀπάντων καὶ τέλος ποίει θεὸν*, non immerito PINDARVM laudauit, qui recta commodaque rerum initia columnas aureas appellabat. Ut enim, nisi firma fundamenta iaciantur, superuacanea et inutilis est omnis aedificatio: ita uix ullus laborum nostrorum fructus sperari potest, nisi conuenientibus et aptis initiis nitantur: nec felix progressus expectandus est, nisi fausta initia praecesserint, quae pondus haud uulgare concomitetur, quemadmodum de statuis Daedaleis a PLATONE proditum est, eas, cum praeclaro opere perfectae, et eximiae pulcritudinis existerent, nisi tamen arctissimis uinculis confringerentur, dilabi facile et perfugere solitas, quod earum incerta esset et lubrica possessio.

Pietas in Deum.

XIII. Sed ut eo, unde digressa est mea oratio, reuertar, lectionem sacram, hoc est, *εὐαγγελικῆς βίβλος, καὶ ἀποστολικῆς, καὶ τῶν παλαιῶν προφητῶν θεοπίσματῶν, σαφῶς ἡμῶν, ἃ καὶ περὶ τῆς θεῆς φρονεῖν, ἐκ παιδευοῦντα* secundum legem a Constantino magno, in synodo Nicaena latam, *ὡς τὴν πολεμοῖον ἀπελάσαντες ἔβην, ἢ καὶ τῶν θεοπνεύτων λόγων λάβωμεν τῶν ζητημένων τὴν λύσιν*, quicquid a molestiis quotidianis subseciui temporis superesset, diligenter coluit, certo persuasus, non succulentiore alio pabulo animum refici, sicut praeclare dictum est a BASILEIO, *magno: ἢ εὐσέβεια τὴν ψυχὴν τοῖς θεοῖς ἱερέφει διανοήμασι: nec oculos iucundiore speculo pasci posse, quam lectione sacra-*

Lectiones sacrae abbas.

(G)

τυπῶ

rum scripturarum, quod dulcissimis uer-
bis. CHRYSOSTOMVS expressit : οὐχ
ὁ λειμὼν μόνον, ἀλλὰ καὶ παραδείσος ἐστὶ
τῶν θείων γραφῶν ἡ ἀνάγνωσις. Οὐ γὰρ εὐω-
δίαν ψιλλὴν ἔχει ταῦτα τὰ ἀνθη μόνον, ἀλλὰ
καὶ καρπὸν τὴν ψυχὴν ἰσχύει δυνάμενον. Et
quod TERTULLIANVS in Apologetico:
Certe fidem sanctis uocibus pascimus. spem
erigimus, fiduciam figimus. Quibus ad-
de eundem Basilium, in prima epistola
de utilitate lectionis scripturarum mul-
ta praeclare dicentem, quorum summa
haec est: Scriptura prophetica et aposto-
lica aut docet nos de rebus ad salutem ne-
cessariis, aut consolationem luctantibus
proponit, aut hortatur ad iusta et honesta
operatur. Quid autem salubrius con-
silio diui HIERONYMI, epistola XII. ad
Furiam uiduam: Quando comedis, in-
quit, cogita statim tibi esse legendum de
scripturis sanctis. Habeto fixum uersu-
um numerum. Istud pensum domino tuo
redde, nec ante quieti membra tua conce-
das, quam calathum pectoris tui hoc sub
tegmine impleueris: Et post scripturas
sanctas, doctorum hominum tractatus de-
mum lege, et eorum duntaxat, quorum fi-
des nota est.

Abbas le-
ctiones sacrae
inconuictae.

XV. Proinde in prandio et caena
quam plurimum ἀναγνώσῃν sacrae alicuius
lectionis mensae adhibebat abbas no-
ster, cui audiendo ita intentus erat, ut
animum eius non in patinis, sed in pagi-
nis uersari, ex eius gemitibus et iulpi-
riis et alacriore obtutu interdum, pro
subiecti thematis materia, haud obscure
appareret. Psalmos Dauidicos longis-
simo psallendi et precandi usu et exer-
citatione, sicut et ea, quae in ecclesia sta-
tis diebus leguntur et canuntur, maxi-
ma e parte memoriter callebat et, si usus
ferret, aut necessitas postularer, promte
exprimebat. Fructum etiam se hunc
uberrimum decerpere ex psalmodia il-
la, ut, cum circa tertiam noctis uigiliam
a statuta psalmodia se rursus in lectum
componeret, arrepto ex ea uersu aliquo
cum primis memorabili, eumque ani-
mo et cogitatione uersans, caelestis se
aliquid iucunditatis, quasi choris ange-
lorum psallentium insitus, gustare et
percipere, non semel erga me testatus
est. Porro psalmodium Dauidis quanta
sit utilitas, quam accurate legendi,
quam familiares nobis reddendi, nemo
dubitatur. Mundus enim non
tam sole, quam psalterio eget ecclesia, ut
D. CHRYSOSTOMVS: et BASILEIUS
magnus, psalmodium liber promtuarium
est, ad uulnera animarum uetera sanan-
da, et recens uulnerato medelam afferen-
dam &c. Ut in scripto eius de usu psal-
modium. Eos esse δυσνοήτους, h. e. intelle-
ctu difficiles. magnamque attentionem et
intelligentiam requirere. Apparet il-

Prae psal-
modium.

Alud ex epistola ATHANASII magni ad
Marcellinum, de interpretatione psal-
morum, cuius in Christo uoluntatem
laudat, magna contentione agentem, ut
sensum, qui in singulis est, assequatur. De
Pambone alterum prodidit memoriae
SOCRATES lib. 4. cap. 23. Is cum illi-
teratus esset, doctorem psalmos expo-
nentem adiit, et quum primum uersum
psal. 38. dixi, custodiam uias meas, ut non
delinquam in lingua mea, audisset, disces-
sit, sufficere sibi, inquit, uersum istum,
ut illum factis exprimere addisceret.
Doctor cum eo expostulauit, quod eum
ab eo tempore totis sex mensibus non
uidisset. At Pambo respondens, quod
nondum re ipsa uersum primum asse-
cutus esset, se excusauit. Multi inter-
cessere anni, et amico cuidam roganti,
num uersum eum addidisset? uix tan-
dem, ait, decem et nouem annis, factis i-
psis eum addidici. Porro quam frequens
et popularis fuerit melioribus ecclesiae
temporibus, testatur diuus HIERONYMVS
epist. ad Marcelli uiduam: Quocun-
que te uerteris, inquit, orator stiuam te-
tenens halleluiah decantat. Sudans mes-
sor psalmis se euocat, et curua attondens
uitem falce uimitor, aliquid Dauidicum
canit. Haec sunt in hac prouincia carmi-
na: hae, ut uulgo dicitur amatoriae can-
tiones, hic pastorum sibilus, haec arma
culturae.

XVI, Disciplinam monasticam ita
coluit et exercuit, ut suos sodales recte
in officio contineret, et monasterium
sibi creditum, quasi σεμνείον constitue-
ret. Cuius uocis quae sit significatio,
quis uerus sensus, legantur, quae
PHILO de monachis christianis in Ae-
gypto scripsit, narrante NICEPHORO
lib. 2. eccles. Historiae c. 16. Qua in di-
sciplina exigenda, qui eum seueriorem
fuisse, nimisque rigidum quiritantur,
eadem opera morbum animi prodere,
et de aberratione a statutis ordinis con-
fiteri deprehenduntur. Ieiunia, et ne-
fastis diebus a quodam genere ciborum
abstinentiam, ab EPIPHANIO Ἐπεφά-
για dictam, diligenter, ne dicam fasti-
diose, obseruauit, nec solum iis diebus,
sed aliis quoque suis hominibus frugali-
tatis, continentiae et moderationis
exemplo proposito. Sacris magnifice
operatus est, omnium oculis in sui ad-
mirationem conuersis, in deflexu aeta-
tis saepe bis in septimana sacrificando.
Magnis sumptibus mundum, hodie or-
natum uocant, ad procurationem sacro-
rum solennem comparauit, qui tempo-
re praecessorum suorum aut exiguus,
aut obscurus in utroque monasterio
fuit. Tempora picturis, et phonaeco or-
ganorum concentu, adhaec turres cam-
pano aere, siue nolis, quas uocant, quae
etiam

Disciplina
monastica.

etiam septem dormientes, quorum memoria fasti ecclesiastici retinent, suo tinnitu et clangore e profundissimo lethargo excitare queant, ruditer denique contabulata arcuato, siue ut CICERO; fornicato opere, ad honestam spectantium et audientium uoluptatem ornauit, auxit, instruxit, clausit, compegit. Pensum *statarum prectum*, quas horas canonicas uocant, diligenter implebat. **B** Quin etiam secunda noctis uigilia, strato relicto, in templo psallebat, saepe ad horam unam et alteram, saepius ad plures, et conuentualibus suis, iunioribus praefertim, ut idem alacriter facerent, auctorem, ducem et antesignanum se praebuit: qua in sacra exercitatione ita assiduus fuit, ut cum somno aliquando intempestiue obrutus, psalmodiam illam neglexisset, potu aquae et inedia ad alterum usque diem poenas eius neglectiois de se sumeret et culpam redimeret, ratus, nulla arte melius suos in officio contineri, quam si seipsum contineat, et quae, secundum PLATONEM 5: de legib. *optima ad omnem uirtutem assuetudo est, ut, quae mones, in omni uita ipse facere uidearis*, eo memorabili exemplo ad imitandum sodalibus suis proposito, congruente cum illo Claudiani magni poetae:

In commune iubes si quid, censesque tenendum,

Primus iussa subi, tunc obseruantior aequi

Fit populus, nec ferre negat, cum uiderit ipsum

Auctorem parere sibi.

Meditationis fructus.

XVII. Consuetudo assidua illi erat multum cogitandi, plurima secum animo uoluendi, meditandi: neque enim tempus illum frustra labi, uir nunquam otiosus animo etiam, patiebatur: quibus intentus silentium suum claustrale, ut uocant, colebat, raro ridebat: quo factum, ut tristis ac feuerus existimaretur, cum illius sermonibus ad hilaritatem pro tempore conuersis, nihil suauius, nihil urbanius existeret. Prodi-
Ferunt ante XIV. annos in lucem Ludouici *Granatensis*, dominicani, conciones, in quas cum abbas noster incidisset, degustassetque: ita diligenter legit et relegit, ut in succum et sanguinem quasi conuerteret suum, saepius erga me testatus, *se iis legendis non solum ad pietatem inflammatiorem factum, sed in nouum et alium hominem quasi transformatum*. Atque hic memini, cum ante XII. circiter annos, mihi in conclauis suo certi negotii causa adeundus esset, ipsum magnam lacrymarum uim effundentem, me offendisse. Quo pro tempore dissimulato, parumque ciuile iudicans hominem interpellare, postridie, cum lae-

De Granatensi iudicium

atorem uultum prae se ferret, unde, inquam, *hesternae illae lacrumae?* Hic ille: *Lege Granatensem meum, et colliges, quid mihi lacrumas expresserit*. Est autem ea Granatensis dominica octaua post pentecosten concio secunda, ubi de reddenda totius uitae nostrae ratione agitur. Thema. *Redde rationem uillicationis tuae: nec enim poteris ultra uillicare*. In qua uere christianus ille *Pericles* ita tonat et fulgurat, ut uel e ferreis animis, ceu pyrite quodam, scintillam aliquam pietatis et poenitentiae excutere posse uideatur, ad quam lectorem, eius legendae audium, remitto.

XIIX. *Conciones* sacras publice habentes studiose audiebat, acuteque de **A**uditor in concionibus

iis iudicabat, quippe in simili palaestradiu multumque uersatus; pie christianeque subinde concionatores monens, ut, quod res ipsa est, sacras scripturas sincere exponentes, bonae et laudabilis uitae exemplis auditores ad se pertrahant: oratio enim reuera factis ipsis consonat, perfacile fidem et assensionem mererur. Quibus rebus qui destitutus est, *ἔγωγε μάλλον, ἢ κατήγορος ἐαυτοῦ δοκέω*, hoc est, *simulator potius et sui ipsius accusator esse apparet, etiamsi multum studii, et operae in dicendo ponat*.

Sin cui contigit, ut utraque hac laude clarus sit, nihil non, quod uelit, efficere potest, quod in diuo CHRYSOSTOMO euenisse, celebrat NICEPHORVS eccles. hist. lib. 13. cap. 2. Cui *συνάδει* **B**enedo, ceu, NAZIANZENSIS meus: *Qui bene docet, male uiuens.*

Et male uiuit, is una manu aedificat, et altera destruit. Item quod una manu porrigit auditoribus, altera rursus eripit. Et illud DEMOSTHENIS: *ἄπας λόγος, ἀν ἀπὴ τὰ ἔργα, μάταιός ἐστι καὶ κενός φάνηται*.

XIX. Dixi breuiter de eius erga **P**ietas in pauperes.

DEVM pietate. At pietas eius altera, quanta erga *pauperes* Christi, misericordia et largitas fuerit, quot uiduarum et orphanorum, et qui domi in summis angustiis cum fortunae iniquitate luctantur, inopiam subleuarit, communi, larga, liberalique eleemosyna, in perpetuum constituta, miserabilis illa turba non e monasterii sui solum uicis, sed e uicinia undequaque confluens ad monasterium, compressis gemitibus et lacrymis, prope in singulas horas testatur et gratis animis recognoscit. Diderat enim abbas noster, eleemosynarum fructum esse eum; *Manus pauperis Abrahae sinus est; ubi, quicquid pauper acceperit, mox reponit*. *Thesaurus caeli est manus pauperis, quod suscipit, ne in terra pereat, reponit in caelo*. *Manus pauperis est gazophylacium Christi: quia quicquid pauper accipit, Christus acceptat*. *Da ergo homo, pauperi*
(G) 2 ser-

terram, ut accipias caelum: da nummum, ut accipias regnum: da micam, ut accipias totum: da pauperi, ut des tibi, quia quicquid pauperi dederis, tu habebis, quod pauperi non dederis, habebit alter &c. Quae et alia prolixius magister discipulo ex pulcerrimo pientissimoque sermone S. GREGORII Nazianzeni de amore erga pauperes, exposui, alias tam pie affecto, ut neminem quacunque fortunae grauiore iniuria multatum, tristem a se dimitteret, diem se perdidisse ratus, quo subditis suis, aut aliis opem ipsius implorantibus, bene non fecisset, ingenio erga omnes bonos mirifice propenso, quod cum laudatissimo Caesare Tito commune habet. Ut enim mortales terrestribus diuitiis, quantumuis magnis, abundant, DEI tamen misericordia nunquam non egent. Hinc S. AVGVSTINVS de uer. domini in Iob. serm. 41. summa caritate hunc in modum auditores monebat suos. *Habet quidam multum auri et argenti, o si agnoscat se pauperem: agnoscat se pauperem, si agnoscat iuxta se pauperem. quid enim? quantumuis habeas, quicumque diues es, DEI mendicus es.* Hinc S. BERNHARDVS: *uae, qui dicit, quia diues sum et nullius egeo: cum sit pauper et nudus et miserabilis et miser.*

et parochias-

XX. Non dissimilem, imo maiorem pietatem et beneficentiam ostendit erga parochias, quas uocant, in pagis sui monasterii, supra ueteres, nouis reductibus auctas et dotatas, idem erga scholas ostensus, ut iuuentus optimis et moribus et disciplinis imbuatur, si diutius lucis usura obtigisset. Tirones monachos in sodalitatem *Benedictinam* aut receptos, aut recipiendos, humanioribus liberalioribusque disciplinis, literis, artibus, studiis et philosophiae praeceptionibus erudiri curauit, nullis in eo parcens sumtibus, comitante utriusque linguae, tertiae quoque *Hebraeae* sacrae institutione et cognitione, ut, quod sibi infelicitas temporum inuidit, sui sodales larga manu porrectum, fideliter apprehendant et retineant. Quorum *artium liberalium* et cognitionis litterarum quantus sit fructus, quae operae pretia, indicat *BASILEIVS magnus*, et *IOH. CHRYSOSTOMVS*, magnus itidem in theologia *GREGORIUS Nazianzenus*, cuius sententiam cognitu dignissimam lege apud *NICEPHORVM* hist. eccles. lib. 10, c. 26. §. omnes opinor &c. Et quidem quod ad graecae linguae cognitionem attinet, iudicat *Iacobus SADOLETVS*, at quantus uir? epistola quadam sua ad Ioh. Matthae. Gibertum, episcopum Veronae: *Graecae linguae ignorantiam, qua imperfecta*

Studium Gr.
LL.

Augustinus utebatur, uim in eo maximi ingenii, tamquam uirgulis et uepribus impeditam, aliquoties detinuisse. Si hoc de imperfecta tanti uiri iudicium, quid diceret de iis sacrae scripturae interpretibus, qui ne abecedariam quidem tabulam Graecam callent.

XXI. Priuata et domestica eius uita *Vita domestica.*

triginta septem prope annorum consuetudine et usu cognoui, ipsum annis uirtutis, honestatis, et integritatis amantissimum et studiosissimum fuisse. Ingenio fuit *excellenti* et acri, eaque subtilitate, ut *Geographiam*, cuius absque cognitione lectio historiarum caeca quali est, me monstratore, tabulis ob oculos positis, facile disceret et tabulas tabulis scite adaptaret et conduceret. Ne ab *astronomia* quidem, cuius cognitio diuinitatis cuiusdam participes et unde prima aeternitatis admiratio fluxit, tum quidem quod paruitatem nostrimet et uitae nostrae, non aliter magis cognoscimus, quam eorum caelestium corporum magnitudinem et perpetuitatem admirantes, tum quod *D*animum ab his terrestribus attollentes, diuinorum commercii assuescimus, ductu genii sui abhorrens; si quando, oblata occasione et serenitate aëris inuitante, in pulcerrimo illo theatro *STELLAS* insigniores ipsi ostenderem et nomina, quibus hodie, ex Arabum nomenclatura, insignitae sunt, exprimerem. Quibus studiis animus eius nobilibus ita delectatus est, ut globis, quos uocant, *geographico* et *astronomico*, a *Gerando mercatore* scitissimo fabrefactis, bibliothecam suam auxerit ornationemque reddiderit.

XXII. *Memoria*, quae lectionis thesaurus est, tanta fuit, ut, quae comprehendisset, aut ipse commentatus esset, iisdem prope uerbis et serie, sine scripto postea pronunciaret. *Diligentia* autem adeo mirabili, ut in iis, quae salutem et utilitatem monasteriorum sibi concreditorum respicerent, posthabitis omnibus naturae desideriis, non ante conquiesceret, nullo studio aut labori parceret, quam, quae perficienda erant, ad optatum finem perduxisset. Otium non secus, ac ipsam satanae culcitram, aut puluinar detestabatur, sibi que eum, qui nihil agat, esse omnino non uideri, physicis docentibus, quae cuique rei causa est, ut sit, eandem ei esse causam, ut aliquid agat: mirari etiam, si quis dicat sibi tempus prolixum aut taediosum esse, cum tam latus ad res laudabiles campus mortalibus pateat, ipse temporis, cuius *πολυτελές ἀνάλωμα είναι συνεχώς* *THEOPHRASTVS* dixit, *Otii fuga* dispensator parcissimus, et elumbis otii

otii

otii plane hostis, totum tempus id sibi A ipse laborum omnium, quos fors aut perire ratus, quod in sacra lectione, aut casus offerebat, tolerantissimus, et ad in rebus necessariis domi administrandis non consumeretur, sibi dictum existimans, quod **SENECA** Lucilio suo: *Ita fac, mi Lucili, uindica te tibi, et tempus, quod adhuc aut auferebatur, aut surripiebatur, aut excidebat, collige et serua. Quaedam tempora eripiuntur nobis, quaedam subducuntur, quaedam effluunt. Turpissima tamen est iactura, quae per negligentiam fit: et si uolueris attendere, magna uitae pars elabitur male agentibus, maxima nihil agentibus, tota aliud agentibus. Quem mihi dabis, qui aliquod pretium tempori ponat? qui diem aestimet? qui intelligit se quotidie mori? Omnia aliena sunt: tempus tantum nostrum est &c.* Quae argute dicta a **SENECA** legenti et haesitanti abbati nostro interpretatus sum: **MALE** agentibus perire tempus in iis, quae aleae, quae libidini, quae uentri, quae sectandis potentioribus dantur. **NIHIL**, ut euenit iis, qui otio atque ignauia marcent. **ALIUD**, negligenter ac languide omnia tractantibus, et quiduis potius cogitantibus quam id quod agunt. Eoque fieri, sicut alio loco dixi, *ut necessaria ignoremus, quoniam superuacanea didicimus. Superuacanea, immodicum uoluptatum, honoris, potentiae, pecuniaeque studium, inueniente SENECA: necessaria uero, philosophiam, hoc est, diuinarum rerum humanarumque cognitionem: quae si ulli mortalium perfecta contingeret, haud dubie omnium animi atque oculi in illum unum, tanquam deum quendam, conuerterentur.* Alio loco **SENECA** uidet eos, qui operose nihil agunt, et in litterarum inutilium studiis detinentur, puta, quaerere quem numerum remigum **Vlysses** habuerit, prior scripta **Ilias** an **Odyssaea**. Quo morbo nostra quoque aetas, aut etiam grauiore laborat. Multi sunt, qui, quo naso, quibus oculis hic aut ille e ueteribus fuerit; quomodo uestitus, nudis pedibus, an calceatis inceserit, **Marco** an **Menio** ei nomen fuerit, diligentius ac sollicitius quaerunt, quam quid ii, qui magnam sapientiae opinionem habuerunt, de uirtute atque officio senserint: quam optimam formam **Reipubl.** iudicant, quod iter ad sapientiam maxime compendiarium censuerint. Ita in superuacanea curiosi, ad profutura negligentes sumus. Sed ad nunquam cessatorem abbatem nostrum redeundo, parsimoniae suae temporis tribuendum, e quo nunquam adduci aut ab ipso impetrari potuit, ut lectulum, in quo curis et laboribus defatigatus, paullum interdiu recumberet, in suo conclauis toleraret,

Fuga inutilium curiositatum.

casus offerebat, tolerantissimus, et ad eos exhauriendos prope indomitus, tenens memoria cuiusdam monachi apophthegma, celebratum **Tripart. historiae** lib. 8. cap. 1. *Monachus, qui non operatur, latroni par iudicandus.*

XXIII. Quoties illum ad uesperam usque impransum, et incaenam cubitum ire uidi, curantem recto ut stent omnia talo? Somno sane ultra quatuor aut quinque horas non indulgebat. **Doctos** uiros et amauit, et ornauit, eoque praeclearo facto admonuisse caeteros, et docuisse uisus est, nihil esse tam proprium praestantis eximiaeque uirtutis, quam aliorum et fouere et honorare uirtutem et doctrinam. In quo magna sane naturae uis, et imprimis mirabile consilium uiget. Quae cum duo uirtutis genera constituit, ut una esset uirtus, ad iuuandum et commodandum se impartiens, altera idonea, cui commodaretur: ita hunc complexum praeclearae societatis iugatum inter se et annexum esse uolunt, ut altera sine altera suum explere munus rite nequeat. **Doctrinam** liberalem omnem et, quae familiam ducit, *Theologiam*, eiusque studium, quanta in commendatione habuerit, auxerit, promouerit, apertis *bibliothecis* in utroque monasterio *Schwarzacensi* et *Banzesi*, ad eius cognitionem adipiscendam, optimorum lectissimorumque librorum copiosa suppellectile instructis ac refertis, ad posteritatem, si qua ulla olim erit, certissimis quasi obsidibus testatum dedit. Vere enim abbas noster iudicabat, quem admodum **Platonici** elementorum in corporibus caelestibus quendam ueluti florem, in hisce inferioribus quendam ueluti facem, esse dicebant: ita rerum omnium cognitione dignarum in *theologia* florem, in aliis scientiis facem contineri. In re familiari solerter et industrie, citra cuiusque iniuriam augenda, incredibile dictu, quam probe omnes articulos calluerit, quantusque magister fuerit, testantur *aedificia* tam publica, quam priuata, non ad luxum et ostentationem, sed necessarios et utiles usus, ab ipso solerter et perite excitata et perfecta, cuiusmodi praeter illa, *molae frumentariae, granariae, cellae uinariae, ouilia* et alia ad commemorandum obscuriora. Verissimum enim est, quod quidam dixit, aedificationes, quo quisque sit ingenio, ostendere. Taceo maius, quam quis credat, *aes alienum* dissolutum, aut quod proprium et peculiare fuit, ad coemendos honestis et licitis rationibus redditus annuos conuersum, denique omnia utriusque monasterii in eum statum et splendorem

Somnus breuis,

in doctos amos.

Theologiae studiosus.

In re familiarian.

rem restituta, ut cum egregie florentibus in hac *Franciae orientalis* ora monasteriis certare et comparari posse, in quibusdam superare uideantur.

Dignitas corporis.

XXIV. Corporis ea fuit dignitate, quae ipsi hominum non uulgarium animos et studia, primo oris aspectu miram cum humanitate mixtam grauitatem, sincerique animi candorem referente, conciliaret.

Sensus.

Sensus omnes acres, uegeti, firma neruorum compages, in corpore lacertoso, multisque uigiliis et laboribus, parcaque uiuendi ratione durato dignoque, in quo animus eius domicilium haberet, de quo satis; *turpe* dicente quodam e Romanis imperatoribus: *Cum animum habeat homo, laudem captare ex corpore.*

Mores.

Mores, ad communem uitam quod attinet, placidus fuit et suauis, animo recto et erecto, natura beneficus et ad tenerioris amicitiae officia praestanda gratificandumque obuius, promptus et beneuolus. Non ille consulto alterum quemuis aperte vel maledictis laedere uel oblique infamare notamue et ignominiam inurere. Nullum etiam fere alicuius dictum et factum tam duriter accepit, ut ab illius beneuolentia, familiaritateque et usu refugeret. Nullae in eo maleuolentiae, aut suspitionum iniquarum latebrae, nullae aemulationis insidiae, animus nulla maleuolentia suffusus, oratio aperta, libera et, quae ueritatis est simplex, omnis σοφιστικῆς osor acerrimus, sicut scio paullo ante mortem ipsius quendam, in cuius sermone omnia prope incerta, dubia, subdola, et captatoria, quaedam etiam ad aucupandam gratiam κολακευτικὰ inerant, acri uoce ab ipso reiectum fuisse. Nec hos solum, σοφιστὰς καὶ κολακας, sed et alias pestes, calumniatores et delatores, qui suae delationis fidem non fecissent, a se abdicabat et reiiciebat. Quod si principes uiri imitarentur, ut cum aliquid occulte ad ipsos defertur, ipsi delatorem sistant, et fidem sibi fieri iubeant eius, quod sit delatum, prudenter sane facerent, grauitate monente magnanimo et sapientissimo scriptore PHILIPPO COMINAEIO, lib. 5. commentariorum de bello Neapolitano, per Carolum VIII. regem Francorum gesto. Hac enim ratione, inquit, uiuent tranquillius, quando nullus eo sit progressus amentiae, ut, quod probare non possit, de eo sit alicui facturus calumniam, subiungens: *Mais il y en a de si bestes, qu' ils promettent et iurent n' en dire rien, et par ce moyen ils emportent aucunes fois ces angouisses, tont ie parle, et si hayent le plus souuent les meilleurs, et les plus loyaux seruiteurs qu' ils ayent, et leur font des damages a l' appetit et rapport de plusieurs me-*

Achans; et par ce moyen font des grands torts, et de grands griefs a leurs subiects.

Quae sunt eiusdem COMMINAEI uerba uernacula, dicta intelligentibus, atque utinam non eodem morbo animi laborantibus, quo solitus est MEDIVS, ex Alexandri parasitis unus, alios inficere, ne metuerent quoduis crimen in quemuis intendere; adiecta causa apposita: *ut maxime*, inquit, *sanet uulnus qui delatus est, manet tamen cicatrix.*

Non arbitror, scribit ERASMVVS R. lib. 8.

Apophtheg. *quemquam esse diabolum tam impium, qui rem magis nefariam possit suggerere. Et quo foedius est crimen, hoc tenacius haeret apud multos criminis suspicio.* Cui quadrat: *Calumniare audacter, semper aliquid haeret*, in eadem parasitorum Alexandri M. officina proculsum. Sed ad alia transeo.

XXV. Vtrumque monasterium, *Schwarzacense* et *Banthense*, templa habet maiestate quadam in altum surgentia, ut procul etiam intuentibus religionem incutiant, illo in aperta planicie, hoc in supercilio montis, utroque ad Moenum amnem sito. *Turres sunt excelsae*, procul ueluti salutantes et ad se specie structurae, tum ipsarum, tum monasteriorum, inuitantes aduenas, campani aeris clangore longe lateque uicinam regionem personantes. Unde fit, ut pro more Germaniae, cui Iulius Caesar hospitalitatis laudes tribuit, frequentes ibi sint *hospites*, interdum tot, sicut uidi, uix ut in monasterio, quantumuis, spaciofo hospitari possent. Ex eorum numero si qui essent melioris notae, et honestiore loco nati, noster ille, Gratiarum manibus factus quasi, comiter excipiebat, alacrem uultum ostendebat, et cibo potuque relectos, cum significatione humanitatis et beneuolentiae suae amanter a se dimittebat. Quod si interdum erga clarioris nominis conuiuas, sibi aut ueteris amicitiae et notitiae usu caros, aut auctoritate et uirtute praestantes frons exporrigenda, et laetitia datori, more gentis, meracius litandum esset, hic ille uinum tenue et dilutum bibebat, conuiuus peculiare, e iugo a se uitibus facto, generosum sane et ordini monasteriorum respondens, plane benedictum, Raro tamen ad clausulam conuiuiorum sedebat, sed cum accumbentes laetiores mollioresque sermone ferere uideret et, ut ille - - - *super omnia uultus Accessere boni* - - - arte ab-

Conuiuia breuia

rumpebat conuiuium, subornato interdum aliquo e ministris, qui ipsi in aurem tacite immurmuraret, adesse peregre tabellarium quendam cum litteris, aut alium quendam, qui ipsum conuentum cupiat. Qua occasione ad sua rediit, relictis conuiujs, ut se inuitarent

Hospitalis.

Conuiuia breuia

tarent

tarent, quousque uellent da p̄silius, ut A Plautina uoce utar, sobrietatis suae exemplo indubie proposito et relicto bibentibus mensuras sine mensura, ut dicit Augustinus de uerb. Apost. ferm. 4. Prandium et coenam ultra horam non producebat, nisi aduenis hospitibus ad longiores accubitus interdum indulgendum esset. Iam quod EPICCHARMO tribuitur, ἀρεθρα τῶν φρενῶν εἶναι νήφειν, καὶ ἀπιστεῖν, de illo, quantum ad abbatem nostrum, iam dictum, de hoc CICERO ad M. fratrem de petitione consulatus, ἐπιχάρμησον, illud, inquit, teneto: nervos atque artus esse sapientiae, NON TEMERE CREDERE. Qui enim cito credit, leuis est corde, ut in ecclesiastico legitur, et quod S. HIERONYMVS scribit, in regula sanctimonialium ad Eustoch. c. 16.: Non omnibus, qui loquuntur, sis facilis ad credendum: leuitas enim in credendo, leuem denotat mentem, et credulitas, si Fulgentio credimus, mater est deceptionum. Ita noster abbas usu et experientia didicerat, non esse nimis leuiter alteri credendum, neque auditis fidem temere praestandam. Multis enim, ut ille, simulationū inuolucris te-

Aleuitate alienus.

Colloquia eius.

XXV. Porro ut alloquio fuit facilis, comis et perhumanus abbas noster, ita φιλοφροσύνην illam insigni grauitate, non illa austeritate et fronte caperata, sed plena dignitatis et comitatis miscebat et temperabat. At πολιτικὴν ἀρετὴν ἱεροσύνη συνάπτειν, καὶ συγκλάθειν τὰ ἀσύγκλωσα, hoc est, ciuilem uirtutem siue actionem sacrae functioni applicare uelle, eaque coniungere, quae inter se maxime natura dissident et connecti nequeant, quae ueteris theologi sententia apud SVIDAM legitur, quantae dextertatis, siue, ut Graeci, δεξιότητος, hoc rerum statu sit, abbas noster suo exemplo in utraque functione luculenter testatum dedit. Audisses porro posterioribus suae uitae annis, in otio pariter et negotio, nullum uerbum ex ore ipsius excidere, quod non ad aedificationem et frugem aliquam bonam pertineret. In populari sermone grauem, copiosum, et disertum scribendo et loquendo, publice et priuatim se praebuit, uerborum proprietatis et elocutionis apprimè obseruans, tenax et studiosus. A sordibus et auaritia, quae maxime una

Liberalis

aliis et praestantibus animis atque consiliis infesta atque inimica est: quae facit, ut christianae caritatis et misericordiae, aut nullam iam, aut quam exiguam partem teneamus, cui defunt omnia, quae quod habet, non habet, ῥίζα καὶ ἕδωλον, ut PAVLVS, ut D. Chrysostomus, μητρόπολις πάντων τῶν κακῶν eum abhorruisse, et hospitalitas, et eleemosynae largissimae, et tot subditorum subleuata inopia, ut taceam de tot uariis, necessariis utilibusque aedificationibus, manifestissime testantur et ab ea peste uindicant et defendunt: quae magnas saepe opes, recte partas etiam, euertit et corrumpit: cuius si arculam fera, ostio, uecte quoque communiens, frustra tamen id facies; siquidem eam intus inclusam pestem habes, uiolentissimum praedonem, qui quidquid inuenerit, diripit, ut idem Chrysostom. cap. 5. primae ad Corinthios - - - Quale insatiabile monstrum Orcus auaritiam Stygiis emisit ab antris, Germanam harpyis facies inculta situque Tristis, hiant rictus, tetricis frons aspera rugis Ora fame pallent, corpus miserabile curae Attenuant, uirus promptam ad periuria linguam (mentem, Inficit, et trepidam exercent somnia In uigiles ne blanda quies irrepit ocellos. Quae est ὑποπόωμας auaritia per G. BVCHANANVM lib. I. sphaerae suae.

XXVI. In pronunciandis iis, quae ueritati, matri iustitiae, consentanea essent, ea libertate animi et oris usus est, ad nullius gratiam, amorem aut odium sermonem ut inflecteret suum, ea seueritate, ut preces apud eum, neque ad iusta impetranda necessariae essent, neque ad iniusta impetranda efficaces, quo nomine Romanum quendam felicem censitum legimus. Prudentiam cum morum integritate ac sinceritate coniungendam, concionatur ille, de quo aeternus pater testatur; HVNC AUDITE. Prudentiam cum dico, non ea accipienda, quam mortem esse et inimicam DEO sapientiam affirmat PAVLVS, sicut uulgus eum prudentem uocat, qui multa simulare, ac dissimulare nouit, multa mentiri, eos, quibuscum agit, commodi sui causa fallere ac circumuenire: et quod sibi proposuit multas uias reperire, quibus id quomodo adipiscatur. Illa uero prudentia non est, sed calliditas, uersutia, malitia. Vera prudentia est, et cognoscere quid petendum fugiendumque sit: et quibus uis tum ipse eo peruenire, tum alios eodem perducere commodissime possit: nihil temere atque inconsiderate agere, sed unaquaque in re,

Libertas eius

Prudentia

re, quid rerum, personarum, locorum, temporum uarietas postulet, diiudicare. Miserum qui alium fallit, si se idcirco eo, quem fallit, prudentiorem putat. Fallit ipse se et induit multo perniciosiorem in laqueum, quam quo implicare alium parat. Quanto prudentior, qui neminem fallit. Deo enim similior est, qui neque falli potest. Quae sunt disertissimi **MURETI**, in oratione ad cardinales, subrogandi pontificis causa conclaue ingressuros. *τάύτην τὴν γεαμμὴν* nostrum abbatem secutum esse, et ipsis operibus factisque expressisse, actionum suarum tenor constans ostendit: et quod affine prudentiae habetur, in consiliis capiendis dexteritas, circumspectio, solertia, et quam Thucydides requirit, *σύνεσις πολιτικὴ*, longo rerum usu collecta, quae ille ita in numerato habuit, ut saepe in deliberationibus, e re aut casu natis, sententias illorum, qui sibi aliquid sapere uiderentur, anteuenteret, quaeque illi in medium consulere, animis agitabant ea prior ipse proferret, et, quae magni iudicii res aliorum uagas et dissipatas cogitationes in girum rationis reduceret, ut ipsum intuens saepe illud Menandri mecum animo uerfarem: *ὡς ἢδὲ συνέσις χρηστοῦ μεμιγμένη.*

Pacificus.

XXVII. Cum uicinis amicitiam et pacem coluit, at si quo in iure monasteriorum sibi concreditorum ab iis impacatis turbaretur, non corpore aut animo ille conuiesceret, donec turbatis rebus aut ciuili pactione, aut, si plane essent, retorridi, per legitimos tramites, secundum *Emmianum* illud, ex iure manum confertum, mederetur. Consilii etiam cautionis hoc fuit, quod non unius, sed multorum saepe, super una eademque causa et quaestione, consilia et sententias sciscitaretur, quibus ab ipso collectis et ad aurificis bilancem quasi appensis, deprehendi multoties, suorum consiliorum rationes, quibus ad aliquid agendum adduceretur, ea maturitate propriis suis, non alienis cogitationibus exquisitas, elaboratas, directasque uigere, ut non adumbratam, sed ueram et a fonte ipso aequi et boni, christianaque caritatis profluentem gloriam consecrari censeretur. Et uero cum damnorum esse maximorum auctores soleant praecipites, de quibus ille: *Fertur equis auriga, nec audit cursus habenas*: deliberationes saepe repetendas censuit, grauique iudicio felicem iudicauit illum, quem faciunt aliena pericula cautum. Festinationem enim esse nouercam iustitiae saepe audierat. Denique nec in deliberando consilium nec in agendo industriam umquam in abbate nostro desideratam,

aperpetuus suarum actionum omnium tenor et cursus ad posteritatem mitescente inuidia, luculenter olim testabitur.

§. XXVIII. Habet monasterium Schwarzach pagos aliquot habitatoribus frequentes, ea situs oportunitate, ut eos singulos uno die obire commode queat abbas. In iis cum praeter ius gladii habeat omnimodam iurisdictionem, noster defunctus et situs, ius sincere et aequabiliter dici curauit, per spectatae fidei et integritatis uiros, ad hoc selectos, quos ab odio, amicitia, ira atque misericordia, uacuos esse decet. Vbi enim illa officium, haud facile animus uerum prouidet, sicut praecclare **CAESAR** apud *Sallustium*, et **FLACCVS** meus male uerum examinat omnis corruptus iudex. Id autem fiebat eo temperamento ab ipso, ut, si quid de iure controuersum incideret, jurisconsultorum consilio uteretur, Suasionem optimum modum ex **CHRYSOSTOMO** in psalm. 145. didicit. *Adducere ab imbecillis et ad ualida deducere: quae uana sunt, destruere: et quae uera, stabilire, refellere, quae decipiunt et, quae iuuant, probare.* A sordidis illis animi passionibus, iracundia, odio, inuidia, superbia, quarum quaeque unicuique sua tempestas est, cenore **SENECA**, animo scio ipsum fuisse defecato, praesertim postremis suae uitae annis, memorando nouissima: quemadmodum et ab ambitione, perturbatrice rerum humanarum, optimi cuiusque ingenii corruptrice, concitatrice bellorum omnium, quam semper uirere in eorum, quos semel occupauit, animis, neque unquam consensescere, grauisissimus auctor ait **THUCYDIDES**.

Schwarzachensis coenobii rationes.

XXIX. Ad iracundiam, calidus iuuenta, procliuior fuit, quam ita compressit tamen, aetate atque usu rerum robustior factus, ut lentus potius et patiens, quam iracundus uideretur. *Ira sci facilis, tamen ut placabilis esset*, secundum **FLACCVM**, Accidit tamen illi, ut, sicut tempestatibus coortis, limosa ac turbida flumina non subito cum caeli serenitate perlucida et sedata fluunt, sic in subitis offensionibus perturbationum animus eius uitium aliquod conciperet, quod subito deponere, aut concoquere, quamquam ualentis stomachi: non posset, quod et ipsum aetas correxit: sicut etiam hoc illi beneficii addidit, ut, si quando paullo esset commotior, tum maxime sedata et uoce et oratione uteretur.

Lenis, non iracundus.

XXX. In **SENECTA** etiam aliquid morositatis siue *ὀξύχολίας* contraxit, communi senum morbo: quorsum pertinent Graeci uersus **ANTIPHANIS**, qui-

Seneca.

quibus ait: *vitam nostram uino similem esse. Vbi enim paulum superest, aescere: digni sane uersus qui adscribantur:*

Σὸδὸν ἐστὶν ἡμῶν ὁ βίος ὡς οὖρον προσφρεθῆς ἔταν ἢ ἡ λαισπόν μικρὸν ὄζος γίνεσθαι.

Et ut **SENECA** epistola II. Meliora prae-teruolant: deteriora succedunt. Quem-
admodum ex amphora primum, quod
est sincerissimum, effluit, grauissimum
quodque turbidumque subsidit: sic in **B**
aetate nostra quod est optimum, pri-
mum est. Quo respexisse mihi uidetur
deus poetarum lib. 3. perfecti operis
sui:

*Optima quaeque dies miseris mortalibus
aeui*

Prima fugit.

Patientia.

XXXI. Patientia etiam et lenitate
tanta animi, ut non modo neminem
ulla unquam affecerit iniuria, sed mul-
torum ipse iniurias ita pertulit, ut eos
sibi amicissimos reddiderit, cum **D. CY-
PRIANO** iudicans: non esse miserum,
qui conuicium audit, sed qui facit, non
qui iniuriam accipit, sed qui infert.
Tolerantia quoque non minore, quam
hominibus causam omnis boni esse,
eaque animam ex alto in portum quasi
tranquillum inuebi, docet monetque
diuus **CHRYSOSTOMVS**. De patientia
TERTULLIANVS: *Adeo satis idoneus*
patientiae sequester **DEVS**. *Si iniuri-*
am deposueris apud eum, ultor est: si
damnum, restitutor est: si dolorem, medi-
cus est: si mortem, resuscitator est. Quan-
tum patientiae licet ut **DEVM** *habeat*
debitorem? Dictorum factorumque **C**

Constantia.

constantiae multa egregia signa dedit, me
ipso conscio: Iponte sua sine lege fi-
dem rectumque colendo, planeque,
quod Graeci significante uocabulo ex-
primunt, *εὐθρηρῆμων*, crebro usurpans
illud ueterum Francorum: *Ein Mann,*
ein Mann: ein Wort, ein Wort. Item,
Neden und halten, theten die Alten. Gene-
rosioris Graeciae exemplo, *Homericis*
παρομιμαῖς expresso: *ἀμ' ἐπὶ σὸς καὶ ἔργον,*
ῥεχθὲν καὶ παραχθὲν. Et quod **Phaenix** docet
Achillem disciplinae suae alumnum:
μύθων τε ῥήσεων ἔμεναι, παρηκλήσεως ἔργων.
Tanto animi insuper robore fuit prae-
ditus, ut dubitasses, utram fortunam,
aduersam, an secundam temperatius tu-
lerit, in secundis moderatus, in aduer-
sis infractus, plane secundum illud **C**
FLACCI: *Rebus aduersis animosus, atque*
Fortis appare. Vidimus; cum obeundis
monasterii Banthenfis negotiis dex-
trum crus fregisset, inter acerbissimos
cruciatu nec uultum mutasse, nec ge-
mitum aut suspirium edidisse.

Humanitas.

XXXII. Quid de humilitate? *qua si-*
ne uirtus quaelibet in uitio deputatur, ut
ISIDORVS *lib. 2. de summo bono cap. 38.*
Item: *Esso paruus in oculis tuis, ut sis*

Amagnus in oculis DEI. *Tanto enim eris*
in oculis DEI pretiosior, quanto fueris
in oculis tuis despectior. Et docent exem-
pla quotidiana, ad placandos, simul et
retinendos in amore homines, nihil ef-
ficacius esse officiosa modestia et hu-
militate, cum ex aduerso inter ambitio-
sos atque superbos, neque christiana
caritas radices agere, neque concordia
diu subsistere, aut durare possit. **Vt**
enim uulgo dicitur et verum esse ex-
perientia comprobat: omnis superbus
est stultus, et omnis stultus est superbus.

Atque hic mihi in mentem uenit apo-
phthegmatis **Ludouici XI.** Francorum
regis, quem dicere confucuisse, **DE-**
DECVS et detrimentum, esse comi-
tes ac ueluti pedisequas superbiae, tes-
tatur **Philippus Comminaeus** commen-
tariorum suorum de reb. gestis ab eo-
dem **Ludouico** lib. 2. Libertatem in **Liberitas**
dicendo ita temperare solitus est, ut
neminem ea iure posset offendere. Le-
niebat enim illam eiusmodi orationis
modestia et grauitati coniuncta comi-
tate, quae cogebat eos ipsos, quibuscum
res esset, in optimam partem, quae is
dixisset, accipere, alias ne dissimulans
quidem, quae sibi uel soluta a uetere
disciplina, uel a bonis moribus detorta,
uel mala consuetudine deprauata, con-
taminata, corrupta egere nouis reme-
diis, aut restitutis antiquis legibus uide-
bantur. *Εὐστοχίαν* ipsius multa saepe
solerter conuicentis, magna opere mira-
tus sum. Argute dictis et iocis libera-
libus, quique nihil haberent nigri salis
aut leuitatis, animo curis soluto, remis-
saeque ingenii seueritate, delectabatur:
quin tempestiuos, ut inter epulas et
peregrinationes, minime tristis atque
horridus natura, ipse non uitabat.

XXXIII. Ingeniorum spectator et **Censor ingen-**
centor acutus, dissimulator eruditio-
niorum.

nis suae, quae supra mediocritatem fuit,
argutus et astutus. Meminique, quos-
dam in disputationis campum ab ipso,
aliud quasi agente, prolectos et con-
gredi ausos, amissis ut Troilon armis,
uel, ut feras indagine clausas, non itam
iucundum, quam ridiculum uictori
praebuisse spectaculum, suis quasi acu-
minibus se compungentes. Sermone
fuit parcus, eoque aculeato potius,
quam intemperato, si quid displiceret,
alias etiam

Πᾶντα μὲν, ἀλλὰ μάλ' ἀλογέως, ἐπεὶ ἡ
πολύμυθος: quo nomine Graecorum
princeps **MENELAVS** *tertio iliados*
commendatur ab **HOMERO**, hoc est,
interprete Erasmo, pauciloquus, sed
eruditus, qui pauca quidem, sed auditu
digna loquitur. Et in descriptione orati-
onis *idem lib. 8. Odyss:* *ασφαλῆως ἀγορεύει,*
hoc est, certa et explicata dicit, non
(H) **lu-**

ludens praestigiis uerborum, quo sensu et iudicio, studio quoque et amore simplicis, minimeque affectati aut calamistrati, ut ita loquar, sermonis, erga sacra erat, sibi dictum iudicans, quod S. HIERONYMVS ad *Damasum*, quo phalera- tam orationem in theologicis tractationibus improbante, de rebus sacris tractanti pedestrem orationem necessariam esse, non quae uerborum compositione frondeat, censuit. Quorsum uidetur quadrare, quod memorabiliter SOZOMENVS scribit, *Triphylium* episcopum, uirum eloquentem, cum tractaret illum *Marci et Iohannis* locum: ἀγορὰς τοῦ ἀρπίθου, eiusque loco dixisset ἀγορὰς τοῦ ἀρπίθου, *spiridiona*, uirum sanctissimum, qui concioni intererat, de loco exiit et, quod uerbis ac sermone superbiret, ipsum obiurgasse et, ut modestius ageret, praecepisse.

Antiquitatum
RR. cultor.

XXXIV. Antiquitatem Hebraeam intellexit: Graecam amauit: Romanam diligenter coluit, quam ad rem non mediocre ego illi adiuuentum attulisse uisus sum. Romae enim agens, quod fuit anno M. D. LXV. cum in picturas urbis, et in ea, et extra eam, statuarum, columnarum, colossorum, templorum, theatrorum, arcuum, thermarum, portarum, sepulcrorum, aquaeductuum, circorum etc. *Salamanca*, *Tramezino*, *Lafrerio*, *Pyrrho Ligorio*, *Michaële Angelo Bonarto*, *Antonio de Musis*, *Raphaële et Antonio Paciotto*, urbinatibus etc. diligentissimis rerum Romanorum inuestigatoribus et peritissimis artificibus, in aes pulcherrime nitidissimeque incisas et ad uiuum, ut dicitur, expressas, incidissem, eas emtas in Germaniam reuersus, ei mecum communes feci, quibus ita laetatus est, ut magno se a me beneficio affectum ingenue praedicaret. Iis contemplandis, ut honestissimam uoluptatem capiebat, ita, me monstratore et interprete, mediocrem antiquitatis et historiae Romanae cognitionem, pro felicitate ingenii sui et studio discendi, collegit. Accidit autem, quod silentio praetereundum non putauit, cum 26. die decembris, memoriae diui, Stephani solenni, quo eodem die sequentis mensis post uitam finiit, a sacro peracto, me in assignato mihi aedium membro inuideret, et de euangelio usitate in ecclesia explicari solito, cuius initium: *Ecce ego mitto ad uos; sermones inter nos conferremus, et occasione sumpta e textu: ecce relinquetur uobis domus uestra deserta, dolenter exponerem, quomodo Vespasiano et Tito imperatoribus templum DEI, urbs ipsa regia longe clarissima urbium orientis, non Iudaeae modo, quo illam elogio ornat PLINIUS lib. 5. cap. 14. et ipsa gens*

Iudaica, non dedita sacris incerti DEI, ut imperite CICERO oratione de provinciis consularibus, sed ab initio liberam et DEI aeterni cultricem eique ante omnes charam, funditus euerfa et excisa sint, concursu omnium calamitatum obruente, quibus omnia mala ab initio mundi conferri non posse, sibi uideri scribit IOSEPHVS, praefatione *belli Iudaici*. Memoriaque suggerente dicerem, me in urbis Romae cadauere quasi, ab omnibus pene barbaris lacerto, nullum uidisse monumentum integrius, quam TITIArcum marmoreum de gente Iudaeorum domita et urbe Ierololyma deleta, iuxta forum Romanum, e capitolii regione adhuc extantem, irae uidelicet DEI aduersus populum, contumacem, eos ipsos, qui FILIUM in propria uenientem non receperunt, data recipientibus potestate filios DEI fieri et caetera, monumentum immortale. Ostendere nimirum DEVM in hoc horrendo exemplo, iram suam aduersus omnia peccata et praecipue aduersus saeuitiam, quae exercetur contra ueram DEI ecclesiam, contemptores et perduelles euangelii filii sui, *δουλέμους ἕως εἰς σήμερον πάντι ἀριστοῦσι*, praeconio D. PAVLLI. Vocari eo spectaculo omnes homines ad conuersionem, ac denunciari ponas aeternas et praesentes omnibus, qui non confugiunt ad mediatorem dominum nostrum IESVM CHRISTVM, sicut regius uates expresse concionatur: *Osculamini filium, ne quando exardescat ira eius*. Ad intimos etiam animi sensus reuocandum monui, cum DEVS non pepercerit illi stirpi, hoc est, ut PAVLLVS eam ornat, *naturalibus ramis*, quam antea praetulit omnibus gentibus, in qua tot illustrissima de se testimonia ediderat, ex qua nati tot patres et prophetae etc. *quanto minus aliis regnis et gentibus*, peculiariter iis, quos non tam notat, quam graphice depingit diuus IGNATIVS in *epistola ad Antiochenses*, et APOSTOLVS gentium ad *Philippenses* suas, flens de iis dicens: *inimici crucis CHRISTI, quorum finis perditio est, et gloria in dedecore ipsorum, terrestria curantes*. Simul etiam annorum numerum considerandum docui, qui ab exitu ex Aegypto, usque ad ultimam illam politiae Iudaicae destructionem sint mille, quingenti octoginta duo, ut nunc quoque non procul abesse diem triumphum cogitemus, quo filius DEI rursus se generi humano palam ostendet et, omnibus regnis impiis deletis, ecclesiam suam aeterna gloria ornabit et, impios omnes in aeternas poenas abiiciet. Quo sermone meo prolixiore interrupto et animo ad antiqui-

tiquitates illas, quas intererat arcus Titi expressus, inspiciendas erecto, iisque prolatis, in eo ab una parte sculptus est de Iudaeis triumphus. *Imperator in curru sedens, ab alata victoria coronatur. Currui praefertur arca foederis, praecedentibus duodecim fascibus consularibus. Ab altera parte candelabrum aureum, cum septem lucernis, tabulae Mosáicae, mensa aurea, et uaria templi Hierosolymitani uasa. In medio arcus fornice, Titus sedens aquilam alis expansis utraque manu sub genibus tenet. In frontibus Iudaei, uinctis post tergum manibus, captiui aguntur. Huius splendidissimi arcus, et amplissimi triumphus, lib. VII. belli Iudaici meminit Iosephus. Inscriptio, ut ne eam quidem curiosi desiderarent, arcus haec est, ad unguem expressis interpunctionibus et literis.*

SENATVS

POPVLVS. QVE. ROMANVS
DIVO. TITO. DIVI. VESPASIANI. F.

VESPASIANO. AVGVSTO.

Porro qua fide LVCANVS gentem Iudaeam, deditam sacris incerti DEI, et CICERO superstitioni aut seruituti natam dicit, eadem CORNELIVS TACITVS in *annalium* libris uocat christianos *impium hominum genus, extrema supplicia meritum*. Et SVETONIVS Nerone: *affecti supplicii christiani, genus hominum superstitionis nouae atque maleficae.* *ἄλλα ἢ πρὸς ἑγῶν.*

XXXV. Altero post die, diuo Iohanni euangelistae sacro, cibo capto et me ad labores meos reuerso, improuisus adest, *et an me ab iis extricarim, renitenti ore quaerit, Ego aliud, quam quod serio a me agebatur, simulans, ferari me dixi: Hic ille, osor omnis otii et cessationis, cur ita? cui ego: recolo apud me memoria tacitus, hodie quadragesimum nonum annum exactum esse, e quo hoc monasterium ingressus, non multo post in sodalitatem ordinis nomen dedisti.* Qua

mentionem exhilaratus, ut est iuuentus bene acta optimum senectutis solatium, et secundum EVRIPIDEM: *suavis est laborum praeteritorum memoria*: Et eodem auctore: *Iucunda tristium ac malorum obliuio: recte ait: temporum rationes subduxisti: haec enim ipsa hora, pomeridiana inter primam et secundam, huc accessi receptusque sum.* Quod si

DEVS praepotens mihi fatalis horae sparium ab hoc die ad sequentem usque anniuersarium extenderit, eam habeborationem subditorum meorum, remissis debitis, subleuatis publicis et priuatis necessitatibus et inopia, causisque aliis piis consideratis, et prouisis, ut me non solum communem ipsorum patrem, quod alias, absit uerbo inuidia, uno ore confitentur,

sed uerum iubilaeum ad omnem posteritatem in iubilo et gaudio celebraturi et contestaturi sint. Quo ipsius studio, pleno misericordiae et pietatis christianae, paucis laudato, inter alia dixi, nullum praeclarius ipsum posse erigere sibi *epitaphium*, eo ipso, quod iam animo concepisset, at factum opus esse. Pense laborum meorum, quorum causa ad ipsum accesseram, perfoluto, rebusque omnibus ex animi sui sententia confectis, quarto post die, qui annum clausit, salute accepta dictaque mane discessi. Porrecta pro more dextera et, sibi mea officia grata esse, testans, *Breui, inquit, Banthum meum me conferam, constitutisque ibi rebus, propere huc reuertar.* Accepta uoce discessionis ipsius *Banthum* uersus, amanter monui, ut asperrimo illo caelo et itineribus, densissima niuium mole, si unquam alio ullo anno, intra 28. annos, quos retro memoria relegerem, obsessis, in *Felicitatis* suae, patronae monasterii, sinu se contineat et foueat, nulla praesertim causa, multo minus necessitate aliqua urgente, quando ea, in quibus industriae meae partes consumtae erant, per mandatarium expediri possent. Iamque in hoc erat, *cisum* ut conscenderem, cum ioco, pro tempore, e diuino poeta capto, ruminantes aliquot boues in conspectu habens. ecce, inquam,

Stant circumfusa primis

Corpora magna bouum niueo iacet aggerre, et alto.

Terra gelu informis

hic ille alacri uultu ad me conuersus, hos uersus, inquit, Virgilianos te interpretantem audiui *Wirceburgi* anno 1561. quando me discipulum & auditorum habuisti; e quo uigentis in ipso memoriae uis ingens cognosci potest. Amavit enim, sicut alias nobili et literati ipsius ingenio dignas artes, *poeticen*, quamquam eius legum, *ἔνθεον*, nisi quantum usu et colloquiis cognouit, non admodum intelligens, erga eam tamen ita affectus, tantus eius admirator et ex admiratore amator, ut non ante conqueuerit, quam descriptiones utriusque monasterii sui *Schwarzacensis* et *Banthenensis*, poeticis numeris inclusas, a me inuitissimo et amittioribus studiis longe ante depulso, assiduis et improbis flagitationibus uix tandem extorsit.

XXXVI. In *historiarum* lectione ea animi et industriae contentione uersatus, tantamque iudicii maturitatem consecutus est, ut historiam eius diri et luctuosi belli, quod ALBERTVS, marchio Brandenburgicus, Casimiri filius, *Bambergensis* et *Wirceburgensis* episcopis, et

(H) 2

in-

inclytae reipublicae Noricae toto prope biennio intulit et gessit, scite scripserit, sicut legimus, Cuius illi *ἀφοῦν* haec praebita est, quod marchionis exercitum, binis antea praeliis male acceptum et habitum, tertio, quod fuit 15. Junii anno M. D. LIV. prope monasterium *Schwarzacense*, Am Lindhoff, Hohen Straß, locorum haec sunt nomina, e facra summa turre eiusdem, caesum, fufum et dissipatum uidit.

Mores.

XXXVII. Venio nunc ad ultimum actum uitae abbatis nostri, hoc est, ea, quae mortem eius antecesserunt et mortem ipsam, quorum *ἀποπέρας* non sum, sed *ἀνεοπαρίας*; actum, inquam, uitae ipsius bene laudabiliterque actae consentaneum. Altero post, quam illum postremum complexus sum, die, illuxere Kalendae, hoc est primus huius anni, quo die optare ac precari mutuo solebant ueteres, ut sibi annare, perennare feliciter liceret, seduloque operam dabant, ut dira et tristitia et feralia ne nominarent quidem, sed bona tantum uerba dicerent, iurgiis omnibus abstinere, laeta inter se omnia et amica loquerentur. De missa ergo ad mensam, quod Carolo V. caesari dicterium tribui accepi, cum suis accedens, post curata corpora, in ipso accubitu, fratres, inquit, nouum annum auspicamur, qui ut nobis omnibus auspiciatus, felix et faustus sit, a bonorum omnium largitore DEO praepotente ardentibus uobis expetamus et exoptemus. Cumque singulis modice praebibisset et ad mutuam concordiam et caritatem graui oratione cohortatus esset, acriter in ipsos inuectus obiurgando exprobrauit, quod praeterita nocte fratas preces oscitanter et somniculose demurmurare, non psallere sibi uisi sint: nimirum eos esse ipsos, quos scriptura notat: *Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longe est a me.* Simulque ingemiscens, Nisi, inquit, fratres, maiore ardore et deuotione, praesentioribusque animis ad DEVM preces fundetis et psalletis, iusta DEI ira, ob peccata nostra, nos urgente, Turcam in uestibulo Germaniae grassantem nunc et nostro sanguine cruenta arma quatientem, in uiscera nostra omni immanitatis genere saeuientem, per ipsam Germaniam habebimus. Quid prodest motus labiorum, ubi cor est mutum? sicut uox sine modulatione est quasi uox porcorum: sic oratio sine deuotione est quasi mugitus bouum, inquit ISIDORVS. Anne legistis deuotum BERNHARDVM de modo orandi? Sermo 4. cuius haec: Oportet nos orationis tempora curiam seu aulam intrare caelestem, illam utique aulam seu curiam, in qua rex regum stellato insidet folio, circumdante innumerabili et ineffabili spirituum exerci-

tu. Quanta ergo cum reuerentia, quanto cum timore, quanta illos humilitate accedere debet, a palude sua prodiens et repens ranuncula uilis? quam tremebundus, quam supplex, quam denique humilis et sollicitus, et totus intentus animo maiestati gloriae in praesentia angelorum, in concilio iustorum assistere debet miser homuncio? In cunctis actionibus multa est opus animi uigilantia, sed praecipue in oratione. Quia cum oramus, praesentamus et ostendimus nos DEO, quasi facie ad faciem cum eo loquentes, sicut leprosus et centurio. Quaeso, subdens, ad animam reuocate, uniuersam hanc uitam nostram plenam esse aerumnarum, nec dissimilem ciuitati, quae cincta obsidione undique acerrime ab hostibus premitur et oppugnatur, et in quam nunc ab hac, nunc ab alia parte, hostes irruunt, excitantes incendia, et euertentes aedificia, donec uirtute propugnatorum hostes aut repellantur, obsidione soluta, aut castris exuantur eruptione facta.

XXXIIX. Fatear autem ingenue oportet, me omni uita mea neminem cognouisse, qui uestigando, scrutando, praemeditandoque minus falleretur, tum eius animum praesensisse, et praesagisse multa, quorum euenta rerum eum uatem demonstrarunt. Cognoui etiam, uisa somniorum euidencia atque certa non raro per quietem illi oblata esse, quod genus hominum ARISTOTELES *ἐὺθυνοειδής* uocat, cuius rei unum exemplum recens adducam. Cum ante fessiqui annum a nostris male in Turcas pugnatum esset, accidit, ut ipsum abbatem in *Stephanaeo* hic conuenirem et, post pauca uerba commutata, quid, inquam, noui ex Hungaria? Hic ille: *Ab, mi Conrade, quid dicam? superiore nocte oblata est mihi per somnum tristissima species fusi fugatique nostri exercitus, magnaeque cladis acceptae, quae me ita percutit, ut, quamquam somno correpto, gemitus et lacrymas extuderit.* Ego contra: *Hostibus eueniant incommoda talia nostris: et, - quod dii prius omen in hostes Conuertat Turcas. -* Nec multo post percubuit fama, aliquandiu compressa, quae rem, ut infeliciter gesta, diffamauit, meque eius concionis admonuit, quam XENOPHON, sapiens cum primis scriptor, Archidamo Spartano duci, signa canere iubenti, attribuit: *Ἀνδρες πολῖται, νῦν ἀγαθοὶ γενόμενοι, ἀναβλέψωμεν ὀρθοῖς ὄμμασι, ὡς ἀποδώμεν τοῖς ἐπιγνομένοις τὴν πατρίδα.* Digna uox, quae aureis litteris omnibus signis militaribus inscribatur, et omnium militiae christianaeducum, imperatorum et militum animis penitus infigatur, uel si natura pateretur, ferreis stilis inculpatur, cum uersu, quem HOMERVS Hectori ruentis

tis

tis patriae fortissimo propugnatori, *Χιόνι Τροίης*, adscribit: *Εἰς ὁἰανός ἀριστοῦ ἀμύνεσθαι περὶ πάσης*, et dicto *Lacaenarum* tradentium clypeum, filiis in praelium proficiscentibus, ἢ τὰν, ἢ ἐπὶ τὰς, ad impigre communi patriae nostrae dulcissimae, supplices nobis manus tristi uultu tendenti, opem et operam, quasi e lege Rhodia, communis iacturae sarcinae causa, praestandam, concomitante prudentia ducum et obedientia militum, quibus bona ingentia effici solere, at si alterum ab altero destitueretur, claudicare utrumque, et isto praestantissimo iugo dissoluto, omnia euer- ti atque conturbari, GREGORII ANTI- OCHENI episcopi oratio quaedam exponitur ab EVAGRIO, Graece: τῶν ἀ- γόντων εὐεβλία καὶ τῶν ἐπιγενομένων ἐν περὶ τῆς, μεγάλης περὶ φιλίας ἀγαθὰ κατεργάζεσθαι, θαυτερον δὲ τῶν ἑτέρων χρηεῖον χαλεπύεται καὶ περὶ ἑσπεύεται καὶ σφάλλεται πάντα τῆς ἀρί- στης συνωρεῖσθαι διαλυομένης. Porro Tur- cici belli cura grauissime abbatem no- strum adfectum fuisse, et ego scio et ab iis accepi, qui ipsum saepe in templo humi prostratum, et pro communi sa- lute DEI misericordiam et opem mixtis

D cum precibus lacrymis, et manibus de- cussatim compositis, ardentem implo- rantem conspexerunt, ut affirmare non dubitem, plus ipsum doloris, ex malis haussisse communibus, contraque ex pu- blicis commodis gaudii, quam rebus suis vel secundis laetatus sit, vel aduersis doluerit. At pene imprudens praete- riissem incomparabilem eiusdem abba- tis erga subditos suos benignitatem. Nam cum anno 1572. asperissima hyme, uites etiam gleba, pro more regio- nis, obiectae radicibus, quod miraculi prope loco habitum, interiissent eadem- que calamitas abbatis nostri subditos sex pagorum ita afflisset, ut de eorum for- tunis, e uini cultura sese alentium, con- clamatum quasi uideretur: factum hic

F est singulari eius pietate et prouidentia, ut conquisitis coemitisque passim, ingenti, nec deterrente sumptu multis milli- bus surculis, indigenae uulgo *Sechser* uo- cant, et inter eos liberali manu distri- butis, uineae uel caluatae restitutae; uel quas dirum gelu totas uastarat, uite re- cente fata, cultae, pulcerrimam laetissi- mamque faciem transeuntibus hodie of- ferebant. Quo beneficio ampliore sub- ditos in tanta calamitate non afficere aut melius recreare, priuatis quoque u- tilitatibus, pro congruo monasterio suo decimarum iure uinario, rectius consu- lere et prospicere potuisset.

Fata abbatis. XXXIX. Sed ab hac narratione ad abbatem nostrum, in sua quasi fata pro- perantem, respicientes, contemptis ille omnibus caeli et tempestatum iniuriis,

Ameis quoque monitis, cum illud ex *EV- RIPIDE*, quo Cicero erga Tironem su- um utitur, citarem: *Ψυχὴ δὲ λειπῶν χρω- τὶ πολεμιάτων*, per niuosa montium iuga *Banthum* aduolat, quo in itinere, feni maxime incommodo, febrim sibi attraxit, ad quam, leniter primum ab i- pso curatam, ut in se durus, duriter e- ducatus fuit, et ex insidiis laceffentem, B post medici artem et industriam fallen- tem, accessit *apoplexia*, qua die conuersi apostoli gentium memoriae sacro, inter tertiam et quartam pomeridianam cor- reptus, linguae, aliisque neruis resolu- tis et obstupefactis, auditu tamen sibi constante et salua, quod nota dextra indicabat mente, postridie circa pri- mam noctis uigiliam, spiritum optime de republica meritum, CHRISTO serua- tori, a quo acceperat, ita placide obdor- miscendo reddidit, ut circa mortem e- ius nihil cruciatus aut horroris animad- uersum sit, sacrae eucharistiae uatico ante praemunitus, *Φαρισαῖο τῆς ἀθανά- σιας, ἀντιδότη τῆ μη ἀποθανεῖν, ἀλλὰ ζῆν ἐν τῷ Θεῷ* etc. quae sunt uerba IGNATII epistola sua ad *Ephesios*.

D XL. Duplicem esse mortem, et alter- am ab altera longe diuersam nobis insi- nuatam esse, grauius scribit diuus CY- RILLVS in *Iob. euangelistam lib. 6. c. 10* Altera quidem corporis, quae est ipsius a- nimae ab ergastulo carnis dissolutio. Et haec non tam mors quam obdormitio, transitus et migratio ex hac uita, atque depositio sarcinae corporis dici debet. Ea- dem quoque nequaquam habet annexam rationem culpaе, cum omnibus hominibus, tum iustis quam iniustis sit communis na- turae lege, necessitateque ineuitabili. Dif- ferri enim potest, ut serius quis moriatur, non tamen deuitari, ut mortem corporis penitus quis effugiat et non sentiat. Ic- circo nequaquam formidanda est, quam- uis plerique graui illius capiantur metu, cum et eos sit inuenire, qui ardentibus uo- tis illam exoptauerint, ut propheta cum dolore exclamans: Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est. Et beatus PAVLVS: Cupio dissolui, et esse cum CHRISTO. Altera uero mors est ani- mae, quia est ipsius per culpam a DEO se- paratio in hac uita, et per gehennam ab e- ius regno post praesentis uitae decursum. G Haec autem a sola enascitur culpa, et gra- ui quidem atque pestifera, cum dicat sa- piens: Homo per malitiam occidit ani- mam suam: quapropter euitari potest, adiutore DEO, ab iis, qui propriae salu- tis solliciti sunt et non incurii. Neque ul- la necessitate aut uiolentia irrogari cui- quam ualet, sed propria tantum sponte ac- cerit et contrahi. Neque omnibus illa est communis, sed prauis duntaxat et corruptae uitae hominibus est peculiaris summo- pere

pere tamen formidanda; quoniam non temporalis est, aut momentanea, sed intermina et perpetua. Haecenus CYRILLVS. At priorem illam corporis mortem abbas noster adeo non exhorruit, ut de ea non secus, ac si in diuturnae uitae spem diuino quodam oraculo, erectus esset, a lacri motu animi, laetoque uultu, me teste, crebro loqueretur, optaretque tandem illum diem, illam lucem affulgere, qua corporis uinculis solutus, promissam piis omnibus hereditatem caelestium bonorum adeat et cernat, sentiens cum CYPRIANO, eius esse timere mortem, qui ad CHRISTVM nolit ire: terram nobis non pro domicilio, sed pro diuersorio datam: hanc, quae uita dicitur, non tam uitam esse, quam iter ad uitam: in caelo, non in terra, nobis esse spem descendam ac collocandam. Cuius sensus sui duas inter alias multas, expressas significationes dedit, unam quod lapidem, quo sepulcrum eius claudatur, ante 25. annos fieri fecit. Alteram, quod cum ante annum quidam lanae emendae causa, cuius e factura ouium uberem prouentam colligere potuit, ad ipsum, me praesente, accessisset, iamque de pretio conuentum esset, ita illum a se dinisit, ut diceret, DEVM precor, ne me unquam posthac lanae uenditorem hic inuenias. Cuius dicti argutiam cum emptor non assequeretur, quaereret tamen, quid sibi hoc uelit, aut quo sensu accipiendum foret? respondit grauius: ut ex hac miseriarum ualle, ceu procelloso quodam pelago ereptus, in portum aeternae securitatis, adspirante secunda DEI optimi maximi aura, cito prouehar. Quibus signis praeclare testatum dedit, se multo ante mortuum esse, quam e uita excederet, ante se ipsum, quam fatalis hora instaret, reliquisse adeoque cum diuo PAVLLO mortem in lucro posuisse, quod eo maius comprobemus, quo ex hoc mundo uelocius recedamus, ut CYPRIANVS lib. 4. de mortalitate, Pauli lucrum maximum computans, iam seculi laqueis non teneri: iam nullis peccatis et uitii carnis obnoxium fieri: exemptum pressuris augentibus et uenenatis diaboli faucibus liberatum ad laetitiam salutis aeternae, CHRISTO uocante, proficisci, quia diu uiuere, est diu torqueri, ut AVGVSTINVS quodam loco dixit: Quin etiam de sanctissimis quibusque uerum illud iactatur, quod mortem habeant in desiderio, uitam in patientia. Vnde illud eiusdem diui AVGVSTINI foliloquiis: O domine, moriar, ut te uideam. Nolo uiuere, uolo mori: dissolui cupio, et esse cum CHRISTO, mori desidero ut uideam Christum. In quo non tam pietas ipsius, quam prudentia collaudan-

Ada. Prudentiae enim est in finem sibi propositum oculos conicere et ea, quae ad finem consequendum commodissima et aptissima sunt, eligere, nauatarum exemplo, qui primo, quem portum queant tenere, prospiciunt, deinde eo uelificationis cursum dirigunt: ita uir prudens in quem finem fuerit a DEO conditus, prudenter attendit, deinde caetera omnia prouidet. Constat autem in hunc finem hominem a DEO conditum esse, ut suae illum felicitatis et beatitudinis confortem efficeret. Quo fine nihil excogitari potest magnificentius, nihil sublimius. Quemadmodum quoque prudentes duces et imperatores, aduersus hostium exercitum dimicaturi, in pace ea sibi praesidia atque arma comparant, quibus in armorum certamine ufuri sunt: ita, cum inter omnia, quae futuro tempore speramus, nihil morte certius, nihil sit periculosius, quandoquidem extremus ille dies de tota aeternitate sententiam feret, prudenter uiri boni tota se uita ad hunc finem praeparant, neque ullum negotium huic antefendum censent: uel denique nauis hoc docentibus, qui tranquillo mari nauis armenta praeparant, ne eos exorta tempestas imparatos opprimat. Sera enim ad pericula in ipsis periculis praeparatio est.

XLI. Apoplexia correptum decessisse abbatem nostrum, supra dixi, a quo symptomate sibi periculum imminere, nimirum uerus uates multo ante praesaguit, me non semel audiente. In agone luctantem cruce saepe signasse se ipsum, ἀποπληξια testantur, quae crux ueris christianis semper fuit sancta et uenerabilis, signum saluatoris προσκυνητόν, ἡ τιμίον, non quidem propter se, sed propter CHRISTI memoriam, qui propter nos cruci affixus est, ut Sibylla dixit: ὡς ξύλον μακάριστον, ἐν ᾧ θεός ἐξήσπασθη, cum aliis collectis per Cuiacium I. C. paratilis suis lib. 1. codic. tit. 8. Fratres suos conuentuales fraterne dilexit, nihilque eorum eis defieri sustinuit, quae ad animi salutem, ingenium cultum et corporis curam pertinerent. Eorum nunc cellas, quas uocant, inspicere, uisere, nunc sacra miscere colloquia: de studiorum bonorum sacrorumque progressionibus et quomodo se in iis exercent, inquirere, percunctari: nihil in opere remissum pati: coeptum cursum urgere: disputatiunculis interdum lacescere: segnes extimulare, minus bene habentes perhumaniter accedere: alacrem uultum ostendere: consolari: omnia procurare, quae ad restituendam ipsos bonae ualitudini pertineant, nulli sumptui aut labori in

Morbi.

eo parcere, breuiter, secundum *Paulum*, A omnia factus omnibus ut omnes in officio et disciplina laudabili contineret; timorem aeterni numinis solite seduloque in otio pariter et negotio inculcans; de quo tenenda fideliter *Iustini* martyris memorabilis sententia: *ὡς πρὸς χωρὶς τῆς ψυχῆς τῆς σώματος, νεκρὸν τὸ σῶμα, καὶ δυσώδης, καὶ ἀκαθάστον, ὡς χωρὶς τῆς φύσεως τῆς θεῆς τῆς ψυχῆς, νεκρὰ ὑπάρχει ἡ ψυχὴ καὶ δυσώδης, καὶ ἀκαθάστον.* Hoc est, sicut post separationem animae a corpore cadaver est foetidum et impurum: sic anima priuata timore DEI, mortua est et foetida atque immunda.

XLII. E. Bantho funus in monasterium *Schwarzachense*, professionis suae domum, cui triginta quinque annis abbas praefuit et quadraginta nouem incoluit, honorifice ductum est et altero post die terrae mandatam, quo ecclesia DEI celebrat festum purificationis beatae Mariae, quod a *Iustiniano* imperatore uocatum fuit *ὑποπαύτης*, ac si dicas, festum obuiationis, uel exceptionis, propterea, quod *Simeon* Christum a patribus expectatum, magno desiderio exceperit, et in ulnas suas suscepit, quod nomen accepisse hoc festum Constantinopoli testatur *NICEPHORVS* lib. 17. c. 28. ubi inquit, *IUSTINVM festum natiuitatis CHRISTI, Iustinianum uero festum ὑποπαύτης instituisse.* In quo festo quam *Iustinianus* confessionem precationis loco recitandam proposuit, latine reddidit eiusdem *NICEPHORI* interpres: *unigenitus filius, et uerbum DEI, qui cum immortalis esses, dignatus es, propter salutem nostram, incarnari ex sancta DEI genetrice, et semper uirgine Maria, et immutabili ratione homo factus et crucifixus, CHRISTE DEVS, mortem proculcasti, et qui unus es sanctae Trinitatis, et conglorificaris cum patre et sancto spiritu, salua nos.*

Exequiae.

Eodem ergo die humatus est abbas noster, quo senex *Simeon* laudauit *DEVM*, ac dixit: *NUNC DIMITTIS seruum tuum domine, secundum uerbum tuum in pace, hoc est, in pace iam et laetitia, domine, moriar, in abyssum iam descendere non formido, quia uiderunt oculi mei salutare tuum, cuius meritis iam iam ab ea liberandus sum.* Haecenus tanquam uinctus in huius corporis carcere claudebar, mortalitatis meae pondere grauatus, nunc in pace uitam finiens, ad uisionem pacis, quae nunquam finienda est, perueniam. Quae in pace dimittuntur et placida tranquillaque morte discedunt, qui in pace et iustitia uixerunt: sic enim legimus *IESAIAE* c. 57. *ueniat pax, requiescat in cubili suo, qui ambulauit in directione sua, ita explicante Ludouico Granatensi, supra laudato.*

XLIII. Decessit abbas noster anno *Anni uitae.* aetatis suae sexagesimo, quam metam qui attigissent, etiam decennio minores, a *Theracis*, sicut accepi, non iugebantur, quasi diu nixissent. Post annos duodequingenta ingenii uigorem euanescere, adeoque animi atque mentis senectutem esse, ut corporis, auctor in politicis est *ARISTOTELES*.

B Iam si aliqua in morte etiam felicitas esse existimanda est, felix noster ille in hoc putandus, cui quidem eo ipso, quo optauerat tempore, *Schwarzachensi* et *Bantheni* monasteriis ab interitu uindictis et, in eam, quae hodie apparet, dignitatem et amplitudinem restituitis, *Stephanaeo* etiam *Wirceburgensi* magna e parte aere alieno leuato, mori contigit. *Quin* id etiam credendum est, *Mors placida.* nullo ipsum cum dolore decessisse. Neque enim eundem in omni morte doloris sensum esse existimandum est. Nam cum omnia, quae natura fiunt, cum uoluptate fiant: ac quoniam nati mortales sumus, certus quidam terminus, quo moriendum nobis sit, natura sit constitutus: mortem illam, quae natura contingit, ut non contendatur cum uoluptate esse, sine dolore certe est. Sit illa acerba pueris: sit his, qui in iuuentute sunt, quos e uita, tanquam immatura ex arboribus poma, uel quadam auelli necesse: senes certe, quibus iam sua maturitas aduenit, quod sensim his sine sensu uita surripitur, paulatim deficiunt ac sine ullo dolore, sua quasi sponte, extinguuntur. Porro, si quid mihi iudicii relinquatur, mors nostro abbati molesta ideo accidere potuit, quod fratres suos conuentuales, quos circumstantes fixis oculis intuebatur plangentes, complorantes, lamentantes, eiularites; aliis pectus crebris ictibus pulsantibus, aliis interire optimum patrem, custodem, nutricium, patronum, aurigam currus trium monasteriorum, miserabiliter querentibus, postremum alloqui, ualere iubere, auere, saluere, adeoque de rebus necessariis admonere et docere, a lingua, non animo aut uoluntate impeditus fuit. Rursus si de inductione animi ipsius coniecturam facere licet, puto eum haud absimili ratione fratres suos adhortatum fuisse, quam eo diui *AVGVSTINI* sermone 186. *Si uultis uiuere de spiritu sancto, tenete caritatem, amate ueritatem, desiderate unitatem, ut perueniatis ad aeternitatem. Voluntas DEI est, quam CHRISTVS et docuit et fecit: Humilitas in conuersatione, stabilitas in fide, nrecundia in uerbis, in factis iustitia, in operibus misericordia, in moribus disciplina, iniuriam facere non nosse et factam tolerare posse, cum fratribus pacem tenere, DEVM toto corde dilige-*

ligere, amare in illo quod pater est, time- re quod DEVS est, CHRISTO nihil omnino praeponere; quia nec nobis ille quicquam praeposuit. Caritati eius inseparabiliter adhaerere; cruci eius fortiter et fidenter assistere, quando de eius nomine et honore certamen est. Exhibere in sermone constantiam, qua confitemur; in quaestione fiduciam, qua congregamur: in morte patientiam, qua coronamur. HOC EST praeceptum DEI facere, hoc est uoluntatem patris adimplere etc. quae S. CYPRIANI, sermone sexto de oratione dominica, qua breuiarium totius euangelii comprehendendi, testis est TERTULLIANVS libro de oratione. Vel quod ab eius praecessore abbate ALEXANDRO factum, sicut lib. 2. Bantlicos a me adumbratum est.

*Opuscula au-
thoris.*

Pacem optate, mei fratres carissimi et iras

Ponite, diffidiisque aditus occludite cunctis.

*Scitisne ut paruos felix concordia caetus,
Ut paruas locupletet opes, cum maxima regna*

Funditus illa nocens pestis discordia uertat?

Perstate unanimes cultu in pietatis uirtutae,

Quo uobis ego praeluxi, et nunc lampada trado.

*Nec uos ambitio specie titillet honorum,
Illicitae; cauete pii; insidiosa uoluptas,
Esca malorum eiusque soror germana libido.*

Nulla uoluptate est res perniciosior: auferi

Consilium, mentemque premit, uirtutibus obstat:

Corrumpit mores, uitiorum maxima nutritrix.

Debilitat corpus, sensus obtundit: amaro Fine nocens, homini multorum causa malorum.

Vestro corde DEVM si semper habebitis ipse

Perpetuus uobis aderit, mihi credite, custos,

Vosque suo praesens firmabit numine semper,

ADum fonteis, et adhuc dubia luctamini arena.

XLIV. Sed ut finiam, luxerunt eum, ^{Subditorum} uerisque lachrymis profecuti sunt ^{luctus.} fenus subditi, non secus ac filii optimum parentem amissum querentes, in quos misericordiae thesauros, quacunque illos premente necessitate, singulari animi promptitudine, quasi non dans, sed accipiens beneficium, effudit. Decesit ergo, morte sibi quidem, ut augurandum, felice at reipublicae, cui natus erat, immatura atque acerba, qualis omnium eorum censenda, qui bene de humano genere mereri student, bono certamine certato, cursu consummato, habens fidem et conscientiam, honestissima nominis sui in terris memoria, bonisque omnibus summo post se desiderio relicto, cui nulla praestantior leuatio adhiberi potest, quam, ut ceu effaetae arbori substituantur ipsius spiritu animati, disciplinaeque imbui, et caritate misericordiaeque paterna erga miseros subditos, eodem animo affecti, quem praecessor in sacrario DEI optimi maximi animam agens, pie christianeque deposuit, ut non tam moerendum, quod talem amissimus, quem habuimus, quam gratiae agenda ei, cui uiuunt omnia, pro eo nobis dato, quem non habuimus, qui praecessoris sui uestigijs constanter insistens, quaesita non minore cura, imo maiore, ὅτι χαλεπώτερον τὸ φυλάξαι, ἢ τὸ κηρύσσειν, Demostheni monitore fideliter tueatur, quam ipsius cura, uigiliis et laboribus longissimo tempore parata, conseruata et aucta sunt, quandoquidem ea tempora circa sacra et profana imminent, ut quisque, quasi in atroci tempestate, hoc dum maris aequor arandum, proximam arborem tenere uelit. Qua in nauis, hoc est, communi periculo, cum et ego sim, ab eo desertus, quem sine ulla offensione supra triginta annos in utraque fortuna fidissimum παραστάτην habui, CHRISTO filio DEI σωτήρι ἡμῶν, cum S. Gregorio Nazianzeno, in hac uita sua desertum sese et relictum solum ab omnibus conquerente, προσφωῶ. ἀλλὰ καὶ αὐτοὶ μαρναμένοι περὶ σέο διακρίδων ἔνθα καὶ ἔνθα ἰσάνη, ζήλος δὲ θεῶν λύσει δεισμὸν ἀβέσμως, ἀρμονίην γὰρ ἀγάπης, ἧς ἔνομα μένον ἐλείφθη.

F I N I S,

CHRONICON REICHERSBURGENSE

AD ANNO CIO CC,

Cum diplomatibus.

[Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page]

[Faint, illegible text]

[Faint, illegible text]

[Faint, illegible text]

CHRONICON
MONASTERII
REICHERSPERGENSIS

IN BAIUARIA, ANTE
ANNOS 15. CONGESTVM

cui accesserunt

VARIA DIPLOMATA

ROMANORVM PONTIFICVM EX

M. S. Codice peruetusto.

SERENISSIMO ET POTENTISSIMO

PRINCIPI AC DOMINO, DOMINO MAXIMI-

LIANO COM. PAL. RHENI, VTRIVSQVE BAIUARÆ

duci, &c. domino suo clementissimo.

REPERI nuper, serenissime dux, domine clementissime, cum serenitatis uestrae prouinciae monasteriorum M.S. ueteres auctores in catalogos redactos persuftrarem, CHRONICON monasterii REICHERSPERGENSIS: nullum quidem auctoris nomen prae se ferens; uetustum tamen opus, annis abhinc quadringentis & amplius conscriptum a professo quodam istius monasterii, idque Auentinus innuere uidetur ad librum VI. annalium Boicorum; Magnus, inquit, Richobergensis Noricus, flamen Augustinianus, sub Henrico sexto caesarea augusta chronica scripsit, etc. Melior sane auctoris huius, si unquam in manus Auentini incidit, fortuna fuit, quam Hermanni Altaichii inferioris; Volcmari Fürstenfeldensis antistiti: Conradi monachi Schirensis, aliorumque Boicorum, seu ut ipsemet Auentinus uocat, domesticorum scriptorum: quibus licet ille in consiciendis suis annalibus sit usus, omnis tamen deinceps posteritas caret. Ad nostrum chronicon redeo, monumentum plane eximium: et magnorum doctissimorumque uirorum iudicio dignum, quod in gratiam totius Baioaricae antiquitatis diuulgetur. Id sub serenitatis uestrae patrociniopraestare uolui, cum alias multas ob causas, tum uero maxime, quia in suo territorio inuentum thesaurum iure sibi uendicare debuit ac potuit. Adieci ad finem libri uaria diplomata, ex alio praememorati monasterii perantiquo codice excerpta; quae insignem Baioaricae gentis, in colenda religione catholica, zelum et summam erga S. sedem apostolicam obseruantiam luculenter testantur. Porro uestra serenitas laborem hunc qualemcunque a me praestitum placide suscipere dignetur. Deus Opt. Max. serenitatem uestram omni felicitate adcumulet: cui me humilime commendo. Monachii IV. Cal. April. M. DC. XI.

SERENITATIS VESTRAE

seruus humilimus

CHRISTOPHORVS GEWOLDVS

V. I. D.

Le.

Lectori S.

INTER caeteras felicitates, quae reipublicae literariae hoc nostro seculo obuen-
nerunt, eam non minimam duco; quod tam multi quotidie existunt, qui uete-
rum monumentis sacris iuxta ac profanis in lucem extrahendis et ab obliuione
uindicandis, tam diligentem & indefessam operam nauant. Notum est, etiam
in uulgo, quanto labore et quanta diligentia multi fragmenta priscorum poetarum,
historicorum, oratorum et philosophorum tam Graeciae, quam Latii, ex omnibus ferme
bibliothecarum angulis collegerint; collecta in ordinem redegerint, digesserint ac il-
lustrarint; nulli molestiae, nulli impensae parcentes; tantum, ut hac qualicumque
sua opera literis ipsi quoque pro uiribus consultum eant. Iam uero, si cui melior fors
integrum antiqui cuiuspiam scriptoris librum, aut commentarium offerat; qui tri-
umpho non aguntur; quae laureae et adoniae, coronandis tantis meritis non expo-
scentur? licet interdum eius sint generis, quibus respublica literaria non modo sine
detrimento, sed & cum emolumento caruisset.

Cant.

Haec cum quotidie tam sedulo humanioris literaturae cultores agant; turpe
profecto fuerit, uiros doctos inuestigandis et publicandis ecclesiasticae antiquitatis re-
liquiis parem diligentiam non impendere; et turrim David, quae aedificata est cum
propugnaculis, ex qua mille pendent clypei, & omnis armatura fortium, non
etiam hoc apparatu instruere. Licet enim tales libri iam olim nati fuerint; id tamen
perinde erat, quasi nati non fuissent; quippe ignoti nullique bono usui, cum biblio-
thecarum uinculis attinerentur.

Ergo quod hac etiam in parte merito desiderari poterat, id abunde praestitum
est, et adhuc praestatur a uiris eruditissimis, etiam aduersariae factionis, ut à Frebero,
Vrsisio, Reubero, Reineccio, Golasto, Erpolao, et a nostrae professionis hominibus,
Petro Pithaeo, Nicolao Fabio, Andrea Schotto, Auberto Myraeo, Ioanne Busaeb,
Henrico Canisio, Ioanne Pistorio, Nicolao Serario, et ab illo, quem uel primo loco
nominatum oportuit, illustrissimo cardinali Baronio, qui praestantissimis annalium
suorum tomis, tot praeclara monumenta, antea publice nunquam uisa, intexuit:
quamuis priores illi famae suae apud posteros lectorumque commodis melius consu-
lissent, si quosdam damnatae memoriae ac notae scriptores, in iis quibus digni erant,
tenebris, delitescere et cum blattis usque ad omnimodam absorptionem porro lu-
clari fuissent.

Caetera laudem merentur; quod nemo abnuuit: praecipue cum ex illis ipsis au-
ctoribus, quos euulgant, ea dogmata, quae sectantur, perspicue redargui queant.
Eorum igitur, qui ecclesiasticas lucubrationes olim conscriptas, et postea in bibliothe-
carum latebris sepultas, nunc studiose eruunt, et in publica omnium eruditorum bi-
bliotheca collocant, uestigiis insistens, nobilis et clarissimus D. N. CHRISTOPHO-
RVS GEWOLDVS I. V. D. et ferentissimi Boiorum ducis MAXIMILIANI con-
siliarius, multos calamo exaratos, eosque probae notae, codices undique conquisiuit;
et ex illis ea, quae lectoribus nec ingrata, nec infrugifera fore uidebatur, exscri-
benda curauit, et etiamnum curat; ut typis descripta, omnibus usui esse queant. Et
ut uideas, lector, tibi non dari uerba, sed rem; en tibi chronicum Reicherispergensis,
cum uetustis quibusdam pontificum diplomatis, doctum sane et fere supra aetatis
illius consuetudinem, accuratum; quod clarissimus dominus doctor Gewoldus, gu-
stus et quasi promulsidus ergo, iam tibi offert. Si placuisse comperiet, plura huius
generis ex priscis chartis et membranis in tuum commodum depromet. Interim,
Pithaei et similium exempla secutus, si quid chronici huius auctor dixit, scripsit,
quod a uero abire uideatur, siue in prochronismis, siue in metachronismis, siue in
huius, uel illius rei gestae relatione; eius praestandi obligationem nec subiit, nec su-
bibit, contentus, bona fide tibi repraesentasse ac exhibuisse, quae in manuscripto
exemplari repererat. Vale et beneuolentia tua editorem ad aliorum editionem ex-
cita. Ingolstadii, 24. Martii M. DC. XI.

IACOBVS GRETSERVS
SOCIETATIS IESV.

CHRONICON REICHERSPERGENSE.

Computatio
a principio
numerfi.



ADAM usque ad *Abraham* sunt anni tria millia *CLXXIV*. Ab *Abraham* usque ad *urbem conditam* sunt anni mille *CCC*. Ab *urbe autem condita* usque ad *natiuitatem Christi* anni *DCCXV*.

calculo Orofi. Rursus iuxta computationem *Orofi* **B** historiographi ab orbe condito est usque ad *urbem conditam* computantur anni *4000. CCCCXLVII*. Ab *urbe uero condita* usque ad *natiuitatem domini* anni septingenti quinquaginta duo. Omnes ergo anni ab exordio mundi usque ad *natiuitatem Christi* sunt anni quinque millia ducenti, uel centum *XCIX*.

Lusus in
numeri
chronologicis
mystici.

Post creationem *protoplasti Adae*, eiusque *praeuaricationis miseriam*, anni quasi *quinquies millesimo bisque centesimo*, ut et *quinarius* naturalem in *quinque sensibus*; et *binarius* a *DEO* bis datam legem in *duobus praeceptis* consistentem; *millenarius* uero et *centenarius* numerus utriusque perfectionem designaret: *quadragesimo* et *secundo* anno imperii *Octauiani Augusti*, ut per *quadragesimos* annos *decalogum* auctoritate quatuor euangeliorum, et per *duos* uetus testamentum per nouum esse dilucidandum admoneretur. *Indictione quarta*, ut eadem *quatuor* euangelia per *quatuor* mundi *plagas* esse praedicanda portenderet. *Decimo* uero circuli solaris anno, ut angelicam celsitudinem, quae per nouem ordines distinguitur, humanae naturae consortio usque ad *denarii* perfectionem complendam esse monstraret. *Secundo* etiam *decennouenalis* circuli anno, ut per *angularem lapidem* duos parietes e diuerso uenientes, id est duos populos in unam ecclesiam copulandos esse, doceret. *Octauo decimo* nihilominus anno cycli lunaris, ut *decem* praceptorum executores *octaua*, id est resurrectionis & iudicii die, remunerandos esse mone- ret. Pace tandem facta per uniuersum mundum, quasi ad suscipiendum *Christum regem pacificum* clausisque in *Romana republica* *Iani portis*, quasi ad abnegationem *idololatriae* et *daemoniacae seruitutis*. *Prima* quoque a *scriptione census*, quae facta est a *praefide Siriae Cirino*, uniuerso iam orbe ad *censum*, per singulas *provincias* caesari *annuatim* persoluendum, adunato atque

A descritto; quasi ad praenunciandam u- nitatem sanctae *DEI ecclesiae*, quae ab initio seculi usque in finem descri- benda esset, in aeternitate. Quando etiam censi omnes homines ab *Augusto* iustum est, quasi cum completo numero omnium electorum ad uitam aeternam praedestinatorum signandi in frontibus suis erunt; *natus est dominus A* *natiuitate* *Christi*.

C *nostrer IESVS CHRISTVS*, ex intemerata et perpetua uirgine *BEATA MARIA*, in *Bethlehem*, opido *Iudaeae*, *dominica nocte VIII. Kal. Ianuarii* circa finem *XLII. anni Augusti*, ab *Aegypto* uero subiu- gata et *Antonii* uel *Cleopatrae* interitu *XXVIII. anno*, regnum *Iudaicae gentis* tunc tenente *Herode*, primo ex alieni- genarum genere, anno regni eius *XXXI. Eodem* quoque eiusdem caesaris anno natus est beatus *Ioannes*, praecur- sor ac baptista domini *VIII. Cal. Iulias*.

A Anno *SECUNDO* *dominicae* incar- nationis *Augustus* caesar regnauit.

Herodes rex pueros occidi iussit o- *Herodis in-* *fanticia.* *mnnes*, qui erant in *Bethlehem Iudaeae* et in omnibus finibus eius a bimatu et infra, secundum tempus quod exquisi- erat a magis, qui *Hierosolymam* uene- rant ex oriente, *XIII. die* post *natiuitatem* domini in *VIII. idus Ianuarii*: quos ad honorandum et adorandum puerum *IESVM* uelut gentium primi- tias stella perduxit.

ANNO TERTIO.

ANNO QUARTO.

ANNO QUINTO.

E Anno *SEXTO*. *Herodes* rex post *interfectionem domesticorum*, uxoris quoque et filiarum, diuino iudicio per- cussus et toto corpore putrefactus et sca- tens uermibus, miserabili morte periit, anno regni sui *XXXVI. et Archelaus* filius eius pro eo in *Iudaeorum regnum* ab *Augusto* substitutus est.

F Anno *SEPTIMO*. Puer *IESVS* ex *Ae-* *Fames Romae.* *gypto* reducitur. *Romae* tam dira *fames* erat, ut *Augustus* *lanistarum familias*, omnesque peregrinos, seruatorum quo- que maximas copias extra urbem trudi praeeperit.

ANNO OCTAUIO.

A Anno *NONO*. Temporibus huius *Augusti Colonia* ab *Agrippa* rege et *Augu-* *Coloniae stan-* *gustae inisia.* *sta* a *Druso* rege, *Augusti* priuigno, con- struuntur. *Virgilius* et *Horatius* et *O-* *uidius* poetae clarent.

ANNO X.

ANNO XI.

ANNO XII.

An-

Anno XIII.

Anno XIV.

Archelai exi-
tium. Anno XV. *Archelaus* rex a Iudaeis apud Augustum accusatus in *Viennam*, Galliae urbem, exilio relegatus est, regnumque Iudaeorum in quatuor tetrarchias, et inter quatuor filios Herodis, fratres Archelai, *Herodem* scilicet et *Antipatrum* et *Lisaniam* atque *Philippum* diuisum est ab *Augusto* caesare.

Anno XVI. TIBERIVS caesar. Hic fuit priuignus Augusti.

Anno XVII.

Anno XVIII.

Germanicus. Anno XIX. *Germanicus*, *Drusi* filius, CALIGVLAE pater, de Germanis triumphauit, contra quos ab *Augusto* Caesare iam fene missus erat.

Anno XX.

Anno XXI.

Anno XXII.

Anno XXIII.

Anno XXIV.

Anno XXV.

Anno XXVI.

Pilati libellus. Anno XXVII. *Pilatus* Iudaeae procurator a TIBERIO caesare in Iudaeam dirigitur. Hic *Pilatus* post passionem domini retulit ad TIBERIVM caesarem de reliquis uirtutibus eius. Et *Tiberius* eum suffragio magni fauoris retulit ad senatum, ut *Christus* haberetur DEVS:

Tiberii indicio
Christi
DEVS.

sed senatus indignatione motus, pro eo, quod non sibi huius rei indicium prius fuerit delatum, sed auctoritatem suam praeuenerit uulgi sententia, consecrationem *Christi* recusauit, praecipue uero *Seianus* praefectus *Tiberii* obstinatissime contradixit: quem ipse *Tiberius* postea cum multis senatoribus et filiis occidit. Caesar tamen in sententia mansit et statim edicto suo accusatoribus christianorum mortem comminatus est.

Anno XXVIII.

Anno XXIX.

Ioannes baptista.

Anno XXX. *Tiberii* autem XV. *Iohannes* circa regionem *Iordanis* baptismum poenitentiae praedicabat; ipsumque redemptorem baptizat. Post baptismum dominus in desertum uadit: et post ieiunium praedicans apostolos uocat.

Anno XXXI.

occisus.

Anno XXXII. *Iohannes baptista* ab *Herode* tetrarcha capite truncatur, in castello *Macherunte*.

Anno XXXIII.

mors Christi. Anno XXXIV. dominus IESVS sua passione mundum redemit. Asiae quaedam ciuitates terrae motu, qui tunc factus est, dirutae sunt. *Matthias* in loco Iudae constituitur apostolus. *Stephanus* a Iudaeis lapidatur. *Iacobus* frater domini, Hierosolymorum episcopus

A constituitur et consecratur ab apostolis.

Anno XXXV. *Paulus* apostolus secundum Latinos, qui a Ianuario annum incipiunt computare, a *Christo* de caelo uocatus est: secundum Hebraeos uero, qui a Martio anni initum capiunt eodem anno, quo dominus passus est, XI. mense, id est, VIII. Kal. Febr.

B Anno XXXVI.

Anno XXXVII. *Agrippa*, cognomento *Herodes*, filius *Aristobuli* filii *Herodis* regis, sub quo natus est dominus, Romanam profectus et accusatus ab *Herode Tetrarcha*: sed ipse a TIBERIO caesare in uincula coniectus est, ubi plurimos sibi adsciuit ad amicitiam et maxime *Germanici* filium *Caicum*, postea caesarem.

Anno XXXVIII. Ascendit *Paulus* Hierosolymam uidere *Petrum*.

Anno XXXIX. CAIUS CALIGVLA caesar. Hic fuit nepos Augusti caesaris, flagitiosissimus omnium hominum, qui ante eum fuerunt, et a suis confossus interit.

Anno XL. *Agrippa* cognomento *Herodes*, qui ad amicitiam Romae uenerat, ab eodem *Caio* iam caesare a uinculis absolutus, Iudaeorum genti praeficitur: et *Herodes Tetrarcha*, filius *Herodis*, aeterno exilio damnatus a *Caio* in Hispaniam relegatur. *Pilatus* quoque ab eodem *Caio* tantis malis excruciatum est, ut propria manu se transfuerberauerit.

E Anno XLI.

Anno XLII. *Matthaeus* apostolus, in Iudaea praedicans, euangelium scripsit. *Philo* insignissimus scriptor floruit.

Anno XLIII.

Anno XLIV. *Herodes* tetrarcha qui *Ioannem* decollauerat, cum *Herodiade* in Hispania moerore periit.

Anno XLV. CALDIUS TIBERIVS caesar, uixit annis LXIV.

Anno XLVI. Insula de profundo emicuit, inter *Theram* et *Therasiam*, XXX. stadiorum spatio extenta.

Anno XLVII. *Iacobus*, frater *Ioannis*, ab *Agrippa* *Herode* decollatus est: et *Petrus* in carcerem missus: *Paulus* et *Barnabas* ad euangelizandum segregati Antiochiae.

Agrippa *Herodes*, ab angelo percussus, mirabili morbo interiit, ut legitur in ecclesiastica historia. Et *Agrippa* filius ipsius *Agrippae* *Herodis* in Iudaea regnare coepit, usque ad exterminium Iudaeorum.

Anno XLVIII. tanta seditio populi in diebus azymorum in Hierosolymis exorta est, ut in portarum exitu populo coartato, XXX. Iudaeorum prosterne-

(I) 3

ren-

Marci
euangelium.

rentur. *Petrus* apostolus Romam uenit. *Marcus*, discipulus eius, euangelium scripsit. Eodem quoque anno famas fatis dira per uniuersum orbem terrae erat: quam et prophetae praedixerant, ut legitur in actibus apostolorum: sed christianorum necessitatibus apud Hierosolymam, conuectis ab Aegypto frumentis, *Helena*, Adiabenorum regina conuersa ad fidem Christi largissime ministravit.

Anno XLIX.

Anno L.

Claudius.
in Iudaeos.

Anno LI. CLAUDIUS CAESAR Iudaeos tumultuantes Roma expulit. Tunc *Prisca* & *Aquila* cum caeteris Iudaeis expulsi Asiam ueniunt, ibique cohaerent apostolo Paulo; tunc primum inibi ecclesiae fundamenta iactata.

Suet. Cl. c. 18.
fames

Anno LII tanta *fames* Romae erat, ut caesar correptus a populo conuictis et fragminibus panis turpissime infestatus, uix furorem populi euaserit. Ipse statim xxx. et quinque senatores et ccc. simul equites Romanos minimis pro causis occidit.

ibid. cap. 29.

Philippus
apostolus.

Anno LIII. *Philippus* apostolus in Asia in ciuitate *Hierapoli* LXXXVIII. anno uitae suae ad caelestia migravit.

Anno LIV.

Anno LV.

Anno LVI.

Anno LVII.

Anno LVIII.

Nero libidinosus et

Anno LIX. NERO caesar, sub quo *prima persecutio*. Hic *Nero* fuit sororius *Cal. Caligulae*, tantaeque erat libidinis, ut ne a matre quidem uel sorore, ullaue consanguinitatis reuerentia abstinuisset referatur. Virum in uxorem duxit: ipseque a uiro ut uxor acceptus est. Luxuriae uero tantae fuit, ut retibus aureis piscaretur, quae purpureis funibus trahebantur. Nunquam minus mille carruis iter confecisse traditur. Urbem Romam per sex dies et septem noctes ardere praecipit. Matrem, fratrem, sororem, uxorem caeterosque omnes propinquos et cognatos suos sine causa occidit: primusque Romae christianos suppliciiis et mortibus affecit, ac per omnes prouincias pari persecutione excruciaci praecipit, ipsumque nomen christianitatis extirpare conatus est. Tandem hostis a senatu pronunciatus et ignominiosissime fugiens, ad quartum ab urbe lapidem se ipsum occidit, atque in eo omnis familia caesarum consumpta est.

Paulus.

Anno IX. *Paulus* apostolus Romam uinctus missus. *Festus* procurator succedit *Felici*. *Lucas* euangelium scripsit. *Lucanus* poeta claruit.

Lucas.

Anno LXI.

Anno LXII.

Lucanus.

Anno LXIII. *Iacobus* frater domini a Iudaeis lapidatur. *Festo* in magistratu Iudaeae successit *Albinus*: Albino, *Florus*.

Anno LXIV. *Marcus* euangelista in Alexandria coronatur.

Anno LXV.

Anno LXVI. Sub *Neroniana* persecutione passi sunt Romae *Processus* et *Martinianus* et *XLVII*. qui baptizati erant a beato *Petro*. *Mediolani* *Nazarius* et *Celsus*.

Anno LXVII.

Anno LXVIII.

Anno LXIX.

Anno LXX. missus est a *Nerone* *Vespasianus*, magister militiae cum exercitu Hierosolymam aduersum Iudaeos, quia Iudaei non ferentes luxuriam et auaritiam ceteraque flagitia *Flori*, qui post *Albinum* magistratum Iudaeorum tenebant, aduersum Romanos dure rebellauerant.

Anno LXXI.

Anno LXXII.

Anno LXXII. *Petrus* apostolus Romae crucifigitur. *Paulus* quoque apostolus decollatur: eodem die. *Linus* et *Cletus* post eos Romanam rexerunt ecclesiam. Sub *Nerone* tres urbes terrae motu ceciderunt, & triginta millia hominum pestilentia statim post mortem apostolorum perierunt. Mortuo autem *Nerone Galba* apud Hispanias usurpauit imperium: et *Pisonem* nobilem adolescentem sibi in filium et regnum adoptauit, cum quo et *ab Othone* iugulatus est. *Otho* autem post tria bella ciuilia, quae cum *Vitellio* commisit, desperatis rebus seipsum interfecit. *Vitellius* uictor Romam uenit et imperium inuasit, et *Sabinum* fratrem *Vespasiani* occidit. Ipse et a militibus *Vespasiani* ignominiose occiditur.

Anno LXXIII. VESPASIANVS imperator. Profluuio uentris periit. Hic *Vespasianus* a regibus et ducibus et ab omni exercitu, qui cum eo in obsidione Hierosolymorum erat, imperium adeptus est: statim Romam profectus est aduersum *Vitellium*, qui imperium inuaserat, relicto filio suo *Tito* ad procurationem obsidionis.

Anno LXXIII. VESPASIANVS imperator. Profluuio uentris periit. Hic *Vespasianus* a regibus et ducibus et ab omni exercitu, qui cum eo in obsidione Hierosolymorum erat, imperium adeptus est: statim Romam profectus est aduersum *Vitellium*, qui imperium inuaserat, relicto filio suo *Tito* ad procurationem obsidionis.

Anno LXXIII. VESPASIANVS imperator. Profluuio uentris periit. Hic *Vespasianus* a regibus et ducibus et ab omni exercitu, qui cum eo in obsidione Hierosolymorum erat, imperium adeptus est: statim Romam profectus est aduersum *Vitellium*, qui imperium inuaserat, relicto filio suo *Tito* ad procurationem obsidionis.

Anno LXXIV. Hierusalem expugnata est a *Tito*, filio *Vespasiani*, indictione secunda Septembris mensis, octauo die. *Titus* magna et diutina obsidione Iudaeos premens, non sine multo suorum sanguine tandem muros ciuitatis irrupit, sed ad expugnandam interiorum templi munitionem, quam reclusam multitudo sacerdotum ac principum tuebatur, maiore ui et mora opus fuit. Quod tamen postquam in potestatem redactum est, opere et antiquitate preciosum suspexit, diu deliberauit,

Anno LXXIV. Hierusalem expugnata est a *Tito*, filio *Vespasiani*, indictione secunda Septembris mensis, octauo die. *Titus* magna et diutina obsidione Iudaeos premens, non sine multo suorum sanguine tandem muros ciuitatis irrupit, sed ad expugnandam interiorum templi munitionem, quam reclusam multitudo sacerdotum ac principum tuebatur, maiore ui et mora opus fuit. Quod tamen postquam in potestatem redactum est, opere et antiquitate preciosum suspexit, diu deliberauit,

nit, utrum tanquam incitamentum hostium incenderet, an in testimonium victoriae reseruaret. Sed quia ecclesia DEI iam per totum orbem germinabat, arbitrio DEI auferendum fuit. Itaque TITVS imperator ab exercitu pronuntiatus, templum in Hierosolymis incendit ac diruit: quod a die conditionis primae, usque ad diem euerfionis ultimae, steterat annis M. C. et duobus. Et muros urbis uniuersos solo adaequauit: Iudaeorum undecies centena millia gladio et fame periisse narrantur.

Anno LXXV.

Iosephus.

Anno LXXVI. *Iosephus* claruit.

Anno LXXVII.

Anno LXXVIII.

Anno LXXIX.

Apollinaris.

Anno LXXX. *Apollinaris* episcopus, a beato *Petro* Rauennam directus, coronatur.

Epirus.

Anno LXXXI. tres ciuitates *Epiri* terrae motu corruerunt.

Anno LXXXII. TITVS filius *Vespasiani* imperator. Hic morbo interiit.

Papa I.

Linus.

Anno LXXXIII. *Linus* papa primus post *Petrum* coronatur.

Domitianus.

Anno LXXXIV. DOMITIANVS imperator. Hic fuit frater *Titi*. Et in tantam superbiam prolapsus erat, ut dominum ac Deum se uocari et colifcribique iusserit: et confertissimam toto orbe Christi ecclesiam, datis ubique crudelissimae persecutionis edictis, auderet conuellere: libidinis intemperantis, quidquid excogitare potuit, fecit. Nobilissimos senatorum alios occidit, alios in exilium egit. Ipse autem in palatio a suis crudelissime confossus interiit: cadauer eius exportatum et ignominiosissime sepultum est. *Ioannes* apostolus et euangelista ab eo Romae in feruentis olei dolium missus est: Et cum illaesus exisset, in Pathmon insulam relegatus est: ubi *apocalypsin* uidiit et scripsit.

Martyrium Ioannis.

Anno LXXXV. *secunda persecutio.*

Cletus Papa.

Anno LXXXVI. *Cletus* papa coronatur.

Anno LXXXVII.

Anno LXXXVIII.

Anno LXXXIX.

Anno XC.

Anno XCI.

Anno XCII.

Anno XCIII.

Anacletus PP.

Anno XCIV. *Anacletus* Papa coronatur. Hic presbyter est ordinatus a beato *Petro*, et memoriam beati *Petri* construxit, et composuit loca, ubi episcopi reconderentur.

Anno XCV.

Anno XCVI.

Anno XCVII.

Anno XCVIII.

Anno XCIX.]

Anno C. NERVA imperator. Admodum senex a *Petronio* praefecto pretorii et *Parthenio* interfectore *Domitiani*, imperator creatus, *Traianum* genere Hispanum in regnum adoptauit: et primo edicto suo omnes exules renocauit. Vnde et *Ioannes* apostolus hac indulgentia liberatus *Ephesum* rediit, et ibi euangelium scripsit. Apud *Aminternam* urbem passus est sub *Nerua* *Victorinus* episcopus frater *Seuerini*.

Nerua.

Anno CI. *Traianus* imperator. *Tertia persecutio*. Hic *Traianus* primum errore deceptus, persecutionem tertiam in christianos agi praecepit: sed postea *Plinii* iudicis sui relatu admonitus, rescriptis illico lenioribus temperauit

Traianus lenior in christianos,

Plinio suafore.

edictum. Scatim tamen Romae aurea domus a *Nerone* totis priuatis publicisque impensis condita, repentino periit incendio. Sub eo, et quatuor urbes *Asiae* et duae *Graeciae*, tres Galliae unoterrae motu ceciderunt. Idemque terrae motus in *Antiochia* pene totam ciuitatem subruit. Multa quoque Iudaeorum millia, qui tum per diuersas prouincias et urbes seditionem mouerant, sub eo occisa sunt. Coronati sunt etiam sub eo *Ignatius*, tertius post *Petrum* apostolum *Antiochenae* ecclesiae episcopus; *Simeon*, qui et *Simon*, filius *Cleophae* *Hierosolymorum* episcopus, crucifixus est, *Nereus* et *Achilleus* *Quirinus* et filia eius *Balbina*.

Incendia, terrae motus.

Martyres

Anno CII.

Anno CIII.

Anno CIV.

Anno CV.

Anno CVI.

Anno CVII.

Anno CVIII.

Anno CIX.

Anno CX. *Clemens* papa coronatur. *Clemens PP.*

Hic ex precepto B. *Petri* suscepit ecclesiae pontificatum, & septem regiones diuisit fidelibus ecclesiae, qui gesta martyrum solcite perquirent. Hic et *Sisnium* Romanum cum uxore sua *Theodora* baptizauit cum CCCXXIII. promiscui sexus de domo eius.

Anno CXI. *Euaristus* papa coronatur. Hic diuisit in urbe presbyteros et VII. diaconos ordinauit, qui custodirent episcopum praedicantem.

Euaristus septem diaconorum auctor.

Anno CXII.

Anno CXIII.

Anno CXIV.

Anno CXV.

Anno CXVI.

Anno CXVII.

Anno CXVIII.

Anno CXIX. *Alexander* papa primus coronatur cum *Euencio* & *Theodorio*. Hic *Alexander* instituit, ut ad consecrationem

Alexander.

*nini et aquae
commixtio.*

nem eucharistiae uinum et aqua misceatur, ut sicut de latere crucifixi domini effluxit sanguis et aqua, ita aqua uino misceatur in ipsa consecratione, nec uinum sine aqua, nec aquam sine uino debere offerri decernens. Hic et beatum *Hermen*, urbis Romae praefectum, baptizauit cum mille c c i v. seruis suis et cum uxore et sorore et filiis et cum uxoribus et filiis seruorum eius.

*Adrianus,
instituto
christiano
ritu.*

Anno cxx. *Helius Adrianus* imperator. Hic fuit filius consobrinae *Traiani*, et per *Quadratum* discipulum apostolorum et alios christianos instructus. Praecepit ut nemini liceret sine obiectu criminis aut probatione damnare christianos. Idemque continuo pater patriae in senatu ultra morem maiorum appellatur, et uxor eius *augusta*.

Vxor augusta.

Durus Iudaeus.

Judaeos ultima caede perdomuit, ultusque est christianos: praecipitque ne cui Iudaeo introeundi Hierusalem esset licentia, christianis tantum ciuitate permilla, quam ipse in optimum statum murorum exstructione reparauit, et *Heliam* de praenomine suo uocauit. Sub eo passus est Romae *Eustachius*, cognomento *Placidus*, cum uxore et filiis: et *Eleutherius* cum matre sua *Anstia* Romae coronatus est. *Dionysius* episcopus *Areopagita* et *Aristides* claruerunt, et apud Athenas *Quadratus*, apostolorum disci-

*Eustachius
Placidus.*

Anno cxxi.

Anno cxxii.

Anno cxxiii.

Anno cxxiv.

Anno cxxv.

Anno cxxvi.

Anno cxxvii.

Anno cxxviii.

*Sixtus PP.
auctor sacra-
ti ministerii.*

Anno cxxix. *Sixtus* papa coronatur: primus. Hic constituit ut sacra ministeria non tractarentur, nisi a sacris ministris: et praecipit, ut intra actionem sacrificii sanctus, sanctus, sanctus decantetur.

Anno cxxx.

Anno cxxxii.

Anno cxxxiii.

Anno cxxxiv.

Anno cxxxv.

Anno cxxxvi.

Anno cxxxvii.

Anno cxxxviii.

Anno cxxxix.

*Telesphorus,
pascha
ordinat et
hymnos.*

Anno cxl. *Telesphorus* papa coronatur. Hic constituit, ut septem hebdomatibus ante pascha ieiunium celebretur: et ut in nocte natiuitatis domini missae celebrentur, et hymnus angelicus, uidelicet gloria in excelsis et cetera quae sequuntur, quae ipse *Telesphorus* adiecit, hora sacrificii cantetur: illustreque duxit martyrium.

Anno cxli. *Antoninus Pius* imperator cum filiis *Aurelio* et *Lucio*. Hic *Antoninus Pius* adeo tranquille reipublicam gubernauit, ut merito pius et pater patriae nominatus sit. *Iustinus* philosophus librum de christiana religione compositum ei tradidit, eumque benignum erga christianos fecit. Ipse uero ad duodecimum ab urbe lapidem morbo correptus interiit.

Antoninus.

Iustinus.

Anno cxlii.

Anno cxliiii.

Anno cxliii.

Anno cxliii.

Anno cxlii. *Yginus* papa coronatur. *Yginus PP.*

Hic constituit clerum et constituit gradus.

Anno cxlvii.

Anno cxlviii.

Anno cxlix.

Anno cl.

Anno cli.

Anno clii. *Iustinus* philosophus clarus.

Iustinus.

Anno cliii.

Anno cliii.

Anno cliii.

Anno cliii.

Anno cliii.

Anno cliii.

Anno cliii.

Anno cliii.

Anno cliii.

Anno cliii. *Pius* papa coronatur. Sub

Pius PP.

Hermes.

huius tempore *Hermes* librum scripsit, qui dicitur pastoris.

Anno cxli.

Anno cxlii.

Anno cxliii. Filius *Antonii pii*

M. Antoninus

Marcus Antoninus Verus impe-

perator, cum fratre *Lucio Aurelio* et filio

Commodo. Hic *Marcus Antoninus* in

bello *Parthico* quartam persecutionem

in christianos agi in *Asia* et *Gallia* pra-

cepit: multique sanctorum martyrio co-

ronati sunt. Secuta est statim lues gra-

uissima, plurimis infusa prouinciis, to-

tamque *Italiam* vastauit: ita ut passim uil-

lae, agri, opida sine cultore et habitatore

deserta, in ruinas syluasque concefferint.

Exercitum uero Romanorum, cunctas-

que legiones hac lue consumptas ferunt.

Huius etiam frater *Aurelius caesar*, *Ger-*

manis et *Sarmatis* bella inferens, per mi-

lites christianos, qui in exercitu eius

erant, triumphauit. Nam cum idem

imperator undique ab hostibus circum-

uentus esset, et exercitus eius maximum

periculum propter aquarum penuriam

sustineret, litique omnes laborarent, et

imperator aestuaret, et quaereret quid

facto opus esset, reperissetque in legione

quadam milites christianos, et illis tan-

dem, ut nostris mos est, flexis genibus

obsecrantibus dominum, ad preces eo-

rum maxima uis pluuiae effusa est et e-

xercitus sitis sedata est; hostes etiam, qui

iam

Milites

christiani.

Aurelius,

Persecutio IV.

iam exitialiter imminabant, crebis fulminibus et caelitus prolapsis ignibus petteriti fugati sunt, ut legitur in ecclesiastica historia. Ipse autem *Augelius* post bellum Parthicum, et post captam *Seleuciam*, *Isauriae* urbem, super *Hidaspen* fluvium sitam, cccc. hominum casu morbi, quem apoplexian uocant, repente interiit. *Marcus* autem *Antoninus*, postquam filium *Commodum* in regnum assumpsit, in *Sannonia* constitutus, morbo etiam interiit.

Anno CLXIV. *Quarta persecutio.*

Anno CLXV. Sub hoc imperatore coronati sunt *Polycarpus* *Smyrnaeorum* ecclesiae episcopus, discipulus *Iohannis euangelistae*. *Felicitas* cum septem filiis. Apud *Sebasten* *Armeniae* *S. Blasius* episcopus, *Iustinus* quoque philosophus. In *Syria* *Victor* et *Corona*.

Anno CLXVI.

Anno CLXVII.

Anno CLXVIII.

Anno CLXIX.

Anno CLXX.

Anno CLXXI. *Anicetus* papa coronatur. Hic praecepit ut clerus comam non nutriret, secundum praecipitum apostoli.

Anno CLXXII.

Anno CLXXIII.

Anno CLXXIV.

Anno CLXXV.

Anno CLXXVI.

Anno CLXXVII.

Anno CLXXVIII.

Anno CLXXIX.

Anno CLXXX. *Soter* papa coronatur. Hic constituit ut nulla monacha pallam consecratam contingeret in ecclesia, neque incensum poneret.

Anno CLXXXI. Filius *Marci Antonini*, *Lucius Antoninus Commodus* imperator. Hic *Lucius Commodus*, per omnia luxuriae et obscenitatis dedecora deprauatus, interfecit quam plurimos senatores et maxime illos, quos nobilitate et industria excellere uidebat. Ipse autem *Commodus* cunctis incommodus uiuus hostis humani generis iudicatus ab omnibus est, et in domo *Vestiliani* strangulatus periit. Sub eo duo incendia *Romae* fuerunt. Nam *capitolium* fulmine ictum est: ex quo inflammatio facta bibliothecam illam, cura maiorum studioque compositam, aedesque alias concremauit. Deinde, aliud incendium aedem *Vestae* et palatium plurimamque partem urbis solo coaequauit.

Anno CLXXXII.

Anno CLXXXIII.

Anno CLXXXIV.

Anno CLXXXV. *Egesippus* et *Irenaeus* philosophi, et *Dionysius*, *Corinthiorum* episcopi claruerunt.

Egesippus.
Irenaeus.

Anno CLXXXVI.

Anno CLXXXVII.

Anno CLXXXVIII. *Narcissus* Hierosolymorum episcopus, et *Theophilus* *Caesareensis*, et *Clemens* *Alexandrinae* ecclesiae presbyter et *Pantenus* philosophi clarent.

Anno CLXXXIX.

Anno CXC.

Anno CXCI.

Anno CXCVI.

Anno CXCVII.

Anno CXCV. *Eleutherus* papa coronatur. Hic accepit epistolas a *Lucio Britannico* rege, ut per eius mandatum fieret christianus.

Eleutherus
papa.
Lucius rex
Britanniae
christianus.
Pertinax.

Anno CXCV. *HELIVS PERTINAX* imperator creatus est: sed a *Iuliano* iucriperito in palatio statim occisus est. Et ipse *Iulianus* imperium inuasit; moxque et ipse a *Seuero*, apud pontem *Muluum*, bello ciuili uictus et interfectus est.

Anno CXCVI. *SEVERVS PERTINAX* imperator. Hic *Seuerus* genere *Afer* et natura saeuus, ex nomine imperatoris, quem ultas fuerat occisum, *Pertinacem* se appellauit: et quintam persecutionem in christianos exercuit: Plurimique sanctorum per diuersas provincias martyrio coronati sunt. Hic etiam tria ciuilia bella gessit. In primo, *Iulianum* *Romae*: in secundo, *Pescenium Nigrum*, qui in *Aegypto* et *Syria* tyrannidem aspirauerat: in tertio *Clodium Albinum*, *Iuliani* in occidendo *Pertinace* socium, qui in *Gallia caesarem* se fecerat, occidit. Cuius belli malo multum utrinque *Romanorum* sanguinis effusum est.

Seuerus.

Anno CXCVII. *Quinta persecutio.*

Anno CXCVIII.

Anno CXCIX.

Anno CC.

Anno CCI.

Anno CCII.

Anno CCIII.

Anno CCIV. *Victor* papa coronatur. Hic constituit, ut sanctum pascha die dominico celebretur, et ut a xv. luna primi mensis, usque ad XXI. obseruetur. Et constituit, ut necessitate exigente siue in flumine, siue in mari, siue in fontibus, sub christiana tamen confessione, quicumque hominum ex gentilitate uenientes baptizarentur.

Victor IV.
ordinat pascha

et baptismum

Anno CCV. His temporibus *Leonides*, pater *Origenis*, capite plexus pro *Christo* occubuit. *Seuerus* apud *Eboracum* opidum morbo interiit. Reliquit duos filios, *Bassianum* et *Geta*, quorum *Geta* hostis publicus iudicatus interiit. *Bassianus*, *Antonini* cognomine assumpto, post patrem regnauit.

Anno CCVI.

(K)

Anno

- Anno CCVII.
 Anno CCVIII.
 Anno CCIX.
 Anno CCX.
 Anno CCXI.
 Anno CCXII.
 Anno CCXIII.
- Caracalla.** Anno CCXIV. AVRELIUS ANTONIVS BASSIANVS CARACALLA imperator. Hic patre *Seuero* asperior omnibus hominibus libidine intemperantior, nouercam suam *Iuliam* duxit uxorem. Postea contra *Parthos* moliens bellum, intra *Edissam* et *Carras* ab hostibus circumuentus occisus est.
- Anno CCXV.
 Anno CCXVI.
 Anno CCXVII.
 Anno CCXVIII.
 Anno CCXIX.
 Anno CCXX.
- Macrinus.** Anno CCXXI. MACRINVS imperator, qui et *M. Opelius Aurelius*. Hic praefectus primum praetorii cum filio suo *Diadumeno* inuasit imperium: sed emenso anno apud *Achillaidem* periit militari tumultu.
- Zepherinus** Anno CCXXII. Zepherinus papa coronatur. Zepherinus constituit, ut praesentibus omnibus clericis et laicis fidelibus siue diaconus, siue sacerdos ordinaretur, et ut a stantibus sacerdotibus missae celebrentur.
- M. A. Antoninus.** *M. Aurelius Antoninus* imperator. Hic primum sacerdos *Heliogabali* templi, nullam sui, nisi stuprorum et flagitiorum totiusque obscenitatis, infamem fati memoriam reliquit. Tumultu autem militari exorto, Romae cum matre sua interfectus est.
- Anno CCXXIII.
 Anno CCXXIV.
- Origenes** Anno CCXXV. *Origenes* presbyter claruit.
- Anno CCXXVI. AVRELIUS ALEXANDER imperator. Hic Alexander fenatus uoluntate ac militum, imperator creatus, digno aequitatis moderamine reipublicae praefuit. Mater eius *Mammaea* christiana *Origenem* presbyterum, qui eo tempore clarus habebatur, curauit audire. Alexander expeditione in *Persas* facta, *Xerxen* regem maximo bello oppressit. Ipse autem militari tumultu apud *Moguntiacum* interfectus est. Palsi sunt sub eo *Palmarius* consul, cum uxore et filiis.
- Callistus papa** Anno CCXXVII. *Callistus* papa coronatur. Hic constituit ieiunium sabbathi ter in anno fieri, frumenti, uini et olei secundum prophetiam.
- Anno CCXXVIII.
 Anno CCXXIX.
 Anno CCXXX.
 Anno CCXXXI.
- A** Anno CCXXXII.
 Anno CCXXXIII.
 Anno CCXXXIV.
 Anno CCXXXV. *Vrbanus* papa coronatur. Hic baptizauit *Tiburcium* et *Valerianum*, quos *Cecilia* uirgo conuertit, cum quibus et ipsa passa est sub hoc *Alexandro*, *Simplicius* fenator.
- Anno CCXXXVI.
 Anno CCXXXVII. MAXIMINVS Hic *Maximinus*. Maximinus nulla fenatus uoluntate imperator ab exercitu creatus, sextam persecutionem in christianos sextus a *Nerone* exercuit. Ipse autem a *Pupieno Aquileiae* interfectus, persecutionis et uitae finem fecit. *Sexta* persecutio.
- Anno CCXXXVIII.
 Anno CCXXXIX.
- C** Anno CCXL. GORDIANVS imperator. Hic *Gordianus* ingentibus praeliis aduersum *Parthos* prospere gestis, fraude suorum super *Euphrates* interfectus est. Sub eo *Pupienus*, interfectus Maximini imperatoris et *Balbinus* frater eius, in palatio occisi sunt.
- Anno CCXLI.
 Anno CCXLII.
- D** Anno CCXLIII. *Pontianus* papa coronatur. Hic iussu *Maximini* cum *Hippolyto* presbytero Sardiniam deportatus erat: ubi, cum fustibus mactatus esset, martyrium consummauit: corpus eius postea a *Fabiano* reportatum est.
- Anno CCXLIV. *Anberus* papa coronatur.
- Anno CCXLV.
 Anno CCXLVI. PHILIPPVS cum filio suo *Philippo* imperator. Hic *Philippus* primus omnium imperatorum christianus fuit, & *Philippum* filium suum consortem regni secum fecit. Traditur de eo, quod in die paschae, cum interesse uoluisset uigiliis et communicare mysteriis, ab episcopo loci non prius esse permillum, nisi confiteretur peccata sua et inter poenitentes staret, nec ullo modo copiam mysteriorum sibi profuturam, nisi prius per poenitentiam culpas, quae de eo plurimae ferebantur, diluisset: eumque libenter, quod a sacerdote fuerat imperatum, suscepisse: Diuinum sibi inesse metum et fidem religionis plenissimam rebus atque operibus comprobans. Ipse autem cum filio, diuersis tamen locis, militari tumultu et fraude *Decii* interfecti sunt.
- Anno CCXLVII.
 Anno CCXLVIII. *Philippi* autem imperatoris tertio millesimus annus a conditione urbis Romae completus est, iuxta computationem *Orosii* historiographi et aliorum.
- Anno CCXLIX.

Dionysius.

Anno cci. *Dionysius* Alexandrinus episcopus claruit. *Alexander* Hierosolymorum episcopus, post *Narcissum* episcopum, coronatur.

Anno ccli.

Anno cclii.

Fabianus papa.

Anno ccliii. *Fabianus* papa coronatur. Hic diuisit regiones diaconibus; et vii. diacones fecit, qui septem notariis *imminerent, vt gesta martyrum B in integro colligerent.

* Gesta martyrum collecta.

Decius.

DECIUS imperator. *Septima persecutio.* Hic *Decius* imperator filium suum secum caesarem fecit, cum quo simul continuo in medio barbarorum sinu interfectus est, ipse etiam, quia infestus erat *Philippo*, pro quo regnabat, septimus a *Nerone* ad persequendos interficiendosque christianos feralia disperfit edicta, plurimique sanctorum coronati sunt.

Cornelius papa.

Anno ccliv. *CORNELIUS* papa coronatur. Hic leuauit corpora sanctorum apostolorum *Petri* et *Pauli* de *catacumbas. In *Sicilia* ciuitate *Catinesium*, *Agatha* uirgo coronatur.

* loco, dicto ad

Sixtus papa.

Anno cclv. *Sixtus* papa coronatur cum *Felicissimo* et *Agapito* et *Larentio* archidiacono. Passi sunt et alii: *Hippolitus* et *Concordia*, *Abdon* et *Sennes*. * *Alexander* Hierosolymorum episcopus claret: et *Dionysius* Alexandriae episcopus.

* supra ccl. iam sunt positi.

Gallus Hostilianus.

Anno cclvi. *GALLVS HOSTILIANVS* cum *Volusiano* filio imperator. Sub his imperatoribus facta est ultio uiolati nominis christiani. Nam usque E quo ad profligendas ecclesias *Decii* imperatoris edicta cucurrerant; eatenus incredibilium morborum pestis extensa est. Nulla fere prouincia Romana, nulla ciuitas, nulla domus fuit, quae non illa generali pestilentia correpta atque uastata sit. Ambo imperatores sub hac pestilentia in bello ciuili contra *Emilianum*, nouis rebus studentem, occisi F sunt. *Emilianus* tunc uictor, in tertio tamen mense inuasae tyranidis extinctus est. Sub his imperatoribus passi sunt *Protus* et *Hyacinthus*, *Eugenia* uirgo. *Veronis*, *Zenon* episcopus, *Origenes* presbyter lxx. uitae suae anno moritur, et in *Tyra* sepelitur. *Cyprianus* Carthaginensis.

Anno cclvii.

Anno cclviii.

Valerianus Gallienus.

Anno cclix. *VALERIANVS* et *GALLIENVS* imperatores. *Oclaua* persecutio. Hic *Valerianus* in *Rhetia* ab exercitu *Augustus* appellatus est: *Romae* autem a senatu *Gallienus caesar* creatur. Hic primum in tantum uenerabatur seruos DEI, ut benignior uideretur esse illis, qui christiano nomine saltem dicebantur: et omnis domus eius erat

ecclesia. Deprauatus est autem per quendam doctorem et principem Aegyptiorum magorum, ut iustos et sanctos uiros persequi et interimi iuberet, tanquam qui aduersarentur magicis artibus, quibus ipse deditus erat. Mox autem ut imperium arripuit, octauus a *Nerone*, adigi per tormenta christianos ad idololatriam iussit, fuso per omnem Romani regni latitudinem sanctorum sanguine: ipse autem huius nefarii auctor edicti a *Sapore*, rege Persarum, captus imperator Romani populi, ignominiosissima apud Persas seruitute consenuit, hanc infamis officii continuo, donec uixit, damnationem sortitus, ut ipse scilicet * acclinis humi, regem * M. S. adclis-

sed dorso suo, semper attolleret. Et *Gallienus* quidem tam clare iudicio DEI territus, tamque miseri collegae permotus exemplo, pacem ecclesiis satisfactione restituit. Igitur sub *Gallieno* primus * *Ingenuus*, qui purpuram imperii assumpserat, apud * *Mursiam* occiditur. *Postumus*, qui in Gallia inuasit tyrannidem, seditione militum interfectus est. *Emilianus* apud *Mogonciacum*, cum nouas res moliretur, oppressus est. Post mortem *Postumi*, *Marius* ibidem inuasit imperium, sed continuo occiditur. Deinde *Victorinus* a Gallis ultro creatus, et post paululum occisus est. Huic successit *Tetricus*, et * multas seditiones militum pertulit. At uero in oriente per *Odenatum* quendam uicti et pressi Persae, defensa *Syria*, recepta *Mesopotamia* est. *Gallienus*, cum rempublicam deseruisset et *Mediolani* libidinibus deseruiret, occisus est.

Anno cclx. *Gregorius* et *Athenodorus*, fratres, *Ponti* prouinciae episcopi clarent.

Anno cclxi.

Anno cclxii. *Dionysius* papa coronatur. Hic ecclesias presbyteris de- *Dionysius papa.* dit, et parochias et dioeceses diuisit atque constituit.

Anno cclxiii.

Anno cclxiv.

Anno cclxv.

Anno cclxvi.

Anno cclxvii. *Stephanus* papa coronatur. Hic constituit, ut sacerdotes et leuitae uestes sacras in quotidiano usu non haberent, nisi tantum in ecclesia. *Stephanus papa.*

Anno cclxviii.

Anno cclxix.

Anno cclxx.

Anno cclxxi.

Anno cclxxii. *Lucius* papa coronatur. Hic ab imperatoribus *Valeriano* et *Gallieno*, ob fidem Christi, exilio

relegatus et postea diuino nutu ad ec- A *Saturninum* oppressit: aliud, quo Pro-
clesiam suam redire permissus, capitis culum et Bonosum tyrannos apud *A-*
obtruncatione martyrium consumma- *grippinam* superatos interfecit. Ipse
uit. Hic etiam praecepit, ut duo pres- autem apud Firmium, in turre serrata
byteri et tres diaconi in omni loco epi- militari tumultu periit.

Claudius.

Anno CCLXXXIII. CLAUDIUS im-
perator. Hic uoluntate senatus impe-
rator creatus, *Gothos* continuo incre-
dibili strage deleuit. Huic a senatu
clypeus aureus in curia, et in capitolio
statua aurea equestris decreta est. Ipse
autem apud *Sirmium* morbo correptus
interiit. Post hunc * *Quintilianus* fra-
ter eius ab exercitu imperator electus,
uir quidem * unicae moderationis et so-
lus fratri praeferendus, sed xvii. die
occisus est.

* *Quintillus*
alii *Chrono-*
logis et histor.
* *M. S. unico.*

* *supra ad*
CCLXX.
iiidem ponun-
tur.
Aurelianus.

Anno CCLXXXIV. * *Gregorius et Athe-*
nodorus fratres Ponti prouinciae sacer-
dotes clarent.

Anno CCLXXXV. AVRELIANVS im-
perator. *Nona persecutio.* Hic uir in-
dustria militari experientissimus, expe-
ditione in Danubium magnis praелиis
profligauit, ditionemque Romanam
antiquis terminis statuit. Inde in ori-
entem conuersus, *Zenobiam*, quae, occi-
so *Odenato* marito suo, Syriam rece-
ptam sibi uendicabat, in potestatem re-
degit. *Tetricum*, in Gallia minime ui-
res eius ferentem, sine labore supera-
uit. Urbem Romam muris firmioribus
cinxit. Nouissime cum persecutionem
nonus a *Nerone* in christianos molire-
tur, fulmen ante eum magno pauore
circumstantium ruit, ac non multo post
in itinere occisus est.

Felix papa
Missa marty-
rum.

Anno CCLXXXVI. *Felix* papa corona-
tur. Hic constituit super memorias
martyrum missas celebrari.

Eutybianus
papa.

Anno CCLXXXVII. *Eutybianus* papa
coronatur. Hic per diuersa loca CCCXL.
duos martyres manu propria sepeliuit,
et constituit super altare uuas et fruges
benedici.

Benedictio u-
uarum.

Anno CCLXXXVIII.

Anno CCLXXXIX.

Tacitus.

Anno CCLXXX. TACITVS imperator.
Hic Tacitus sexto mense occisus in
Ponto est. Post quem *Florianus* parem
regni sortem ferens, tertio mense apud
Tarsum interfectus est. *Manichaeorum*
haeresis his temporibus exorta est, a quo-
dam, qui *Manes* dicebatur, qui genere
Perfes, uita et moribus barbarus fuit, sub
Felice papa. *Anastasius* episcopus Sy-
riae claruit.

Probus.

Anno CCLXXXI. PROBUS impera-
tor. Hic Probus Gallias, iam dudum a
barbaris occupatas, per multa et graua
praelia deletis tandem hostibus, libera-
uit. Bella ciuilia duo gessit, plurimo
fangvine fuso: unum in oriente, quo

relegatus et postea diuino nutu ad ec- A *Saturninum* oppressit: aliud, quo Pro-
clesiam suam redire permissus, capitis culum et Bonosum tyrannos apud *A-*
obtruncatione martyrium consumma- *grippinam* superatos interfecit. Ipse
uit. Hic etiam praecepit, ut duo pres- autem apud Firmium, in turre serrata
byteri et tres diaconi in omni loco epi- militari tumultu periit.

Anno CCLXXXII.

Anno CCLXXXIII.

Anno CCLXXXIV.

Anno CCLXXXV.

Anno CCXXXVI.

Anno CCLXXXVII. CARVS Narbo-
nensis imperator. Hic Carus cum fili-
os suos, *Carianum* et *Numerianum*, con-
sortes fecisset regni, bello Parthico su-
per Tigridem in castris fulmine ictus in-
teriit. Numerianus filius eius, qui cum
eo fuerat, rediens, fraude *Apri* soceri sui
interfectus est.

Carus.

C Anno CCXXXVIII.

Anno CCLXXXIX. DIOCLETTI-
ANVS imperator. Hic Diocletianus ab
exercitu imperator electus, statim ut
potestatis copiam habuit, *Aprum*, inter-
fectorem *Numeriani*, manu sua interfe-
cit. *Carinum* uero, quem Carus caesa-
rem apud Dalmatiam reliquerat, flagi-
tiose uiuentem, in bello superauit. De-
hinc *Maximianum*, cognomento *Her-*
culeum, caesarem fecit, misitque in Gal-
lias contra *Amandum* et *Helianum* no-
uas res molientes: qui et eos facile su-
perauit. Quo facto eundem *Maximia-*
num Herculeum ex caesare fecit augu-
stum. *Constantium* uero et alium *Ma-*
ximianum, cognomento *Galerium*, cae-
sares legit.

Diocletianus.

E Anno CCXC.

Anno CCXCI. Sub *Diocletiano* mar-
tyrizatus est *S. Ianuarius*, Beneuenta-
nae ciuitatis episcopus, cum sociis suis,
Festo, diacono, et *Desiderio* lectore, et
Sosio et *Proculo* diaconibus, et aliis duo-
bus *Eutyche* et *Acatio* XII. Kal. Octob.

S. Ianuarius

Anno CCXCII.

Anno CCXIII. *Caius* papa coronatur.
Hic constituit, ut per omnes gradus
primum ascenderet, si quis episcopus
fieri mereretur.

Caius papa.

Anno CCXCIV.

Anno CCXCV.

Anno CCXCVI.

Anno CCXCVII.

Anno CCXCVIII.

Anno CCXCIX.

F Anno CCC.

Anno CCCI.

Anno CCCII.

Anno CCCIII. *Marcellinus* papa co-
ronatur. Hic ad sacrificandum idolis
compulsus sacrificauit, Deinde poeni-
tentia ductus et semet ipsum damnans,
ita ut inter christianos se sepeliri pro-
hibuerit, quasi indignum sepultura
christianorum, pro fide Christi capite
truncatus est. Sub eo etiam tanta per-
secu-

Marcellinus
papa.

secutio christianorum fuit, ut intra unum mensem septem et decem millia promiscui sexus hominum, per diuersa loca, pro fide Christi coronarentur.

Anno ccciv.

Anno cccv.

Anno cccvi.

Maximianus.

Anno cccvii. Diocletiani autem XIX. idem **DIOCLETIANVS** in oriente, **MAXIMIANVS** autem **HERCV-LEVS** in occidente, mense Martio, die solenni paschae, praeceperunt destrui usque ad solum cunctas ecclesias, quae usquam erant, scripturas sacras igne exuri interficique christianos, *decimo*

Persecutio ultima.

post **Neronem loco**. Quae persecutio omnibus ante actis diuturnior atque immanior fuit. Nam per decem annos continuos incendiis ecclesiarum, proscriptio-
C
nibus innocentum, caedibus martyrum, incessabiliter acta est.

Diocletianus et Maximianus imperio se abdicant.

Anno cccviii. Persecutionis uero secundo exegit a *Maximiano Herculeo*, licet inuito, ut simul purpuram imperiumque deponeret, ac iunioribus in rempublicam substitutis, ipsi in priuato otio consenescerent: quod hoc summa felicitas putaretur, quibus hoc face-
D
re post regnum contingeret. Itaque sub una die *Diocletianus* apud Nicomediam, *Maximianus* apud Mediolanum, potestatem imperii cultumque simul deposuerunt. *Galerius Maximianus* et *Constantius* augusti, primi Romanorum imperium in duas partes determinauerunt. *Galerius* *Illiricum*, *Asiam* et *Ori-*

Galerius Maximianus et Constantius.

entem: *Constantinus* *Italiam*, *Afri-*
E
cam et *Gallias* obtinuit. Sed quia erat uir tranquillissimus, Gallia tantum Hispaniaque contentus, *Galerio* postea caeteris partibus cessit. *Galerius* duos caesares legit, **MAXIMINVM**, quem in oriente constituit, et **SEVERVM**, cui permisit *Italiam*, ipse in *Illyrico* constitutus.

Marcellus papa.

Anno cccix. *Marcellus* papa coronatur. Hic fecit coemeterium uia salaria, et xxv. titulos in urbe Roma constituit, propter baptismum et poenitentiam multorum, qui conuertebantur ex paganis, et propter sepulturas martyrum. *S. Nicolaus* in *Myrea* metropoli claruit.

Constantii mores.

Constantius augustus, uir summae mansuetudinis et ciuilitatis, xv. imperii sui anno, persecutionis autem tertio, obiit in Britannia. Habuit autem Maximiani Herculei priuignam *Theodoram* uxorem, ex qua sex filios, fratres *Constantini*, genuit. Ipse autem *Constantius* multa clementia erga homines; erga **DEVM** uero religione maxima utebatur. Neque uero rabie aliqua regnum suum sanguine piorum maculauerat; neque orationum domos et con-

uenticula nostrorum hostili uastatione destruxerat: quin potius cultores Dei uenerationi habuit et honori. Vnde et merito religiosus pater religiosorem filium *Constantium*, ex concubina *Helena Teueris* creatum, reliquit haeredem et Galliarum imperatorem. Quo et in Gallis rempublicam strenuissime gubernante, praetoriani milites, *Maxentium*, *Herculei Maximiani* filium, *Romae* augustam nuncuparunt. *Galerius* augustus *Seuerum* caesarem, aduersum *Maxentium*, cum exercitu *Romam* misit. Qui eum urbem obsideret, militum suorum seelere desertus, fugit *Rauennam* et ibi occisus est; sub quo *S. Catharina* passa fuit in *Alexandria*.

Anno ccccx. **CONSTANTINVS** christi-
C
anus imperator. Hic statim ut regnum suscepit, mira quadam **DEI** gratia ciuibus carus, exercitui acceptus, uiris fortibus imitandus, facinorosis et ignauis terribilis fuit; in obseruantia quoque religionis longe etiam patrem uincere studuit. Nam primus omnium imperatorum christianus fuit, excepto **PHILIPPO**. Ab eo omnes semper christiani imperatores, usque in hodiernum diem, excepto *Iuliano apostata*. Occiso *Seuero* caesare, *Licinius*, *Con-*
D
stantiae Constantini imperatoris sororis uir, communi omnium sententia adfertus in imperium a *Constantio* et *Galerio*, *Carnuti* augustus creatur, quarto anno persecutionis: quae res *Maximinum* uehementer offendit, quamuis tunc adhuc solummodo caesar in orientis partibus habebatur, neque id ultra ferens, ui raptum sibimet augusti nomen assumpsit.

Constantinus M.

Licinius co-imperator.

MAXIMIANVS HERCVLEVS, qui *Maximiani Herculei* fati-
E
cum *Diocletiano* insignia imperi deposuerat et tamen adhuc publicus persecutor erat, occasione filii, qui in urbe *Roma* tyrannidem exercebat, sollicitatus, arripuit tyrannidem: sed confirmatum iam filium in imperio, cum et eum potestate regia spoliare conatus fuisset, a filio expulsi-
F
us est. Qui ad *Constantinum* imperatorem tanquam ad generum miserationis causa contugiens, insidias ipsi, a quo religiose susceptus fuerat, molitur: in quibus turpiter deprehensus turpius perit, *Massiliae* interfectus, ita ut post interitum eius statu-
G
ae atque imagines eius auferrentur et in aedibus publicis uocabula nominis eius mutarentur.

MAXIMIANVS GALLERIVS caesar, *Maximianus*
qui primum secundus a *Diocletiano* au-
G
Gallerius.
gusto, in honore postmodum etiam successor extiterat, qui et incensor ac signifer persecutionis erat, cum per decem continuos annos persecutione christi-
norum omni genere hominum expau-
isset

149
 sisset prouincias, et innumera hominum millia DEVM uerum colentium neci dedisset, cumque uires crudelitati ac libidini suae indefinenter suggereret temulentia, et neque consilium neque satietas finem ullum aut modum imponeret: adest cultoribus suis diuina prouidentia et, quos per ignem probauerat, educit ad refrigerium. Iplum namque auctorem sceleris ultio diuina corripuit: et ille, qui laetis ac saginatis carnibus incedebat superbus, inflatis subito uisceribus distenditur in profundioribus. De hinc pectoris partibus obortum uulnus totos intrinsecus uiscerum fecellus tabo serpente depascit. Post et fistulis quibusdam in superficie, purulentis meatibus adaperitis, de interioribus putrefacti uulneris uenis ebullire undatim coepit uermium multitudo. Foetor uero tam intolerabilis erat, ut nullus omnino medicorum propius quidem posset accedere: quod carnes satis laetae et in omni luxuria nutritae grauiorem ex corruptione putredinis foetorem exhalabant. Denique plerosque medicorum, quod nec morbo aliquid mederi, nec uim foetoris tolerare possent, interfici iussit. In quibus cum quidam iugulandus potius, quam medicaturus assisteret, inspiratus a DEO, *Cur, inquit, imperator erras? et quod DEVS infert, ab hominibus putas posse reuocari? Nec humanus est iste morbus, nec a medicis curatur. Sed recordare, quanta in seruos DEI egeris, quamque in religionem diuinam impius et profanus extiteris, et intelliges, unde tibi poscenda sint remedia. Nam et ego quidem mori cum caeteris potero. Tu tamen a medicis non curaberis.* Tum primum Galerius se hominem esse intellexit, et scelerum suorum immanitatem recordatus, primo omium *errasse se et impie egisse profitetur*, et uelut satisfacere incipit DEO, et christianos de exilio reuocari iussit, cum iam ultra horrorem humanae miseriae etiam uermes eruclaret. Tum deinde conuocatis his, qui in officio publico sibi parebant; legem scribi et confestim emitti iubet, qua non solum a christianis desinat persecutio et arceatur iniuria omnis, uerum et eorum reaedificari permitterentur ecclesiae, ut solitis cultibus et obsecrationibus uacantes, et pro ipsius salute excelsis supplicarent DEO. Ipse autem *Maximianus* ultra suos cruciatus non sustinens, uim uitae suae ipsemet intulit.

Morbus eius foetidus.

eiusdem poenitentia.

Maximianus.

Sed *Maximianus*, qui in orientis partibus similiter tyrannidem in christianos exercebat, cum ei displiceret edictum *Maximiani Galerii*, nec tamen auderet obistere, proponi quidem legem pu-

150
 blice et omnibus in notitiam uenire non patitur: Verbo tamen iudicibus praecepit, inducias christianis iterum dare, quos tamen lex non amplius mentes passus est in pace persistere: et protinus, quidquid ad obturbendam ecclesias inuenire potuit, molitur, summaque instantia per urbes singulas et prouincias sacerdotes simulacrorum ac pontifices statuit, multisque eos honoribus et muneribus afficit, cunctosque beneficiis suis praeuenit, ut per haec promptiores eos efficeret in odia et necem christianorum. In his uero legibus, quas aduersum christianos aere incisas singulis quibusque ciuitatibus proposuerat, uel in aeternum mansuas iactanter satis et superbe descripserat, quia ex quo christiani sedibus suis urbibusque pelluntur, et aeris esset laeta temperies et terrae foecunditas abundantior, ac fetum copia uberior. Sed continuo diuina ultio imbres restringit in nubibus, et effoetas arida sterilitate fegetes derelinquit: arescit et herba camporum et non solum hominibus fructum, uerum et pecudibus pabulum negat, *famesque* terra et obscoena ubique grassatur, aerisque temperies in tantam corruptionem uersa est, ut humana corpora uulneribus pessimis, quae *ignis sacer* appellatur, nec non et his, qui *carbunculi* dicuntur, replerentur, ita ut et ora hominum atque oculos occuparent, ut, si qui forte ex his effugisset mortem, luminibus orbaretur. His aliisque pestilentibus morbis uirorum ac mulierum immensae multitudines, praecipueque infantum aceruatim cadebant. Igitur quum ipse *Maximianus* et exercitus eius bello Armenico uehementer et acriter urgetur, populum per urbes et uicos duae *pestes* ualidissimae *fames* et *lues* absque ulla miseratione uastabat, et tantae per dies singulos multitudines cadebant, ut nec ad sepulturas loca inuenirentur, per plateas uero omnes et angiportas, erant omnia repleta cadaueribus mortuorum, nec erat omnino, qui sepeliret, dum et ipsi, qui adhuc superesse uidebantur, morbo inualidi essent, ita, ut quam plurimi, dum mors tardaret uenire, a canibus deuorarentur. Christianorum uero populis, quod maxime omnibus admirationi fuit gentilibus, neque *fames* in aliquo, neque *lues* fuerat dominata. Haec existit legum *Maximiani* et elationis atque arrogantiae eius et iudicii de christianis habiti digna remuneratio.

- Anno cccxi.
- Anno cccxii.
- Anno cccxiii.
- Anno cccxiv.
- Anno cccxv.

Anno

magna sterilitas.

pestis.

M. S. acer, mendose.

M. S. habet ualidissime.

*Eusebius
papa.*

* *Baronius idem reconciliauit. Sub eo, et sub Constantio patre Constantini crux Christi inuenta esse dicitur.*

Baronius idem reconciliauit. Sub eo, et sub Constantio patre Constantini crux Christi inuenta esse dicitur.

Maxentius.

Anno cccxvi. *Eusebius* papa defunctus est. Hic inuenit haereticos in urbe Roma, quos per manus impositionem reconciliauit. Sub eo, et sub Constantio patre Constantini crux Christi inuenta esse dicitur.

Maxentius filius Maximiani Herculei, qui in urbe Roma tyrannidem coeperat primo, uelut inuitandae erga se plebis gratia, ueneratorem se fidei nostrae esse simulabat; et ob hoc persecutiones reprimi, omnesque iniurias a christianis arceri iusserat, sed nihil in reliquis artibus suis, nihil in uita uel moribus quasi christianis proximum uideretur ostendere. In tanta enim flagitiorum et scelerum fece, in tanto impuritatis coeno uersabatur, ut nihil profus facinorum pessimorum ab eius, non dicam uita, sed unius saltem diei actibus esset alienum. Denique senatorum et maxime nobilium matronas publice abstrahi, atque ad suam libidinem deduci imperabat, artes magicas summis studiis excolebat, ad quarum ministeria explenda perquirebantur mulieres nobiles grauidae, et adhibitae funestis lacris mediae scindebantur, rapiebantur paruuli et infantes, eorumque exta uisceribus reuulsa perscrutabantur, et credebatur ius fasque regni per nefas posse seruari: sed cum aduersum eum CONSTANTINVS imperator bellum pararet et exercitum duceret et aestuaret animo idem religiosus princeps, et DEVM diu noctuque precaretur, ne dextram suam, quam signo munierat salutari, cruore Romani sanguinis macularet, per uirtutem sanctae crucis, cuius signum ei caelitus ostensum erat et dictum ab angelis, CONSTANTINE IN HOC VINCE, diuina prouidentia ei concessit quae petebat. Nam cum non procul a ponte *Maluio* castra posuisset, *Maxentius*, qui iusserat nauibus ad decipulam compositis fluiuium ster-
ni et superpositis pontibus exaequari, ipse oblitus operis sui, proruens urbis Romae portis, et reliquum exercitum sequi se iubens, cum paucis pontem ingressus est, statimque subsedere naues, et ipse in profundum demersus, totius belli caedes capitis sui diremit interitu, atque impollutam religiosi principis dexteram a ciuili cruore seruauit.

*Miraculum
Constantino
uisum.*

Ecclesiarum pax.

Anno cccxvii. persecutionis uero undecimo, *Constantinus* augustus, conspirante secum *Licinio* item augusto, pacem ecclesiis, post decem annos, quibus a persecutoribus uexabantur, indulsit, scientes et profitentes auctorem sibi bonorum omnium DEVM, et una eademque sententia legem statuunt, et ab uniuersis uenerationem cultumque deferendum. Et hanc legem etiam ad

Maximinum, qui in orientis partibus persecutionem crudeliter exercebat, emitunt. At ille ingentibus eorum gestis perterritus, tametsi, quae iuebantur, contraria sibi et aliena a mentis suae proposito uidebantur, tamen, quoniam resistere non audebat, similem auctoritatem et legem pro christianis promulgat: cum tamen omnes scirent, eum non ita animo gerere, sed simulata hoc humanitate decernere. Ipse autem cum contra meritum et capacitatem mentis suae nomen augusti et imperium praesumpisset, uir, in quo nihil prudentiae, nihil sobrietatis, aut moderationis inerat, rupto foedere bellum *Licinio* conatur inferre, et ad ultimum fretus daemonibus et numine deorum suorum, cum immensa multitudine militum procedit ad bellum, sed uictoria ab eo fugiens, ad partem alteram transiit. Et, cum ferro cecidisset eius exercitus, pauci, qui superfuerauerant, manus uictoribus tradunt. Ipse autem, detractis imperii insignibus, turpis calorum fugitantiu se permiscens, turpiter euasit. Cumque et secundo omnibus copiis instruxisset exercitum alium, bellumque moliretur, doloribus internorum uiscerum correptus, uehementer exagitari coepit, ita ut ne stratis quidem recubare posset, sed exiliens e cubili suo, saepe pronus elideretur in terram. Tum deinde homo uorax, et qui uino semper repletur, nunc ne summis quidem labris degustaret cibum, aut odore tenuis uinum fumeret; ita carnibus inedia et ariditate consumptis, hoc solum profecit infelix, quod in ultimis uitae positus, iustam esse uindictam DEI, et scelerum se poenas iuste proficetur expendere. Ad ultimum morbo, prius amissis luminibus, uiuendi finem fecit. Tabulae eius, uel imagines pictae, uel aereae aliae deiectae, aliae atris fucatae coloribus oblitteratae sunt, et imperialibus edictis tyrannus et impius, DEO et hominibus inuisus, publice pronuntiatus est.

Licinius quoque augustus, qui primo quali probitate morum et uitae integritate ac merito uirtutum in regnum fuerat ascitus, uidens imperatorem *Constantinum*, non tam ui et metu, quam religione omnibus imperare, atque in summa ueneratione esse cunctis mortalibus et praecipue christianis, humano uitio pulsatus, imo inhumana inuidiae elade percussus, occultis primo insidiis decipere eum parat. Sed cum non proficeret, stulta iracundia permotus, imperatori quidem apertum bellum indicit, regnique fidem et societatem contaminat: christianos uero pri-

*Maximini
strages.*

*morbis eius,
funestus.*

*Licini tyran-
nis.*

pri-

priuato et speciali odio persequitur. A hoc in querelam deuocans, quod non ita pro se, sicut pro Constantino in solennibus orationibus excubarent. Primo itaque de palatio suo, si quis christianus esset, exire iubet: tum et de omni militia. Post hæc etiam tyrannicis edictis statuit omnes, qui se christianos profitentur, in carcerem trudi: Praeterea * satis agebat, ut omnes, qui B ante se fuerant, tyrannos, crudelitate superaret: Sed CONSTANTINVS, qui erat ueris uirtutibus adornatus, tot tantisque flagitijs ire obuiam parat: nec difficultas aliqua uictoriae fuit, ut et causa iustior, et fides purior. Denique eundem Licinium primum in Pannonia bello uicit. Deinde apud Cibalas fortissime oppressit, uniuersaque C Graecia potitus, Licinium ad deditiorem coëgit. Postea maximam Herculei focii sui exemplo ammonitus, ne rursus depositam purpuram in perniciem reipublicae resumeret, iussit eum occidi, atque omni memoria tyrannicae dominationis ablata, soliditatem Romani regni cum filiis suis solus obtinuit.

Anno cccxviii.

Anno cccxix.

* Melchades, M. S. Anno cccxx. * Melchades papa defunctus est.

Siluester papa

Anno cccxxi. Siluester papa post eum constituitur. Hic constituit, ut sacrificium altaris in sindone linea celebretur. Et constituit, ut *chrisma* ab episcopo conficiatur. Et ut baptismum liniat presbyter in uertice: et *Dalmaticis* uti in ecclesia praecepit. Eius quoque industria synodus praeclarissima toto orbe terrarum ccc. x. et lxx. patrum apud *Niceam* urbem Bithiniae celebrata est, sub consulatu *Constantini* et *Licimii* augustorum. Tamen tempore *Iulii* papae consummata est. In hac synodo damnata est blasphemia *Arii* Alexandrini presbyteri, quae de inaequalitate sanctae trinitatis afferbat, scilicet tres gradus esse in trinitate, et patrem esse maiorem, filium minorem, Spiritum sanctum creaturam. Sed eadem sancta synodus *consubstantialem* DEO patri filium DEI per symbolum diffiniuit. Haec est *prima synodus*, quae *Nicena* dicitur, toto orbi ueneranda, in qua xx. canones sancti patres statuerunt.

Anno cccxxii.

Anno cccxxiii.

Anno cccxxiv.

Anno cccxxv.

Anno cccxxvi.

Anno cccxxvii.

Anno cccxxviii.

Anno cccxxix.

Anno cccxxx.

Anno cccxxxi.

Anno cccxxxii.

Anno cccxxxiii.

Anno cccxxxiv.

Anno cccxxxv.

Anno cccxxxvi.

Anno cccxxxvii.

Anno cccxxxviii.

Anno cccxxxix.

Anno cccxl. Marcus papa post Siluestrum Romanam rexit ecclesiam.

Constantini caesaris filii, *Crispus* et *Constantius* et *Licinius* adolescens, *Licinius* augusti filius, Constantini autem ex sorore nepos, caesares sunt creati a Constantino. Sed inter haec latent causae, cur uindictam gladium, et destinatum in impios punishmentem Constantinus in probos egerit liberos. Nam *Crispum* filium suum et *Licinium* tororis suae filium interfici iussit. Ipse autem multas gentes diuersis praelijs tubegit, et urbem nobilissimam nominis sui primus Romanorum construxit, quae sola Romae forma et potentia posset aequari. Mox Gothorum fortunatas et copiosissimas gentes, pietate fretus, in ipso barbarici toni sinu deleuit, et Sarmatas aliasque barbaras nationes, non ergo uel amicitijs uel deditiōe sui praeuenerat, in solo proprio armis edomuit. Et quanto magis se religiosus et humilior DEO subiecerat, tanto amplius ei DEVS uniuersa subdebat. Salochareum quemdam in *Cypro*, nouis rebus alperantem, oppressit. Tricennalibus suis *Dalmatium*, filium fratris sui, caesarem legit: qui continuo militari ratione deceptus est. Cumque bellum *Constantinus* in *Perlas* moliretur, in uilla publica, iuxta *Nicomediam*, dispositam bene rempublicam filiis suis tradens, et singulis de successione Romani orbis testamento haeredibus scriptis, obiit feliciter.

D

Anno cccxli. CONSTANTIVS cum Constantino et CONSTATE, fratribus suis, imperator post Constantinum augustum.

Constantinus dum Constantem fratrem bello insectatur, incauta petulantia periculo se offerens, a ducibus eius occisus est, non longe ab *Aquileia* apud *Alfam* fluium. Constans uero aduersum *Parthos* et *Saporem* regem, qui *Mesopotamiam* uastauerat, nouem praelijs partim prospere decertauit. Sed post, cum se intolerandis uitijs dedisset, *Magentii* dolis, qui apud *Augustodunum* imperium arripuerat, interceptus est.

Nepotianus deinde, Constantini imperatoris sororis filius, Romae inuasit imperium; sed mox a *Magentianis* ducibus occiditur. Sequitur bellum illud

* id est, suta-gebat, Licinius suppressus a Constantino.

Concilium Nicenum.

Marcus papa.

Constantini res gestae.

Constantius. Constantinus. Constans.

Horum fata.

Nepotianus.

illud

illud horribile inter Constantium Magnentiumque apud urbem Mursam gestum: in quo multa Romanorum uirum profligatio etiam in posterum nocuit. Magnentius ibi uictus fugit, et apud Lugdunum propria manu sua se interfecit.

Magnentius uictus a Constantio.

Decentius.

Decentius quoque frater eius, quem caesarem Gallis praefecerat, apud Senonas laqueo uitam finiuit.

Constantii res gestae.

Constantius continuo Gallum, patrum filium, caesarem legit, quem mox crudeliter agentem occidit. *Siluanum* quoque, per Gallias nouis rebus inhiantem, mature interfecit. Et *Iulianum* patrelem suum, Galli fratrem, caesarem creatum misit in Gallias. Qui euerfas oppressasque ab hoste Gallias strenuissime in integrum restituit. Et his elatus successibus, fastigium usurpauit augusti, et mox Italiam Illiricumque peruadens, *Constantium* Parthiis praeliis occupatum, regni parte priuauit. *Constantius* dum ad ciuile bellum contra *Iulianum*, dimissa expeditione Parthorum, reuertitur, in opido *Ciliciae Mopsocrenes* diem defunctus est. Ita ille, qui discussa pace et unitate fidei catholicae, christianos aduersus christianos armauerat, solum tempus uitae suae bellis ciuilibus, per propinquos et confanguineos suos excitatis, expendit.

Iulius papa.

Anno CCCXLII. *Iulius* papa Romanus rexit ecclesiam. Hic constituit, ut nullus clericus causam quamlibet in publico ageret, nisi tantum in ecclesia.

Anno CCCXLIII.

Anno CCCXLIV.

Maximinus episcopus Treuerorum.

Anno CCCXLV. *Maximinus*, Treuerorum episcopus clarus habetur. *Eusebius* presbyter, ab *Arrianis* in cubiculum trusus, moritur. *Dionysius*, Mediolanensis episcopus, exilio damnatur.

Dionysius Ep. Mediol.

Paulinus Ep. Constantinop.

Paulinus Ep. Treu.

Antonius monachus.

Paulinus Constantinopolitanus episcopus, ab *Arrianis* strangulatur, *Paulinus* Treuerorum episcopus, successor *Maximini*, a *Constantio* in exilium relegatur. *Antonius* monachus in eremo, anno aetatis suae centesimo primo defungitur. *Impietas Arriana*, *Constantii* fulta praesidio, exiliis, carceribus et uariis afflictionum modis, qui illis temporibus clarus fuit, deinde omnes non suae partis episcopos persecuta est.

Anno CCCXLVI.

Anno CCCXLVII.

Anno CCCXLVIII.

Anno CCCXLIX.

Anno CCCL.

Anno CCCLI.

Anno CCCLII.

Anno CCCLIII.

Liberius papa.

Anno CCCLIV. *Liberius* papa Romanus rexit ecclesiam. Hic ab *Arrianis* in exilium missus est et *Felix* diaconus

eius pro eo substitutus est, post mortem autem *Constantii* ad sedem suam regressus est.

Anno CCCLV.

Anno CCCLVI.

Anno CCCLVII.

Anno CCCLVIII.

Anno CCLIX. *Magnus Basilius* *Caesariensis* episcopus claruit.

Anno CCCLX. *Felix* papa Romanus rexit ecclesiam. Hic declarauit *Constantium* imperatorem esse haereticum, cum secundo baptizaretur ab *Eusebio* episcopo, et ideo ab eo capite truncatus est.

Felix papa.

Anno CCCLXI.

Anno CCCLXII. *Hilarius* *Pictauiensis* episcopus ab exilio reuocatur, porrecto *Constantio* libello, pro se apud *Constantinopolim*.

Hilarius ep. Pictauiensis.

Anno CCCLXIII.

Anno CCCLXIV. *Iulianus* imperator. *Iulianus* iam dudum caesar, postquam ut legitimum, solus obtinuit principatum, primo uelut arguens peperam gesta *Constantii*, episcopos iubet de exilio reuocari. Post uero aduersum christianos tota nocendi arte confurgit, et christianam religionem arte potius, quam potestate infectatus, ut negaretur fides Christi et idolorum cultus susciperetur, honoribus magnis prouocare, quam tormentis cogere studuit, et sic maiorem pene populi partem, quasi atrociter pulsasset, elisit, studia auctorum gentilium christianos

Iulianus imp.

Eadire prohibens, ludos literarum illis solis, qui Deos deasque uenerarentur, patere decernit: militiae cingulum non dari, nisi immolantibus iubet: procuracionem prouinciarum, iurisque dicendi christianis statuit non debere committi. Igitur posthaec ad bellum aduersum *Parthos* pergens, christianorum sanguinem diis suis uouit, palam persecuturus ecclesiam et christianos debellaturus, si uictoriam adeptus fuisset. Itaque postquam a *Cresiphonte* castra mouit, dolo cuiusdam transfugae in deserta perductus, cum ui sitis et ardore solis, insuper labore arenarum confectus periret exercitus, *Iulianus*, dum per deserta uagatur, ab obuiio quodam hostium equite conto ictus interi-

git, sicque misericors Deus per preces seruorum suorum christianorum, maximeque magni *Basilii*, impia consilia dissoluit.

Anno CCCLXV.

Anno CCCLXVI. *S. Nicolaus* migrat ad dominum. **IOVINIANVS* imperator. Hic *Iouinianus* cum in procinctu sub *Iuliano* imperatore esset; et post necem *Iuliani* exercitus Romanus grauius a barbaris urgeretur, in ipso

Iouinianus imperator.

Iouinianus alius, reclinat.

(L)

sum.

summo rerum discrimine imperator ab A et ordine peruersis. Ex quo facto tanta feditio, imo uero tanta bella exorta sunt, alterutrum defendentibus populis, ut orationum loca humano replerentur sanguine, clericorum causa usque ad tormenta duceretur, Maximiani praefecti, faeui hominis, factione. Sed DEVS affuit et in caput eorum, qui intenderant dolum aduersum uerum et bonum pastorem, poena conuersa est.

His temporibus, quadragesimo et sex- *Athanasius*,
to sacerdotii sui anno, *Athanasius* Alexandrinae ecclesiae episcopus, post multos agones multasque patientiae coronas, quieuit in pace sub *Valentiniano*.

Per idem tempus per *Aegyptum*, et per uastam eius *eremum* commanebant *Eremitae*, uiri sancti, signa et prodigia apostolica simplicitate uitae et cordis sinceritate facientes, *Macarius* de superiori eremo, aliusque *Macarius* de interiori, *Isidorus* in Scithia, *Pambos* discipulus Antonii, *Helias* et *Paulus* in Neapoli, aliusque *Paulus* in focus, aliique multi patres, quos beatus Hieronymus in lib. de uita patrum commemorat. In Cappadocia quoque *Basilus*, apud Nazianzum opidum episcopus, claruerunt.

Anno CCCLXIX. GRATIANVS, *Valentiniani* filius, imperator creatus est. *Gratianus*
Eodem anno apud *Atrebatas* uera *lana*, de nubibus pluuiae mista, defluxit.

Anno CCCLXX. His temporibus *Seditio* Con-
apud *Mediolanum*, defuncto *Auxentio* *stantinopolitana*.
* haereticorum episcopo, utriusque *Arianorum*.
partis populi, catholicorum scilicet et *Arrianorum* diuersis studiis ferebantur, et periculosa feditio urbi prope maturum parabat exitium; cum pars utraque, cum diuersum uellet, nequaquam quod proposuerat, obtineret; *Ambrosius* tunc consularis eiusdem prouinciae fasces gerebat. Is cum perniciem ciuitati uideret impendere, pro loco atque officio suo confestim ecclesiam, *Sopita ab*
Ambrosio.
federationem populi mitigaturus, ingreditur. Cumque inibi multa secundum leges et publicam disciplinam pro quiete et tranquillitate perorasset, pugnantis inter se et dissidentis populi subito clamor et uox una confurgit, *Ambrosium* qui idem episcopus postulantes baptizari. Hunc *scopus* *pro-*
clamat.
protinus clamant, erat enim catechumenus, et sibi episcopum dari: nec aliter unum populum fore, atque unam fidem, nisi *Ambrosius* sibi daretur sacerdos. Obluctante illo et plurimum resistente, ad imperatorem *Valentinianum* relatum populi desiderium, omni maturitate iubetur impleri. Moxque DEI gratiam consecutus, et initiatus sacris mysteriis sacerdos effectus, quique (cum pro fide catholica librum *GRATIANO* imperatori postea porrexisset, ac ueneratione, qua debuerat, susce-

Valentinianus Anno CCCLXVII. VALENTINIANVS imperator. Hic *Valentinianus* cum christianis integra fide tribunus scutariorum esset sub *Iuliano* imperatore, iussus ab eo aut immolare diis, aut militia excedere, discessit: sed mox qui militiam pro *Christo* reliquerat, accepit imperium, apud *Niceam* consensu militum. Hic postea fratrem suum *Valentem* participem regni fecit: et sibi quidem occiduas partes delegit: illi autem orientales reliquit. Sed *Valens* fauendo haereticis, abiit in uiam patrum suorum, et ab *Eudoxio* *Arriano* episcopo rebaptizatus et persuasus, in faeuissimam haeresin declinauit, conatusque est catholicos persequi: sed fratris sui *Valentiniani* imperatoris auctoritate, eo adhuc uiuente, prohibitus est.

Damasus Anno CCCLXVIII. *Damasus* papa clarus habetur. Hic constituit, credo in unum Deum ad missam cantari, ex decreto sanctae uniuersalis synodi, a centum quinquaginta episcopis, *Constantinopoli* celebratae, sub eo et *Gratiano* imperatore: et in fine cuiusque psalmi *Gloria patri* cantari primus inuenit et constituit. Hunc *Damasum* quidam *Vrsini* turbas. *Vrsinus*, Romanae ecclesiae diaconus, sibi praelatum non ferens, in tantum furoris erupit, ut persuaso quodam satis imperito et agresti episcopo, collecta turbulentorum et feditioforum manu, *Sicini*, aliis. in basilica, quae * *S. Sicinini* appellatur, episcopum se fieri extorqueret, legibus

Italia Arriana
nam haeresin
repudiat.

susceptus esset, uniuersa statim Italia, sub eodem Gratiano ad fidem rectam repedauit, cum usque ad id tempus Italia perfidiae Arrianae morbo langueret. Hic et beatum *Augustinum*, postea episcopum, baptizauit.

Athanasici
regis Gothorum
tyrannis.

Eo etiam tempore *Athanasicus*, rex Gothorum, multos christianos in gente sua crudelissime persecutus, ad coronam martyrii sublimauit.

Anno CCCLXXI.

Anno CCCLXXII.

Anno CCCLXXIII.

Anno CCCLXXIV.

Anno CCCLXXV.

Anno CCCLXXVI.

Valentinianus
mors.

Anno CCCLXXVII. VALENTINIANVS imperator, cum ad bellum Sarmaticum de Galliae partibus uenisset Illyricum, subita effusione sanguinis, quod graeci ἀπόπληξι uocant, suffocatus, uix dum coepto bello diem obiit.

Gratianus
imperator.

Gratianus, filius eius, occidentis imperium pro eo tenuit, *Valente* patris eiusdem Gratiani in orientis partibus constituto. *Gratianus* Valentinianum fratrem suum, paruulum admodum, socium creauit imperii.

Valens impe-
rator.

Anno CCCLXXVIII. *Hilarius* Pictauiensis episcopus moritur. VALENS imperator. Valens post mortem *Valentiniani* fratris sui imperatoris, et obitum *Athanasii* episcopi, episcopos egit in exilium, et presbyteros, et diaconos, et monachos usque ad tormenta deduxit et ignibus tradidit, multaue nefanda et crudelia in ecclesiam DEIE molitus est; decem annis in imperio cum fratre primo, et post cum fratris filiis quatuordecim pariter exactis. Hic etiam effrenata libertatis audacia legem dedit, ut monachi, hoc est christiani, qui dimissa secularium rerum multimoda actione ad unum opus fidei se redigunt, ad militiam cogentur. Tunc per uastas Aegypti solitudines tribuni et milites missi, qui sanctos DEI inde abstraherent inuitos.

Hunni.

Multa agmina sanctorum ibi occiderunt. Tunc etiam primum *Hunorum* gens diu inaccessis montibus seclusa, repentina rabie percita exarsit in *Gothos*, eosque de sedibus suis antiquis expulit. Gothi fugientes per omnem

Gothi.

Thraciam se infuderunt, armisque urbes et agros in orientis regno uastare feraliter coeperunt, et transito Danubio a Valente sine foederis pactione sunt recepti. Postea uero contra eum in arma surgentes uere lacrimabile bellum in Thracia cum Valente conferuerunt, et uictus est exercitus *Valentis*. Ipse imperator sagitta fauciat, et in fugam uersus, cum in cuiusdam uillulae casam deportatus lateret, ab insequenti-

Valens crema-
us.

Abus hostibus deprehensus, subito igne supposito concrematus est ab eis: iusto DEI iudicio ab illis ille crematus, quos ipse perfidiae succenderat igni. Ante siquidem Gothis petentibus, ut eis episcopos mitteret, a quibus fidei rudimenta susciperent, adhuc cum eo pacem habentes, ipse Valens ad eos doctores *Arriani* dogmatis misit, sicque uniuersa illa gens Arriana effecta est.

Anno CCCLXXXIX

Anno CCCLXXX.

Anno CCCLXXXI.

Anno CCCLXXXII. Magnus pater noster *Basilius* Capadocensis episcopus ad coelestia migravit. *S. Martinus* * Turonorum episcopus fulget, et Hieronymus presbyter insignis habetur.

GRATIANVS imperator. Hic post necem patris sui *Valentis*, cum fratre suo *Valentiniano*, admodum paruulo, orientis quoque suscepit imperium. Is pietate et religione omnes pene, qui ante eum fuerant, principes superabat, usu armorum strenuus, uelox corpore et ingenio bonus. Hic cum afflictum et pene collapsum reipublicae statum

duideret, legit *Theodosium* Hispanum uirum, et apud Sirmium eum purpura induit, orientisque et Thraciae simul praefecit imperio: et sibi ac fratri suo occiduas partes reseruauit. Tunc *Theodosius Alanos* et *Hunos Gothosque* incunctanter aggressus, magnis et multis praeliis eos uicit, et cum *Athanasico* rege Gothorum foedus percussit; qui et continuo apud Constantinopolim obiit, et uniuersae Gothorum gentes se Theodolio dediderunt.

Anno CCCLXXXIII.

Anno CCCLXXXIV. *Secunda* sancta synodus habita est in urbe regia Constantinopoli, sub *Damaso* papa et *Gratia-*

tano imperatore, a centum L. patribus contra *Eudoxium* et *Macedonium* Constantinopolitanum episcopum, qui negabat Spiritum sanctum DEVM esse. Sed eadem synodus *consubstantialem* patri et filio spiritum sanctum demonstrauit, dans symboli formam, quam tota graecorum et latinorum confessio in ecclesiis praedicat, et tres canones, id est regulas ibi statuerunt.

Anno CCCLXXXV.

Anno CCCLXXXVI. *Siricius* papa Romanam rexit ecclesiam.

Anno CCCLXXXVII. Interea cum *Theodosius* in oriente *Arcadium* filium suum consortem fecisset imperii, *Maximus*, uir strenuus et probus, in Britannia inuitus ab exercitu imperator creatus, in Gallias transiuit, ubi *Gratianum* augustum dolis circumuentum occidit, et hoc magis suorum proditione, quam ui hostium factum est: fratrem-

(L) 2

que

S. Martinus
Ep. Turonens.
* Turonum
forte reponendum.
Hieronymus
presbyter.
Gratianus im-
perator,
laudatur.

Fundit Hunos
Gothos et Alanos.

Synodus Con-
stantinopoli-
tana.
Macedonius
haereticus.

Siricius papa

Maximus
imperator.

que eius *Valentinianum* augustum Italia expulit: qui in orientem ad Theodosium fugiens, benigne ab eo susceptus est.

Theodosius imperator.

Anno CCCLXXXVIII. THEODOSIUS imperator. Hic Theodosius iustus necessariisque causis ad bellum civile permotus, posuit in DEO spem suam, seseque aduersus *Maximum* tyrannum proripuit. Itaque indicto bello Theodosius, nemine sentiente, sola fide maior Maximo; nam longe minor erat in uniuersa belli comparatione, vacuas transiit *Alpes*, atque in *Aquileiam* improuisus adueniens, ubi tunc *Maximus* quasi iam uictor confederat. Nam *Andragatius* comes eius summam belli administrabat. Illuc itaque adueniens Theodosius, hostem illum magnum *Maximum* sine dolo clausit, cepit, occidit. *Andragatius* comes *Maximi* fugiens in undis suffocatus est. *Valentinianus* recepta Italia potitus imperio est occiso et *Victore* filio *Maximi*. Cum autem tranquille uiueret *Valentinianus* apud *Viennam*, dolo *Arbogastis* comitis sui, ut fertur, strangulatus perit. *Arbogastes* statim *Eugenium* tyrannum imperatorem creauit, cum quo contra Theodosium imperatorem ad bellum procedit, *habentes validas et bene instructas acies; sed, DEO adiuuante, mirabiliter Theodosius superauit. *Eugenius* captus et interfectus est; *Arbogastes* sua se manu interfecit.

* *Arbogastes* scilicet et *Eugenius* tyrannus.

Ioannes Crisostomus.

Anno CCCLXXXIX.
Anno CCCXC.
Anno CCCXCI. *Ioannes* eremita clauit. Hic Theodosio uictoriam de hostibus praedixit; cum contra *Eugenium* et *Arbogasten* patrem eius ad bellum ueniret.

Anastasius papa.

Anno CCCXCII.
Anno CCCXCIII. *Anastasius* papa Romanam rexit ecclesiam. Hic inueniens haereticos in urbe Romana, damnauit eos et constitutum fecit, ut nullus transfarinus in clericatum susciperetur, nisi quinque episcoporum designaret *chirographum.

* propter *Marnichacos*, ut inquit *Anastasius Bibliot.*

Innocentius papa.
Pelagius et Caelestus haeretic.

Anno CCCXCIV.
Anno CCCXCV.
Anno CCCXCVI.
Anno CCCXCVII.
Anno CCCXCVIII. *Innocentius* papa Romanam rexit ecclesiam. Hic pacis osculum ante communionem dari decreuit. Hic etiam constitutum fecit de ecclesia: et *Pelagium* atque *Caelestum* haereticos damnauit et constituit, ut qui natus fuisset de christiana, per baptismum regeneraretur, quod *Pelagius* damnauit.

Theodosius dit.

Theodosius imperator, composita tranquillataque republica, apud *Mediolanum* obiit, relinquens in imperio ori-

entali *Arcadium* filium suum. *Honorium* quoque filium suum, pari dignitate praeditum, ad occidentis destinauit etiam imperium.

Anno CCXCIX. ARCADIVS cum *Honorio* fratre suo imperator. Sub hoc *Arcadio Gildo* comes, qui Africae praerat, ubi defunctum Theodosium comperit, nouis rebus inhians, scilicet fratrem suum *Mascezelem* timens, duos filios eius adolecentes occidit. Aduersus hunc, ut in hostem *Mascezel*, frater eius missus est: qui *Caprariam* insulam adiit et seruos DEI aliquando assumens, secum cum parua manu, hoc est, cum quinque millibus, contra LXX. millia hostium, spem suam in DEO ponens, pugnauit et uicit. *Gildo* frater eius fugiens strangulatus perit. Postea *Mascezel*, elatus insolentia rerum secundarum, posthabito sanctorum confortio, ecclesias DEI ausus est temerare; sed non impune, nam statim occiditur.

Arcadius et Honorius imperator.
Gildonis tyrannis in fratris filios.

Tunc et *Radagasus*, omnium antiquorum praesentiumque hostium immanissimus, repente totam inundauit Italiam. In populo eius plus quam ducenta millia Gothorum fuisse feruntur. Quem continuo duces Gothorum quidam, qui praesidium ferebant Romanis, nutu DEI contritum, in *Fesulanos* montes coegerunt; eiusque ducenta hominum millia, inopes consilio, cibo arido et aspero montis iugo, urgente undique timore, concluserunt. Edentibus bibentibusque Romanis, illi immanes hostes esurientes, sitientes, languentesque confecti sunt. Tam magna multitudo captiuorum Gothorum fuisse fertur, ut uilissimorum pecudum modo singulis aureis passim greges hominum uenderentur. *Radagasus* solus spem fugae fumens, clam suos deseruit, atque Romanos incidit, a quibus retentus et interfectus est.

Radagasus.
da'etia.

Anno CCCC. *S. Martinus* Turonum *S. Martinus* episcopus migravit a seculo ad dominum.
Anno CCCC I. *S. Seuerinus* episcopus Coloniae Agrippinae claret. *S. Seuerinus episcopus Coloniae.*
Anno CCCC II. *S. pater noster Augustinus* eximius doctor fulget. *S. Augustinus.*
Anno CCCC III.
Anno CCCC IV.
Anno CCCC V.
Anno CCCC VI.
Anno CCCC VII.
Anno CCCC VIII.
Anno CCCC IX.
Anno CCCC X.

Anno CCCC XI. *Zozimus* papa Romanam regit ecclesiam. *Zosimus papa.*
Hic *Zozimus* Papa constituit, ut diaconi in ministerio altaris laeuam semper tergerent pallis, id est sanonibus.

buius constitutio.

HONORIVS cum THEODOSIO filio fratris sui Arcadii imperator.

Anno ccccxi. ab incarnatione domini, ab urbe autem condita anno millesimo, centesimo, sexagesimo quarto, imperantibus Honorio et Theodosio, 1x. Cal. Septembris, *Alaricus* rex Gothorum, urbem illam antiquam et famosam Romam obsedit; licet esset christianus, perturbatamque irrupit tandem, et partem eius incendio concremavit, dato prius suis praecepto, ut praedae inhiantes, quantum possent, a sanguine temperarent, et ut in locis sanctis, praecipue autem in basilica SS. apostolorum Petri et Pauli neminem fugentium nocerent, nec spoliarent, quod et factum est.

Anno ccccxi.

Anno ccccxi.

Bonifacius
papa.
Corpora san-
ctorum inuen-
ta.

Anno ccccxv. *Bonifacius* papa Romanam rexit ecclesiam.

Anno ccccxvi. Corpora sanctorum *Stephani* protomartyris, *Nicodemi*, *Gamalielis* atque *Abibae*, Luciano presbytero apud Hierosolimam reuelata sunt et inuenta mirabiliter, septimo anno Honorii imperatoris.

Anno ccccxvii.

Anno ccccxviii.

Anno ccccxix.

Anno ccccxx.

S. Hieronymus
presbyter.

Anno ccccxxi. *S. Hieronymus* presbyter apud Bethlehem requieuit, anno aetatis suae xcvi. libros suos omnes per quinquaginta sex annos confecit.

Anno ccccxxii.

Synodus Carthaginis.

Anno ccccxxiii. *Septima* annotatio *Carthaginensis synodi*, habita est sub Honorio Augusto, in qua patres *ducenti octodecim* statuerunt canones xxiii. quorum auctor maxime extitit *Aurelius*, Carthaginensis episcopus. In eadem synodo *Augustinus* Hipponensis episcopus fuisse legitur.

Aurelius epi-
scopus Car-
thag.

Caelestinus
papa.
eius consuetu-
do.

Anno ccccxxiv. *Caelestinus* papa Romanam rexit ecclesiam. Hic constituit ut psalmi Davidis cl. ante sacrificium antiphonatim canerentur, quod ante non fiebat, sed tantum epistola et euangelium recitabatur. Ex hoc instituto excerpta de psalmis a beato Gregorio papa primo introitus gradualia, offertoria, communionem cum modulatione ad missam in ecclesia Romana cantari coeperunt.

Stilico tyran-
nus.

Anno ccccxxv. Sub Honorio Augusto fuerunt hi tyranni. *Stilico* comes, qui ante irruptionem urbis Eucherium filium suum imperatorem facere conatus, cum ipso filio, iussu Honorii, occisus est cum aliquibus fautoribus suis.

Gratianus

Post hunc *Gratianus* in Britannia mu-

Aniceps eiusdem insulae imperator constituitur et occiditur. Cuius loco *Constantinus* surrexit, et cum *Constante* filio suo, quem ex monacho caesarem fecerat a *Constantio* comite, Honorii, cui tunc summa belli commissa erat, occisus est.

Constans tamen a *Gerontio* comite suo interfectus est, apud Viennam, et in locum eius *Maximus* quidam substitutus.

Ipse vero *Gerontius* a suis militibus occisus est: *Maximus*, purpura exutus in exilium ab Honorio missus est.

Postea *Iouinus*, uir Galliarum nobilissimus, in tyrannidem mox ut surrexit, cecidit. *Sebastianus*, frater eiusdem, continuo ut imperator creatus et occisus est. *Artalus* quoque quidam, etiam nouis rebus inhians, captus et ad Con-

stantinum comitem deductus est: a quo Honorio praesentatus, manu truncatus est. *Heracianus* comes Africae confulatum adeptus, imperium etiam assequens, cum *Sabino* genero suo Romam uastaturus, ab Africa uenit. Habuisse tunc tria milia et septingentas naues dicitur: quem numerum nec apud *Xerxen*, praeclarum illum Persarum regem,

nec apud *Alexandrum* magnum, fuisse historiae ferunt: sed occursum comitis *Honorii*, nomine *Marini*, fugatus Carthagine interfectus est. *Sabinus* captus in exilium missus est. His tantis incommodis, DEO fauente, sopitis et magna industria *Constantii* comitis superatis, Honorius imperator *Gallam Placidiam*, Augustam, germanam suam, *Constantiam* *Constantio* comiti suo, fide integerrimo et ingenti uiro, magno cunctorum gaudio sociauit, et eum apud *Rauennam* in consortium regni asciuit: ex qua *Valentinianum* *Constantius* genuit, qui postea reipublicae imperium gessit sub Theodosio.

Anno ccccxxvi. THEODOSIVS minor filius Arcadii imperatoris. Sub isto Theodosio minore fuit octaua annotatio *Africanae synodi*, in qua patres *ccxxix*. recitauerunt et firmauerunt canones cv. qui per diuersa concilia *Africanae* prouinciae, temporibus *Aurelii* Carthag. nensis episcopi, leguntur esse conscripti.

Anno ccccxxvii.

Anno ccccxxviii.

Anno ccccxxix.

Anno ccccxxx.

Anno ccccxxxi.

Anno ccccxxxii.

Anno ccccxxxiii.

Anno ccccxxxiv.

Anno ccccxxxv. VALENTINIANVS *Valentinianus* *iunior*, filius *Constantii*, comitis, postea imperatoris, *Rauennae* imperator ordinatur, a Theodosio iuniore imperatore, et orientali praeficitur regno. Tum

(L) 3

Bo-

Vandoli et
Alani deu-
erant Africam.

Bonifacius, qui tyrannidem arripuerat, in perniciem totius reipub. efferuefcens, *Wandalorum Alanorumque* gentem cum *Geiserico* eorum rege ab Hispaniis euocatus, *Africae* sponte immisit: qui cunctam pene Africam ferro, flamma, rapinis, crudelissime deuastantes, catholicam fidem insuper *Arriana* impietate subuertere quaerebant.

Augustinus
obit.

Anno ccccxxxvi. *Wandalis* Hipponem regium obsidentibus, *S. Augustinus* pater noster, ne ciuitatis suae ruinam cerneret, tertio obsidionis eius mense lxxxvii. uitae annis expletis, ex quibus xl. in clericatu seu in episcopatu transegerat, migravit ad dominum. Usque ad illud tempus cccxxii. confecerat libros, exceptis innumerabilibus epistolis, et homeliis et aliis tractatibus popularibus.

Aetius.

Eodem tempore *Aetius*, qui superatus in bello a *Bonifacio* magistro militum fuerat, cum, deposita dignitate, quam Romae habuerat, in agro suo degeret, ibique quidam eius aemulus repentino incursu opprimere tentasset, profugus ad urbem, atque ilinc ad *Dalmatiam*, deinde *Pannonias* ad Hunos peruenit. Quorum amicitia auxilioque usus, pacem principum et ius interpolatae potestatis obtinuit. Nec multo post *patriatus* etiam dignitatem adeptus est.

Synodus E-
phesina.

Anno ccccxxxvii. congregata est tertia *synodus*, quae dicitur prima *Ephesina*, in *Epheso* metropoli, iubentibus imperatoribus, *THEODOSIO* iuniore et *VALENTINIANO*, filio *Constantii*, primum comitis, postea imperatoris, sub *Caelestino* papa, locum eiusdem papae obtinente *Cirillo* *Alexandrinae* ecclesiae episcopo, in eadem synodo, quae habitata est a cxcvi. episcopis Catholicis; in qua damnatus est *Nestorius* *Constantinopolitanus* episcopus, cum suis fautoribus, qui *Nestorius* dicebat beatam uirginem non *DEI*, sed hominis tantummodo genitricem. et duas personas in *Christo* assererat, unam carnis, et aliam deitatis, quae eadem synodus damnauit, ostendens manere in duabus naturis unam personam domini nostri *IESU* *Christi*: et quindecim capitula contra eiusdem *Nestorii* blasphemias, et totidem canones conscripserunt anathematizando.

Geisericus R.
Vandalor. in-
uadit Cartha-
ginem.

Interea *Aetio* patricio his rebus, quae in Gallis componebantur, intento, *Geisericus*, rex *Wandalorum*, de cuius amicitia nihil metuebatur, *Carthaginem* dolo pacis inuadit, omnesque opes eius, excruciatu diuerso tormentorum genere ciuibus, in ius suum uertit, nec ab ecclesiarum despoliatione abstinens, quas sacris uasis exinanitas et sacerdotum ministracione priuatas, non iam

diuini cultus loca, sed fuorum iussit esse habitacula seruorum. Inde in uniuersi populi captiui ordinem saeuit, sed praecipue nobilibus quibusque et christianae religioni deditis infestus, ut discerni non potuerit, hominibus magis, an *DEO* bellum intulerit. Igitur illa nobilis et antiqua urbs *Carthago* a *Wandalis* hoc modo capta est, euolutis

et saeuit in
christianos.

Carthago
capta.

Ab eo tempore, quo Romanorum coeperat iuri parere, annis cccclxxxvii. quando eam *Scipio* iunior, *Scipionis* *Africani* nepos, cepit et spolia ibi multa inuenit, quae uariarum ciuitatum excidiis *Carthago* collegerat, a conditione autem eius expletis annis mille cclxxx. et ix. *Geisericus* uero postquam illam ingenuam atque nobilem libertatem in seruitutem redegit, cupiens quoque intra habitationis suae limites catholicam fidem *Arriana* impietate subuertere, nequaquam cunctatus est *Wandalis* praecipere, ut episcopos atque laicos nobiles de suis sedibus uel ecclesiis nudos penitus fugarent, qui si optione proposita exire tardarent, serui perpetui remanerent, quod et in plurimis episcopis et laicis claris atque honoratis uiris factum est. Multi quoque praeclari pontifices et nobiles sacerdotes diuersis poenarum generibus ab eis extincti sunt et in exilium alii missi, sicut memoratae urbis iam *Carthaginis* episcopus nomine, quod uult *DEVS*, et maxima turba clericorum, qui nauibus fractis impositi nudi et exspoliati expulsi sunt. Alios quoque episcopos, sicut *Urbanum* *Girbentem*, *Crescentem* metropolitanum *Aquitanae* ciuitatis, qui xx. praerat episcopis, *Habet-Deum* *Teudalensem*, *Eustatium* *Sufferanum*, et *Tribolitanos* duos, et *Cresconium* *Eensem*, et *Adrumetinae* ciuitatis episcopum *Felicem*, in exilium egerunt, multa quoque alia crudelia et inaudita in seruos *DEI* operati sunt, ut plenius legitur in historia, quae de passionibus sanctorum, qui tunc per totam *Africam* passi sunt, conscripta est.

Anno ccccxxxviii.

Anno ccccxxxix. *Caeliocistus*, qui *Caeliocistus* et *Sixtus*, papa Romanam rexit ecclesiam. Hic criminatorem suum, *Basium* nomine, nutu diuino mortuum, manibus suis cum linteaminibus et aromatibus humane tractans, sepeliuit apud beatum *Petrum*.

Anno ccccxl.

Anno ccccxli.

Anno ccccxlii.

Anno ccccxliii.

Anno ccccxliv.

Anno ccccxlvi. *Leo primus* magnus *Leo M. PP.* papa Romanam rexit ecclesiam. Hic in homiliis et declamationibus multum ual-

Eutyebiana
haeresis, da-
mnata.

Synodus Chal-
cedonan.

Flavianus ep.
Constantinop.

Marcianus

et

Valentinianus
impp.

Attila R. Hu-
nor.

ualuit: et addidit in canone, *sanctum sa-
crificium immaculatam hostiam*. Hic et
multa super *Eutychetis* errore scripsit ad
Palcheriam augustam, et *Eutyebianam*
et Nestorianam haeresin damnauit eius-
que industria habita est quarta synodus
in Chalcedone, a sexcentis xxx. patribus,
sub *Martiano* imperatore, contra Euty-
chen Manichaeorum praesulem. Qui
Eutyches assererat, Christum post huma-
nam assumptionem non ex duabus natu-
ruris existere, sed solam in eo diuinam
naturam permanere, quod eadem S.
synodus damnauit, praedicans Chri-
stum Deum sic de uirgine natum, ut in
eo substantiam et diuinam et humanae
naturae confiteamur. Et xxviii. ca-
nones statuerunt. Et *Dioscorum*, Ale-
xandrinum episcopum, quondam de-
fensorem Eutychetis, et rursus *Nesto-
riam* cum omnibus reliquis haereticis
eadem synodus damnauit. *Flavianus*
quoque Constantinopolitanus episco-
pus eundem Eutychen damnauit.

Anno ccccxlvi.

Anno ccccxlvi.

Anno cccclxviii.

Anno ccccclix.

Anno ccccl. Dum absque sedecim
superioribus annis, quos cum Honorio
patruo regnauerat, xxvi. annis imper-
ium gessisset, apud Constantinopolim
morbo consumptus obiit, et *Marcianus*
orientali aulae praeficitur. Huic im-
peratori Marciano *Leo* papa multa fidei
dogmata scripsit.

Anno cccclii. MARCIANVS ET VA-
LENTINIANVS imperatores.

Valentinianus occidui rector imperii,
foedera pacis ea tempestate cum *Geise-
rico* Wandalorum rege firmavit, cer-
tisque spaciis Africa inter utrosque
diuisa est.

Circa haec tempora rex Hunorum
Attila, dum cum fratre *Bledla* regnum
inter *Pannoniam* *Daciam*que gereret, *F*
Macedoniam, *Myriam*que et *Achaiam*,
utrasque etiam *Thracias* immanissima
rabie deuastaret, *Bledlam* germanum
suum regniue consortem peremit,
eiusque sibi parere populos compulit.
Fultus itaque fortissimarum gentium,
quas sibi subiugauerat, praesidio, ad oc-
cidentale demoliendum animum inten-
dit imperium. Altius uero patricius
Romanorum non minori acumine sibi
prouidens, peene omnes totius occi-
dentis populos, ne impar *Atillae* oc-
curreret, ad belli ascuerat societatem.
Conuenitur itaque ex utraque parte in
campos *Catalaunicos*, qui centum in
longitudine leucas et septuaginta in la-
titudine, ut Gallis mos est, metiri fe-
runtur. Committunt ergo pugnam for-
tissimae nationes: fit bellum acre ni-

amis et pertinax, quale uix ulla narra-
tur historia, nec ante praeliandi ardo-
re quieuerit, quam cum eis nox super-
ueniens pugnandi facultatem adimeret.
Eo siquidem praelio tot millia hominu
caesa referuntur, tantumque sanguinis
effusum, ut paruulus, qui ibidem labe-
batur riuulus, immodicus torrens effe-
ctus, cadauera secum traheret perem-
ptorum. In quo praelio quamuis neu-

ter cessisset exercitus, constat tamen
Attilam fuisse superatum. Qui et mox
Pannonias remeans, erectis rursus ani-
mis, potiozem, quam prius, exercitum
coaceruans, Italiam furibundus intro-
iit. Ac primum *Aquileiam* ciuitatem, *intra Italia*
in ipso Italiae sitam principio, continuo
triennio obsidens, tandem cepit et di-
ruit. In ea ciuitate fuit quaedam uirgo, *uirgo casta*,
feminarum nobilissima et forma exi-
mia, nomine *Digna*. Haec dum habita-
culum super ipsa urbis moenia haberet,
turremque excelsam suae domui immi-
nentem, subter quam *Narissa* fluius la-
bebatur, ne fordidissimis hostibus ludi-
brium fieret, animaeque pulchritudi-
nem, ui illata, libidine uitaret, mox ut

ingressum hostium captamque urbem
praesensit, e summa se eadem turre ob-
uoluto capite in gurgitem praecipitem
dedit. Plura praeterea eiusdem regio-
nis castella immanis hostis, extinctis et
captiuatis ciuibus, succendit ac diruit.
Concordiam, *Alinum* siue, *Patauium*, iui-
cinas *Aquileiae* ciuitates, illius instar de-
moliens, solo coaequauit; Exinde per

uniuersas Venetiarum urbes, hoc est,
Vicetiam, *Veronam*, *Brixiam*, *Perga-
mum* seu reliquas, nullo resistente, *Huni*
bachantur. *Mediolanum*, *Ticinum*que
pari sorte diripiunt.

Tunc etiam sacratu ille chorus, id est *undecim milia*
undecim millium uirginum numerus,
martyrio coronatus esse creditur, eis-

dem Hunis *Coloniam* Metropolin obsi-
dentibus, ut legitur in passione earun-
dem sanctarum uirginum. Deinde
Amiliae ciuitatibus similiter exspoliatis,
nouissime eo loco, quo *Mincius* fluius
in *Padum* influit, *Huni* castrametati
sunt. Vbi *Attila* consistens, utrum adiret
Romam an desisteret, animo fluctuaret,
sanctissimus uir *Leo* papa per se ad eum
accessit. Qui cum ad regem barbarum

introgressus esset, cuncta, ut optauerat,
obtinens, non solum Romae, sed totius
Italiae salutem reportauit. Fertur ita-
que post discessum pontificis interro-
gatum esse Attilam a suis, cur ultra fo-
litum morem tantam reuerentiam Ro-
mano papae exhibuerit, regemque re-
spondisse; non se eius, qui aduenerat,
personam reueritum esse, sed alium se ui-
rum, iuxta eum, in habitu sacerdotali
astantem uidisse, forma augustiore, cani-

cie uenerabilem, ipsumque euaginato gladio sibi terribiliter mortem minitantem, nisi cuncta, quae ille petebat, expleffer.

Attila misere obit.

Marciani imperatoris uisio.

Pelagiana haeresis occupat Britanniam.

quam Germanus episcopus Antistiodorensis breui suppressit.

* MS. acuia

* Idem ibid.

Aëtius interuenitur.

Valentinianus et Maximus imp. moritur.

Igitur Attila tali modo a sua saeuitia repressus, relicta Italia Pannonias repeditauit. Reuersusque ad proprias sedes, dum propter cuiusdam ualde decorae puellae nuptias profusa conuiuia exerceret, tantumque uini, quantum nunquam ante infimul bibisset, cum supinus quiesceret, eruptione sanguinis, qui ei de naribus solitus erat effluere, suffocatus extinctus est. Eadem nocte apud Constantinopolim MARCIANO imperatori dominus in somnis apprens, arcum Attilae fractum ostendit, quo genere armorum gens illa fidere in bello maxime solet.

Dum haec geruntur apud Britanniam, Pelagianae haereseos assertores Britannorum tentabant subuertere fidem. Qui a Gallorum episcopis auxilium petentes, ad rectae fidei defensionem sanctissimam uirum Germanum, multisque uirtutibus clarum Antistiodorensis episcopum, et Lupum Trecassinum episcopum accipiunt, qui non minus signorum miraculis, quam doctrinae uerbis, domnes ad sanae fidei confessionem reduxerunt: eos etiam ab irruptione subita Saxonum Pictorumque, qui eis maxime infesti erant, tunc liberauerunt. Cum enim subito hostes conglobati propius aduentarent, Britonesque arma corripientes, obuam perrexissent, S. Germanus, eleuata magna uoce, * alleluia sonuit. Cumque omnis exercitus sublato ad sidera clamore * alleluia respondisset, cunctaque per circuitum loca resulkassent, continuo tantus pavor hostes inuasit, ut dissoluta acie fugam arriperent, ac si singulorum ceruicibus gladius immineret, tremebundique ad propria refugiunt.

VALENTINIANVS quoque imperator, quantum res edocuit, prosperos Aëtii patricii successus pertimescens, eum, simulque Boetium, senatorem nobilissimum, gladio peremit. Ita uir bellicosissimus Aëtius, et quondam Attilae regis potentissimi terror, occubuit; cum quo pariter et occidentis imperium, falsusque reipublicae corrui, nec ultra ualuit releuari. Non impune tamen Valentiniano mors Aëtii cessit.

- Anno CCCCLII.
- Anno CCCCLIII.
- Anno CCCCLIV.
- Anno CCCCLV.

Anno CCCCVI. VALENTINIANVS imperator a Thrasila milite Aëtii patricii, quem ipse inuidia ductus iusserat occidi, confossus est. Mortuo itaque Valentiniano regni iura MAXIMVS apud urbem inuadens, necdum duobus

expletis mensibus, a Romanis peremptus est.

Continuo aduectus ex Africa nauibus adest Geisericus, cum ualidissimo suae gentis exercitu, fultus insuper praesidio Maurorum. Perculsis itaque Romanis tam terribili nuncio, nobilibusque simul et popularibus ex urbe fugientibus, urbem omni praesidio uacuum Geisericus obtinuit, occurrente sibi extra portam sancto Leone papa, cuius supplicatio eum ita, DEO adiuuante, liniuit, ut cum omnia potestati eius essent tradita, ab igne tamen et caede atque suppliciis abstineret. Quatuordecim interim diebus habita securascrutatione, omnibus opibus suis Roma euacuata est, multaue millia captiuorum simul cum diuitiis regum multorum, cum regina Eudoxia, quae Geisericum ad hoc facinus inuitauerat, duabusque eius filiabus, quae Carthaginem abducta est. Capta itaque a Geisericico Roma est, postquam eam primo Alaricus inuaserat secunda iam uice.

Geisericus, nouum terrorem incutit.

et Romam capta.

Inter has procellas uir piissimus Paulinus, Nolanae urbis episcopus, postquam quidquid habere poterat, in captiuorum redemptionem expendisset, nouissime se ipsum pro cuiusdam uiduae filio cuidam Wandalo in seruitium tradidit. Cuius sanctitas cum apud eandem barbaram gentem, DEI nutu, cognita fuisset, tunc cum omnibus suis ciuibus, permittentibus Wandalis, ob eius sanctitatem, ad urbem propriam remeauit, quam ipsi Wandali prius usque ad solum diruerant.

Paulini ep. Nolani sanctitas.

MARCIANVS quoque imperator, facta aduersus eum conspiratione, apud Constantinopolim peremptus est ab eis; et LEO filius eius pro eo, apud Constantinopolim, imperatoria potitus est dignitate.

Marciana imperator.

Anno CCCCLVII. Anno CCCCLVIII. Filius Martiani Leo imperator. Huic Leoni imperatori Leo papa multa scripsit. Hic et filium suum Leonem regni consortem fecit.

- Anno CCCCLIX.
- Anno CCCCLX.
- Anno CCCCLXI.
- Anno CCCCLXII.
- Anno CCCCLXIII.
- Anno CCCCLXIV.
- Anno CCCCLXV.

Anno CCCCLXVI. * Hilarius papa * Bar. et al. Romanam rexit ecclesiam.

Hilarius. Hilarius papa

- Anno CCCCLXVII.
- Anno CCCCLXVIII.
- Anno CCCCLXIX.
- Anno CCCCLXX.
- Anno CCCCLXXI.

Anno CCCCLXXII. Simplicius papa Ro-

Simplicius papa

Romanam rexit ecclesiam. Hic da-
mnauit *Acatium* Constantinopolitanum
episcopum, et *Petrum* Alexandrinum
episcopum, Eutychianos.

Antemius
imp.

Ricimeres an-
ticaesar.

Epiphanius,
episcopus,
Ticinenfis.

* *Gilimer alius*

Glycerius
imperator.

Zeno. imp.

Augustulus.

Interea dum uaria successio impera-
torum in occidentali regno fieret, tan-
dem consensu totius militiae iura imperii
ANTEMIVS suscepit, moxque inter
ipsum et generum eius *Ricimerem* pa-
tricium, qui tunc Mediolani potitus **Li-**
guriae praeerat, magnus discordiarum
tomes exortus est. Quibus se uir san-
ctitate conspicuus *Epiphanius*, **Ticinen-**
fis episcopus, qui tunc clarus erat, inter-
ponens, eos primum ad concordiam re-
uocauit. Deinde barbarica perfidia foe-
dus irrumpens Ricimer, qui erat Gothus
profapia, cum manu mox ualida ad ur-
bem contendit, atque ad Anienis pon-
tem castra posuit. Diuisa itaque Roma
est: et quidam fauebant *Antemio* impe-
ratori: quidam uero Ricimetis perfidiam
sequebantur. * *Vilimer* Galliarum re-
ctor, cognita aduersum Antemium con-
spiratione Ricimeris, Antemio ferre
praesidium cupiens, Romam propera-
uit. Is cum Ricimere apud Adriani pon-
tem praelium committens, continuo ab
eo superatus & occisus est. Extincto
Vilimare mox uictor *Ricimer* urbem in-
uadens, quarto iam anno agentem iura
imperii *Anthemium* gladio trucidauit.
Sed non diu de perfidia sua laetatus est
Ricimer. Nam post mensem tertium ex-
cruciatus languoribus & ipse interiit.
Tunc *Olybrius*, quem imperator Leo
augustus uiuo adhuc Anthemio, ad ur-
bem miserat, ut regiam arriperet digni-
tatem, *Gundibarum* patricium, effecit.
Mortuo autem *Olybrio* post menses VII.
Glycerius a Gundibaro patricio totius
etiam uoluntate exercitus, apud Rauenas
imperator efficitur. Anno deinde
sequenti inopinata *Nepos* patricius cum
exercitu ueniens, *Glycerium* regia exiit
potestate, eumque apud Salonas Dalma-
tiarum urbem episcopum ordinauit.

Anno CCCCLXXIII.

Anno CCCCLXXIV. *Leo* augustus
postquam in oriente diem clausit ex-
tremum, **ZENO** continuo augustalem
dignitatem adeptus est. Leonem itaque,
de quo praemissum est, quem pater suus
Leo in regni asciauerat potestatem, ma-
ter sua, *Zenonis* impetum formidans,
occulte clericum fecit, exigenteque ue-
hementer *Zenone*, ut filium proderet,
pro eo alium forma similem obtulit. *Leo*
autem in clericatu ad *Iustiniani* usque
tempora uixit.

Anno CCCCLXXV. **ZENON** impera-
tor. Ipso anno **AVGVSTVLVS** apud Itali-
am, aduersus Nepotem patricium cum
exercitu ueniens, effugato eo, imperii
regimen inuasit. Deinceps post annum

cum *Geiseric*, rege Wandalorum, foe-
dus initum est ab Oreste patricio.

Dum haec apud Romanos geruntur, *Odoacer*,
Odoacer cum fortissima Herulorum
multitudine, frerus insuper *Turciim-*
gorum siue *Scirorum* auxiliis, ab extre-
mis partibus Pannoniae, Italiam con-
tendit. Qui dum adhuc per Norico-
rum rura exercitum duceret, cognita
fama *S. Seuerini*, qui illis tunc degebat *S. Seuerini*
in locis, qui et spiritu prophetiae praedi-
tus fuit, ad eum, benedictionem sibi
petiturus accessit. Qui dum benedi-
ctione percepta ab eius egredi celula
uoluisset, et caput, ne in superliminari
ostii, eo quod procerae esset staturae,
allideret, inclinasset, a uiro **DEI**, fu-
tutorum praescio, audiuit. *Vade nunc*
ad Italiam, uade Odoacer, uilissimis his
interim animantium pellibus indutus, mul-
tris cito plura largiturus. Haec uerba
ille rerum exitu uera comprobauit. In-
gresso ergo *Odoacre* Italiam, statim ei
apud *Liguriae* terminos *Orestes* patrici-
us occurrit: sed cernens se aduersus for-
tissimam multitudinem nihil praeuale-
re, maxime cum eum iam quidam suo-
rum deseruissent, intra *Ticinum* se con-
clufit. Mox adueniens *Odoacer*, ex-
pugnatam fortiter ingreditur tandem
ciuitatem. Captus *Orestes* *Placentiam*
usque perducitur, ibique gladio truci-
datur. *Odoacer* itaque subditis sibi
omnibus ciuitatibus in tota Italia, aliis-
que, si qui parabant resistere, deiectis,
cernens sibi prosperos successus adcre-
scere, statim regiam arripuit dignitatem.
Augustulus autem cernens uniuersam
Italiam *Odoacris* uiribus subdi, inopi-
nabili metu perterritus, sponte purpu-
ram abiiciens, cum uix undecim men-
sibus rempublicam obtinisset, impe-
rialem deposuit maiestatem. Ita apud
Romam Romanorum imperium toto
terrarum orbe uenerabile, et augustalis
illa sublimitas, quae ab Augusto quon-
dam *Octauiano* coepta erat, cum hoc
Augustulo, qui sponte imperii praesum-
perat dignitatem, periit, anno a con-
ditione eiusdem urbis M.C.C. et XXXIII.

Anno CCCCLXXVI. mortuo apud
Africam *Geiseric* rege *Arriano*, qui re-
gnauit annis XXXVII. et mensibus tri-
bus, *Humericus* maior filius patri succe-
dit. Qui in primordio regni, ut habet
subtilitas barbarorum, coepit mitius et
moderatus agere, maxime circa religi-
onem nostram, ut et ubi antea sub *Gei-*
ferico praeiudicatum fuerat, ne spirita-
les fierent conuentus, conuenticula
concurrerent populorum, et ut se reli-
giosum monstraret, statuit requirendos
haereticos Manichaeos, ex quibus mul-
tos incendit, plurimos distraxit. De-
dit et primo licentiam, *Zenone* impera-

(M)

tore

Imperium
occidentale
expirat.

Humericus.

initius agit
cum christia-
nis.

- tore atque *Placidia* relicta Olybrii quondam imperatoris occidui regni rogantibus, ut Carthaginensis ecclesia sibi, nem uellet, episcopum ordinaret: quae iam per xxiv. annos tali ornamento fuerat destituta: ordinatusque est tunc episcopus *Eugenius*, uir sanctus, deoque acceptus. Ipse autem *Hunericus*, qui sese iam dudum lenem omnibus ostenderat, cupiens post obitum suum filiis, quod tamen non contigit, regnum statuere, fratres suos et filios eorum, omnesque, quos timebat in hac re, coepit crudeliter persequi. Quibus omnibus in breui amputatis, uniuersa tela furoris in persecutionem ecclesiae catholicae, rugiens ut Leo conuerit. Et ut se uerum Arrianum esse monstraret, et ut publicam faceret persecutionem ecclesiae DEI, episcopos, presbyteros, diaconos et alia membra ecclesiae DEI, usque ad quatuor milia nongentos LXVI. ad exilium eremi destinauit: in quibus erant podagrici quam plurimi, alii per aetatem annorum lumine temporali priuati: in quorum numero erat *Felix Abirritanus* episcopus, habens iam in episcopatu XLIV. annos, qui paralysis morbo percussus, nec sentiebat quidquam, nec penitus loquebatur. Tunc et *Eugenio* episcopo in exilium destinato, uniuersus clerus ecclesiae Carthaginis, caede inediaque maceratus, fere quingenti, uel amplius, inter quos quam plurimi erant lectores infantuli, gaudentes in domino, procul exilio crudeli traduntur. S. *Valerianus*, quoque *Valerianus*, Abensae ciuitatis episcopus, dum uiriliter, sacramenta diuina ne traderet, dimicasset; foras ciuitatem iussus est pelli, annorum autem erat plusquam LXXX. Multaque alia crudelia et inaudita in catholicos Arriani sunt operati. Plebem quoque uariis suppliciis affecit, et quidem innumeris manus abscindens, linguas etiam quam plurimorum praecidit, nec tamen loquelam catholicae confessionis eripere potuit. Anno CCCCLXXVII. Deiecto ab augustali dignitate Augustulo, ut paulo ante dictum est, *Odoacer* ingressus urbem: totius Italiae adeptus est regnum. Quod dum per annos xiv. nullo inquietante, tenuisset, ab orientis tunc partibus adueniens *Theodoricus* rex, *Theodomari* Ostrogothorum regis filius, Italiam possessurus intrauit. Qui *Theodoricus*, dum prius a Zenone Augusto etocatus, Constantinopoli ad eum uenisset, gratanter ab eo susceptus est, et magno honore et diuitiis eum extulit imperator, in tantum, ut et consularibus eum fascibus sublimaret, quae dignitas post imperiale fastigium prima est, aereamque illi equestrem statuam ante suum palatium collocaret. Postea *Theodoricus* ad augustum accedit, questusque est gentis suae, id est Ostrogothorum, penuriam, Italiamque sibi dari postulat, adiiciens, si superare *Odoacrem* possit, Italiamque obtinere, ad eius redundaret gloriam. Sin bello superaretur, nihilominus lucris eius ad cresceret. Talia Zeno audiens contristatus quidem est, eo quod eum nollet amittere; attamen deliberato consilio reipublicae utilitati prospiciens, eius petitionibus annuit, Italiam ei per pagamentum tribuens, sacri et uelaminis dono confirmauit, senatum illi populumque Romanum commendans abire permisit, ut postea suo loco plenius dicetur.
- Anno CCCCLXXVIII.
Anno CCCCLXXIX.
Anno CCCCLXXX.
Anno CCCCLXXXI.
Anno CCCCLXXXII. *Clodoueus* qui *Clodoueus R.* et *Luduuius* dicebatur, rex Franco-Francorum in Gallis regna habebat. Hic *Siagrius* patricium interfecit: *Cundibadum* regem de Burgundia expulit, *Alamaanos* tributarios fecit, cum *Alarico*, rege Gothorum in Aquitania Pictaui confligit, eumque regno et uita priuauit. *Amalricus* filius *Alarici* regnum paternum obtinuit.
- Anno CCCCLXXXIII.
Anno CCCCLXXXIV.
Anno CCCCLXXXV.
Anno CCCCLXXXVI. *Felix* papa Romanam rexit ecclesiam. Hic etiam damnauit *Acatium* episcopum Constantinopolitanum et *Petrum* Alexandrinum Eutychianos.
- Tum etiam apud Africam *Hunericus* *Hunericus* rex Arrianus, post innumerabilia mala, quae in sanctos DEI catholicos commisit, reddente ei domino, quae meruit, putrefactus et ebulliens uermibus, mortuus est.
- Post hunc *Thrasamundus* frater eius in Wandalorum regno successit. Hic quoque patris *Geiserici* et fratris imitator, clausis catholicorum ecclesiis ducentos et uiginti episcopos cum aliis feruis DEI in *Sardiniam* relegauit.
- His ipsis diebus dum apud Africam *Arrianus* quidam, nomine *Olympius*, *Olympius Arrianus* corpus aquis balnearibus abluens, indigna quaedam et blasphema, de sanctae trinitatis fide uerba euomeret, ueniente subito ignito uelociter iaculo, uisibiliter combustus est. *Barbas* quoque, quidam *Arrianus* episcopus, minorem patri filium spiritumque sanctum cupiens asserere, cum baptizaturus quendam dixisset; *In nomine patris per filium in spiritu sancto*, statim aqua, quae

Eugenius
episcopus
Carthaginens.

Hunericus
ecclesiam per-
sequitur.

Felix Abirri-
tanus episco-
pus.

Eugenius ep.
ibid.

S. *Valerianus*.

Hunericus cru-
delitas.

Odoacer R.
Italiae.

Theodoricus.

MS. pg.
mentum.

Clodoueus R.
Francorum

Felix papa.

Thrasamundus eius suc-
cessor.

Miraculum.

quae

quae ab baptizandum allata fuerat, nusquam comparuit. Quod aspiciens baptizandus, ad ecclesiam catholicam fugit, et iuxta morem uerae fidei baptismum suscepit.

Anno cccclxxxvii.

Anno cccclxxxviii.

S. Mamertus Anno cccclxxxix. *S. Mamertus*, Viennensis episcopus hoc anno, id est, xv. Zenonis imperatoris, triduanas lantianias ante ascensionem domini instituit.

Anno ccccxc.

Theodoricus in Italiam uenit: Anno ccccxc. *Theodoricus* rex Ostrogothorum, ut supra praemissum est, a ZENONE imperatore dimissus, et a Constantinopoli egressus, cum omni multitudine gentis suae uniuersaque supellectili, per *Sirmium* Pannoniasque iter faciens, ad Italiam uenit: moxque ei primum iuxta *Sontium* flumen, qui non longe ab Aquileia labitur, cum grandi suorum exercitu, totisque Italiae uiribus Odoacer occurrit. Quem *Theodoricus* alacriter excipiens, praelio superatum in fugam conuertit. Inde *Theodoricus* mouens, cum Veronam uenisset, iterum aduersus eum Odoacer non minori quam prius belli se apparatu opponit. *Theodoricus* uero non

obuiam se Odoacer.

procul a Veronensi urbe nimia caede exercitum eius contriuit, ipsumque et omnem illius multitudinem dare terga coegit; dumque ipso impetu subsequitur fugientes, *Veronam* ilico ciuibus pauore consternatis inuadit, eamque obtinuit. Odoacer Romam fugiens cum his, qui secum euaserant, dum obleratis portis exclusus esset a Romanis, *Rauennam* ingressus est. *Theodosius* uero a Verona digrediens, *Mediolanum Ticinumque* obtinuit. Inde cum expeditis armatorum cuneis ad Odoaceris obfidionem *Rauennam* perrexit, eumque per continuuum pene triennium obsedit: Qui, dum frequenter ex urbe cum suis egrediens exercitum eius inquietaret, nouissime noctu in castra irruens, *Theodoricus* exercitum magna strage prostrauit. Victus ad extremum, Gothis fortissime resistentibus, in urbem confugit.

Hoc extincto Theodoricus Italiam regit.

Nec multo post a *Theodoricus* in fidem susceptus, ab eo truculente peremptus est. Exstincto igitur apud *Rauennam* Odoacre, *Theodoricus* totius Italiae adeptus est ditionem. Nec multo post Romam profectus a Romanis magno gaudio susceptus est. Quibus ille singulis ad subsidium anni cxx. millia modiorum tritici concessit. Tunc sanctissimus uir *Epiphanius* episcopus, qui tunc clarus erat, ab eo directus est ad *Gundibadum* Burgundiorum regem pro reddendis captiuis. Qui episcopus exco-

S. Epiphanius

apta innumera multitudine, pro quibus precium tribuit, sex millia captiuorum, ob solam sanctitatis suae reuerentiam sibi concessis, secum adduxit.

ZENO quoque augustus apud urbem Constantinopolim uitae terminum accepit.

Anno ccccxcii. ANASTASIUS imperator. Hic Anastasius imperator, Romani decus imperii Eutychnae haereseos illuue maculauit. Hoc etiam anno *Clodoueus*, rex Francorum a *S. Remigio* Remorum episcopo, qui tunc claruit, una cum Francis baptizatus, ab idolorum cultura auersus est, anno xi. regni sui.

Anno ccccxciii.

Anno ccccxciv. *Gelasius* papa. Hic etiam damnauit *Acatium* Constantinopolitanum et *Petrum* Alexandrinum episcopos. Ipse etiam tractus et hymnos composuit et sacramentorum praefationes cauto et elimato sermone dictauit. Libros quoque aduersus *Eutychnen* et *Nestorium* composuit.

Anno ccccxcv.

Anno ccccxcvi. His temporibus sub Anastasio imperatore *S. Leonardus* confessor, in prouincia Galliarum ortus, claruit.

Anno ccccxcvii.

Anno ccccxcviii.

Anno ccccxcix. Anastasius papa. Hic diuino iudicio percussus est. Qui uoluit occulte reuocare *Acatium* episcopum: sed tamen non potuit.

Anno cccc Symmachus papa Romanam rexit ecclesiam. Hic constituit, omni die dominico et natalitiis sanctorum, gloria in excelsis DEO, cantari ad missas: quem Hymnum *Telephorus* papa nocte tantum natalis domini ad missas ab eo institutas similiter cantari instituerat, et in eo ad angelorum uerba, ea, quae sequuntur, adiecerat. Ipse etiam in *Wandalica* persecutione pecuniam et uestes, quotidianaque subsidia per *Africam* et *Sardiniam* episcopis et aliis feruis DEI, quos *Thrasamundus* rex *Arrianus* illic exilio relegauerat, ministravit.

In eius electione Romae tanta dissensio facta est, ut *Vestus*, Romanorum nobilissimus, et exconsul *Probinus*, Laurentii, (tunc etiam a quibusdam electi, partibus fauentes, aduersum *Fausstum* exconsulem, caeterosque qui *Symmachus* uero pontifici adhaerebant, bellum inferrent, multasque caedes et homicidia in medio urbis facientes, plerosque ex sacerdotali numero, multos etiam clericorum, per plures ciuium Romanorum extinguerent.

Anno dcl. *Symmachus* papa dedit ab apostolica sede pallium *Theodoro* Laurentii episcopo.

(M) 2

cia-

palium accipit.

riacensi archiepiscopo, ad ostendendum eum magistrum et archiepiscopum, eiusque *Lawriacensem* ecclesiam prouinciae Pannoniorum sedem esse metropolitanam. Hic et Remensi pontifici uices suas delegauit, per omnem regnum Luduici, et eidem Remensi ecclesiae primatum adaugens, summa auctoritate confirmauit. Quia, cum ea ipsa antiqua metropolis esset, accessit et hoc, quod eius pontifex beatus *Remigius*, quod magnum est, ab ipso DEO missus, et antequam nasceretur, magnifice promissus, gentem Francorum simul cum rege suo, primus conuertit.

Theodoricus palatia hinc inde exstruit.

Theodoricus dum pacifice apud Italiam regnaret, per singula quaeque celebriora loca, regia sibi habitacula construxit.

Anno 1011.

Anno 1011.

Anno 1014.

Anno 1015.

Anno 1016.

Anno 1017.

Anno 1018.

Anno 1019.

Anno 1020.

Anno 1021.

Clodouaei successores.

Anno 1021. *Clodoueus* rex Francorum moritur, postquam xxx. annis in Galliis regnasset. Quatuor filii eius, *Theodoricus*, *Clodomirus*, *Childebertus* et *Clotarius* regnum paternum inter se diuiserunt.

Anno 1023.

Romani de confinibus Pannoniae pulsi.

Anno 1024. Non post multa tempora *Symmachi* papae, facta est illa generalis *Romanorum transmigratio*, de confinibus Pannoniorum in terram suam, quando eos *Huni* de sedibus suis expulerunt, defuncto iam *B. Seuerino*, qui eandem transmigrationem in spiritu prophetiae praedixerat, longe ante, sicut legitur in uita ipsius sancti. Tunc etiam immanis et barbara *Hunorum* feritas non solum *Lauriacensem* ciuitatem, uerum etiam in circuitu iacentes regiones depopulauit, atque funditus desolauit, ita ut episcopi hac necessitate compulsi, sede *Laureacensi* deserta, atque alio translata, simul etiam archiepiscopalem honorem sedis ipsius deinceps desererent.

Hormisda papa Anastasium ad orthodoxam fidem reducere sagit.

Anno 1025. *Hormisda* papa Romanam rexit ecclesiam. Hic composuit clerum et psalmis erudiuit. Ipse etiam direxit *Enodium* Ticinensem episcopum, aliosque cum eo Constantinopolim legatos, cum catholicae fidei scripto ad *ANASTASIVM* imperatorem, dum in haeresi, in quam delapsus erat, perseveraret, duasque in Christo naturas, Eutychem sequens, denegaret, ut eum ad ecclesiae gremium reducerent. Is

non solum salubria eorum monita spreuit, sed insuper etiam a suis conspectibus non sine contumelia expulit, nauisque fragili impositos, mandauit per totam Graeciam, ne usque ad aliquam ciuitatem accederent: sed eum diuina statim ultio secuta est. Nam non post multo ui fulminis percussus interiit.

His quoque temporibus apud Africam mortuo *Thrasamundo* Wandalarum rege, *Hildericus* eius filius ex captiua filia *Valentiniani* imperatoris, quam *Geisericus* ab urbe Roma captiuitatis sorte abduxerat, et *Thrasamundo* filio suo in matrimonium iunxerat, creatus, Wandalarum regnum quartus a *Geisericis* adeptus est. Hic non pa-

Hildericus Wandalarum rex.

trēm haereticum, sed matris catholicae monita sequens, rectae fidei cultor enituit. Hanc genitor suus *Thrasamundus* ad mortem ueniens, sacramenti nodis adstrinxit, ne unquam in regno suo catholicis consuleret. Qui mox, ut genitor suus mortuus est, prius etiam, quam regni iura ascenderet, uniuersos episcopos, quos pater eius in exilium coegerat, regredi fecit, eisque ecclesiarum reddi praecepit, octoginta et quatuor annis euolutis, ex quo a *Geisericis* primitus ecclesiae apud Africam fuerant destitutae.

Anno 1026.

Anno 1027.

Anno 1028.

Anno 1029. *IUSTINVS* senior imperator. Hic *Iustinus* ardore catholicae fidei succensus, dum adhuc in orientis partibus per loca singula *Arriana* haeresis uigeret, omnimodis satagere coepit, ut haereticorum nomen statim exstingeret: statuitque, ut ubique ecclesias catholica religione consecraret.

Iustinus senior imperator.

Anno 1030.

Anno 1031.

Anno 1032.

Anno 1033. *Ioannes* papa. Hunc *Ioannem* papam *Theodoricus*, rex in Italia, *Arriana* lue infectus, simulque cum eo *Theodorum*, *Importunum*, atque *Agapitum*, consulares uiros, aliumque *Agapitum* patricium, Constantinopolim ad *IUSTINVM* catholicum imperatorem direxit, mandans per eos interminansque, ut nisi quantocyus *Arrianis* suis in orientis partibus ecclesias redderet, eosque in pace degere sineret, ipse uniuersos populos Italiae gladio exstingueret. Qui peruenientes cum ab *augusto* digne, uti competebat, suscepti essent, magnis eum de sua suorumque salute fletibus postulant, uti suae legationis ferriem, quanquam esset iniusta, exciperet, Italiaeque periturae consuleret. Quorum fletibus *Iustinus* permotus, quod

Ioannes papa.

pe-

*a Theodorico
interimitur.*

petebant, concessit, licet inuitus, Arri-
nosque suo iuri reliquit. Dum autem
hi adhuc in itinere demorantur, *Theo-
doricus* rabie suae iniquitatis stimulatus,
Symmachum exconsulem ac patricium,
et *Boëthium* senatorem et exconsulem
catholicos uiros peremit. Ioannes uero
pontifex dum reuertens cum his, cum
quibus ierat, ad *Theodoricum Rauennam*
uenisset, ipse malitia et inuidia ductus,
quod eum Iustinus imperator honorifi-
ce suscepisset, eum simul cum sociis suis
carceris afflictione peremit. Sed hanc
eius immanissimam crudelitatem diui-
na ultio subsecuta est. Nam xcviii. die,
postquam Iohannes papa defunctus est,
subita morte periit, et eius animam soli-
tarius quidam, apud *Liparam* insulam, uir
magnae uirtutis aspexit, inter *Ioannem*
papam et *Symmachum* patricium deduci,
et in Vulcani ollam, quae ei loco pro-
xima erat, demergi.

*Sigismundus
R. Burgundi-
orum.*

ANNO I O X X I V. *Sigismundus*, rex Bur-
gundionum, monasterium sanctorum
Agauensium aedificauit. A supradictis
filiis Clodouei interficitur. *Theodori-
cus* filius eiusdem Clodouei, cum filio
suo *Theodeberto* et fratre suo *Clotario*,
D Turingiam depopulatur. *Ermenfridum*
Turingorum regem extinguunt.

ANNO I O X X V.

Felix papa.

ANNO I O X X V I. *Felix* papa.

*Iustinianus
imperator.*

ANNO I O X X V I I. IUSTINIANVS, Iu-
stini ex sorore nepos, imperator. Hic
Iustinianus imperator *Belisarium* prin-
cipem a Constantinopoli in Italiam dire-
xit, ut eam a *Gothorum* seruitute libe-
raret, post mortem *Theodorici*. Qui,
dum aliquantum apud Siciliam moras
faceret, rex *Gothorum* tunc *Theodaba-
tus* extinctus est, cuius in loco *Witigo*
succesit. *Belisarius* e Sicilia egressus ad
Campaniam Neapolim uenit; quem ci-
ues Neapolitani noluerunt excipere.
Qui indignatus, ad eius impugnationem
totis uiribus se erexit, expugnatamque
ingressus, tantam non solum in *Gothos*,
qui in ea morabantur, sed in ciues ira de-
faeuuit, ut non aetati, non sexui, non
sanctimonialibus, postremo non ipsis
sacerdotibus parceret, uiros in conspe-
ctu coniugum perimens, superstites ma-
tres ac liberos captiuitatis sorte abduxit,
nec a sacrosanctis ecclesiis exspoliandis
abstinuit. Ideoque egrediens, Romam
ingressus est, *Witigo* aduersum eum
mox cum ingenti exercitu Romam ue-
nit. Ille non aptum tempus bellandi
cernens sibi esse, intra urbis maenia se
clausit. *Gothi* urbem obsidentes, uniuersa
per circuitum incendiis consumunt:
quoscunque Romanorum reperiunt,
extinguunt: cuncta sacra loca denudan-
tes, ipsis etiam uenerabilium martyrum
tumulis manus inferunt. Praeter belli

Belisarius.

Ainstantiam,angebatur tunc Roma penu-
ria escaurum. Tanta siquidem eo anno
per totum mundum et maxime apud
Liguriam *fames* excreuerat, ut pleraeque
matres infelicium natorum membra
tunc comederent, sicut uir sanctissimus
Dacius, Mediolanensis episcopus, retulit.
Cumque per annum *Gothi* Romam ob-
sedissent, demum territi Rauennam re-
diere. Rursus uero non post mul-
tum *Witigo*, coacto in unum magno *Go-*

fames.

*Witigo fuga-
tus.*

thorum exercitu, cum *Belisario* Romae
conflixit, factaque maxima strage suo-
rum, in fugam uersus est. Quem *Ioan-
nes*, magister militum, cognomento
sanguinarius, noctu persequens, uiuum
comprehendit, Romamque ad *Belisari-
um* adduxit. Patrata itaque *Belisarius*
Cuietoria, Constantinopolim rediit, se-
cum *Witigonem* deferens. Quo uiso
IUSTINIANVS imperator ualde laeta-
tus est, eumque non multo post patrici-
um factum, administrationem illi iuxta
Perfarum terminos tribuit; ibique *Wui-
tigo* degens uitam finiuit

ANNO I O X X V I I I.

ANNO I O X X I X.

ANNO I O X X X.

ANNO I O X X X I.

ANNO I O X X X I I. *Bonifacius* papa Ro-
manam rexit ecclesiam. Romae *Dionysius*
us abbas paschales descripsit circulos, in-
cipiens ab anno I O X X. qui est annus DI-
OCLETIANI imperatoris C C X L I V. *Vi-
ctor* quoque, Capuanus episcopus, li-
brum *de pascha* scribens, *Victoris* arguit
errorem.

*Bonifacius
papa.*

ANNO I O X X X I I I. *Mercurius*, qui et
Ioannes papa.

*Mercurius
papa.*

ANNO I O X X X I V. *Agapitus* papa Ro-
manam rexit ecclesiam. Hic ingressus
Constantinopolim ad IUSTINIANVM im-
peratorem, *Anthimum* eiusdem urbis
episcopum, qui duas in Christo naturas
negabat, deposuit et *Menam* quendam
catholicum pro eo consecrauit.

ANNO I O X X X V. *Syluerius* papa Roma-
nam rexit ecclesiam. Cum *Belisarius* pa-
tricius adhuc Romae esset, antequam ca-
peretur *Witigo*, et ante congressionem
cum eodem, ut supra dictum est, prae-
ceptio allata est eidem *Belisario* Con-
stantinopoli, a *Theodora* augusta, ut *Silue-
rium* papam, conuictum accusatione fal-
sorum testium, in exilium deponeret,
eo quod *Anthimum* Constantinopoli-
tanum episcopum recuperare pro uo-
luntate sua noluiisset. Quod *Belisarius*,
licet inuitus, nihil moratus fecit. Pul-
sus denique *Syluerius* ad Pontiam in-
sulam est, ubi et exuians obiit. *Belisarius*
uero Constantinopolim reuersus
magnis honoribus euectus est ab impe-
ratore et augusta; iteratoque Africam
aduersus *Guintharic* mittitur, qui *Wan-*

*Syluerius
papa.*

dalos sollicitans, apud eos regnum arripuerat.

Belisarius Vandalos prostermit.

Belisarius ut primum Africam attigit, *Guintharic* sub dolo pacis illico peremit, residuos *Wandalos* usque ad interneccionem deleuit, Africamque post annos *xcvi*. Romano restituit imperio. *Persas* quoque idem *Belisarius* fortiter deuicit.

S. Benedictus Cassiodorus monachus.

Anno *dxxxxvi*. *Sanctus Benedictus* abbas apud *Cassinum*, post solitariam uitam, claret, *Cassiodorus* quoque primum *Romae* consul, deinde senator, ad extremum monachus factus, claret. *Arator* etiam, *Romae* ecclesiae subdiaconus, claret.

Vigilius papa.

Anno *dxxxxvii*. *Vigilius* papa, *Romanam* rexit ecclesiam.

Cruz aurea B. Petro offeritur.

Belisarius patricius, uictor ab *Africa* *Romam* ueniens, auream crucem c. librarum preciosissimis gemmis exornatam, in qua suas uictorias descripserat, beato *Petro* per manus huius *Vigilii* papae obrulit. Sub eo etiam et hoc *ivstiniانو* imperatore habita est quinta synodus in urbe regia *Constantinopoli*, contra *Theodorum* et omnes haereticos. Qui *Theodorus* dicebat, esse

Concilium Constantino-politanum II. Theodori haeresis.

alium *DEVM* uerbum, et alium *Christum*, et sacram uirginem negabat *DEI* genitricem, sed hominis tantum fuisse. Quod eadem synodus secundo damnauit, et *xix. capitula* contra eundem *Theodorum* et socios eius conscripsit.

- Anno *dxxxxviii*.
- Anno *dxxxxix*.
- Anno *dxli*.
- Anno *dxlii*.
- Anno *dxliii*.
- Anno *dxliiii*.
- Anno *dxliiii*.
- Anno *dxliiii*.
- Anno *dxliiii*.
- Anno *dxliiii*.
- Anno *dxliiii*.
- Anno *dxliiii*.
- Anno *dxliiii*.
- Anno *dxliiii*.

Heldebradus

Anno *dxl*. Capto a *Belisario* patricio *Witigis*, uti supra dictum est, *Gothi* transpadani *Heldebradum* sibi regem statuunt, qui eodem anno perimitur. Cui succedit *Herarius*, et ipse nec dum anno expleto, iugulatur. Dehinc *Baduilam*, qui et *Totila* dicebatur, in regnum praeficiunt: moxque collecto undique exercitu, uniuersam rursus inuadunt *Italiam*: et *Romam* uenientes eam obsidionibus circumcludunt. Quae tantam tunc famem passa est, ut prae magnitudine inopiae natorum suorum carnes comedere uellent. Fessis deinde *Romanis*, nec ualentibus moenia tueri, *Totila* a porta *Ostiensis* urbem ingressus est. Qui parcere *Romanis* cupiens, per totam noctem clangere buccina iussit, ut se *Romani* a *Gothorum*

Herarius reges Gothorum. Totila inuadit Italiam.

gladiis in ecclesiis, aut quibuscunque modis occulerent. Habitauitque aliquantum temporis cum *Romanis* quasi pater cum filiis, quibus tamen antea fuit infestissimus. Elapsi sane aliqui fenatorum *Constantinopolim* properant; quibus calamitatibus *Romani* subiacerent, imperatori narrant. Qui statim *Narses* Isak. *Narsim*, eunuchum suum, cubicularium, cum manu ualida dirigit, ut afflictae *Romae* subueniret. Is ad *Italiam* ueniens, magno cum *Gothis* certamine confligit. Quibus ad interneccionem pene consumptis, *Totilam* regem, qui ultra decem annos iam regnauerat, occidit, uniuersamque *Italiam* ad reipublicae iura reduxit.

Per idem tempus gens *Longobardorum*, amica tunc populi *Romani*, apud *Pannonias* degebat, cui tunc decimus imperabat *Albuinus*, filius *Otuuini*.

Childelbertus rex *Francorum*, filius *Clodouei* regis, cum exercitu *Hispaniam* per idem tempus intrauit; *Amalricum* regem *Gothorum* filium *Halarici* in praelio extinguit: *Clotarium* filium fratris sui *Clodomeri* cultro confodit.

Eodem tempore *Theodoricus* rex, similiter filius *Clodouei*, qui erat maior natu, moritur. *Theodebertus* filius eius pro eo regnat.

Anno *dxlii*.

Anno *dxliii*.

Anno *dxliiii*. *Vigilius* papa, cum nollet recuperare *Anthymum* *Constantinopolitanum* episcopum, sicut et praedecessor eius *Syluerius* papa, indignatione augustae, per *Anthymum* scribonem, ductus *Constantinopolim*, iussu *Iustiniani* imperatoris, indeque in exilium coactus est. Postea reuocatus ab exilio, cum reuerteretur, in *Sicilia* ciuitate *Siracusana* calculi dolore obiit. *Pelagius* ei successit.

- Anno *dxliiii*. *Pelagius* papa i.
- Anno *dxlv*.
- Anno *dxlvi*.
- Anno *dxlvii*.
- Anno *dxlviii*.
- Anno *dxlix*.
- Anno *dxlxi*.
- Anno *dxlxii*.
- Anno *dxlxiii*.

Anno *dxlxiiii*. *Iustinianus* imperator exstruxit templum *Constantinopoli*, quod graeco uocabulo *aylav* *Constantinopolitanum*. *Clav* nominauit. Cuius opus adeo cuncta aedificia excellit, ut in totis terrarum spaciis huic simile non possit inueniri. *Mauros* quoque *Africam* infestantes, eorumque regem *Attalam*, per *Ioannem* consulem mirabili uirtute prostrauit, legesque *Romanas*, quarum prolixitas grauabat, minorauit et inuiles dis-

Narses Isak. am liberat.

Albuinus R. Longobard.

Childelbertus R. Frano.

Vigilius papa

Pelagius papa

Templum Constantino-politanum.

Attala Maurorum R. prostratus.

sonantias mira breuitate correxit, multaue alia reipublicae utilia feliciter gefit, et sic uitae terminum accepit.

Iustinus minor imp.

Anno 10LXV. IUSTINVS minor imperator.

Iohannes papa

Anno 10LXVI. IOANNES papa. Hic Iohannes ecclesiam Philippi et Iacobi apostolorum, quam praedecessor eius Pelagius coeperat, perfecit et dedicauit.

Narses patricius, qui Totilam regem occidit cum ducibus Theodeberti regis Francorum Buccellino et Emingo, qui Italiam depraedabantur, pugnavit eosque occidit.

Narses facta

Idem Narses, apud hunc Iustinum imperatorem et eius coniugem Sophiam accusatur a Romanis, quo Italiam

*Longinus Nar-
sisi substitui-
tur.*

praefectus mittitur, qui Narsedis locum obtineret. Cui inter caetera Sophia, quia eunuchus erat, hoc mandasse fertur, quod eum puellis in Gynaecio lamarum faceret pensa diuidere. At ille respondit, talem se telam ei ordinaturum, qualem ipsa, dum uiueret, deponere non possit. Statimque genti Longobardorum mandat, ut uenirent et possiderent Italiam. Nec mora; Albuinus, qui filiam Clotarii regis Francorum in matrimonio habuit, cum Longobardis gente sua Italiam intrauit, concessa Hunis uel Gepidis Pannonia Et Gifulphum nepotem suum Foroiuliani praefecit.

Albinus.

Childebertus quoque et Clotarius reges Francorum, filii Clodouei, cum exercitu Romam intrant: Caesaraugustam obsident. Cives ciliciis induti tunicam S. Vincentii super murum circumferunt Deumque contrito corde exorant. Reges, diuina inspirante miseratione flexi, obsidionem soluunt. Episcopus ciuitatis Childeberto stolam beati Vincentii dedit. Ipse rex Parisius Basilicam, in honore B. Vincentii, construxit.

*Childebertus.
Clotarius.
* Hispaniam
forte reponen-
dam.*

Theodebertus etiam, Francorum rex, nepos Clodouei senioris, Italiam postea intrauit, cum Longobardis certamen inuit, eosque superat, in Franciam reuersus moritur.

*Theodebertus
RR. Franca
Isaliam in-
trauit.*

- Anno 10LXVII.
- Anno 10LXVIII.
- Anno 10LXIX.
- Anno 10LXX.
- Anno 10LXXI.
- Anno 10LXXII.
- Anno 10LXXIII.

Anno 10LXXIV. His temporibus Childebertus, rex Francorum, filius Clodouei, Parisiis mortuus est. Regna, quae fratres et nepotes tenuerunt, in Clotarii rediguntur potestatem. Post haec et ipse Clotarius rex filius Clodouei moritur: et quatuor filii eius regna inter se diuiserunt. Herebertus, primus filius eius, regnum Childeberti pa-

Herebertus.

trui sui accepit. Guntramus regnum Clodomeri tenuit, sedemque constituit Aurelianis. Hilpricus regnum patris sui Clotarii, Sigebertus regnum Theodoric Remis siue Metis sedem, statuit.

Guntramus.

Hilpricus.

Sigebertus.

Hic Sigebertus Brunichildem, filiam Adanichildi, regis Hispanorum, in coniugium accepit, de qua filiam Hildebertum nomine suscepit, qui postea solus regnum Francorum obtinuit. Herebertus derelicta legitima uxore, duas sorores sibi in matrimonium iunxit. Ex quo scelere excommunicatus a S. Germano Parisiorum episcopo, et iusto DEI iudicio postea percussus, mortuus est. Regnum eius Sigebertus arripuit. Hilpricus tres filios habuit; Theodebertum, Meroueuum, et Clodoueuum. Theodebertus iussu patris trans Ligerim regionem, quam patruus eius Herebertus tenuerat, occupauit, et ob dignitatem Flauium appellauerunt: quo praenomine Longobardorum reges usi sunt.

Theodebertus.

Meroueus.

Clodoueus.

reges.

Francorum.

Anno 10LXXV. TIBERIVS imperator, secundus Constantinus. Sub isto Tiberio beatus Gregorius apocrysiarius in Constantinopoli libros expositionis in Iob condit: quos postea Leandro Hispaniensi episcopo, qui tunc clarus erat, misit: et Eutyrium, eiusdem urbis episcopum, in fide nostrae resurrectionis errasse, Tiberio praesente conuicit, ut ipse augustinus librum, quem de resurrectione idem Eutyrius scripserat, suis quoque catholicis allegationibus destruens deliberaret flammis cremari.

Tiberius imd

S. Gregorius.

er-

roris conuin-

ctur.

Anno 10LXXVI.

Anno 10LXXVII. Benedictus papa.

Benedictus

papa.

Anno 10LXXVIII.

Anno 10LXXIX.

Anno 10LXXX.

Anno 10LXXXI. Pelagius papa.

Pelagius papa

manam rexit ecclesiam.

His temporibus Hildebertus, rex Francorum, filius Sigeberti regis, Ingundam, sororem suam, Hermingildo, Leouigildi Hispanorum regis filio, in coniugium tradiderat. Qui Hermingildus, predicatione Leandri episcopi atque hortatione suae coniugis, ad catholicam fidem conuersus fuerat. Pro quo eum pater eius, Leouigildus, in ipso sacro paschali die, securi percussit, in custodia diu tentum. Vnde indignatus Hildebertus rex aduersus Hispanos et bellum mouens, fortissime eorum acies protituit.

Hermingildus

R.

Hisp. con-

uersus.

Anno 10LXXXII. MAVRITIVS imperator.

Mauritius

imperator.

Iste Mauricius primus de genere Graecorum apud Constantinopolim regnauit. Ipse etiam Hildeberto regi Francorum, quinquaginta millia solidos, per

fuo

uo

uo

uo

uo

uo

uo

uo

uo

uo

uo

uo

uo

uo

uo

uo

suos legatos misit, petens, ut *Longobardos* Italia pelleret. Qui cum Francis Italiam intrauit, Longobardi munera ei tribuunt, et pacem cum eo faciunt. Imperator solidos requirit; sed ille suarum uirium potentia fretus, pro hac re nec responsum reddit.

Anno 10LXXXIII

S. Ruedbertus. Anno 10LXXXIV. Sanctus *Ruedbertus* Iuuanensis ecclesiae episcopus claruit.

Anno 10LXXXV.

Anno 10LXXXVI.

Anno 10LXXXVII.

Anno 10LXXXVIII.

Anno 10LXXXIX.

Diluuium Italicum.

Anno 10XC. Eo tempore fuit *aquae diluuium* in finibus *Ventiae* et *Liguriae*, ac in caeteris regionibus Italiae, quale post Noë tempus creditur non fuisse. Subsecuta est statim *pestis inguinaria*, quae tanta strage populum deuastauit, ut de inestimabili multitudine pauci remanerent. Ipse quoque *Pelagius* papa hoc dolore correptus migravit ad dominum. In hac tribulatione a cunctis generaliter *Gregorius* electus est, consentiente MAVRITIO imperatore. Et licet multum renitens, in pontificali sede sublimat, sicut legitur in libro de uita ipsius sancti scripto.

Gregorius papa.

Anno 10XCI. *S. Gregorius* papa constituitur.

Hic papa augmentauit in praefatione canonis *diesque nostros in tua pace disponas, atque ab aeterna damnatione nos eripi, et in electorum tuorum iubeas grege numerari: orationem quoque dominicam* post canonem super hostiam censuit recitari. Ipse etiam *antiphonarium* regulariter centonizauit et compilauit. *Kyrie eleison* a clero ad missas cantari praecipit, quod apud Graecos ab omni populo cantabatur: *alleluia* extra pentecosten ad missas dici fecit.

Antiphonarii compillator.

Anno 10XCII.

Anno 10XCIII.

Anno 10XCIV.

Anglorum conuersio.

Anno 10XCV. Beatus *Gregorius* papa synodum episcoporum XXIV. hoc anno congregans, indictione XIII. ad corpus sancti Petri apostoli, de necessariis ecclesiae decernit, et eorum consilio missis in Britanniam *Augustino*, *Mellito*, et *Ioanne* et aliis pluribus monachis timentibus DEVM, *Anglorum* gentem eorum praedicatione ad Christum conuertit.

Longobardi attriti.

His etiam temporibus MAVRITIVS imperator legationem ad *Hildebertum* regem dirigit, ut Longobardos ab Italia remoueret. Qui exercitum in Italia direxit, et commissa cum *Longobardis* pugna Francorum acies grauius attritae sunt.

Interim non multo post misit idem *Hildebertus* rex in Italiam exercitum Francorum, cum xx. ducibus, ad debellandos Longobardos et eorum regem *Otharium*, qui filiam *Gerbaldi* Bauuariorum ducis in matrimonio habuit. Qui per tres menses Italiam peruagantes plurima castra deposuerunt, et innumerablem multitudinem captiuorum abduxerunt, regem *Otharium* nocere non potuerunt, sicque in patriam suam redierunt.

His quoque temporibus *Hilpericus* rex *Hilpericus* insidiis* suae coniugis interficitur, et *Clotarius* filius eius adhuc puer in regnum sublimatur.

Hildebertus etiam rex postea moritur.

Habebat autem duos filios, unum ex concubina, nomine *Theodebertum*; alterum, ex regina, nomine *Theodoricum*.

Theodebertus, quia maior natu erat, regnum patris obtinuit. *Theodoricus* regnum *Gundrammi*; idem *Burgundiam* cum auia sua *Brunichilde* habuit. Post haec bellum inter *Clotarium* filium *Hilprici*, et *Theodoricum* oritur: tantaque caedes hominum de utroque populo facta est, ut ipse alueus de cadaueribus hominum repletus, magis cruorem, quam aquam fundere uideretur. In ipso certamine, ut aiunt, uisus est angelus domini, euaginatam gladium tenens super populum.

Ipsis etiam in temporibus *S. Columbae* Monasterium ex *Hibernia* cum beato Gallo et aliis probatis discipulis in *Burgundiam*

uenit, ibique permissente *Theodorico* rege, monasterium, quod *Euxouium* dicitur, aedificauit. Inde a *Brunichilda* regina fugatus, *Alemanniam* ingressus est, ubi *S. Gallum* reliquit. Ipse uero in *Italiam* transiens, monasterium, quod *Bobium* dicitur, aedificauit, ubi et multorum pater exstitit monachorum.

Tunc et sanctus *Goar* uenit ex *Aqui-S. Goar* *Fania*, et in territorio *Teuerenti* requieuit.

Per idem tempus *Otharius*, rex *Longobardorum* moritur, et *Agilulphus*.

dux *Taurinatum*, accepta *Theodelinda*, regina relicta *Otharii*, in regnum succedit. Quibus beatus *Gregorius* de pace inter Longobardos et Romanos conseruanda multa scripsit. Praedictae etiam reginae quatuor libros, quos de uitis sanctorum composuit, transmisit, quem codicem dialogorum idem duorum locutione appellauit. Per hanc reginam multum utilitatis ecclesia Romana consecuta est. *Agilulphus* rex cum *Theodorico* rege Francorum perpetuam pacem firmavit.

Anno 10XCVI.

Anno 10XCVII.

Anno 10XCVIII.

Anno

*Augustinus
metropolitana
efficitur.*

Anno 10XCIX. Beatus Gregorius papa scribens hoc anno Augustino, Londoniae quoque et Eboraci episcopis, accepto a sede apostolica pallio, metropolitanos esse decernit indictione IV. quia iam Edelredus rex Cantuariorum, et alii reges Anglorum ipsum Augustinum, doctorem suum scilicet et caeteros sacros antistites, episcopalibus sedibus donauerant et sublimauerant.

Anno 10C.

Anno 10CI.

Anno 10CII.

*Coenobium S.
Benedicti in-
uaditur.*

His temporibus *coenobium S. Benedicti*, cuius uitam beatus Gregorius papa, in libro dialogorum plenam uirtutibus descripsit, a Longobardis noctu inuaditur, monachi fugientes Romam perrexerunt, secum regulam et pondus panis et mensuram uini deferentes.

*Mauritius
imp. occidi-
tur.*

MAVRITIVS imperator cum filiis suis *Theodosio, Tiberio et Constantino* a FOCA, qui fuit strator Prisci patricii, occiditur: qui etiam pro eo regnauit.

*Phocas imp.
Gregorius
papa obit.*

Anno 10CIII. FOCA imperator.

Anno 10CIV. Praeclarissimus papa beatus *Gregorius* hoc anno, id est secundo anno Focae imperatoris, migravit ad dominum, indictione VII.

*Sabinianus
papa.
Bonifacius. I.
papa.*

Anno 10CV. *Sabinianus* papa post *Gregorium*.

Anno 10CVI. *Bonifacius* papa primus. Hic obtinuit apud Focam, ut *sedes Romana* esset sedes et caput omnium ecclesiarum. Quia ecclesia Constantinopolitana primam se omnium ecclesiarum tunc scribebat.

*Bonifacius II.
papa.*

Anno 10CVII. *Bonifacius* papa II. Hic petiit Focam imperatorem, ut in ueteri fano, quod *Pantheon* uocabatur et a DOMITIANO caesare fuerat constructum, ablatis idololatriae fordibus, ecclesiam sibi liceret consecrare, in honore beatae semper uirginis *Mariae* et omnium sanctorum: ut ubi quondam omnium non deorum sed daemnoniorum cultus agebatur, ibi deinceps omnium fieret memoria sanctorum: quae et ab illo tempore *Kalendis Nouembris* in urbe Roma celebris et generalis, deinceps agitur.

Anno 10CVIII.

Anno 10CIX.

Anno 10CX.

*Chosdroas
rex Persa-
rum.*

His temporibus sub FOCA imperatore *Persae*, aduersum rempublicam, grauissima gesserunt bella. Nam quidam impius et profanus adeptus erat tunc regnum Persarum, nomine *Chosdroas*: qui in tantam ausus est prorumpere audaciam et superbiam, ut ab incolis uicinarum gentium, quos impetu uastans barbarico suo nefando subiugauerat dominio, et coli se iuberet ut Deum et uocari se regem regum, et dominum

Adominantium. Nec, cum hoc solum ei sufficeret ad suae damnationis interitum, etiam *Syriam* cum subiugasset et *Aegyptum*, regnaque quae extra et infra limites glomerabantur per circulum suo crudelissimo subigeret dominatui, Hierosolymam adiit, ecclesias Christi subuertit totamque finitimam regionem uastauit, incendit ac praedatus est. Ad sepulcrum ergo domini cum uouisset

*miraculose
conuertitur.*

Accedere, territus diuinitus rediit: sed tamen ligni salutaris partem, quam religiosa regina *Helena* ibi quondam in testimonium uirtutis reliquerat, asportauit. Fecerat namque sibi turrim argenteam, in qua interlucentibus gemmis thronum extruxerat auream, ibique solis quadrigam et lunae uel stellarum imaginem collocauerat, ut quasi Deus pluuiam desuper uideretur infundere; et dum subterraneo specu equis in circuitu trahentibus circumacta turris fabrica moueri uideretur, quasi quodammodo rugitum tonitruum iuxta possibilitatem artificis inde ciebatur. In hoc ergo loco sedem sibi *Chosdroas* parauerat, atque iuxta eam, quasi collega Dei, crucem dominicam posuerat ac, filio suo regno tradito, ipse in fano huiuscemodi residebat.

Tunc etiam in Francia inter *Theodoricum* et *Theodebertum* fratres, instigante *Brunnichilde* auia, grauissimum oritur bellum: eo quod *Theodebertus* non legitimus haeres regni diceretur. Quia de *pellice* erat natus. Est apud *Tolbiacum* castrum summis uiribus decertatum. *Theodebertus* terga uertit, et *Coloniam* fugit. Inde abstractus et a fratre attonsus, clericus efficitur et non post multum trucidatur, et duo filii eius. Post haec etiam *Theodoricus* ipse fraude *Brunnichildis* ueneno periit, et duo filii eius interfecti sunt. Regna, quae praefati reges tenuerant, in potestatem *Clotarii*, filii *Hilperici* regis, uenerunt. *Brunnichildis*, propter multa maleficia, iussu *Clotarii* regis, equorum indomitum caudis alligata discerpitur.

*Bellum inter
Theodoricum
ac Theodeber-
tum fratres.*

Agiluphus etiam rex Longobardorum *Rodoaldus* eo tempore moritur, et *Rodoaldus* filius eius ei successit.

Anno 10CXI. *Theodotus*, uel *Deus* dedit papa. *HERACLIVS* imperator. Aduersum hunc *Heraclium* imperatorem filius *Chosdroae* ad bellum pergens, iuxta *Danubium* fluiuium, cum suo confedit exercitu. Tandem inspirante clementia saluatoris, utrisque principibus placuit, ut ipsi singuli in medio pontis fluminis dimicarent, et cui fors uictoriam contulisset, ipse sine damno utriusque exercitus imperium teneret. Decretum etiam cum iuramento processit, ut, si aliquis ex eorum populo prin-

*Theodotus
papa.
Heraclius.
uincit Chos-
droem uirtute
S. crucis.*

(N)

cipi

cipi suo uenire in auxilium praesumpsis-
 fet, cruribus excisis et brachiis, ab eo
 influuio mergeretur. Cumque utri-
 que populo haec pactio placuisset, in-
 uicem, ut dictum est, dimicantes, diu
 multumque in pontis medio sunt con-
 gressi. Tandem pulsatus dominus la-
 crymis christianorum, per uirtutem S.
crucis, cui se die eodem princeps He-
 raclius attentius commendauerat. **B**
 suo Christus concessit de hoste uictori-
 am: tantaque mentis mutatio *Chos-*
droe inuasit exercitum, ut non solum
 praedictam pactionem nequeant tran-
 scendere, sed etiam uoluntarii cum
 omni familia sua atque prole Heraclio
 se subderent, tam potestate, quam fide.
 Quos ille benigne suscipiens, in hoc il-
 lis clementiam praestitit, ut omnes ad
 baptismum conuolarent, quod ita se fa-
 cturos omnes sponderunt. Ipse au-
 tem regna, quae *Chosdroes* tenuerat,
 perlustrans, ad sedem ipsius uenit; cum
 paucis ad eum ascendit, sedentemque
 in throno aureo reperit. Nullus enim
 ex eius exercitu fuerat, qui ei aliquate-
 nus exitum belli nunciasset, quia, pro-
 pter suae crudelitatis superbiam, omnes
 eum exosum habebant. Cumque ipse
 tremefactus, salutationis uerba profer-
 ret: *Heraclio*, ille respondit, *si uis sa-*
lutem habere, pro eo, quod lignum san-
ctae crucis, quamuis indignus, honorifice
tamen iuxta modulum tuum, traheasti, et
si credere domino IESU Christo uolu-
eris et seruum te illius esse, cuius ego sa-
mulus sum, confessus fueris, regnum tibi
Perfarum tantum cum patrimonio, et ui-
tam, paucis a te datis obsidibus, dabo.
 Cumque ille nequaquam acquiesceret,
 HERACLIVS gladio caput eius amputa-
 uit, filiumque eius paruulum, quem
 cum eo inuenerat, baptizari iussit, ipse
 eum de sacro fonte suscepit: erat
 enim annorum decem. Descriptiones
 etiam regni Perfarum sub illius nomine
 fecit, totumque argumentum turris,
 quam *Chosdroes* fecerat, in praedam sui
 exercitus deputauit. Aurum uero et
 gemmas in uasis uel utensilibus, ad re-
 stauracionem ecclesiarum, quas tyran-
 nus ipse destruxerat, reseruauit, aufe-
 rensque inde lignum sanctae crucis,
 quod impius asportauerat, Hierosoly-
 mam illud cum magna ueneratione re-
 stituit, unde ablatum fuit.

Anno 10CXII.

Anno 10CXIII.

Anno 10CXIV. *Bonifacius* papa ter-
 tius.

Anno 10CXV.

Anno 10CXVI.

Anno 10CXVII. *Honorius* papa Ro-
 manam rexit ecclesiam. Hic Scotos in

Honorius
papa.

obseruatione paschae errantes per epi-
 stolam redarguit.

Anno 10CXVIII.

Anno 10CXIX.

Anno 10CXX.

Anno 10CXXI.

Anno 10CXXII.

Anno 10CXXIII.

Anno 10CXXIV.

Anno 10CXXV.

Anno 10CXXVI.

Anno 10CXXVII.

Anno 10CXXIX.

Anno 10CXXX.

His temporibus fuit maior domus pa-
 latio *Clotarii* regis *Arnulfus*, uir, ut post-
 modum claruit, Deo amabilis, qui post
 gloriam seculi, Christi se seruitio iub-
 dens, mirabilis in episcopatu extitit.
 Huic *Dagobertus* filius *Clotarii* in annis
 puerilibus traditus est a genitore, ut eum
 secundum suam sapientiam enutriet
 eique tramitem christianae religionis
 ostenderet. Qui postea cum *Pipino* du-
 ce in *Austriam* regeneratus, a patre di-
 rectus est. Per idem etiam tempus *He-*
duinus, rex Anglorum, praedicante
 Paulino episcopo, ad fidem Christi cum
 sua gente conuersus est.

Anno 10CXXXI. *Seuerianus* papa,
 menses duos, dies quatuor.

Anno 10CXXXII. *Ioannes* papa. Hic
 etiam Scotos in obseruatione paschae
 per epistolam coarguit.

Anno 10CXXXIII.

Anno 10CXXXIV. *Theodorus* Roma-
 nam rexit ecclesiam. Hic *Cyrum* Ale-

xandriae, *Sergium* et *Pyrrhum*, regiae
 urbis episcopos, cum aliis episcopis, sibi
 in recta fide consentientibus, damnauit:
 qui unam operationem et unam uolun-
 tatem in Christo dogmatizabant. Tunc
 etiam *Rodoaldo* Longobardorum rege
 mortuo, *Rotharius* eius regno praefi-
 citur.

Anno 10CXXXV.

Anno 10CXXXVI.

Anno 10CXXXVII. *Heraclonas* filius
 Heraclii cum matre sua *Martina* impe-
 rator.

Anno 10CXXXVIII. His temporibus
Dagobertus, filius *Clotharii* regis,
 cum Saxonibus dimicans, grauiter ab
 eis uulneratur, patremque per lega-
 tum in auxilium uocat. Qui festinus
 cum exercitu uenit et, interfecto eo-
 rum duce *Bealdo*, Saxones ita perdo-
 muit, ut omnes uirilis sexus eiusdem
 terrae incolas, qui gladii, quem tunc
 forte gerebat, longitudinem excessif-
 sent, peremerit.

Tunc et *Synodus* bis habita est in ur-
 be *Toletana*, ubi plurima de fide catho-
 lica

Syracul
To-
letana.

lica

lica et religione christiana promulgata A
fiant et scriptis roborata.

*Isidorus Hi-
spaniensis.*

Isidorus Hispaniensis episcopus eo
tempore claruit.

*Constantinus
imperator.*

Anno 1033319. *Constantinus* fili-
us Heraclii, frater *Heraclonae*, impera-
tor mensibus sex. *Constans* filius eius
post eum imperator.

*Constans imp-
haereticus,
uadit.*

Hic *Constans* a *Paulo* successore *Pyr-
rhi* haeretico, qui *Paulus* non tantum B
uaesana doctrina, sed etiam aperta per-
secutione, catholicos tunc cruciabat,
deceptus haereticus effectus est, ex-
posuitque typum aduersus catholicam
fidem, nec unam, nec duas opertationes
aut uoluntates definiens esse confiten-
das, quasi nihil uelle uel operari cre-
dendus sit *Christus*.

Anno 103331.

Anno 103332.

*S. Oswaldus
rex.*

Anno 103332. *S. Oswaldus* rex oc-
census est.

Anno 103333.

*Martinus
papa.*

Anno 103334. *Martinus* papa Ro-
manam rexit ecclesiam.

Anno 103335.

Anno 103336.

*Synodus Ro-
mana.*

Anno 103337. *S. Martinus* papa, D
congregata *Romae synodo* cv. episcopo-
rum, hoc anno mense *Octobrio*, indi-
ctione viii. damnauit sub anathemate *Cy-
rum*, *Sergium*, *Pyrrhum* et *Paulum* hae-
reticos. Hac de re missus ab imperato-
re *Constante*, etiam haeretico, *Theodo-
rus* exarchus, tulit *Martinum* papam de
ecclesia *Constantiniana*, perduxitque
eum *Constantinopolim*, et postea rele-
gatus est *Chersonam*, propter fidem ca-
tholicam, ibique uitam finiuit, multis
in eodem loco miraculorum signis us-
que hodie refulgens.

Anno 103338.

Anno 103339.

Anno 103340.

Anno 103341.

*Eugenius
papa.*

Anno 103342. *Eugenius* papa Ro-
manam rexit ecclesiam.

*dat Vrolfo
pallium.*

Eugenius papa dedit *Vrolfo* archie-
piscopo *Lauriacensi* pallium: et insuper
propter petitionem suffraganeorum su-
orum episcoporum, commisit ei uicem
suam et auctoritatem apostolicam, per
priuilegium, tempore, *Tittundi* et *Moi-
mari*, principum Hunorum.

Anno 103343.

*Vitalianus
papa.*

Anno 103344. *Vitalianus* papa Ro-
manam rexit ecclesiam. Hic natione
Signensis direxit responsales suos cum
Synodica, iuxta consuetudinem, in ur-
bem regiam, apud piissimos principes
significans de ordinatione sua.

Anno 103345.

Anno 103346.

Anno 103347.

Anno 103348.

Anno 103349.

Anno 103350. Histemporibus *The-
odoris* archiepiscopus et *Adria-
nus* abbas doctissimus a *Vitaliano* pa-
pamissi sunt in *Britanniam*, plurimas-
que ecclesias *Anglorum* doctrinae fruge
foecundarunt.

Per idem etiam tempus *Clotarius* rex *Dagobertus*
Francorum moritur: & *Dagobertus* fili-
us eius monarchiam totius imperii ob-
tinuit.

Rothario quoque *Longobardorum* re-
ge mortuo; *Grimoaldus* uir strenuus re-
gnum obtinuit.

Eo quoque tempore *CONSTANS* au-
gustus *Italiam* a *Longobardorum* manu
eripere cupiens, a *Constantinopoli* *A-
thenas* uenit: inde *Tarentum* applicuit:

Cinde *Beneuentum* intrauit, omnesque
pene ciuitates *Longobardorum*, per
quas uenerat, cepit, *Lucenariam* ad so-
lum prostrauit. *Beneuentum* cum omni
exercitu obsedit: *Vbi Rumaldus* filius
Grimoaldi se incluserat: et accepta obfi-
de *Rumaldi* sorore, soluta obsidione,
Neapolim proficiscitur. Inde *Romam*
perrexit: cui sexto ab urbe *milliario*, *Vi-
dalianus* papa cum sacerdotibus & po-
pulo *Romano* occurrit: qui obtulit bea-
to *Petro* pallium auro textile, et ma-
nens apud *Romam* dies xii. omnia,
quae fuerant antiquitus instituta ex ae-
re, ad ornatum urbis deposuit, in tan-
tum, ut et ecclesiam beatae *MARIAE*,
quae *Pantheon* aliquando uocabatur, di-
fcooperiret, tegulasque aeneas inde au-
ferret. Post haec *Neapolim* reuersus,
itinere terreno perrexit in ciuitatem
Rhegium, ingressusque *Siciliam* habitauit
in *Siracusa*. Mansit autem in *Sicilia*
sex annis, ubi post plurimas et inaudita
depraedationes, in balneo a suis ex-
stinctus est. Tum *Metius* uel *Mezenis*
us in *Sicilia* regnum arripuit, sed abs-
que orientalis exercitus uoluntate.

Contra quem *Italiae* milites alii per *Hi-
striam*, alii per *Campaniam*, alii uero a
partibus *Africae* et *Sardiniae* uenien-
tes, apud *Siracusas* eum uita priuarunt.
Constantinopolim caput eius depor-
tatum est.

Haec audiens gens *Saracenorum*, *Saraceni* in-
quae iam *Aegyptum* et *Alexandriam* inuadunt
peruaserat, subito cum multis nauibus
Siciliam.

uenientes *Siciliam* inuadunt, *Siracusas*
ingrediuntur, multam stragem faciunt
populorum, auferentes quoque prae-
dam nimiam et omnem illum, quem
Constans a *Roma* attulerat, ornatum, in
aere et diuersis speciebus: et sic *Ale-
xandriam* reuersi sunt.

Anno 103351.

Anno 103352.

Anno 103353.

Anno 103354.

(N) a

Anno

Anno 10CLXV.
 Anno 10CLXVI.
 Anno 10CLXVII. CONSTANTINVS,
Constantinus filius Constantis superioris, imperator.
imperator.
 Anno 10CLXVIII.
 Anno 10CLXIX.
 Anno 10CLXX. *Adeodatus* papa Ro-
papa. manam rexit ecclesiam.
 Anno 10CLXXI.
 Anno 10CLXXII.
 Anno 10CLXXIII.
 Anno 10CLXXIV. **Domnus* uel *Do-*
Donatus natus papa.
papa.
 Anno 10CLXXV.
 Anno 10CLXXVI. *Agatho* papa. Hic
Agatho natione Siculus, cuius legatione fungens
papa. *Ioannes*, episcopus Portuensis, dominico-
 rum die octaua paschae, in ecclesia
S. Sophiae, publicas missas, coram prin-
 cipe et patriarcha, latine celebrauit.
 Tunc idem *Ioannes* suscepit diualem se-
 cundum suam postulationem, per quam
 releuata est quantitas, quae solita erat
 dari pro ordinatione pontificis facien-
 da: sic tamen, ut, si contigerit post eius
 transitum electionem fieri, non debeat
 ordinari, qui fuerit electus, nisi prius de-
 cretum generale introducatur, in urbe
 regia secundum antiquam consuetudi-
 nem, ut cum eorum conscientia et ius-
 sione debeat ordinatio properari.
 Anno 10CLXXVII.
 Anno 10CLXXVIII.
 Anno 10CLXXIX. CONSTANTI-
Synodus Con- NVS Augustus congregari fecit hoc an-
stantinopoli- no *synodum* c. l. episcoporum in urbe
tana VI. regia, inter quos fuerunt missi ab *Agatho*
 papa legati Romanae ecclesiae, *Ioannes*
 diaconus et *Ioannes* Portuensis
episcopus. Qui omnes hanc haeresin
Monothelitarum haereticis damnatur. damnauerunt, consentiente imperato-
 re, quae unam uoluntatem et operatio-
 nem in domino nostro IESV Christo
 asseruerat. Et *Georgius* quidem patri-
 archa Constantinopolitanus correctus
 est: caeteri autem, id est *Cyrus*, *Sergius*,
Pyrrhus, *Paulus*, *Honorius*, *Petrus*, *Ma-*
charius, *Stephanus*, *Polychronius* nouus,
Simon, in sua sententia persistentes, ana-
 thematizati sunt, ultione DEI percus-
 si. Recta autem fides est et uera, ut in
 domino nostro IESV Christo sicut
 duae sunt naturae, DEI et hominis, sic
 etiam credantur esse duae uoluntates et
 operationes. Haec est *sexta synodus*
uniuersalis, Constantinopoli celebrata
 et Graeco sermone conscripta, habita
 contra *Macarium*, Antiochenum epi-
 scopum iam dictum et socios eius. Vbi
 etiam ab iisdem patribus sub Iustiano
 iuniore, filio huius Constantini, quan-
 do secundo habita est eadem *synodus*,
 ix. canones conscripti sunt.
Pestis. His temporibus facta est *eclipsis solis*

A quinto nonas Maii: moxque subsecuta
 est grauissima *pestis*, tribus mensibus Iu-
 lii, Augusti et Septembris. Tunc uisi-
 biliter multis apparuit, quasi bonus et
 malus angelus, noctu per ciuitatem per-
 gens, et ex iussu boni angeli malus an-
 gelus, qui uidebatur uenabulum manu
 ferre, quoties de uenabulo ostium cuiusque
 domus percussisset, tot de eadem
 B domo sequenti die homines interie-
 runt.

Eo etiam tempore legati regis *Dago-*
berti, *Seruatus* et *Paternus*, Constanti-
 nopolim regressi sunt, petiitque impera-
 tor Constantinus Dagobertum, ut om-
 nes Iudaeos regni sui secundum fidem
 catholicam baptizari praeciperet, aut de
 regno expelleret. Siquidem diuino-
 rum signis cognouerat, quod a circum-
 cis gentibus, diuino nuto, eius imperi-
 um esset uastandum. Et rex quidem
 summo hoc peregit studio. Sed impera-
 tori non de Iudaeis, sed de Saracenis
 fuerat demonstratum.

Grimoaldus rex Longobardorum
 cum Dagoberto pacis foedus tunc
 iniit.

D Anno 10CLXXX. *Leo* iunior II. pa-
 pa Romanam rexit ecclesiam. Hic elo-
 quentissimus et in diuinis scripturis suf-
 ficienter eruditus, Graeca latinsque
 lingua instructus. Hic etiam confir-
 mauit sua auctoritate sanctam sextam
 synodum.

Anno 10CLXXXI. *Benedictus* papa
 menses x. dies xv.

E Anno 10CLXXXII. *Ioannes* papa:
 Anno 10CLXXXIII. *Conon* papa, men-
 ses xi.

Grimoaldus rex Longobardorum
 moritur, et *Betharius* quidam potens,
 cui *Grimoaldus* semper infestus erat, re-
 gnum obtinuit, cum Bertho filio suo.

Anno 10CLXXXIV. *Sergius* papa Ro-
 manam rexit ecclesiam. Hic consti-
 tuit, ut inter communicandum agnus
 DEI a clero cantetur.

IUSTINIANVS minor, filius Con-
 stantini superioris, imperator.

Anno 10CLXXXV.

Anno 10CLXXXVI.

Anno 10CLXXXVII.

Anno 10CLXXXVIII.

Anno 10CLXXXIX.

His temporibus gens *Sarracenorum*
 in Africam, cum magna multitudine
 pergens, obsessam Carthaginiem cepit,
 et crudeliter depopulatam ad solum
 prostrauit. Iustinianus autem impera-
 tor iunior Africam a Sarracenis abstu-
 lit et cum eis pacem fecit.

Per idem tempus *Kilianus* episcopus
 Würzburgensis et *Arnuald* eius disci-
 pulus clarescunt.

Anno 10CX.

Anno

Anno 1000.

Anno 1001.

Anno 1002.

Crux pretiosa
inuenta a Ser-
gio.

Sergius papa in sacario S. Petri in angulo obscurissimo, et in ea crucem diuersis et preciosis lapidibus adornatam, domino reuelante, reperit, de qua detractis quatuor petallis, in quibus gemmae inclusae erant, mirae magnitudinis portionem ligni salutiferae crucis inuenit interius repositam. Quae ex illo tempore annis omnibus in basilica saluatoris, quae appellatur *Constantiniana*, die exaltationis eius, ab omni osculatur atque adoratur populo.

et exaltata.

Sergius papa
Constantino-
polim portan-
dus liberatur.

Ipse etiam *Sergius* papa, quia erraticae synodo, quam *Iustinianus* imperator Constantinopoli fecerat, fauere et subscribere noluit, misso *Zacharia* protospatrio suo, Constantinopolim a *Iustiniano* imperatore portari iussus est: sed praeuenit militia *Rauennatis* urbis, uicinarumque partium, iussa principis nefanda, et eundem *Zachariam*, cum contumeliis et iniuriis ab urbe repulerunt.

His etiam temporibus *Dagobertus* ex Metis ueniens cum consilio pontificum et procerum, filium suum *Sigebertum* in regno Austriae sublimat, et eum *Coloniensi* episcopo et *Pipino* duci commendauit, ipseque non multo post moritur. Regnum eius, sicut ipse uiuus diuiderat, filii eius post eum tenuerunt. Regnum eius *Neptricum* et *Burgundiae* *Luduuius*, filius eius admodum paruulus, cum matre sua *Nanthilda* regina obtinuit.

* *Nausticum*
forte.de regno Lon-
gobardorum
controversia.

Cuniberto etiam rege Longobardorum his temporibus mortuo, inter principes magna fit controversia. Plurimi interficiuntur, nonnulli excaecantur, mulieres et quae se reginas forte iactauerant, naso et auribus abscissis deturpantur. Ad extremum *Heribertus* dux *Taurinensium* regnum obtinuit.

Benedicti cor-
pus in pa-
triam aspor-
tatur.

Circa haec quoque tempora, cum in castro *Cassino* uasta solitudo existeret, uenientes quidam *Celiomanicorum* uel *Aurelianensium* *Franci*, uenerabilis patris *Benedicti* eiusque *Germanae Scholasticae* corpora auferunt et in suam patriam asportant. Corpus *Benedicti* in territorio *Aurelianensi* in monasterio, quod uocatur *Floriacus*, sepultum est. Corpus *Scholasticae* in partibus *Genomanensium* religiose conditum.

Iustinianus
imp. regno
priuatur.

Iustinianus imperator, ob culpam perfidiae, regni gloria priuatus est a *Leone*: qui augustalem ciuitatem arripens, *Iustinianum* exulem in ponto seruauit, ipseque pro eo regnauit.

Anno 1003.

Anno 1004.

Leontius, aliis

Anno 1005. *Guthbertus* Lindisfar-

Anensis ecclesiae episcopus, cuius uitam *Guthbertus* ep. *Beda* conscripsit, obiit, * *Leo* imperator. *Lindisjarn.*

Anno 1006.

Anno 1007.

Aduersus *Leonem* imperatorem *Tiberius* insurgens, regnum inuasit eumque toto, quo ipse regnauit, tempore, in eadem ciuitate in custodia tenuit.

Leo imp. in
custodia tene-
tur.

His etiam temporibus *Willibrordus*, cognomento *Clemens*, de Britannia in Gallias transiens, a *Sergio* papa episcopus *Fresonum* consecratur, atque ad eandem gentem praedicaturus mittitur.

Willibrordus
missionarius.Anno 1008. *Tiberius* imperator.

Anno 1009. *Ioannes* papa Romanus Romanam rexit ecclesiam. Hic uniuersos captiuos, quos *Gisulphus* dux ceperat, qui eo tempore *Beneuentum* et *Campaniam* igne et gladio captiuitate uastauit, redimit et *Longobardos* domum redire fecit.

Ioannes papa

Anno 1010.

Anno 1011.

Anno 1012. *Hereberdus* rex Longobardorum multas curtas et patrimonia *Alpium Cottiarum*, quae quondam ad ius pertinebant apostolicae sedis, sed a Longobardis tempore multo ablata, his temporibus restituit iuri eiusdem sedis, et hanc donationem aureis scriptam literis Romam direxit.

Hereberti do-
natio erga sa-
ctam apostel.

Ipso tempore *Leoduicus* rex, filius *Dagoberti*, corpus beati *Dionysii* disco operiens minus religiose, licet cupide, os brachii fregit et rapuit: confestimque stupefactus in amentiam incidit, et post duos annos uitam cum regno finiuit.

B. Dionysii
corpus rapi-
tur.

Pipinus, *Ansgisi* filius, obtinuit regnum *Francorum*, cum regibus illi subiectis.

Lambertus *Tungrensis* episcopus et *Beda* monachus in Anglia per idem tempus claruerunt.

Hoc tempore *synodus Aquileiae* facta, *synodus* ob imperitiam fidei, *quintum uniuersale Aquileiense*, concilium suscipere distulit. In hac synodo catholica institutum est, ut *MARIA* semper *theotocos* diceretur; quia non solum hominem, sed uerum *Deum* et hominem genuit.

Anno 1013.

Anno 1014.

Anno 1015. *Iustinianus* secundo cum *Tiberio* filio suo imperator. Hic *Iustinianus* auxilio *Terbelli* regis *Bulgarorum*, regnum rursus recipiens, eos, qui se expulerant, patricios occidit. *Leonem* quoque et *Tiberium*, qui locum eius usurpauerant, cepit et in medio circo coram omni populo iugulari praecipit. *Gallinicum* patriarcham, erutis oculis, Romam misit: *Cyrumque* abbatem, qui

Iustinianus
restituitur in
regnum.

(N) 2

cum

eum in *Ponto* exulem aluerat, episcopum *A* nec effigies eius in ecclesiam introdu-
in eiusdem *Callinici* loco constituit.

Anno 1000VII.

Constantinus Anno 1000VIII. *Constantinus* papa
papa. Romanam rexit ecclesiam.

honorifice ex- Hunc *IUSTINIANVS* imperator ad
cipitur a *Iu-* se uenire rogans, honorifice suscepit ac
stinio imp. remisit, ita ut prostratus in terram pro
suis peccatis eum intercedere rogaret,
et eum ibi missas celebrare rogans com-
munionem de manu eius accepit, cun-
cta quoque ecclesiae Romanae priuile-
gia renouauit.

Anno 1000CIX.

Anno 1000CX.

Anno 1000CXI.

Iustinianus *IUSTINIANVS* imperator, cum exer-
citur. citum in *Pontum* mitteret, ad compre-
hendendum *Philippicum*, quem ibi-
dem relegauerat, multum eum *Con-*
stantinus papa prohibuit, sed non in-
hibere potuit. Exercitus autem, qui
missus fuerat, ad partem *Philippici* se
contulit, et eum imperatorem fecit:
reuerfusque cum eo *Constantinopolim*
pugnauit contra *Iustinianum*, ad duo-
decimum ab urbe milliarium: et uicto
atque occiso *Iustiniano*, regnum obti-
nuit *Philippicus*. Imperauerat autem
idem *Iustinianus*, secunda hac uice
sex annos: quem *Leo* in expulsio-
ne illius naso truncari fecerat. Qui
post iterum assumpto imperio, quoti-
es defluentem guttam rheumatis manu
deterfit, toties pene aliquem ex his, qui
contra eum fuerant, iugulari fecit.

ac mores ty-
vannici.

Ansbrandus.

Hereberti fa-
ta.

Philippicus
imp.

haereses, ar-
guitur.

Dum haec in oriente agunt, *Ansbran-*
us, qui apud *Bauariam* septem exu-
lauerat annos, cum *Bauuariis* *Italiam*
uenit, et pugnauit cum *Hereberto*, rege
Longobardorum, eumque uicit. Qui
dum in *Franciam* fugere uellet, *Tici-*
num fluuium cum equo transnatare co-
natus est. Sed, quia auro grauatus
erat, aquis suffocatus, extinctus est.
Ansbrandus regnum obtinuit tres tan-
tummodo menses. Post cuius interi-
um *Luitbrandus* filius eius pro eo in re-
gali constituitur folio.

Anno 1000CXI. *PHILIPPICVS* im-
perator.

Anno 1000CXIII.

Hic *Philippicus* postquam in impe-
rio confirmatus est, *Cyros* de pontifica-
tu abiecto, ad gubernandum monaste-
rium suum in *Pontum* redire praecepit.

Hic etiam *Constantino* papae literas
prauu dogmatis misit, quas ille spreuit
cum apostolicae sedis concilio, et hu-
ius rei causa fecit ipse *Constantinus* pa-
pa picturas in porticu *S. Petri*, quae acta
lex sanctarum synodorum uniuersalium
continerent. Nam et huiusmodi pi-
cturae cum haberentur in urbe regia,
PHILIPPICVS iusserat auferri, unde

ta est, nec nomen eius ad missarum so-
lennia prolatum. Tunc statuit popu-
lus Romanus, ne haeretici imperatoris
nomen aut chartas, aut figuram solidi
fufciperent. Contra *Philippicum* *Ana-*
stasius, qui et *Artemius* dictus erat, in-
surgens, eum de regno expulit, ocu-
lisque priuauit.

Anno 1000CXIV. *ANASTASIVS*, qui *Anastasius*
et *ARTEMIVS* imperator imperator.

Hic literas *Constantino* papae per *Scho-*
lasticum patricium et exarchum *Italiae*
dixit, quibus se fautorem catholicae
fidei et sexti concilii praedicatorem esse
declarauit. Ipse etiam classem in *Ale-*
xandriam contra *Sarracenos* direxit,
exercitus autem de medio itinere re-
uerfus, *Theodosium* imperatorem dele-
git, et coactum in imperio confirmauit.
Qui apud *Ruceam* ciuitatem *Anastasium*
graui praelio uicit, datoque sibi sacra-
mento, clericum eum fieri ac presby-
terum fecit ordinari.

Circa haec tempora *Patronax*, cuius
Brixanae urbis castrum *Cassinum* petiit,
et monasterium *S. Benedicti*, quod iam
per decem annos destructum manebat,
reaedificauit, multorumque monacho-
rum pater ibi exstitit.

Mortuo quoque *Gisulpho* duce *Bene-*
uentano, *Romaldus* filius eius locum
eius obtinuit.

Anno 1000CXV. *Pipinus* maior do-
mus hoc anno obiit, et *Carolus* filius
eius regnum *Francorum* obtinuit.

Anno 1000CXVI. *Gregorius II.* papa *Gregorius II.*
Romanam rexit ecclesiam. Hic con-
stituit in canone a sacerdote dicendum:
quorum solennitas hodie in conspectu
maiestatis tuae celebratur, domine Deus
noster, in toto orbe terrarum, et omni-
um sanctorum tuorum, quorum meri-
tis precibusque concedas, etc. Huius
etiam admonitione *Luitbrandus*, rex
Longobardorum, donationem patrimo-
nii *Alpium Cotiarum*, quam *Hereber-*
tus rex fecerat, et ipse repetierat, apo-
stolicae sedi confirmauit.

Anno 1000CXVII. *THEODOSIVS* im-
perator. *Theodosius*
imperator.

Hic *Theodosius* mox ut regnum obti-
nuit, eum esset catholicus, imaginem il-
lam uenerandam, in qua sanctae sex
synodi erant depictae, et quae a *Phi-*
lippico fuerat deiecta, pristino in loco
restituit, in urbe regia.

Anno 1000CXVIII. *LEO* cum *CON-*
STANTINO filio suo imperator. *Leo et Con-*
stantinus imp.

Anno 1000CXIX.

Anno 1000CXX. *S. Corbinianus*, *Fri-*
singensis ecclesiae episcopus, claruit. *S. Corbinia-*
nus.

Anno 1000CXXI.

Anno 1000CXXII.

Anno 1000CXXIII.

Anno

Anno 1000XXIV.

Anno 1000XXV.

Luitbrandus.

Anno 1000XXVI. His temporibus Luitbrandus, rex Longobardorum, audiens quod Sarraceni, depopulata Sardinia, etiam illa loca vastarent et sua perfidia foedarent, ubi *ossa S. Augustini* episcopi fuerant tunc recondita: quae primo de ciuitate sua *Hipponensi*, propter barbarorum vastationem olim ablata et in *Sardiniam* fuerant translata, et ibi honorifice, recondita, misit et dato magno precio, accepit et transtulit ea in *Ticinum*, id est, Papiam, ibique cum debito tanto patri honore recondidit.

ossa S. Augustini.

translatis papiam.

Anno 1000XXVII. CONSTANTINVS, filius Leonis, cum LEONE filio imperator.

Anno 1000XXVIII.

Anno 1000XXIX.

Gregorius III. papa.

Anno 1000XXX. Gregorius III. papa Romanam rexit ecclesiam. Hic castus et in diuinis scripturis eruditus fuit. Et *Bonifacium* Britannia ortum episcopum ordinauit, et per eum uerbum salutis in Germania praedicauit. Addidit quoque in canone, *intra quorum nos consortium non aestimator meriti, sed ueniae quaesumus largitor admittite.* Ipse etiam quadragesimali tempore, ut quinta feria ieiunium atque miserarum celebratio fieret, quod non agebatur, tunc instituit.

Bonifacius Germanorum apostolus.

Anno 1000XXXI. *S. Bonifacius* Mogonciacensis archiepiscopus claruit.

Anno 1000XXXII.

Anno 1000XXXIII.

Anno 1000XXXIV.

Anno 1000XXXV.

Anno 1000XXXVI.

Anno 1000XXXVII.

Anno 1000XXXVIII.

Anno 1000XXXIX.

Zacharias papa.

Anno 1000XL. Zacharias papa Romanam rexit ecclesiam.

Carolus maior dominus obis.

Anno 1000XLI. Karolus filius Pipini, maior domus et bellicosissimus dux Francorum, mortuus est.

Anno 1000XLII. Karlomannus et Pipinus, filii Caroli, diuiserunt inter se regnum Francorum, in loco qui dicitur uetus Pictauis.

Anno 1000XLIII.

Anno 1000XLIV.

Anno 1000XLV.

Carolomannus.

Karlomannus rex, honorifice et cum multis muneribus a fratre suo Pipino rege dimissus, Romam perrexit, ibique se totondit et in *Soracte* monte monasterium aedificauit, in honore S. Syluestri: ibique aliquod tempus moratus, cum propter regiam nobilitatem ab omnibus ueneretur, timens fauorem laudis humanae, cum uno fido socio noctu omnibus inde aufugit insciis, nihil secum

monachus factus.

A portans, et ad montem *Cassinum* perueniens, ibi monachus factus est.

Anno 1000XLVI.

Anno 1000XLVII.

Anno 1000XLVIII. *Gripho* quidam *Griphonis* gentis de Saxoniam egressus, in Bauuariam uenit, ipsumque ducatum sibi subiugauit. *Hildrudem* cum *Tassilone* cepit, et suae ditioni subiecit. Hoc audiens *Pipinus*, cum exercitu uenit, omnesque nominatos oppressit. *Tassilonem* ducem Bauuariorum constituit, *Griphoni* duodecim comitatus dedit in Neustriae partibus.

Anno 1000XLIX. *Burchardus* Würzeburgensis episcopus et *Folradus* capellanus *Pipini*, missi sunt Romam ad hunc *Zachariam* papam, ut interrogarent de regibus in Francia, qui illis temporibus non habentes regiam potestatem, reges tantum uocabantur, si bene esset, an non? Et *Zacharias* papa mandauit *Pipino* melius sibi uideri, illum regem uocari, qui potestatem haberet, quam illum, qui non haberet regiam potestatem, nec perturbaretur christianitatis ordo.

Anno 1000L. *PIPINVS* rex per apostolicam auctoritatem, secundum morem Francorum, electus in regem et sanctae unctionis oleo inunctus, per manus sanctae memoriae *Bonifacii* Mogonciacensis archiepiscopi, eleuatus, est hoc anno in regnum Francorum, in *Suessionis* ciuitate. *Hildericus* autem, qui falso rex uocabatur, attonsus est et in monasterium missus.

Anno 1000LI. *Stephanus* papa Romanam rexit ecclesiam. Hic *Stephanus* papa statim hoc anno uenit in Franciam, ad regem *Pipinum*, solatium et adiutorium quaerens, pro opprobrio *Romanae* ecclesiae, quam faciebat *Hastulphus* rex Longobardorum, et pro requirendis iustitiis S. Petri, quas idem rex contra dicebat.

Anno 1000LII. *Stephanus* papa in Francia manens, Christi roboratus uirtute, inter celebrationem consecrationis et oblationem sacrificii unxit in regem et confirmauit secundo sancta unctione regem *Pipinum* et duos filios eius, *Karolum* et *Karlomannum*; sed et *Bertradam* coniugem ipsius regis indutam *DEI* nomine; atque Francorum proceres apostolica benedictione sanctificans, auctoritate S. Petri a Christo tradita obligauit et obtestatus est, ut nunquam de altera stirpe per succedentium temporum curricula, ipsi, uel quicumque ex eorum progenie orti, regem super se praesumant aliquando constituere, nisi de eorum progenie, quos et diuina prouidentia ad sedem apostolicam tuendam

Pipinus rex Francorum creatur.

Stephanus papa.

auxilium Pipini quaerit.

Stephanus Pipinum in re, em ungit.

dam eligere, et patricos sanctae Romanae ecclesiae esse, et in potestatem regiam sancta unctione dignata sit sublimare.

*S. Bonifacii
martyrium.*

Eodem anno S. Bonifacius, archiepiscopus ecclesiae Magonciacensis, annuncians uerbum salutis in Frieslandia, a paganis cum focis suis coronatus occubuit. Vualfridus abbas interea tunc claret. S. Lullus archiepiscopus Magonciacensis.

** confisuitur.
Pipini expeditione
in Italiam prima,*

Pipinus rex per apostolicam inuitationem Italiam ingressus est, Haistulphus rex Thermiphilas id est clufas Longobardorum petiit et obuiam Francis uenit et, commisso praelio, DEO auxiliante et B. Petro intercedente, Pipinus uictor exstitit. Incluso uero Haistulpho in Papia necessitate ductus, iustitiam S. Petri pollicitus est faciendam. Ex qua promissione Pipinus obsides XI. recepit, sacramentoque accepto reuersus est in Franciam. Stephanus papa quoque eodem anno reductus est ad suam sedem, permisso regis Pipini.

Secunda.

Anno 1000. Cum audisset Pipinus, ea non esse uera, quae Haistulphus promiserat, de iustitiis S. Petri: iterum Italiam ingressus, Haistulphum in Papia obsedit et rursum de iustitiis firmitatem dedit, ut stabiles permanerent, et insuper Rauennam cum pentapoli, et omni exarchatu conquinuit et sancto Petro tradidit. Cum autem reuersus esset Pipinus in Franciam, meditabatur Haistulphus ea fallere, quae promiserat. Quadam uero die, cum uenationibus inferiret, percussus est DEI iudicio, uitamque cum regno finiuit.

*Constantinus
imperator.
Tassilo iurat
imperator.*

Anno 1001. CONSTANTINVS imperator misit regi Pipino cum aliis donis organum. Eodem anno Tassilo dux Bauuariorum sacramenta multa iurauit Pipino et filiis eius supra corpus Dionysii et S. Germani, sanctique Martini, et suus effectus est per manus. Sic et eius homines meliores fecerunt.

** Notand. uisio
forte libri
vii omissum
esse P. ulum
pontificem.
Vide Anast ad
hunc ann.
Christi.*

Anno 1002. Pipinus iter fecit in Saxoniam, et munitiones Saxonum per uirtutem introiuit, et multae strages factae sunt de populo Saxonum et tunc promiserunt, se omnem uoluntatem eius facturos: tributum etiam praesentandum, equos scilicet CCC. per singulos annos.

*Pipinus Saxo-
nis sibi subie-
cit.
Leo imp.*

Anno 1003. LEO, filius Constantini superioris imperator.

Anno 1004.

Anno 1005. His temporibus S. Othmarus abbas clauit, ex genere Alamannorum oriundus in Rhetia Curiensi.

Anno 1006.

Anno 1007.

Pipinus rex habuit placitum in Nin-

niuernis: Tassilo dux positus sacramentis fraudulenter se inde subtraxit, omnia beneficia oblitus; quae rex Pipinus auunculus eius sibi fecerat; et Bauuariam regressus amplius noluit uidere faciem regis.

Anno 1008. CONSTANTINVS, Constantinus filius Leonis, cum matre sua Hirene, post patrem imperator.

Anno 1009.

Anno 1010.

Anno 1011. S. Virgilius consecratus est in episcopum Saltzburgensem XVII. Kal. Iulii, Ioanne episcopo defuncto, quem Bonifacius consecrauerat ad praedictum locum.

*S. Virgilius
episcopus
Salisburgens.*

Anno 1012. Pipinus rex interempto Vualfario duce Aquitanorum, et captis matre, fororibus, nepribus eiusdem ducis, cum triumpho uictoriae ad Senones reuersus est: ibique moram faciens, post aliquot dies aegrotare coepit. Inde profectus Turonos uenit, et orationis causa ad S. Martinum perrexit. Inde egressus Parisios ad S. Dionysium uix peruenit, ibique diem clausit extremum V. III. Kal. Octobris.

*Pipinus tri-
umpbat et
obit.*

KAROLVS et Karolomannus filii Pipini eleuati sunt in regnum.

*Carolus et Ca-
rolomannus.*

Anno 1013.

Anno 1014. Adrianus papa Romanam rexit ecclesiam.

*Adrianus
pa, a.*

Anno 1015. Karolomannus rex frater Karoli Francorum regis mortuus est: totumque regnum Francorum in Karoli cessit potestatem.

*Karolomannus
obit.*

Anno 1016.

Anno 1017. KAROLVS rex peruenit ad hyemandum in Theodonis uillam, ubi eum adiit missus huius Adriani papae numine, petens, inuitans eum una cum Francis, ut pro amore DEI, pro requirendis iustitiis S. Petri, super Desiderium regem Longobardorum ueniret. Tunc rex principes consuluit, utrum petitionibus apostolicis assensum praerberet. Et omnibus collaudantibus illis in partibus profectus est. Quod cum cognouisset Desiderius regi et Francis cum armatis occurrit. Tunc rex ad Clufas castra posuit, et misit quosdam de electis uiris per montana. Hoc sentiens Desiderius, statim clufas reliquit, et quam citius potuit Papiam ingressus est. Rex autem cum omnibus suis, DEO auxiliante et intercedente B. Petro, sine laesione Italiam ingressus, Desiderium regem in Papia obsedit, et ibi in suis castris natale domini celebravit.

*Carolus M.
recibus
Adriani Desi-
derio bellum
infert.*

Anno 1018. S. Ruodbertus translatus est a B. Virgilio episcopo.

Karolus, relicto exercitu apud Papiam, in sancta resurrectione Romam uenit,

*Carolus De-
siderium ca-
pit.*

nit, et ab *Adriano* papa honorifice susceptus est. Post sanctam uero resurrectionem *Papiam* reuersus, ipsam ciuitatem armis cepit, et *Desiderium* regem cum uxore sua et filiis omnemque thesaurum palatii comprehendit. *Adalgisus* uero, filius *Desiderii*, fuga lapsus, intrauit mare et *Constantinopolim* peruenit. Tunc omnes *Longobardi*, de cunctis ciuitatibus Italiae ueni-

Synodus Romana.

entes, *Karoli* se subdiderunt dominationi. Nec mora, *Karolus* ueniens Romam, iterum constituit ibi synodum cum *Adriano* papa, in patriarchio *Laterani*, in ecclesia S. saluatoris. Quae synodus celebrata est a *CLIII*. religiosis episcopis et abbatibus. *Adrianus* autem papa cum uniuersa synodo traderunt *Karolo* *ius et potestatem eligendi pontificem* et ordinandi apostolicam sedem, dignitatem quoque patriciatu ei concesserunt. Insuper archiepiscopos per singulas prouincias ab eo inuestituram accipere diffiniuit: et ut nisi a rege laudetur et inuestiatur episcopus, a nemine consecratur. Et quicumque contra hoc decretum esset, anathematis uinculo eum innodauit et, nisi resipisceret, bona eius publicari praecepit.

Potestas eligendi pontificem *Karolo* conceditur.

Karolus in Franciam uictor redit.

Ita *Karolus* subiugata Italia, et ordinata, custodiam Francorum dimittens in *Papia*, cum magno triumpho in Franciam reuersus est.

Anno *IOCCCLXXXV*.

Anno *IOCCCLXXXVI*.

Saxones Christiano nomen dant.

Anno *IOCCCLXXXVII*. *KAROLVS* Saxoniā ingressus est, et placitum tenuit in loco, qui *Paderbromma* dicitur, ubi omnes Saxones conueniunt, et multitudo magna Saxonum ibi baptizata est, et secundum consuetudinem sacramenta dederunt, ut perderent ingenuitatem et omnem haereditatem, nisi conseruarent suspectam christianitatem, et promissam fidelitatem regi et filiis eius, nec non et Francis.

Anno *IOCCCLXXXVIII*.

Anno *IOCCCLXXXIX*.

Anno *IOCCCLXXX*.

Karoli filii unguuntur in reges.

Anno *IOCCCLXXXI*. *KAROLVS* Romam ueniens orationis causa, et ibi *Pipinus* filius eius baptizatus est ab *Adriano* papa: quin ipse eum de sacro fonte suscepit, et duo filii eius inuncti sunt in reges ab eodem papa: *Pipinus* super Italiam, *Loduuicus* super Aquitaniam.

B. Valentini corpus famulatur *Patauias*.

Circa haec tempora corpus beati *Valentini* confessoris Christi et episcopi, quod à *Longobardorum* gente de castro *Mageni*, ubi primitus conditum fuerat, ablatum erat; et *Tridentinam* urbem deportatum, a *Tassilone* duce *Bauiariorum*, in *Patauiam* ciuitatem, cum summo honore euectum et ibi tumultatum est.

Per idem tempus *Tassilo* dux commonitus per apostolicam commonitionem *Adriani* papae, ut recordaretur priorum sacramentorum, et non aliter faceret erga *Karolum*, nisi sicut iureiurando iam dudum promiserat *Pipino*, patri eius. His admonitionibus consensit *Tassilo* et sumptis obsidibus a rege uenit *Vuormatiam*, et ibi renouauit sacramenta et *XII* obsides dedit.

Tassilo fidelitatem promittit *Karolo*

Anno *IOCCCLXXXII*. His temporibus *S. Egidius* abbas claruit, qui fuit natione Graecus. Exstitit *Athaenis* oriundus, patre *Theodoro*, matre *Pelagia*: qui utraque regia stirpe progeniti, atque inter totius orbis primates praeclari erant.

S. Egidius.

Anno *IOCCCLXXXIII*.

Anno *IOCCCLXXXIV*. *B. Virgilius* obiit v. Kal. Decembris.

Anno *IOCCCLXXXV*.

Anno *IOCCCLXXXVI*.

Anno *IOCCCLXXXVII*. *KAROLVS* Romam uenit orationis causa, et honorifice susceptus est ab *Adriano* papa. Tum uidens apostolicus facta mendacia, et instabilitatem *Tassilonis* ducis, iratus anathematizauit eum et omnes illi fauentes, nisi fidelitatem, quam *Pipino* et filio eius *Karolo* promiserat, per omnia seruaret, contestans eum per missos eiusdem ducis, qui tunc forte aduenerant, ne per eius obdurationem et perfidiam christianorum sanguis fundetur, et terra deuastraretur. Et, si ipse dux nullatenus obediret, tunc *Karolus* et exercitus eius absoluti essent a *DEO*, et *S. Petro*. Et quidquid in ducatu eius perpetratum esset, in incendiis et homicidiis, uel qualicumque malitia, totum hoc super *Tassilonem* et socios eius reuerteretur, et rex innoxius esset et Francis. *Karolus* autem a Roma ueniens, synodum apud *Vuormactam* congregauit, et manifestauit sacerdotibus et optimatibus regni, qualiter uersutia *Tassilonis* coram summo pontifice esset deprehensa. Missit itaque cum consultu fidelium ad eundem ducem, monens, ut apostolicis adhortationibus obediret. Qui cum nollet, rex exercitum partibus *Bauiariae* mouit et uenit in locum, qui dicitur *Echfelt*, super *Augustam* ciuitatem, cum ualida manu. Tunc uidens *Tassilo*, se ex omni parte circumdatum, uenit ad *Karolum* tradens se manibus eius ad seruitium, et reddidit ducatum sibi commissum a *Pipino* et, se in omnibus peccasse et male egisse, confessus est: et denuo renouans sacramenta, dedit *XII* obsides, et filium suum *XIII*.

Tassilo excommunicatur a papa.

Anno *IOCCCLXXXVIII*. *KAROLVS* congregauit synodum in *Engilinheim* ibique uenit *Tassilo* dux. Coeperunt autem eum *Bauiarii* accusare, quod fi-

Synodus *Engilinheim*.

(O)

dem

dem promissam uiolasset, suadente uxo-
re Luithurga. Et obiecta Tassilo nega-
 re non potuit: sed comprobatus est, ad
Auaros se postea contulisse et in uitam
 fidelium regis consiliaffe. Ex his et ali-
 is multis ab omnibus diiudicatus est ad
 mortem. Et cum omnes capitalem sen-
 tentiam proclamarent, rex misericor-
 dia motus, eo quod consanguineus eius
 esset, obtinuit ab omnibus ut non mo-
 reretur. Interrogatus ergo a rege, quid
 agere uellet, terrae prostratus licentiam
 in monasterium intrandi expetiit, ut
 ibi peccata sua desleret. Similiter *Theo-*
do filius eius fecit, Igitur attonsi et in
 monasterium missi sunt. Pauci Bauua-
 ri, qui cum Tassilone fenserant, in exi-
 lium missi sunt.

Tassilo da-
mnatus infi-
delitatis,

monasterium
intraf.

Carolus Boio-
ariae limites
ponit.

Carolus Aua-
res inuadit.

Arno archiep.
Salzb. palli-
um accipit.

Synodus Fran-
cofurtana.

haeresis Feli-
ciaua.

Leo III. papa.

Anno 1000LXXXIX. KAROLVS ad
Radesponam uenit ibique marcas et fines
 baioariorum disposuit. Postea Rhe-
 num transit et ad *Coloniam* uenit, ibi-
 que duos pontes construxit et ex utra-
 que parte pontis castrum aedificauit, ex
 lignis et terra.

Anno 1000CXI. KAROLVS ad Ra-
 desponam uenit, ibique consilio opti-
 matum regni disposuit ire in regnum
Auarorum, propter malitiam intolerabi-
 lem, quam in Galliarum populos com-
 misissent et ecclesias DEI. Venit ergo
 cum exercitu usque ad *Anisum* fluuium,
 ubi triduanum ieiunium fecerunt, pro
 salute exercitus, et ita cum plurima mul-
 tudine uenerunt, ubi iam dicti Auares
 munitiones habebant, de Australi parte
 ad *Gummiberg*, de aquilonari uero ripa,
 in loco qui dicitur *Champ*. Itaque
Auares cum uidissent ex utraque ripa
 exercitum et classem per medium flu-
 uium uenientem, dimissis munitionum
 praefidiis, latibula fugae quaesierunt.
 Et sic Karolus sine laesione *Pannoniam*
 intrauit et uenit usque ad fluuium, qui
 uocatur *Raba*, omnia caedibus et incen-
 diis deuastans, et sic ad *Radesponam* re-
 diit.

Anno 1000CXII. *Adrianus* papa de-
 dit *Arnoni* primo archiepiscopo *Salzbur-*
 genfi pallium.

Anno 1000CXIII. KAROLVS ce-
 lebrauit pascha in *Francofurt*, ibique
 congregauit *synodum* magnam episco-
 porum Galliarum, Germanorum, Italo-
 rum, ibique fuerunt apostolici missi
Theophilus et *Stephanus* episcopi, et
 in hac synodo tertia condemnata est
 haeresis *Feliciaua*.

Anno 1000CXV. *Leo* papa III. post
Adrianum constituitur. Hic *Leo* papa
 statim post electionem suam misit *Ka-*
 rolo legatos cum munusculis et clauis

confessionis S. Petri et uexillum urbis
 Romanae direxit.

Anno 1000CXVII. Hoc anno da-
 tum est iterum *pallium* a *Leone* papa III.
Arnoni. *HIRENE*, imperatrix *Con-*
stantinopoli post *Constantinum* filium
 eius.

Haec *HIRENE* misit statim legatos
 suos ad *KAROLVM*, *Michaelem* patri-
 cium *Phrygiae*, et *Theophilum* presby-
 terum, querens per epistolam, quod fi-
 lius eius *Constantinus* imperator, a suis
 comprehensus, excaecatus esset. Haec
 tamen legatio de pace tantum fuit.

Anno 1000CXIX. Romani *Leonem* *Leo* Roma
 papam, letania maiore captum, excae-
 cauerunt, ac linguam eius radicitus ab-
 sciderunt. Qui in custodiam missus
 noctu per murum euasit, et ad ducem
 Spoletanorum, qui tunc apud *basilicam*
S. Petri erat, ueniens Spoletum ductus
 est, et inde in Saxoniam ad *Padesbrun-*
nam, ubi tunc rex erat, uenit, et eum
 rex cum summo honore suscepit et *Ro-*
 mam simili modo remisit.

Anno 1000CC. KAROLVS Romam
 uenit, et occurrit ei *Leo* papa pridie, et
 senatus Romanorum apud *Nomentum*,
 duodecimo ab urbe lapide, et summa
 cum humilitate et honore suscepit, sta-
 timque eum ad urbem praecessit. Et in
 crastinum in gradibus basilicae S. Petri
 stans, missis obuiam Romanae urbis ue-
 xillis, cum crucibus, et reliquiis, dispo-
 sitis per congrua loca tam peregrino-
 rum quam ciuium turmis, qui uenien-
 ti laudes dicerent, ipse cum clero et
 episcopis ante gradus ecclesiae eum hu-
 militer suscepit, dataque benedictione
 in ecclesiam sancti Petri, cunctis eanen-
 tibus, introduxit. Hoc autem factum
 est VIII. Kal. Decemb.

Post septem uero dies rex concione
 uocata, cur Romam uenisset, indicauit
 et inde quotidie ad ea, propter quae ue-
 nerat, finienda, operam dedit. Inter
 quae quidem maximum et difficillimum
 erat de discutiendis criminibus, quae
 summo pontifici obiecta erant. *Causa*
 itaque uentilata, cum nullus probator
 aut testis legitimus appareret, qui lo-
 cum controuersiae subire praesumeret,
 praefatus pontifex coram omni populo
 in domo S. Petri euangelium portans,
 ambonem conscendit, inuocatoque
 sanctae Trinitatis nomine, iureiurando
 de obiectis se criminibus purgauit.

Anno 1000CCI. KAROLVS magnus
 imperator Romanus. Cum Karolus
 rex ipso die natalis domini ante confes-
 sionem S. Petri ab oratione surgeret,
Leo papa coronam imperialem capiti
 eius imposuit, et a cuncto Romano-
 rum populo, ter acclamatum est:

Karo-

Arno secunda
nice pallium
accipit.

Irene impera-
trix.

Leo Roma
pulsus.

Romam restituitur a
Carolo.

et purgat se de
criminibus
obiectis.

Carolus imp.
Rom. renun-
ciatus.

Karolo augusto, a Deo coronato, magno et pacifico imperatori Romanorum uita et uictoria. Et post laudes more antiquorum principum adoratus est; et ablato patricii nomine, *imperator et augustus* appellatus est.

punit aduersarios Leonis. Post paucos autem dies iussit eos, qui anno superiori pontificem deposuerant, exhiberi. Et habita de eis quaestione, secundum legem Romanam, ut maiestatis rei capitali sententia damnati sunt. Pro quibus tamen papa pio affectu intercessit, et uita et membrorum integritas eis concessa est: sed pro facinoris magnitudine in exilium deportati sunt. Cuius facinoris principes fuere

**nemiculator MS. mendoſe.* *Paschalis *primicerius, Campulus, et multi alii nobiles Romani.* Ordinatis itaque Romanae urbis totiusque Italiae non tantum publicis, sed etiam ecclesiasticis rebus et negotiis, imperator Spoletum perrexit, inde Rauennam et inde Papiam.

terrae motus Eodem anno, iv. Kal. Maii, hora noctis secunda, *terraemotus* ingens factus est, quo tota Italia grauius concussa est, et tectum basilicae S. Petri magna ex parte corruit, cum suis trabibus.

Irene pacem inquit cum Carolo. Anno 10002. HIRENE imperatrix misit de Constantinopoli legatum, nomine Petrum, ad imperatorem KAROLVM, de pace confirmanda inter Francos et Graecos. Et imperator misit Constantinopolim *Iesse*, episcopum Ambianensem, et *Elingandum* comitem, ut pacem firmam cum ea starent.

ut et Nicephorus. Anno 10003. Nicephorus imperator Constantinopolitanus. Hic misit legatos suos ad *Karolum* imperatorem; qui pacem cum eo fecit, et *Venetiam* ei reddidit. Tunc dimisso et absoluto *Arſaphio* Spatario, legato Nicephori augusti, eiusdem pacis causa legati a Karolo Constantinopolim missi sunt, *Halto* episcopus de Basila, et *Hugo* comes de Turoſia, et *Vuillarius* dux Venetiae. *

**Haec aſta, ut chronologia requirit, transferenda uidentur ad annum 811.*

Anno 10004.

Anno 10005.

Anno 10006.

Anno 10007.

Anno 10008.

Anno 10009.

Anno 10010.

Nicephorus obiit.

Anno 10011. Ipse autem NICEPHORVS imperator post multas et insignes uictorias in Maesia, prouincia commisso cum Bulgaribus praelio, moritur, antequam uenissent ad eum legati Karoli.

Michael imp.

Anno 10012. MICHAEL imperator Constantinopolitanus. Hic fuit gener *Nicephori* augusti. Ipse statim legatos Karoli, qui ad Nicephorum

missi fuerant, suscepit in Constantino- poli et absoluit. Cum quibus et suos legatos direxit, *Michaellem* episcopum, et *Theognostum* protospatarium, ut per eos pacem a Nicephoro coeptam confirmaret. Qui *Aquisgrani* ad imperatorem uenientes, cum scriptum pacti ab eo in epistola suscepissent, more suo Graeca lingua *lodes* ei dixerunt, imperatorem eum et *basileum* appellantes. Inde reuertendo Romam uenientes in basilica S. Petri, eundem pacti seu foederis libellum a Leone papa denuo susceperunt. A *Grimaldo* duce Beneuentanorum xxv. millia, solidorum auri Karolo imperatori pro tributo soluta sunt.

Anno 10013. Concilia multa *Concilia a Carolo habita.* Cuius Caroli super statum ecclesiarum per totam Galliam ab episcopis celebrata sunt. Quorum unum *Moguntiae*, alterum *Remis*, tertium *Turonis*, quartum *Cabilone*, quintum *Arelate* congregatum est: et constitutiones in singulis conciliis factae ab imperatore confirmatae sunt.

Eodem anno KAROLVS magnus imperator obiit, anno LXXII. uitae suae, et *obit.* *Aquis* in basilica S. saluatoris, et S. eius genetricis *MARIAE* honorifice conditus est. Quam basilicam ipse mirifico opere a fundamento aedificauit. *Luodwicus* filius eius primus imperialia scepra suscepit.

Anno 10014. LVODVVICVS *Ludonicus,* pius et primus imperator Romanus. *pius imp.*

E Anno 10015.

Anno 10016. *Stephanus* papa *Stephanus* mensis septem. *papa.*

LVODVVICVS pius hoc anno in *A-Synodus A-* *quisgrani* palatio conuocauit generalem *quisgranen-* *conuentum*, et ibi canonicorum uitam *sis.* regulis, instituit indictione x.

Anno 10017. *Paschalis* papa *Paschalis* constituitur. *papa.*

Huic Paschali papae LVODVVICVS *pactum cum* pius imperator, filius Karoli, de eligendo *Ludonico pio.* in Romanum pontificem, quod ita se habet.

Ego LVODVVICVS, Romanus imperator augustus, statuo et concedo, per hoc pactum confirmationis nostrae, sibi beato Petro principi apostolorum et per te Vicario tuo domino Paschali, summo pontifici et successoribus eius in perpetuum, sicut a praedecessoribus nostris usque nunc in uestra potestate et ditione tenuistis et disposuistis, ciuitatem Romanam, cum ducatu suo et suburbanis, atque uiculis omnibus et territoriis eius montanis atque maritimis, littoribus et portibus, seu cunctis ciuitatibus, castellis, opidis ac uillis in Tusciae partibus constitutis. Idem. Quando uero diuina uocatione huius sacratissimae sedis pontifex de hoc mundo

(O) a

mi-

migravit, nullus ex regno nostro aut Francus aut Longobardus, aut de qualibet gente homo, sub nostra potestate constitutus, licentiam habeat contra Romanos aut publice, aut priuatim, ueniendi uel electionem faciendi, nullusque in ciuitatibus, aut in territoriis, ad ecclesiae beati Petri apostoli potestatem pertinentibus, aliquod malum facere praesumars, sed liceat Romanis, cum omni ueneratione, et sine qualibet perturbatione honorificam suo pontifici exhibere sepulturam et eum, quem diuina inspiratione, et B. Petri intercessione, omnes Romani, consilio uno atque concordia, sine aliqua promissione, ad pontificatus ordinem elegerit, sine aliqua ambiguitate, uel contradictione, more canonico consecrari et, dum consecratus fuerit, legati ad nos, uel ad successores nostros reges Francorum, dirigantur, qui inter nos et illum amicitiam et charitatem ac pacem faciant.

Anno 1000CVIII.

Anno 1000CXIX.

Anno 1000CXX.

Anno obit.

Anno 1000CXI. Arno primus archiepiscopus Salzbουργensis obiit.

Anno 1000CXII.

Anno 1000CXIII.

Eugenius papa.

Anno 1000CXV. Eugenius papa Romanam rex it ecclesiam. Hic papa dedit pallium domino Adalrammo Salzbουργensi archiepiscopo.

Anno 1000CXVI.

Anno 1000CXVII.

Anno 1000CXVIII.

Anno 1000CXIX.

Valentinus papa.

Anno 1000CXX. Valentinus papa, XL. dies Romanam rex it ecclesiam.

Gregorius papa.

Anno 1000CXXI. Gregorius IV. papa Romanam rex it ecclesiam. Hic consentiente LVODVVICO pio imperatore, cum omnibus regni et imperii sui episcopis, statuit, ut secundum Romanam consuetudinem, per totam Galliam solenniter festiuitas omnium sanctorum, in Kalendis Nouembris in perpetuum ageretur. quod usque tunc non fiebat; sicut et apud Romanos a tempore Bonifacii papae agebatur. Quam sanctam constitutionem reuerenti et libenti animo suscepit et seruat ab eo tempore et deinceps omnis in toto terrarum orbe catholica ecclesia.

Festum omnium SS. instituit.

Anno 1000CXXII.

Anno 1000CXXIII.

Anno 1000CXXIV.

Anno 1000CXXV.

Luitprammus archiepiscopus Salisb. pallium accipit.

Anno 1000CXXVI. Hoc anno datum est pallium Luitprammo archiepiscopo Salburgensi post Adalrammum a B. Gregorio papa IV.

Anno 1000CXXVII.

Anno 1000CXXVIII.

Ludouicus

LVODVVICVS pius imperator, a suis

imperio priuatur, et custodiae traditur, propter multimodam fornicationem Iudith uxoris eius ex maxima parte: regnique monarchia Lothario filio suo per electionem Francorum datur. Postea uero ab eodem filio suo de custodia liberatus, in imperiali sede restituitur.

Anno 1000CXXIX. Ebbo, episcopus Remorum, in generali synodo deponitur, et multi alii exilio damnantur, qui in deiectionem imperatoris conspirauerant.

Anno 1000CXXI. LVODVVICVS pius imperator, dum filium suum Ludouicum trans Rhenum persequitur, morbo grauatus, et in nauim missum per Moenum in Rhenum deducitur, ibique in intula Heingilinheim uita decedit: inde deportatus in basilicam Arnulfi honorifice sepelitur, medio Martio. Letharius filius eius statim imperium arripuit, indignantibus fratribus eius Ludouico et Karolo, qui et maximum exercitum contrahunt, et fratrem bello agrediuntur. In qua pugna Francorum uires attenuatae sunt et famosa uirtus ita infirmata, ut non amplius ad amplificandos terminos regni, uerum nec ad tuendos in posterum sufficeret. Tandem duo fratres non sine graui dispendio suorum uicerunt.

Anno 1000CXLI. LOTHARIUS imperator Romanus.

Anno 1000CXLI. Sergius II. papa Romanam rex it ecclesiam.

Tres praedicti fratres regnum Francorum inter se diuiserant. Karolo Occidentalia regna cesserunt. Ludouico orientalia, scilicet omnis Germania usque ad Rheni fluenta. Porro Lotharius, qui maior natu erat et imperator appellabatur, medius inter utrosque incedens, regnum est sortitus, quod hactenus ex eius uocabulo Lotharium regnum nuncupatur; totam prouinciam nec non et omnia regna Italiae cum ipsa Romana urbe.

Anno 1000CXLI.

Anno 1000CXLI.

Anno 1000CXLI.

Anno 1000CXLI.

Anno 1000CXLI.

Anno 1000CXLI.

Anno 1000CXLI.

Anno 1000CXLI.

Anno 1000CXLI.

Anno 1000CXLI.

Anno 1000CXLI.

Anno 1000CXLI.

Anno 1000CXLI.

Anno 1000CXLI.

Anno 1000CXLI.

Anno 1000CXLI.

Anno 1000CXLI.

Anno 1000CXLI.

Anno 1000CXLI.

Anno 1000CXLI.

Anno 1000CXLI.

Anno 1000CXLI.

Anno 1000CXLI.

Anno 1000CXLI.

Anno 1000CXLI.

Anno 1000CXLI.

Anno 1000CXLI.

Anno 1000CXLI.

Anno 1000CXLI.

rum

rum et munerum acceptione, ob uitae
meritum et sapientiae donum, eligan-
tur.

Anno 1000.

Anno 1001.

Anno 1002.

Normanni.

Anno 1003. Normanni Bri-
tannicum mare nauigio girantes, ostia
Ligeris fluminis occupauerunt. Ac
primum Andegauensem, deinde Turo-
niam occupant urbem, ac uelut imma-
nis tempestas cuncta prosternunt, tem-
plum etiam praecellentissimi pontificis
Martini incendio cremant. Tunc pri-
mum, ut aiunt, Nortmannorum clas-
sis Ligeris attigit littora.

Anno 1004.

Benedictus
III. papa.

Anno 1005. Benedictus III. papa
Romanam rexit ecclesiam.

Lotharius re-
gnum parti-
tur filiis.

LOTHARIUS imperator, conuocatis
primoribus regni, imperium inter
filios suos diuisit. Luoduuico Italiam
tradidit, eumque imperatorem consti-
tuit. Aequiuoco uero suo id est Lotha-
rio, regnum, quod ex suo nomine uo-
catur, concessit. Karolo autem, qui
iunior natus erat, prouinciae regnum
largitus est. Dispositis itaque regni ne-
gotiis, ualedicens suis seculum reliquit,
atque in Prumia monasterium ueniens,
comam capitis deposuit habituque
sanctae conuersationis accepto, in reli-
gionis professione diem clausit extre-
mum III. Cal. Octob.

Ludouicus II.
imperator.

Anno 1006. LVODUICVS II.
imperator Romanus. Lotharius rex, fili-
us Lotharii imperatoris, Thietbergam
reginam in matrimonium sibi iungit:
ex qua coniunctione maxima ruina non
solum illi, sed et omni regno suo acci-
dit.

Anno 1007.

Nicolaus
papa.

Anno 1008. Karolus rex fili-
us Lotharii imperatoris moritur.

* Archiepi-
scopus Salz-
burgensis, quo
de supra.
Adelwinus
archiepisco-
pus Salzbur-
gensis.

Anno 1009. Nicolaus papa con-
stituitur.

* Luitprammus obiit.

Hic Nicolaus dedit pallium Adeluni-
no, archiepiscopo Salzburgensi, post
Luitprammum archiepiscopum.

Anno 1010.

Anno 1011.

Anno 1012.

Anno 1013.

Anno 1014.

Lotharius di-
uortium facit
cum uxore.
Thietberga.

Lotharius rex coepit Thietbergam re-
ginam a suo consortio separare. Quia
eam exosam habebat, propter Vualdra-
dam, quae eius concubina erat, cum ado-
lescens esset adhuc in domo paterna.
Per Gontharium itaque, Coloniensem
episcopum, qui tunc archicapellanus
erat, et Thietgaudum Treuirensis ar-
chiepiscopum, consilium Melis conuo-
cans, reginam quasi canonice euoca-

tam in medio statuunt. Vna testes
producuntur episcopi cum conscriptis.
Qui ualde grauia crimina imponentes,
inter alia protestati sunt, quod eadem
Thietberga confessâ fuisset, semetipsam
fratris germani incestuoso concubitu
foedatam. Et statim a legitimo thoro
regina separatur, et ab omni maritali
copula inhibetur. Discidio itaque fa-
cto, auctoritate illorum episcoporum,
Lotharius rex Vualdradam sibi copula-
uit, in conuentu synodali, Aquis congrega-
to. Haec autem omnia, agentibus
fratribus Thietbergae, ad noticiam Ni-
colai papae perferuntur.

Anno 1015.

Anno 1016. Arsenius episco-
pus apocrisarius et consiliarus Nicolai
papae, uice ipsius directus est in Fran-
ciam. Qui sua auctoritate et domini
papae ita constrinxit Lotharium regem,
ut Thietbergam reginam reciperet, iu-
risiurando interposito, quod eam dein-
ceps haberet, sicut uere legitimam uxo-
rem: sed mentitus est.

Anno 1017.

Anno 1018.

Anno 1019. Adrianus II. pa-
pa post Nicolaum constituitur. Hic A-
drianus II. cum ad Romanum pontifica-
tum ab ecclesia DEI genetricis dominae
nostrae, quae dicitur ad praesepe, trahe-
retur ad Lateranensem patriarchium, cer-
tatim a clero et populo et proceribus
deportatus est. Quod audientes missi
Luoduuici imperatoris, filii Lotharii im-
peratoris, moleste tulerunt, indignati
scilicet, quod, dum praesentes essent,
non fuerunt inuitati, nec optatae a se fu-
turi praesulis electioni interesse meru-
erint. Qui accepta ratione, quod non
causa contemptus augusti, sed futuri
temporis prospectu, hoc commissum
esset, ne uidelicet legatos principum in
electione Romanorum pontificum mos
exspectandi per huiusmodi fomitem in-
olesceret, omnem indignationem me-
dullitus sedauerunt, et ad salutandum
electum et ipsi humiliter accesserunt.

Ipse etiam Adrianus papa, quod Nico-
laus decessor eius disposuerat, missos fu-
os, Donatum scilicet Ostiensem, et Ste-
phanum Nepesinum episcopos, et Mari-
num diaconum S. Rom. ecclesiae, ad BA-
GILIVM imperatorem et ad filios eius,
Constantinum et LEONEM augustos,
Constantinopolim direxit. Cum qui-
bus et Anastasius bibliothecarius Roma-
nae sedis, utriusque linguae, Graecae et
latinae peritus perrexit, et congregata sy-
nodo, cui interfuerunt quinque patriar-
chae, cum ducentis quadraginta patri-
bus, quamque octauam iuniuersalem sy-
nodum illuc conuenientes appellaue-
runt, et exortum schisma de Ignatii de-

Sed eandem
recipit ad-
horatus a
pontif.

Adrianus
papa.

Synodus Com-
stantinopol.
occum. VIII.

positione et Photii ordinatione sedauerunt: et Photium anathematizantes, et Ignatium restituentes. In qua sic constitutum est: *Promotiones et consecrationes episcoporum concorditer prioribus conciliis, clericorum electione ac decreto et episcoporum collegio fieri, haec et uniuersalis synodus diffiniuit et statuit atque iure promulgauit: neminem laicorum principum uel potentum semet inferere electioni uel promotioni patriarchae uel metropolitani, aut cuiuslibet episcopi, ne uidelicet inordinata et incongrua hinc fiat contentio uel confusio, praesertim cum nullam in talibus potestatem, quanquam potestatiuorum uel laicorum caeterorum habere conueniat: sed filere et attendere sibi, usquequo regulariter a collegio ecclesiae suscipiat finem electio futur a pontificis. Si uero quisquam laicorum, ad concertandum et cooperandum, inuitatur ab ecclesia, licet huiusmodi cum reuerentia, si forte uoluerit obtemperare se adsciscitibus. Taliter enim dignum pastorem sibi regulariter ad suam et ecclesiae salutem promouet. Quisquis autem principum secularium, uel potentum, uel alterius dignitatis laicus, aduersus communem ac consonantem atque canonicam electionem ecclesiastici ordinis agere tentauerit, anathema sit, donec obediatur et consentiat, quidquid ecclesia de ordinatione ac electione proprii praesulis se uelle demonstrauerit.*

Lotharius
diem obit.

Anno 1000. Lotharius rex ab Adriano uocatus Romam uenit. Qui cum ab eodem praefule interrogaretur, si monita praedecessoris sui Nicolai papae haecenus obseruasset et iusiurandum custodisset, et ille mentitus, omnia se obseruasse respondisset: ut proceres et optimates, qui cum eo uenerant, eadem testificarentur, ne ulla persona inueniretur, quae contra regem legitimum auderet certamen inire controuersiae: *Adrianus* papa dedit regi, et omnibus consiliis, qui accedebant, communionem corporis et sanguinis domini, de manibus suis, ad missarum solennia: ita, ut si uera essent, quae ipsi testificati fuerant, proficeret eis in uitam aeternam. Ita *Lotharius* Roma egressus morbo corripitur et Placentiam ciuitatem perueniens, diem clausit extremum vi. idus augusti. Omnes etiam sui, qui ausu temerario communionem, sub tali contestatione porrectam, sumere praesumpserunt, diuino iudicio percussa, ab hac luce subtrahuntur, antequam subsequens anni rediret principium. Per paucos uero, qui se a communionem subtraxerunt, uix periculum euaserunt. Tanta autem strages in praefati regis populo facta est, ut non peste periisse, sed hostili gladio corruisse, uirtus ac nobilitas totius regni crederetur: quae eo ta-

men tempore magnae foecunditatis erant. Cooperatores etiam praedicti regis, *Guntharius* et *Thietgaudus* episcopi, ante in excommunicatione *Nicolai* papae obierant.

Anno 1000. clxxi.

Anno 1000. clxxii.

Anno 1000. clxxiii.

Anno 1000. clxxxix. *Iohannes* post *Iohannes* papa.

Adrianum papa constituitur.

Anno 1000. clxxv.

Anno 1000. clxxv.

LUDOUICVS imperator, filius *Lotharii* imperatoris, moritur. Fuit autem misericors, iustitiae deditus, simplicitate purus, ecclesiarum defensor, elemosynarum largitor et pupillorum pater.

Eodem anno *Karolus* rex frater **L**OTHARII imperatoris, filius autem **L**UDOUICI imperatoris, Romam uenit et, datis domino apostolico *Ioanni* et Romanis magnis muneribus, imperator creatur.

Anno 1000. clxxvii. **II.** *Karolus* **L**UDOUICVS imperator Romanus. *Luoduuicus* etiam rex, frater *Lotharii* imperatoris et *huius Karoli*, apud *Franconensfurt* palatium diem clausit extremum v. Kal. Hic tres filios habuit, *Karlomanum*, *Luoduuicum* et *Karolum*. Hi regnum paternum inter se diuiserunt. *Karlomanus* fortitissimus est *Bauariam*, *Pannoniam*, *Luoduuicus* orientalem *Franciam*, *Karolus* *Alemaniam*.

Anno 1000. clxxviii. **II.** *Karolus* **L**UDOUICVS imperator Romanus. *Luoduuicus* etiam rex, frater *Lotharii* imperatoris et *huius Karoli*, apud *Franconensfurt* palatium diem clausit extremum v. Kal. Hic tres filios habuit, *Karlomanum*, *Luoduuicum* et *Karolum*. Hi regnum paternum inter se diuiserunt. *Karlomanus* fortitissimus est *Bauariam*, *Pannoniam*, *Luoduuicus* orientalem *Franciam*, *Karolus* *Alemaniam*.

Anno 1000. clxxviii. **II.** *Karolus* **L**UDOUICVS imperator Romanus. *Luoduuicus* etiam rex, frater *Lotharii* imperatoris et *huius Karoli*, apud *Franconensfurt* palatium diem clausit extremum v. Kal. Hic tres filios habuit, *Karlomanum*, *Luoduuicum* et *Karolum*. Hi regnum paternum inter se diuiserunt. *Karlomanus* fortitissimus est *Bauariam*, *Pannoniam*, *Luoduuicus* orientalem *Franciam*, *Karolus* *Alemaniam*.

Anno 1000. clxxviii. **II.** *Karolus* **L**UDOUICVS imperator Romanus. *Luoduuicus* etiam rex, frater *Lotharii* imperatoris et *huius Karoli*, apud *Franconensfurt* palatium diem clausit extremum v. Kal. Hic tres filios habuit, *Karlomanum*, *Luoduuicum* et *Karolum*. Hi regnum paternum inter se diuiserunt. *Karlomanus* fortitissimus est *Bauariam*, *Pannoniam*, *Luoduuicus* orientalem *Franciam*, *Karolus* *Alemaniam*.

Anno 1000. clxxviii. **II.** *Karolus* **L**UDOUICVS imperator Romanus. *Luoduuicus* etiam rex, frater *Lotharii* imperatoris et *huius Karoli*, apud *Franconensfurt* palatium diem clausit extremum v. Kal. Hic tres filios habuit, *Karlomanum*, *Luoduuicum* et *Karolum*. Hi regnum paternum inter se diuiserunt. *Karlomanus* fortitissimus est *Bauariam*, *Pannoniam*, *Luoduuicus* orientalem *Franciam*, *Karolus* *Alemaniam*.

Anno 1000. clxxxix.

Anno 1000. clxxx.

Karlomanus rex, filius *Luoduuici*, cui *Bauaria* obuenerat, paralyti diem clausit extremum vii. Non. April. sepultusque est in *Bauaria* loco, qui dicitur *Hodingans*. Huic non est nata soboles ex legitimo matrimonio, propter infocunditatem uxoris, sed ex quadam nobili femina filium elegantissimae formae suscepit, quem *Arnulfum* uocauit.

Anno 1000. clxxxii.

Karolus rex, frater *Karlomanni* de *Alemania* egressus, *Longobardorum* fines occupauit, ac in paucis diebus totam *Italiam* in deditioe accepit, et Romam ueniens, a praefule sedis apostolicae *Ioanne* et Romanis fauorabiliter exceptus, imperator creatus est cum magna gloria.

Anno 1000. clxxxiii. **III.** **K**AROLVS imperator Romanus *Luoduuicus* rex, frater *Karlomanni*, apud *Franconensfurt* moritur, xii. Kal. Septemb. sepultusque est in *Torosa*, iuxta patrem suum.

Tunc etiam *Northmanni* *Treuiorum* urbem, nobilissimam *Galliarum*, nonis Aprilis die sacratissimo coenae domini

occupant. In qua usque sancto die Pa-
schae corpora recreantes, omne tento-
rium urbis circumquaque, usque ad so-
lum demoliti, ciuitatem flammis exu-
runt.

Anno 1000CLXXXIV.

Anno 1000CLXXXV.

*Martinus
papa.*

Anno 1000CLXXXVI. *Martinus* post
Ioannem Romanam rexit ecclesiam.

Anno 1000CLXXXVII.

*Adrianus III.
papa.*

Anno 1000CLXXXVIII. *Adrianus*
III. papa Romanam rexit ecclesiam.

Anno 1000CLXXXIX.

*Carolus Ca-
abit.*

KAROLVS imperator tertius huius
nominis et dignitatis obiit II. idus Ianu-
arii, sepultus est in Augia insula. Pro-
ceres et optimates regni *Arnulfum* fili-
um fratris eiusdem Karoli id est Karlo-
manni, ultro in regnum attrahunt et

regem super se statuunt. Regna autem
caetera, quae etiam eius ditioni parue-
rant, legitimo haerede destituta, iam
non praestolabantur naturalem domi-
num, sed unumquodque de suis uisce-
ribus regem sibi creauit. Igitur quae-

Berengarius

dam pars Italici populi *Berengarium*, fi-
lium Eberhardi, qui ducatum Foroiu-
lianorum tenebat, regem sibi statuunt

Vuido

quendam *Vuidonem*, filium *Lantberti*,
ducem Spoletanorum regia dignitate

et

sublimandum decernunt. Ex qua dif-
fensionum controuersia magna strages
postea facta est, ad extremum *Vuido* ui-

*Odo, antiscia-
sares.*

ctor existens *Berengarium* regno expul-
sit. Galliarum autem populi cum con-
sensu *Arnulfi* regis Odonem ducem, ui-
rum strenuum super se regem pari con-
silio et uoluntate creant.

*Stephanus
papa.*

Anno 1000CX. *Stephanus* papa Ro-
manam rexit ecclesiam. *Vuido* Lon-
gobardorum imperator.

*Vngari Itali-
am deuasiant.*

Gens Vngarorum ferocissima et
omni belua crudelior, retro ante seculis
ideo inaudita, quia nec nominata, a Scy-
thicis regnis, et a paludibus, quas *Ta-
nais* fluuius sua refusione in immensum
porrigit, egressa est a finitimis sibi po-
pulis, qui *Petinaci* uocantur, a propriis
sedibus expulsa. Huius nefandissimae
gentis crudelitate, primum *Pannonio-
rum* et *Auarum* solitudines, dein *Car-
antenorum* *Marabensium* ac *Bulgarorum*
fines, nec non et regnum Italiae ex ma-
xima parte deuasatum est.

Anno 1000CXI.

Anno 1000CXII.

Anno 1000CXIII.

Anno 1000CXIV.

*Lantbertus
Longob. imp.*

Anno 1000CXV. *LANTBERTVS*
filius *Vuidonis* Longobardorum impe-
rator.

*Vuido mori-
tur.*

Vuido qui Italiam regebat et im-
peratoris nomen tenebat, moritur.
Lantbertus filius eius ei successit; et Ro-

manam ueniens diadema imperii sibi a
praefule sedis apostolicae imponi fecit.

Anno 1000CXVI. *Formosus* papa
Romanam rexit ecclesiam.

*Formosus
papa.*

Anno 1000CXVII. *Arnulfus* Ro-

*Arnulfus
Romanam ara-
mis cepit.*

manorum imperator. *Arnulfus* rex se-
cunda uice Italiam ingressus, Romam
uenit, et Romam cum consensu summi
pontificis armis cepit, et ciuitatem in-

gressus a *Formoso* papa cum magno ho-
nore susceptus est, et ante confessionem
S. Petri coronatus imperator creatur.

Mater *Lantberti*, quae ad praesidium
urbis a filio relicta erat, cum suis laten-
ter aufugit. Postea eodem anno *Lant-*

bertus imperator moritur et *Luoduuicus*
filius *Bosonis* comitis, a Longobardis
in regnum Italiae inuitatus, Italiam in-

trauit.

Anno 1000CXVIII. *Bonifacius* pa-
pa dies xv.

Odo rex, qui Galliam regebat mori-
tur. Tertia die Ianuarii principes pari
consilio et uoluntate *Karolum* filium

Odo moritur.

Luoduuici filii *Karoli* imperatoris se-
cundis super se regem creant.

Eodem anno inter *Luoduuicum*, fili-
um *Bosonis*, et *Berengarium*, quem
Vuido imperator ante de regno Italico

*Berengarius
creatur rex
Longobard.*

expulerat, plurimae congressiones fiunt
in Italia. Tandem *Luoduuicus* *Beren-*

garium fugat, et Romam ingreditur, ubi
a summo pontifice coronatus impera-
tor creatur Longobardorum.

Anno 1000CXIX. *Stephanus* papa
Romanam rexit ecclesiam. *Luoduui-*

*Stephanus
papa.*

cus imperator.

Anno 1000CC.

ARNULPHVS imperator migravit a
seculo III. Kal. Decemb. sepultusque est
honorifice in *Hondigas*, ubi et pater
eius iacet. Proceres et optimates, qui

*Vide supra
annum 880.*

sub eius ditione fuerant, in unum ad *For-*
racheim congregati, *Luduuicum* fili-
um eius, quem ex legitimo matrimonio
susceperat, super se regem creant, et co-

*Hic Luodu-
uicus cum Vn-
garis pugna-
uit apud Au-
gustiam, et ui-
ctus est. Haec
chron. ad
marg.*

ronatum regisque ornamentis indu-
tum in fastigio regni sublimant.

Anno 1000CCI.

Anno 1000CCII. *Romanus* papa
mensis xv. *Theodorus* papa dies xx.

*Romanus
papa.*

Gens Vngarorum Longobardorum
fines ingressa, caedibus, incendiis, rap-
inis omnia deuasat. Cuius beluinae
furori cum terrae incolae in unum ag-
men conglobati resistere conarentur, in-

*Vngarorum
rabies.*

numerabilis multitudo ictibus sagitta-
rum perit. Quamplurimi episcopi et
comites trucidati sunt ab eis.

Anno 1000CCIII. *Ioannes* papa Ro-
manam rexit ecclesiam.

Ioannes papa.

Anno 1000CCIV.

Anno 1000CCV. *Benedictus* papa Ro-
manam rexit ecclesiam. *Leo V.* papa
dies LXXVI.

*Benedictus
papa.*

- LVODVVICVS** imperator, filius Bo-
 fonis, cernens sibi nullum resistere, aut
 posse, absoluto exercitu, cum perpau-
 cis Veronam ingressus, cogitans ea quae
 pacis et quietis sunt. Ciues autem hoc
 Berengatio statim notum fecerunt, qui
 eo tempore in Bauaria exulabat. Ille
 nihil moratus, contractis copiis *Veron-*
nam peruenit. Ciues, qui partibus eius
 fauebant, portas ciuitatis ei aperientes,
 eum nocturno tempore intra muros re-
 ceperunt: et sic insperate, et absque
 praemeditatione Luoduuicus non so-
 lum regno, sed et oculis priuatus est,
 et Berengarius regnum Italiae multis
 caedibus cum huiuscemodi triumpho
 obtinuit, infaustis, infortunatisque prae-
 liis.
- Christophorus** Anno 1000000VI. *Christophorus* papa
 papa. menses IV.
- Sergius** Anno 1000000VII. *Sergius* papa Ro-
 manam rexit ecclesiam.
 Anno 1000000VIII.
 Anno 1000000IX.
 Anno 1000000X.
- Luoduuicus in-** Anno 1000000XI. *Luoduuicus* rex,
 fans. filius Arnulfi solus regnum obtinuit,
 imperatoribus regni Italici de medio fa-
 ctis.
- Anastasius** Anno 1000000XII. *Anastasius* papa
 papa. Romanam rexit ecclesiam.
 Anno 1000000XIII.
 Anno 1000000XIV. *Lando* papa men-
 ses VI. dies XXVII.
- Conradus Sa-** *Chuonrandus* filius Chounradus co-
 liquus imp. mitis regnare coepit post Luodwi-
 cum, ex genere Francorum oriun-
 dus.
- Ioannes** Anno 1000000XV. *Ioannes* papa Ro-
 manam rexit ecclesiam.
 Anno 1000000XVI.
 Anno 1000000XVII.
 Anno 1000000XVIII.
 Anno 1000000XIX.
- Vngarorum** Anno 1000000XX. *Vngari* per Saxo-
 uasto. nam usque ad Rhenum peruenerunt.
- Henricus** Anno 1000000XXI. *Henricus* dux
 Asic. Saxonum et Turingorum, filius Otto-
 nis ducis Saxonum potentissimi, re-
 gnum obtinuit. Hic Henricus cum *Vn-*
garis pugnauit apud *Mersburg*, et feli-
 cissime triumphans, tributarios eos fe-
 cit sibi.
- Anno 1000000XXII.
 Anno 1000000XXIII.
 Anno 1000000XXIV.
- S. Vdalricus.** Anno 1000000XXV. *S. Vdalricus* Au-
 gustensis episcopus claret.
 Anno 1000000XXVI.
 Anno 1000000XXVII.
- Leo** Anno 1000000XXVIII. *Leo* papa
 papa. menses VII.
- Stephanus** Anno 1000000XXIX. *Stephanus* pa-
 papa. pa Romanam rexit ecclesiam.
- Anno 1000000XXX.
 Anno 1000000XXXI. *Ioannes* papa
 Romanam rexit ecclesiam.
- Anno 1000000XXXII. *Leo VII.* papa. *Leo VII.* papa.
 Hic *Leo* papa VII. comisit legationem
 per priuilegium et pallium *Gerhardo*, ar-
 chiepiscopo Lauriacensi, tempore *Eglul-*
fi Salzburgeris episcopi.
- Anno 1000000XXXIII. *Marinus* pa-
 Bpa Romanam rexit ecclesiam.
- Anno 1000000XXXIV.
 Anno 1000000XXXV.
 Anno 1000000XXXVI. *Agapitus* pa-
 pa Romanam rexit ecclesiam. Hic *Ag-*
apitus dedit pallium et legationem cum
 priuilegio *Gerhardo* episcopo Lauria-
 censi, tempore *Heroldi* Salzburgeris
 archiepiscopi.
- Anno 1000000XXXVII.
 Anno 1000000XXXVIII.
 Anno 1000000XXXIX. *Otto* magnus,
 filius *Heinrici* regis, in *Aquis Grani* e-
 lectus et unctus in regem est.
- Anno 1000000XL.
 Anno 1000000XLI.
 Anno 1000000XLII.
 Anno 1000000XLIII.
 Anno 1000000XLIV. *S. Gerhardus* *S. Gerhardus*
 Patauiensis et Lauriacensis archiepisco-
 copus claruit.
- Anno 1000000XLV.
 Anno 1000000XLVI. *Ioannes* papa Ro-
 manam rexit ecclesiam.
- Anno 1000000XLVII.
 Anno 1000000XLVIII.
 Anno 1000000XLIX.
 Anno 1000000L.
 Anno 1000000LI. *Otto* rex *Adilhei-*
 dam de Longobardia uxorem duxit. *Adilhei-*
 Anno 1000000LII.
 Anno 1000000LIII.
 Anno 1000000LIV. *Benedictus* papa *Benedictus*.
 Romanam rexit ecclesiam.
- Gens *Vngariorum* omni bellua cum *Vngari* *Ger-*
 innumerabili multitudine erupit; om-
 nemque *Nocoricorum* regionem, a *Da-*
 nubio usque ad nigram siluam, quae ad
 montana pertinet, et partem prouinci-
 ae *Alamannorum*, usque ad *Hilaram* *Isara* forte
 fluuium, deuastando occupauerunt. In-
 de *Lycum* transiens ecclesiam *S. Afrae*
 igni combussit, et ciuitatem *Augustam*
 obsidione cinxit. Ibi cognito aduentu
Otonis magni, adhuc regis, retracta ob-
 sidione, obuam ei pergunt: et, inito
 certamine, DEO uictoriam christiano
 populo dante, multa millia *Vngarorum*
 caesa sunt et, caeteris fugientibus, prin-
 cipes eorum cum multis aliis uiui capi-
 untur, et *Radesponam* perducti ad
 ignominiam suae gentis in eculeis sunt
 suspensi.
- Anno 1000000LVI.
 Anno 1000000LVII. *Leo* papa VIII. *Leo VIII.* papa
 Ro-

* Anistorisfa manus, opinor, alienae, oram libri occupavit. Haec tota observatio reiicienda est ad annum Christi 1054. vide Caes. Bar. Tom. XI. Leon. ad ann. 6. s. I. Azymitarum haeresis.

Leonis constitutio de opa Rom. aliendo

* potestatem habeat.

Otto II, rex Rom.

Romanam rexit ecclesiam. * [Hic per epistolam, ad imperatorem Constantinopolitanum, Constantinum nomine, scriptam, animum eius concilians, apocrypharios suos, Humbertum sylvae candidae episcopum, et Petrum Amalfitanorum archiepiscopum, Fridericum quoque VII. Leuitam et cancellarium Constantinopolim dirigens, multas Graecorum confutavit haereses: qui inter cetera Latinos uocabant Azymitas, et eos nimis persequentes, eorum ecclesias clauderant et Michaelem patriarcham a gratia et palatio imperatoris remotum, excommunicationis gladio percussit, propter immolationem de fermentato.

Leo papa in synodo Romae congregata, in ecclesia S. saluatoris, constituit dicens: Ad exemplum beati Adriani huius apostolicae sedis antistitis, quo domino Karolo, uictoriosissimo regi Francorum ac Longobardorum, patriciatus dignitatem ac ordinationem apostolicae sedis, et inuestituram episcoporum concessit: Ego quoque Leo, seruus seruorum Dei cum episcopis, et cum cuncto clero ac Romano populo, constituimus, confirmamus et roboramus, et per nostram apostolicam auctoritatem concedimus, atque largimur domino Ottoni primo regi Teutonicorum, eiusque successoribus huius regni Italiae in perpetuum sibi facultatem eligendi successorem, atque summam sedis apostolicae pontificem ordinandi, ac per hoc archiepiscopos seu episcopos, ut ipsi ab eo inuestituram accipiant et consecrationem unde debent; exceptis his, quos imperator et pontificibus et archiepiscopis concessit: et ut nemo cuiusque dignitatis uel religionis eligendi uel patricium deinceps, uel pontificem summam sedis apostolicae aut quemcunque episcopum ordinandi, absque consensu ipsius imperatoris, quod tamen fiat absque omni pecunia, et ut ipse sit patricius et rex. Quod si a clero et populo quis eligatur episcopus, nisi a supra dicto rege laudetur et inuestiatur, non consecratur. Si quis contra hanc apostolicam auctoritatem aliquid molietur, hunc excommunicationi subiacere decernimus; et, nisi respuerit, irreuocabili exilio puniri, uel ultimis suppliciis feriri.

Anno 1000 CCLVIII.
Anno 1000 CCLIX.
Anno 1000 CCLX. Ioannes papa Romanam rexit ecclesiam.
Anno 1000 CCLXI.
Anno 1000 CCLXII. OTTO magnus imperator.
Otto magnus eleuato filio suo Ottone in regnum imperator Romae creatus est.
Anno 1000 CCLXIII.
Anno 1000 CCLXIV.
Anno 1000 CCLXV.
Anno 1000 CCLXVI.

Anno 1000 CCLXVII. Vuolfganus Ratisponensis ecclesiae episcopus claruit.

Anno 1000 CCLXVIII.
Anno 1000 CCLXIX. S. Pilgrimus Patauensis et Lauriacensis archiepiscopus claruit.

Anno 1000 CCLXX.
Anno 1000 CCLXXI. Benedictus papa Romanam rexit ecclesiam. Hic Benedictus papa dedit Pilgrimo Lauriacensi archiepiscopo pallium, et commisit legationem per priuilegium, tempore Friderici Salzburgensis archiepiscopi.

Anno 1000 CCLXXII.
Anno 1000 CCLXXIII. S. Vdalricus LXXXII. aetatis suae anno quieuit.

Anno 1000 CCLXXIV.
Anno 1000 CCLXXV.
Anno 1000 CCLXXVI.

Constitutio OTTONIS magni imperatoris cum Romanis pontificibus. nullus missorum nostrorum cuiuscunque impeditio argumentum in electione Romani pontificis componere audeat, omnino prohibemus. Item: In electione Romanorum pontificum neque liber aut seruus ad hoc uenire praesumat, ut uel Romanis, quos ad hanc electionem SS. patrum antiqua admisit consuetudo, aliquod faciat impedimentum. Quod si quis contra hanc nostram constitutionem praesumerit, exilio tradatur.

Anno 1000 CCLXXVII. OTTO II. filius Ottonis magni, imperator Romanorum.

Anno 1000 CCLXXVIII.
Anno 1000 CCLXXIX. * Dominus papa Romanam rexit ecclesiam.

Anno 1000 CCLXXX.
Anno 1000 CCLXXXI. * Bonifacius papa.

Anno 1000 CCLXXXII.
Anno 1000 CCLXXXIII.
Anno 1000 CCLXXXIV. Benedictus papa *

Anno 1000 CCLXXXV.
Anno 1000 CCLXXXVI. Ioannes papa. Otto tertius, filius Ottonis secundi imperator.

Anno 1000 CCLXXXVII.
Anno 1000 CCLXXXVIII.

Anno 1000 CCLXXXIX. Gregorius V. papa, qui et Crimo Teutonicus. Hic capellanus erat huius Ottonis Teuth.

Anno 1000 CCLXXX. S. Adalbertus Pragensis ecclesiae episcopus et martyr claruit.

Anno 1000 CCLXXXI. Ioannes papa Romanam rexit ecclesiam. OTTO rex fecit tale iuramentum Iohanni papae: Tibi omnino Iohanni papae, ego rex Otto promittere et iurare facio, per patrem et filium et

(P) spi-

Wolfgang ep. Rosisb.

Benedictus papa.

S. Vdalricus moritur.

Ottonis M. constitutio cum pontificibus.

Otto II, imp.

Dominus papa

Otto III, papa

Gregorius V. papa.

S. Adalbertus.

Otto III iurag pontifici.

sex menses pertinere, et coepit eadem t*em*ere. Transacto autem et huius numeri spatio, nihilque infirmitatis in eo passo, arbitratus est hunc numerum ad sex annos pertinere, ideoque quae et supra coepit timere. Cumque sex annorum numerus integer pertransisset, et septimi anni dies reuolutus uenisset, caesaris dignitatem per apostolicam suscepit consecrationem. Tunc tandem sentiens qualis fuisset sua uisq; gratias egit DEO, sanctoque Vuolfgango, qui sibi talem reuelare dignatus erat sublimitatem.

Benedictus
papa.

Anno MV. Benedictus papa Romanam rexit ecclesiam.

Anno MVI.

Anno MVII.

Anno MVIII.

Ioannes papa.

Anno MIX. Ioannes papa Romanam rexit ecclesiam.

Anno MX.

Anno MXI.

Anno MXII.

Anno MXIII.

Anno MXIV.

Benedictus
papa.

Anno MXV. Benedictus papa Romanam rexit ecclesiam.

Anno MXVI.

Anno MXVII.

Anno MXVIII.

Anno MXIX.

Anno MXX.

Anno MXXI.

Anno MXXII.

Anno MXXIII.

Anno MXXIV.

Anno MXXV. Silvester, qui et Gerbertus papa.

Anno MXXVI.

Henrici S.
constitutio
cum pontif.

Constitutio huius HENRICI II. cum Romanis pontificibus.

Vt nullus missorum nostrorum cuiuscunque impediionis argumentum in electione Romani pontificis componere audeat, omnino prohibemus. Item. In electione Romanorum pontificum neque liber. F neque seruus ad hoc uenire praesumat, ut uel Romanis, quos ad hanc electionem SS. patrum antiqua admisit consuetudo, aliquod faciat impedimentum. Quod si quis contra hanc nostram constitutionem praesumpserit, exilio tradatur.

Conradus II.
imperator.

Anno MXXVII. CHVONRADVS primus Romae creatus imperator.

Defuncto sine filiis Heinrico iam dicto, G CHVONRADVS Francus natione, consilio antecessoris sui, cuius tamen, dum uiueret, gratia carebat, ab omnibus electus regnum sortitur. Hic ex parte patris a Chuonrado Vuormatiensium duce, qui in praelio, cum Vngaris sub Ottone magno habito, occubuit, ducens profapiam, ex parte matris a probatissimorum Galliae, et principum, qui ex antiqua Francorum stirpe descenderant, origi-

unde oriun-
das

nem trahens, uxorem, Gisilam nomine ex antiquo et glorioso sanguine Karolorum oriundam habuit. Haec primum

Hermistus
dux Sueu.

Hermisto duci Sueuorum fratris Alberti marchionis superioris Pannoniae nupta fuit, geminosque ex eo filios, Hermistum et Hermannum suscepit. Quo

eius uirtutes.

mortuo Chuonradum hunc, de quo agimus accepit. Erat autem idem rex armis strenuus, consilio prouidus, sapientia

tam forensi, quam ciuili praeditus, in religione christiana deuotus, humilitate, quae regem decebat, ornatus. Anno

ab incarnatione domini MXXVII. Chuonradus rex filio suo Heinrico adhuc infantulo rege post se designato, qui etiam dictus est pius, Italiam ingreditur et Romam ueniens, in ipsa die paschalis solennitatis, inter duos commilitones, reginae

Gisilae praedictae auunculum Ruodolfum, Burgundiae regem et regem Anglorum, medius honorifice procedens, a summo pontifice Ioanne coronatus, ab omni populo Romano imperatoris et augusti nomen fortitur

LXXXVIII. ab Augusto. Ea tempestate Ruodolfus praedictus Burgundiae seu

D Galliae Lugdunensis rex moriens, Heinricho, filio imperatoris, nepoti suo regnum cum diademate aliisque insignibus sub

testamento reliquit. Itaque Chuonradus subacta ad plenum Italia, Appenninum transiens et Apuliam ingressus, ac

urbes terrae illius peruagatus domum rediit, sanctamque pentecosten in inferiori Traiecto Frisiae urbe celebrans, in ipsa solennitate infirmatus xvii. regni anno,

imperii uero xiv. diem ultimum clausit, sepultisque ibidem intestinis eius, reliquum corpus in Spirensis urbem deportatur, ibique humatur in ecclesia sanctae MARIAE.

Anno MXXXIII.

Anno MXXXIX. CHVONRADVS imperator perrexit in Poloniam.

Conradus II.
mouet in Poloniam.

Anno MXXX. imperator idem perrexit in Vngariam et fugit ultra flumen Ra-

et Vngariam.

ba.

Anno MXXXI.

Anno MXXXII. Gregorius VI. qui

Gregorius VI.

et Gratianus Romanam rexit ecclesiam.

Anno MXXXIII.

Anno MXXXIV.

Anno MXXXV.

Anno MXXXVI.

Anno MXXXVII.

Anno MXXXVIII.

Anno MXXXIX. HEINRICVS pius,

Henricus III.

filius Chuonradi III. in regem eleuatur.

rex Rom.

Anno MXX.

Anno MXXI. Vngarii expulerunt regem suum Petrum.

Petrus R. Vng. regno pellitur

Anno MXXII.

Anno MXXIII. Clemens, qui et Sui-

Clemens.

(P) 2

ke-

kerus episcopus Babenbergensis) papa, A Teutonicus.

Anno MXLIV.

Vngari sub- Anno MXLV. Vngari subditi sunt
ciuntur ab Heinrico adhuc regi, qui et restituit, Pe-
Henrico. trum in regnum suum; quem Vngari
statim sequenti anno excaecauerunt.

Damasus
papa.

Anno MXLVI. Damasus, qui et Popo,
Aquileiensis patriarcha, papa Teutoni-
cus.

Henricus III.
imperator.

Anno MXMVII. HEINRICVS rex
Romae imperator creatur.

Anno MXLVIII.

Leo IX. papa.

Anno MXLIX. Leo, qui et Bruno, Tul-
ensium episcopus IX. papa Teutoni-
cus.

Anno ML.

Victor papa.

Anno MLI. Victor, qui et Gebehar-
dus, Eistetensis episcopus papa Teuto-
nicus.

Stephanus
papa.

Anno MLII. Stephanus papa Teuto-
nicus.

Anno MLIII.

Anno MLIV.

Anno MLV.

Benedictus
papa.

Anno MLVI. Benedictus papa Roma-
nam rexit ecclesiam.

Henricus IV.
imperator.

Anno MLVII. Henricus filius Henri-
ci pii, IV. imperator.

Anno MLVIII.

Nicolai papae
decretum sy-
nodale de
electione
summi
pontificis.

Anno MLIX. Nicolaus II. papa consti-
tuitur.

Hoc anno mense Aprili indictione
XII. propositis sacrosanctis euangelii,
praesidente isto reuerendissimo ac bea-
tissimo Nicolao, apostolico papa, anno
episcopatus eius primo, in basilica La-
teranensi patriarchali, quae cogno-
minatur Constantiniana, confidenti-
bus etiam reuerendissimis archiepisco-
pis, episcopis, abbatibus, uenerabilibus
presbyteris atque diaconibus, idem ue-
nerabilis pontifex auctoritate apostoli-
ca decernens, de electione summi ponti-
ficis, inquit: Nouit beatitudo uestra, fra-
tres charissimi et coepiscopi, inferiora quo-
que membra Christi non latuit, defuncto
piae memoriae domino Stephano prede-
decessore nostro, haec apostolica sedes, cui
auctore DEO deseruio, quot aduersa per-
tulerit, quot denique per Simoniacae hae-
resis trapezitas malleis crebrisque tunsio-
nibus subiacuerit, adeo, ut columna DEI
uiuentis iam iam pene uideretur nutare et
sagena summi piscatoris procellis intume-
scentibus cogeretur in naufragii profunda
submergi. Vnde si placet nostrae frater-
nitati, debemus auxiliante DEO futuris
casibus prudenter occurrere, et ecclesiasti-
co statui, ne rediuiua, quod absit, mala
praeualeant, in posterum praeuidere. Qua-
propter instructi praedeceptorum nostro-
rum, aliorumque sanctorum patrum au-
thoritate, decernimus atque statuimus,
ut obeunte huius Romanae uniuersalis ec-

clesiae pontifice, in primis cardinales epi-
scopi diligentissima simul consideratione
tractantes, mox ipsi clericos cardinales
adhibeant, sicque reliquus clerus et popu-
lus ad consensum nouae electionis accedat,
nimirum praecauentes, ne uenialitatis
morbus qualibet occasione subrepat. Et
ideo religiosissimi uiri praeduces sint in
promouendi pontificis electione, reliqui
B autem sequaces. Et certe rectus atque
legitimus huius electionis ordo perpendi-
tur, si perspectis diuersorum patrum re-
gulis siue gestis, etiam illa beati praede-
cessoris nostri Leonis sententia recolatur;
nulla, inquit, ratio sinit, ut inter episco-
pos habeantur, qui nec a clericis sunt ele-
cti, nec a plebibus expetiti, nec a compro-
uincialibus episcopis cum metropolitani
C iudicio consecrati. Quia uero sedes apo-
stolica cunctis in orbe terrarum praefertur
ecclesiis, atque ideo super se metro-
polititanum non habet, cardinales episcopi
proculdubio metropolitani uice funguntur,
qui uidelicet electum antistitem ad apostoli-
ci culminis apicem prouehant. Eliga-
tur ergo de ipsius ecclesiae gremio, si re-
peritur, idoneus, uel si de ipsa non inueni-
D tur, ex altera assumatur, saluo debito
honore et reuerentia dilecti filii nostri
Henrici, qui in praesentiarum rex habe-
tur et futurus imperator, DEO conce-
dente, speratur, sicut iam sibi concessimus
et successoribus illius, qui ab hac apostoli-
ca sede personaliter hoc ius impetraue-
rint. Quod si prauorum atque iniquo-
rum hominum ita peruersitas inualue-
rit, ut pura et sincera atque gratuita
E electio in orbe fieri non possit, cardinales
episcopi, cum religiosi, clericis et catho-
licis laicis, licet paucis, ius potestatis ob-
tineant eligere apostolicae sedis pontificem,
ubi congruentius iudicauerint. Plane
postquam electio fuerit facta, si bellita
tempestas, uel qualiscumque hominum
conatus malignitatis studio resisterit, ut
F is, qui electus est, in apostolica sede iuxta
consuetudinem inthronizari non ualeat:
electus papa tamen sicut papa auctorita-
tem obtineat regendi sanctam Romanam
ecclesiam, et disponendi omnes facultates
illius, quod beatum Gregorium ante suam
consecrationem fecisse cognoscimus. Quod
si quis contra hoc nostrum decretum, syno-
dali sententia promulgatum, per seditionem,
G uel praesumptionem, aut quodlibet
ingenium electus, aut etiam ordinatus seu
inthonizatus fuerit, auctoritate diuina
et SS. apostolorum Petri et Pauli perpetuo
anathemate cum suis auctoribus, fauto-
ribus, sequacibus, a liminibus sanctae ec-
clesiae DEI separatus abiiciatur, sicut
antichristus, inuasor et destructor coetus
christianitatis: nec aliqua audientia super
hoc aliquando referuetur: sed ab omni ec-
clesiastico gradu, in quocumque prius fue-
rat

rat, sine retractatione deponatur. Cui quisquis adhaeserit, uel qualemcumque tanquam pontifici reuerentiam exhibuerit, aut in aliquo eum defendere praesumpserit, pari sententia sit mancipatus, quisquis huic nostrae decretali sententiae temerator extiterit et Romanam ecclesiam sua praesumptione confundere et perturbare contra hoc statutum tentauerit, perpetuo anathemate atque excommunicatione damnetur, et cum impiis, qui non resurgent in iudicio, reputetur. Omnipotentis DEI patris et filii et spiritus sancti contra se iram sentiat, et SS. apostolorum Petri et Pauli, quorum praesumit confundere ecclesiam, in hac uita et in futura furorem sentiat. Fiat habitatio eius deserta, et in tabernaculis eius non sit qui inhabitet. Fiant filii eius orphani, et uxor eius uidua. Commotus commoueat ipse, atque eius filii et mendicent et eiiciantur de habitationibus suis. Scrutetur foenerator omnem substantiam eius et diripiant alieni omnes labores eius. Orbis terrarum pugnet contra eum, et cuncta clementia sint ei contraria, et omnium sanctorum quiescentiam merita illum confundant, et in hac uita super eum aper-
D
tam uindictam ostendant: obseruatores autem huius nostri decreti, DEI omnipotentis gratia protegat, et auctoritate BB. apostolorum Petri et Pauli ab omnium peccatorum uinculis obsoluantur.

ANNO MLX.

ANNO MLXI.

ANNO MLXII.

ANNO MLXIII.

ANNO MLXIV.

ANNO MLXV.

Heinricus rex accinctus est gladio in pascha, anno regni sui IX. Eodem anno Eigilbertus Patauiensis episcopus obiit, et Altmannus pro eo constitutus est.

ANNO MLXVI.

ANNO MLXVII.

Heinricus IV. ducit i) Bertham.

HEINRICVS rex duxit Bertham filiam Ottonis comitis uxorem, ex qua etiam liberos, adhuc circa principia regni sui, ut fertur, honestior, honeste suscepit. Post cuius obitum aliam postea uxorem regis Ruteni filiam, nomine Gislam accepit: per quam etiam eiusdem regis nefaria et sordidissima opera per publicas querimonias tandem detecta sunt. Nam praeter alias malas consuetudines eius, erat in eius contubernio impudicorum grex ex clericis et laicis illustrioris prosapiae congregatus. Erat ei item adunata iuencularum et matronarum tanta multitudo, quantum nec sine querela regiae domus mansio uel profectio sustinere potuisset: quarum tamen pleraeque a propriis uiris abstractae inuitae et captivae ad opera nefaria ducebantur.

a) Gislam.

ANNO MLXVIII.

ANNO MLXIX. Alexander II. papa Romanam rexit ecclesiam.

ANNO MLXX. Otto dux Bauariae Heinrico regi rebellauit.

ANNO MLXXI. Vuelfo factus est dux Bauariae, pulso Ottone duce.

ANNO MLXXII.

ANNO MLXXIII. Hildebrandus diaconus sanctae Romanae ecclesiae papa ordinatur Romae, qui etiam dictus est Gregorius VII. Hic Gregorius in generali synodo residens statuit dicens: Si quis deinceps episcopatum uel abbatiam de manu alicuius laicae personae susceperit, nullatenus inter episcopos uel abbates habeatur, ne ulla ei, ut episcopo seu abbati auctoritas concedatur. Insuper gratiam B. Petri, et introitum ecclesiae interdicimus, quousque locum, quem sub crimine tam inobedientiae quam ambitionis, ex qua scelus idolotriae coepit, respiscendo non deserit: similiter et de inferioribus ecclesiasticis dignitatibus, constituimus.

Item. Si quis imperatorum, regum, ducum, marchionum, uel quilibet secularium potestatum, aut personarum inuestituram episcopatum, uel alicuius ecclesiasticae dignitatis, dare praesumpserit, eiusdem sententiae uinculo se obstrictum esse sciat.

Item: Quoniam inuestituras contra SS. patrum auctoritatem a laicis in multis partibus fieri, et ex eo plurimas perturbaciones in ecclesia, imo ruinam sanctae religionis oriri, ex quibus christiana censurae religio conturbatur: decernimus, ut nullus clericorum inuestituras episcopatus, uel ecclesiae de manu imperatoris, uel regis, uel alicuius personae laicae uiri uel feminae suscipiat. Quod si praesumpserit, recognoscat inuestituram illam apostolica auctoritate irritam esse; et se usque ad dignam satisfactionem excommunicationi subiacere.

ANNO MLXXIV. HEINRICVS imperator profectus in Vngariam aduersum Loitsonem patrualem Samuelis incasum rediit.

Eodem anno Ruodolfus dux Alamaniae, et Vuelfo dux Bauariae coniurant aduersum Heinricum imperatorem.

ANNO MLXXV. Ernest marchio in Saxonia occisus est in publico bello, et Liutpoldus filius eius ei successit.

ANNO MLXXVI.

ANNO MLXXVII.

Discordia inter dominum papam & Henrici IV. dom. imperatorem oritur pro eo, quod ipse imperator ab eorum communione, qui pro sacrilegio et reatu Simoniacae haeresis excommunicati tunc ab apostolico erant, abstinere noluit. Nam ipse apostolicus quosdam familiares

(P) 3

ipsum

ipſius regis, quorum conſiliis & machinationibus episcopatus et multa monasteria, inductis per precium lupis pro pastoribus, Simoniaca haeresi se foedauerant, ad poenitentiam uocauerat: quatenus et bona ecclesiarum, quae per interuentum tam scelerati commercii sacrilega manu susceperant uenerabilibus locis redderent, ad quae pertinerent. Illi autem cum ad haec exsequenda datas inducias spernerent et in coepta nequitia pertinaciter starent: ipse, sicut dignum erat, sacrilegos ipsos et ministros, ac membra diaboli, a communione et corpore totius ecclesiae separauit, et regem, ut eos a domo sua, a conſiliis et omni communione, sicut excommunicatos, expelleret, admonuit, sed ille noluit.

Videntes autem fideles ecclesiae, *Heinricum* sub nomine regis contra ecclesiam DEI tyrannidem agere, idque malum indies augeri, uniuersi papae *Gregorii* conſilio in unum apud *Forreheim* conueniunt, et unum ex principibus, *Ruodolfum* nomine, ducem Alemannorum, in regem eligunt, *Heinrici* tyrannidi obuiare cupientes, interposito sane firmissimo pacto, ne unquam sibi idem *Ruodolfus* in ecclesiasticis dignitatibus ordinandis ullam potestatem uendicaret.

Anno MLXXVIII.

Rudolfus auticaesar.
perit in pugna HEINRICVS imperator, comperto de electione *Ruodolphi*, contractis copiis contra eundem regem bello se parat, cui *Ruodolfus* rex occurrit in manu valida, Saxonum maxime fretus auxiliis, pugnamque conseruerunt in Saxonia, prope fluuium *Wnsdrucf*, in loco qui *Vuelfeshock* dicitur: ubi hinc inde, facta multorum strage, contigit, quo DEVS nouit iudicio, illum in bello rueri, qui pro ecclesia Christi atque iustitia bellum inierat. In eodem bello et *Dietpoldus* comes occisus est. *Ruodolfo* itaque rege occiso, non multo post tempore fideles ecclesiae alium ex principibus, *Hermannum* nomine, regem constituunt: qui & ipse non unius integri anni spatio, regno potitus, a fautoribus imperatoris per insidias occisus est.

Anno MLXXIX.

Anno MLXXX.

Henricus Simoniaca arguitur. Dominus papa *Gregorius VII.* post multas et fortes commonitiones, *Heinrico* imperatori eiusque consiliariis per nuncios et literas directas, quatenus uitae propriae enormes excessus corrigeret, praecipue uero ut abstineret ab honoribus ecclesiasticis, quos uendebat, in tantum, ut, quibus liberet temporibus, nonnunquam ob ipſius turpitudinis precium episcopatus et alios

ecclesiasticos honores largiretur. Quippe, quae eius officii non esset, cum regum non sit ecclesiasticas, sed laicas tantum dispensare dignitates. Ad episcopalem uero apicem uitae meritis, et electione cleri praecedente, per episcopalis manus impositionem esse ueniendum. Post multas itaque fortes admonitiones grauesque correptiones, post

bomenta blandae instructionis et exhortationis adhibita, cum nihil his omnibus profecisset, ferro tandem durae praecisionis usque excommunicauit eum, et a corpore totius ecclesiae separauit, tradens eum satanae in interitum carnis, ut spiritus scilicet saluus fieret in diem iudicii. Ipse autem imperator propter hoc non solum ad poenitentiam contristatus non est, in sua obſcoenitatis et impietatis negotio perseverans, sed ab unitate corporis ecclesiae terribiliter praecisus, foris quasi aliam fabricare ecclesiam molitus est. Vnde, quia papam alium *Vuigbertum*, aliis

Guibertum, quendam *Gregorio* superponens eumque *Clementem* nominans, in ciuitate *Brixina*, ubi ipse natalem fecerat, statim ad urbem Romam tendit, indeque proturbato *Gregorio*, hunc suum non papam sed simulacrum in sede *B. Petri* collocauit. *Gregorius* uero exulans in regnum deuenit *Franciae*, indeque literis directis his, quo fideles ecclesiae nouerat, eos, contra iniquitatem roborabat, commonens, ne communicando schismati, catholicae pacis unitatem ac sanctitatem commacularent. Imperator uero episcopos, aliosque fideles ecclesiae suae partim non communicantes, de propriis sedibus proturbat, eisque alios non episcopos, sed schismaticos et haereticos supponit, uixque in regno suo episcopatus inueniebatur, in quo dualitatis huius scissura non esset. Hinc iam caedes, hinc membrorum in laicis et clericis truncationes et oculorum effusiones, hinc publicae ciuium contra ciues congressiones, aliis pro pastoribus legitimis, aliis uero contra pastores suos dimicantibus.

Eodem anno *Vuelfo* dux *Bauariae* *Augustam* inuasit, atque incendit hostiliter.

Anno MLXXXI. *Altmannus* Patauensis episcopus, et *Luitpoldus* marchio superioris Pannoniae, et alii principes coniurant aduersum imperatorem *Heinricum*.

Coniuratio contra Heinricum IV.
Anno MLXXXII.

Anno MLXXXIII. *Chuonradus* dux *Boemiae* et *Luitpoldus* marchio bellum publicum conseruerunt in *Muorenberg* III, id Maii, ubi factum, et cum maximo excidio nostratium finitum est.

Anno

Hic acta monasterii Richerspergensis incipiunt. Wersnerus monasterium Richerspergensis erigit.

ANNO MLXXXIV. Circa haec tempora fuit in castro Richerspergensis Vuerenherus dominus eiusdem castri, uir ualde ingenuae nobilitatis et diues, qui forem domini Gebhardi Salzburgensis ecclesiae archiepiscopi, in matrimonio iunctam habebat, nomine Diethbergam. Hic post mortem filii sui, nomine Gebhardi, admodum iuuenis, cum non haberet alium haereditem et inter propinquos et consanguineos suos facta esset dissensio, et concertatio propter haereditatem eius: ipse magis elegit DEVM, et S. Michaelem habere haereditas. Itaque deposita omni munitione eiusdem castri, munitum enim erat ualde, ut hodieque perspicuum est in altitudine uallorum, et in ipsius situ loci et ad seruiendum inibi DEO honeste praeparato, ipse dominus Vuerenherus, cum nobili uxore sua, iam dicta Diethberga, tradidit ad eundem locum RICHERSPERG S. Michaeli praedia sua, Ruorippe, Scartenberg, Elenbach, Iuuenbach, Vudenbach, sub adstipulatione multorum testium, et duas uineas apud Aschaba, et aliud praedium iuxta flumen Antesen, quod dicitur ad S. Martinum simul cum ipsa capella et uinea adiacenti et molendino: itemque aliud praedium in Carinthia in loco, qui Chrouuac dicitur, situm, ad xxx. circiter mansos, in usum clericorum Deo sanctisque eius ibidem, sub regula S. Augustini, in perpetuum seruituris.

et dolat.

* Genem.

His ita cum DEI adiutorio fideliter ordinatis, ipse dominus Vuerenherus delegauit et contradidit ipsum fundum Richersperg, usque ad medium * In fluminis ibidem preterfluentis, et adiacentes uiculos circa xli. mansos agri culti, cum seisdem attinentibus, molendinis, campis, syluis, pascuis, pratis, cultis et incultis, cum aquarum decursibus, piscationibus, exitibus et reditibus, et omni utilitate quaesita et inquirenda, simul cum iure parochiali, totaque decimatione ipsius fundi et uiculorum adiacentium, uidelicet Vuerde, Tobele, Aspach, Phaphinge, quam uidelicet ipse redemerat eidem loco, ab ecclesia Barbenberg, de ecclesia plebali in Vnstüre in uicino: cuius cura eo tempore ad ius ecclesiae Babebergensis pertinebat, addito praediis Munstuoore pro concambio decimarum de suo iure, et de suis praediis in iuicino, curia uillicali, quae Tobelle dicebatur, et monte, in quo postea castrum Steine modernis temporibus a domino Albuino seniore situm est. Praeterea et illa praedia, quae superius commemorata sunt: haec inquam, praedia cum ipso fundo, ut dictum est, et cum multa familia sua utri-

A usque sexus, dedit iuri et ditioni atque defensionem Salzburgensis episcopii, praesente eiusdem loci tunc temporis archiepiscopo, uenerabili Gebhardo fratre Diethbergae, et suscipiente traditionem coram multis nobilibus et honoratis testibus, quorum nomina in libro eiusdem delegationis scripta inueniuntur, eo uidelicet tenore, et tali conditione, ut eidem loco ab ecclesia Salzburgensi spiritualia, et ea, quae ad DEVM spectant, provideantur, et ut nullus in posterum sit eiusdem loci aduocatus, nisi principalis ipsius metropolis aduocatus: ut ab eiusdem episcopatus aduocato defensus integer cum omnibus eo pertinentibus permaneat, et ut nullus futuro tempore succedentium episcoporum, seu quilibet principum eundem locum alicui in beneficium accomodet. Ipse quoque dominus Vuerenherus in eodem loco iuxta capellam, quam ibi habebat, in honore S. Sixti dedicatam, cum religiosis personis et clericis, quos sibi sociauerat in seruitio DEI uiuens, habitu sanctae conuersationis post mortem uxoris suae Diethbergae, assumpto ibidem in senectute bona quieuit, III. non. Octob. Diethberga xi. Kal. Nouemb. Gebhardus filius eorum xi. Kal. Maii obiit. Cuius beata membra simul cum ossibus Diethbergae et filii eorum Gebhardi nunc in ecclesia Richersperg in monasterio scilicet sub gradu altaris S. crucis tumulata requiescunt.

ANNO MLXXXV. Petrus eremita alii que plures Hierosolymam tradunt, Petrus eremita.

ANNO MLXXXVI. Luitpoldus marchio obiit et Luitpoldus filius eius ei successit.

ANNO MLXXXVII. Victor papa II. Romanam rexit ecclesiam, Gregorio VII. iam in exilio defuncto. Victor II. papa.

ANNO MLXXXVIII. Gebhardus Salzburgensis archiepiscopus obiit xvii. Kal. Iulii. Thimo pro eo subrogatur episcopus. Gebhardus archiepiscopus Salzburg.

Hic Gebhardus archiepiscopus, Admontense quoque coenobium his temporibus fundauit. Quod dum primum deliberaret fundare, et dum esset ibi constitutus, quia fiscus episcopalis erat, triduo non manducans, neque bibens oraret, ut DEVS coeptis eius faueret, quidam homo surdus et mutus, subito in medio exurgens, diuino nutu eorum omnibus haec uerba protulit archiepiscopo; tu debes inchoare, DEVS debet consummare. Qui homo nec antea ulla ediderat uoces, nec postea his dictis, edidit, donec post multos annos in depositione eiusdem episcopi Gebhardi ad sepulcrum eius pleniter aurium et linguae restitutus est officio, miraculose admonitus.

ut legitur in passione Thimonis succes-

Per idem tempus nauicula beati Petri, quasi dormiente IESV, tempestatum procella propemodum mergens uexabatur; omnesque ueritatem et fidem beato Petro seruantes, eiusque uicario apostolicae sedis huic Gregorio VII. inter quos *Gebhardus* archiepiscopus singularis pro certo et principalis columna, ab impiis fautoribus imperatoris de fede sua expellitur, aliusque quidam *Bertholdus* Mosburgensis in locum eius schismaticè introducitur. Denique anno incarnationis domini MLXXXVI. post obitum *B. Gebhardi*, *Bertholdus* illi superpositus, uidens sedem eius uacua, liberius eam occupare coepit. Quod uidentes, ad quos pertinebat, incunt, prout res monebat, consilium, ordinare dignum gubernatorem matri ecclesiae. In partes primo discedunt. A spiritualibus, diuino nutu, uenerabilis abbas *Thimo* eligitur episcopus. Ab aliis quidam *Adalbero* Frisingensis ecclesiae decanus. At supernus arbiter medium se partibus interponens, die colloquii exhibenda utriusque electi praesentia conueniunt, cum eis Patauiensis episcopus *Altmanus* apostolicae sedis legatus, *Vuelfo* dux Bauariae, et quidam comites, simulque de utroque ordine grandis ecclesia. Quo dum simul nauigio praedictus decanus peregraret, medio ane sub oculis ad nauem immergitur.

sed ab imperatore sedepellitur.

Albero perit. Thimo papa renunciat.

capitur,

at ad mortem damnatur.

Continuo concordant partibus, ab uniuersis, quasi diuinitus declaratus *Thimo* in cathedram pontificalem eleuatur, consecratur, omnique plenitudine metropolitani iuris firmatur. Tredecim postea, quibus praefuit annis, belis, obsidione, gladiis, captiuitate ipse, sicut et antecessor eius, urgebatur. Capitur tandem cum suis ab *Vdalrico*, Karinthiano quodam comite partium imperatoris, et in captiuitate per quinquennium multa genera aerumnarum expertus est. Per illud idem tempus *Frisacense* castrum quinquennali obsidione uexabatur. Cumque inceptum tardius procederet, reuerendum pontificem cum cognatis praedictis producentes, eum primitus ad machinam ligauerunt dicentes, non sit manus nostra super eum, sed manus opidanorum, ut occidatur. At ubi oues cognouerunt pastorem suum, manus a iactu retraxerunt. Tum proximos eius capite truncauerunt, quia locum tradere et obsidionem soluere noluit. Quod malum magno moerore et dolore in cor episcopi ascendit, dixitque obsidionis principibus *Vdalrico*, et duobus germanis suis: Quomodo, inquit, uiros iustos et sine querela interemistis? maledicti eritis super terram

et infelices ex hoc in reliquum, et decrescentes uiuetis, donec animas uestras inferni supplicii reddatis. Perhiberi usque hodie solet a prouincialibus, scelestos comites nunquam deinceps prosperatos, sed in aduersis dedecorem uitam duxisse, in aerumnis duram mortem luisse, iuxta uiri DEI sententiam. Qui ab eisdem post haec in aliam munitionem traslatus, militi cuidam deputatur custodiendus, ut pro regno DEI et iustitia eius, tam dura angaria, quam diutina agonizabat. Iam multum temporis fluxerat, nec flecti a rectitudine statuti sui tenax animus quibat. Quare taedium caesarianis faciente, gladio finiendum eum decreuerunt. Ad quod piaculum custos pro se alium militem conducere maluit, quasi per alium non ipse rem agens immunior foret. Sed *mentita est iniquitas sibi*. Spiculator ergo ingrediens, ubi fortis agonista DEI seruabatur, rem prius, pro qua uenerat, aperit. Respondit intrepidus episcopus: *domini uoluntas fiat*. Sargensque dicto symbolo et oratione, procubuit, ceruicem super lignum extendit. Accedens licitor, totis uiribus ensam adegit, sacram uero ceruicem ac si ferrum aut lapidem secare non potuit. Quod negligentiae suae deputans, denuo ferire parabat: continuo ensis in partes dissiluit. Indicium fuit pontifici, quia nondum uenerat hora eius. Quia *Corozaim* triumphus illi manebat.

Tum armiger uirtutem DEI exauescens, coram sancto prostratus ait, confiteor peccatum meum, episcopus quod suum erat fecit, indulgit; homo egressus, pontifex in uinculis permansit. Fuit illis diebus sub abbate *Hirsaugiensi*, reuerendissimo *Vuillehelmo*, frater quidam nomine *Cbuonradus*, hic solus dignus fuit, cui praestaret dominus liberare famulum suum de manu potentiae. Hic inter cognatos et notos collationem faciens, militem custodem XL talentis corrupit, et praesulem de captiuitate eripuit, et saluum secum abduxit. Qui post paruo tempore, cum duce Bauariae *Vuelfone*, Hierosolymitanae peregrinationis iter aggressus est. Dux apud Paphum insulam uita excessit. Episcopus deinde cum caeteris christianis a gentilibus quibusdam comprehensus est. *

Anno MLXXXIX.

Anno MXC.

Anno MXXI. *Vrbanus II.* papa ordinatur,

Hic *Vrbanus*, contigit, ut in manus aduersariorum suorum fraudulentè adductus, in una turrium urbis Romae aliquandiu captiuus teneretur: sed, inde

* *Martyrium B. Thimonis hoc loco desit, quo de infra, uide annum M. CI. Vrbanus II. papa.*

de

de eum diuina clementia eripuit per *Ruodberti* cognomento *Guiscardi*, magna regione urbis incendio conflagrata, turrique interim expugnata, dum populus ad incendia festinans illic occupatus teneretur. Itaque domino cooperante liberatus, in Franciam rediit, ibique confidenter agens quae apostolici erant officii, in imperatorem excommunicationis sententiam renouauit, literis et legationibus fideles, ad standum et agendum pro ecclesia DEI, confortans.

*Concilium
Claromontanum, in quo*

Anno *MXCII*. Celebratum est illud magnum concilium intra fines Galliae, in *Aluernia* scilicet in ciuitate, quae *Clarus mons* appellatur: cui hic *Vrbanus* papa cum Romanis episcopis et cardinalibus praefuit. Fuit autem ualde celeberrimum idem concilium conuentu Gallorum ac Germanorum tam episcoporum, quam etiam principum. Ordinatis in eo de rebus ecclesiasticis, dominus papa allocutus est omne concilium, praecipueque principes Francigenas, inter se tunc pro terris ac terrenis dignitatibus litigantes, suadens, ut si eis ocium displiceret, ac terra propria angusta uideretur, ad terras orientis contenderent, ibique pro receptione sanctae ciuitatis, quam pagani usque tunc fere per annos *XL*. simul cum sepulcro domini et omni regione illa possederant, de manu ipsorum gentilium satagerent eripere, ubi eis aut gloriose triumphare contingeret, aut gloriosius pro Christo mori, felicesque fore, qui aut Christo uincerent, aut pro Christo morerentur; et DEO donante, ita *Vrbanus* suo ore omnium fere corda emolliuit, ut plus, quam trecenta millia uiam sancti sepulchri statim arriperent, sicut historia de eadem gloriosa expeditione conscripta plenarie docet.

Anno *MXCIII*.

Anno *MXCIV*.

*Henricus V. a
patre defect.*

Anno *MXCV*. *HEINRICVS* filius imperatoris *Henrici*, propter sententiam excommunicationis in eundem regem factam, a patre discessit.

*Luitpoldus
marchio.*

Anno *MXCVI*. *Luitpoldus* marchio *Agnetam*, filiam imperatoris huius, duxit uxorem.

Anno *MXCVII*.

*Antiochia occupatur a
fratribus
crucigeris,*

Anno *MXCVIII*. Exercitus christianorum, uirtute potenti angelorum quoque ministerio adiuti, suam praesentiam uisibiliter exhibentibus *Antiochiam* obtinent, in cuius obsidione detenti sunt octo mensibus et die uno: et postea in ea obsessi fuerunt a gente *Parthorum*, tribus hebdomadibus, illisque mirabiliter superatis, in ea quietauerunt quatuor mensibus et octo diebus, sicque alternis semper bellorum conflictibus

Gallicana gens tandem fines orientis penetrauit. In hac ipsa ciuitate *Antiochia* per clerum eodem transmigrantem uitae communis ea formula tunc reflexit, quam primitus per apostolos ibidem coepta dinoscitur, iudicantibus eis nimirum iustissime, non aliam se illi ciuitati debere normam uiuendi inducere, quam quae primae institutionis apostolicae fundamentis congrueret. Haec siquidem plantatio legitimi germinis in ciuitate illa sancta refluuit tunc temporis, et palmites suos inde late iam extendit, bonorum cordium glebis id facile ac libenter recipientibus, quod primitus ab ipsa dextera domini in propriae coloniae agello plantatum sit. Persecutio quoque huic bono cooperata est. Nam dum a ciuitatibus meliores clerici, eo quod excommunicato principi, eiusque fautoribus et communicatoribus suam subtraherent communionem, pellerentur, in siluis ac suburbanis agellis cohabitantes, ubi eos, quibus *DEVS* inspirauit, fideles, ac potentes quidam tutati sunt, ea coeperunt conuersionis norma degere, quam Christo, pro quo et persecutionem sustinebant, maxime complacitam cognouissent. Eodem quoque tempore canones antiqui de continentia ministrorum sacri altaris innouari nouis accedentibus praeceptis coeperunt, per hunc *Vrbantum* papam, et praedecessores suos *Gregorium VII.* et *Nicolaum II.* atque *Alexandrum II.*

*inque ea
prima uiuendi
ratio apostolica
refluuit.*

*Canonum
antiquorum
origo.*

*Hierosolyma
expugnatur
et*

Anno *MXCIX*. Exercitus christianorum post multos labores et insignes uictorias, post triumphos in ducentis castris, et *XL*. ciuitatibus ad ipsam regalem ciuitatem peruenit hoc anno, statimque in uirtute nominis illius, qui in ea mortuus iacuit, et die tertia resurrexit, castra circa eam posuerunt, *iv*. idus Iunii secunda feria, et fortiter eam oppugnantes, tandem in uirtute illius, qui infernum confregit, eam ceperunt, *xiv*. Kal. Iulii sexta feria, hora, qua saluator omnium crucem pro nobis subiit, et eam de suis et DEI inimicis, qui in ea positi erant, in ore gladii uindicauerunt, eliminatisque ab ea omnibus immunditiis paganorum, octauo die ab eo, qua expugnata erat, elegerunt omnium pari uoto, generalique consensu *Godofredum* ducem Teutonicorum, qui in ea regnaret, qui et eam primus cum satellitibus suis in expugnatione intrauerat.

Anno *MC*.

Anno *MCi*. *Thimo*, archiepiscopus *Ibimonis* Salzbουργensis, apud paganos martyrio coronatus est *iv*. Kal. Octob. Huic quidam schismaticus superpositus erat ab imperatore: qui haereditam *S. Michaelis*

*Godofredus
rex eligitur.*

martyrium.

(Q)

lis

lis in *Richersperg* crudeliter inuadens eundem locum laicis inbeneficiando et regulares canonicos, quos beatae memoriae dominus *Werenherus* ibi congregauerat, inde fugando, multa grauamina illic fuscitauerat.

Conradus archiep. Salisb.

Anno MCII. *Chuonradus* senior post B. Thimonem substituitur.

Anno MCIII.

Anno MCIV.

Heinricus V. imperator.

Sighardus comes de *Burghusen* Ratisponae occisus est. Interea etiam quam plurimis ex principibus aliisque uiris uirtutis, sententiam excommunicationis in regem factam formidantibus, et cum ecclesia ac pro ecclesia sentientibus, Urbani quoque papae hortatu accedente, complacuit, quatenus *Heinricum* filium imperatoris leuarent in regem: sperantes, se per filium legitime regnantem posse patris tyrannidi resistere, quod et factum est. Leuato sane filio in regem, et in ciuitatem Ratisponam tendenti, pater cum multitudine armatorum, duce Boemico, et Luitpoldo marchione superioris Pannoniae, ipsi auxilium ferentibus, occurrit: sed pugnae congressus fluuio, qui *Regen* dicitur, interceptus est. Dum uero mora interponitur, principes iam dicti, quibusdam sponsonibus acceptis, de parte patris ad filium concedunt: atque ex tunc ipse pater *Heinricus* fugabatur, impingebatur, minuebatur, omnibus eum persequentibus ut pote publicum hostem DEI et ecclesiae: ita ut principum penitus destitutus auxilio, filio tandem preces atque supplicationes porrigeret: quatenus ei priuate uiuendi securitas concederetur. Interim quoque dum haec inter duos *Henricos* geruntur, deturbato et abiecto ex consensu *Henrici* iunioris *Guiberto*, qui *Clemens* dicebatur, *Urbanus* papa ad urbem rediit.

patrem de throno deiecit.

aique insignis imperii auferit.

Anno MCV. *HEINRICVS* imperator a filio suo *Henrico* capitur: factumque est, ut in celebri quoque curia coronam imperialem idem imperator resignaret; petens ab excommunicatione, qua tenebatur, absolui et ecclesiasticae communioni restitui, sed petitionis effectum consecutus non est, timentibus nimirum et cauentibus catholicis, ne forte absolutus aliqua ecclesiae uel imperio contraria moliretur. Vnde et absque communionem feruatur in quodam castro, in tantum abominabilis effectus, ut reliquias ciborum eius pro communionem ecclesiae conseruanda, etiam garziones ac minimi pueri non contingerent, sed canibus, ipso uidente, proiicerentur, iusto equidem DEI iudicio. Nam, qui multos episcopos

Heinricus IV. multis miseris perpeffis,

et sacerdotes propriis sedibus expulerat, iuste et ipse regno priuatus est. Et, qui alios iniuste in uincula coniecerat, uinctus et custodiae mancipatus est: et qui sacra mysteria sacratissima natalis domini nocte polluerat, iustissime et ipse eorundem mysteriorum indignus et expers habitus est. Et poenitentia illius qualis fuerit, dominus uiderit; absque communionem uero ecclesiae sequenti anno uitam finiuit.

Anno MCVI. *HEINRICVS* iunior imperator quintus.

Hic confirmatus in regno, primo modeste agere, affabilem se exhibere, iura ecclesiasticae libertati conseruare coepit. Vbi uero pietas, uelut auri superinducta species, paululum usu dominandi detrita est, apparuit, qualis apud se intus fuerit. Nam per abrupta paterni callis cito ingrediens, coepit et ipse post mortem patris obeuntibus episcopis electiones legitimas in substituendis aliis uel praeuenire, uel factas nihili pendere, episcopatus ad gratiam personarum, ad pecuniae quoque uel obsequii acceptionem conferre.

Anno MCVII.

Anno MCVIII.

Anno MCLX. *Paschalis* papa II. Romanam rexit ecclesiam.

Hic *Paschalis* dum ad regem *Henricum* iuniorem paterna monita dirigeret, quibus eum ad uiam reuocabat, quatenus iustitia regni contentus, pontificalia sibi non uiurparet, ecclesiae

DEI, matri uidelicet suae, honorem deferret, libertatem eius, quam in eligendis sacerdotibus habere debet, non temeraret: bona uerba, et quae rationalia uideri poterant, reddidit, nisi sub lingua eius labor et dolor latuissent. Dixit namque et scripsit, ad electionis episcopalis concedendam libertatem,

adinuestituras etiam resignandas, ad decimas quoque remittendas ecclesiis paratum se esse, sique dominus apostolicus omnia regalia, uidelicet ducatus, marchias, comitatus, hominia cum beneficiis, monetas, teloneas, munitiones per uniuersum regnum suum, imperio reddere uoluisset. Haec promittens sciebat tamen, non concessum iri ab episcopis, praecipue Germaniae, Galliae atque Saxoniae, multas regales diuitias et honores ex antiqua regum et imperatorum donatione possidentibus. Dominus papa quoque his promissionibus acceptis rescripsit ei, qualia postulauerat, de impositione uidelicet imperialis coronae, et restitutione omnium regalium, si quidem res promissa sua de ecclesiae libertate completeret. Et haec paucis arbitris inter regem, et Romanum pontificem gerebantur, episco-

tandem excommunicatus adhuc decedit.

Henrici V. mores.

Paschalis II. papa.

Henricus V. monitus a papa.

multa promittit.

pis, aliisque ecclesiae et imperii principibus promissa hinc inde facta penitus ignorantibus.

Conradus archiepiscopus Salzburg. coenobia sua religiosis ac literatis replet.

Anno M C X.

Circa haec tempora sedata tempestate persecutionis, et adunata aliquantum ecclesia post schisma, quod fuit sub Henrico imperatore seniore, *Chuonradus* archiepiscopus Salzburgensis cupiens promouere et dilatare in ecclesiis sibi commissis uitam canonicam, misit nuncios suos in Saxoniam ad coenobia, quae erant ibi: et inde adduxit plures regularis uitae uiros, bene religiosos et nobiles ualdeque literatos, quos in coenobiis sibi subditis locauit. Tunc et idem episcopus praeposituram *Richerspergensis* ecclesiae iniunxit: quam uidelicet ecclesiam cum omnibus ei attinentiis ipse episcopus de manibus laicorum, et omnium inuasorum eius summo studio coeperat liberare eo tempore. Eodem anno in orientis partibus basilica *Niuuenburgensis* ecclesiae primum fundata est a *Luitpoldo* marchione.

Anno M C X I.

Henrico V. coronatio,

HEINRICVS rex iunior, cum multo episcoporum aliorumque principum comitatu ad urbem Romam tendit, ad acceptionem imperialis coronae, quam etiam ueniens ingreditur, praestitis ante iuramentis, ac data fide de pace Romano pontifici atque urbi integrè conseruanda; iamque uentum erat in medium ecclesiae beati Petri, ubi de iustitiis hinc inde conseruandis ac tenore concordiae inter sacerdotium et regnum tractare conuenit: cum sellis hinc inde prolatis confessum est, circumstante confertim corona armatorum. Proferuntur in medium literae de parte regni ad Romanum pontificem directae, et quaesitum per cancellarium domni papae, a domino rege eiusque cancellario, an eas suas et a se missas recognoscerent. Cumque responsum ab eis fuisset, etiam eadem in palam literae lectae, scilicet promissa domini regis ad dominum papam continentes, similiter ex parte regis literis, quae a domno papa directae fuerant, in medium prolatis, responsum est, itemque literae in publico recitatae, quae domni papae ad regem promissa continebant, ut superius paulo dictum est. Dumque promissa eatenus inaudita episcoporum aures percellerent, cognoscentes se et ecclesias suas, occasione imperialis coronae regis capiti imponendae, spoliandos antiquis possessionibus, quasi ex uno ore contradicebant: aientes, se regi coronam imperialem tanto suarum ecclesiarum detrimento emere nolle. Cumque et armati circumstantes eos minis et terroribus per-

ob diuina quaedam promissa pontifici facta;

difficilis red- ditur a clero:

urgerent, quasi iam interficiendos, nisi consensissent; *Chuonradus* Iuuuuiensis ecclesiae archiepiscopus, quasi signifer inter episcopos, utpote nobilior et honoratior caeteris, etiam caput potius amputandum, quam ut ad ea, quae petebantur, consensum praeberet, porrexit. Et dum clamor hinc inde confusus aliquamdiu percrebuisse, rex cum indignatione et motu animi surgens, abire coepit. Sed et domnus papa ex praeecepto militum cum rege et post regem abire compulsus est. Hinc praeda grassatur, hinc caedes ciuium Romanorum, pro pastore suo, quem liberare cupiebant, morientium; captiui quoque domini cardinales et clerici trahuntur. Omnia siquidem ostia ecclesiae obserata fuerant, ne quis libere effugere potuisset. Episcopi uidentes quae fiebant, gemere et facinus detestari, sacrilegium clamitare. Multa uero et inenarrabili caede in ciues Romanos perpetrata, rex abiit et domnus papa cum eo. Clerici autem tenere educati funibus trahebantur ab equitibus, quos illi, ut poterant, sequebantur per plateas, luto profundo ac tenaci uix emergentes. Quidam etiam inter manus trahentium, et ad currendum hastis transfuersis cogentium spiritum exhalauerunt. Qui uero superfuissent, per nocturna tempora uel fassis inclusos, uel catenis, aut aliis uinclis, ne fuga laborerent, inclusos seruabant, donec eis pecunias aliquas extorsissent. Et domnus quidem papa ducebatur, et seruabatur in custodia. Honorabant uero eum nihilominus episcopi, aliique timentes DEVM; donec ei rex multis minis et terroribus coronae imperialis benedictionem in ipsa captiuitate extorsit; et donec obtinuit in ipsis tentoriis priuilegium, de retrahendis omnibus regalibus ad imperium, quale uoluit. Pro qua re uniuersi pene Franciae episcopi consilium inierant, quatenus excommunicarent ipsum *Paschalem* papam, tanquam ecclesiae hostem et destructorem: nisi priuilegium idem ipse, qui dedit, damnasset, quod et fecit. Nam in generali concilio residens postea iam abolutus, ad stipulante ei multitudine episcoporum, cum dominis cardinalibus, idem priuilegium quod ei captiuitate fuerat extortum, damnauit omnibus regibus, qui eodem priuilegio ad dehonestandam ecclesiam, uel aporian- dam uterentur aliquando, maledictionem pro benedictione firmissime ac terribiliter inducens.

Anno M C X II.

Anno M C X III.

Anno M C X IV.

HEINRICVS, iam imperator, Saxo-
nes iuxta *Vuelfesholz* hostiliter inuasit,

(Q) 2

ideo Henricus eam ui extorque cogitur.

Henricus V a Saxonibus a qui

Superatur.

a quibus uictus, uix cum paucis euasit. Anno MCXV. GELASIVS papa II. Romanam rexit ecclesiam.

Gelafius II. papa

Hic Gelafius, sicut et predecessor suus Paschalis, uiam uniuersae carnis iam ingressus, optimus et ipse legis DEI ac libertatis ecclesiasticae aemulator, cuius

ab Henrico in exilium pellitur.

post ordinationem die XL. Henricus imperator urbem Romam intrauit, et beatissimam quandam, nomine *Burdinum*, Hispanum episcopum, superintrusit, Gelasio ex urbe proturbato: qui exulans, quasi pater filium, imperatorem ad correctionem inuitabat, quatenus ecclesiae in electionibus episcoporum suam libertatem dimitteret, et statuam, quam in loco sancto contra DEVM exererat, deponere festinaret: contra imperatorem dicente; aut uelle se omnia regalia ad imperium retrahere; aut in episcopis constituendis antiquam consuetudinem retinere. Haec dicens et ecclesiae electiones, et inuestituras nolens dimittere: magisque cor suum aduersum salutaria monita indurans, et *Burdinum* superintrusum defendens ac manu tenens, episcopis quoque e contra obfirmantibus facies suas, ne imperio regalia remitterent, tandem et ipse tanquam schismaticus et aduersus dominum rebellis, ab ecclesia DEI per Gelasium papam in generali concilio, Remis celebrato, ad stipulationem commanentium episcoporum, et aliorum fidelium ecclesiae

inde rediit Henricum excommunicat.

terribiliter separatus est.

Anno MCXVI. ecclesia domini *Vuerenheri* Antefen ad *S. Martinum* dedicata est a uenerabili *Vdalrico* Patauiensis episcopo, iv. non. Martii, domino *Beruuino* adhuc praeposituram *Richerspergensis* ecclesiae utiliter et honeste procurante. Nam per eum et sub eores et possessiones atque facultates eidem ecclesiae per archiepiscopum *Chuonradum* bene augmentatae iam erant; multaue religio ibi coeperat florere, plurimis nobilibus, aliisque personis religiosis ibidem confluentibus. Non multo uero post, crescente persecutione, et rursus inualecente schismate, multis se a communione imperatoris, propter sententiam excommunicationis, subtrahentibus, nonnullisque clericis eum non solito fauore ac laudibus excipientibus, ingressum quasdam ciuitates regni sui; *Chuonrado* quoque archiepiscopo iam de ecclesia sua *Salzburgensi* pulso, multis rapinis et uariis alternisque obsidionibus, ipso episcopatu ex magna parte deuastato; eodem episcopo in Longobardia et in Saxonia exulante, tunc et ipse dominus *Beruuinus*, quia nec defensorem, nec, ad quem refugeret, habebat, super eum et super ecclesiam suam crescente iniquorum

persecutione et infestatione, clam et omnibus fere insciis recessit in Saxoniam, permittente archiepiscopo, sicque omnis decor *Richerspergensis* loci immutatus est, nullis uel paucissimis habitatoribus illic remanentibus.

Anno MCXVII. *Ruodbertus* abbas *Tu-Ruodbertus* itiensis claret.

Anno MCXVIII.

Anno MCXIX. *Callistus II.* papa constituitur.

Huius *Callisti* in tempore tandem ecclesia, ad eligendos sibi episcopos, libertati donata est: cui et inuestiturae per anulum et baculum, uirgam uidelicet pastoralem, in episcoporum consecratione faciendae, recognitae sunt.

Videns namque imperator ecclesiae graues manus super se, ac metuens, ne forte iniquitate sua per caelos rationales uidelicet episcopos et sanctos DEI, reuelata etiam terra, terreni scilicet principes aduersus eum confurgerent, sicque ipse, quemadmodum patri suo contigit, regno priuaretur: collecta curia, in loco, qui *Loubuuisse* dicitur, ubi et legati Romanae sedis aderant, uidelicet *Lambertus* Ostiensis tunc episcopus, qui postea factus est papa, dictus *Honorius*, et *Gregorius* diaconus card. S. Angeli, qui etiam postea factus est papa, dictus *Innocentius*, et Saxo presbyter, electiones, ut praediximus, atque inuestituras liberas ecclesiae remisit; ita ut electus, uel consecratus de manu imperatoris, uel regii regalia per sceptrum acciperet: et ita ablato *Burdino* de medio, et in monasterium, quod *Lauea* dicitur, misso imperatore quoque a uinculo anathematis absoluto, pax ecclesiae DEI post multas tribulationes, quas et tunc perpeffa fuit, reddita integre est.

Anno MCXX.

Anno MCXXI. *Vdalricus* Patauiensis episcopus obiit, et *Reginmarus* subrogatur. *Otacharus* marchio obit.

Anno MCXXII.

Chuonradus, archiepiscopus, ad sedem suam iam reuersus, post septem fere annos, quibus exulauerat, *Pertholdo* schismatico iam eiecto et disturbato excommunicationis sententia, qui eum et antecessores suos sanctos uiros, multis iniuriis afflixerunt, auxilio amicorum suorumque etiam ex eo tempore in aduersis semper decredebant, et ut hodie quoque perspicuum est, iudicio DEI non dimidiant dies suos, nec aliquis fere de posteritate eorum: et ad episcopatum suum, quem ut ipse in priuilegio suo fatetur, pauperrimum et ualde uastatum tunc inuenit: coepit in ipsa episcopali sede *Salzburgensi* canonicam uitam instituere, quam et ipse professus erat, regularibus uel magis secularibus

remanente apud imperatorem ea, quae per sceptrum fit. partic. negatiua non, desideratur hoc loco in MS.

Conradus archiepiscopus restitutus.

Canonici.

cle-

clericis, qui usque ad illud tempus in eadem sede fuerant ordinati, quique canonicam uitam profiteri apud se non deliberarant, alias ab eodem episcopo cum bono charitatis constitutis.

Coenobium
Richersper-
gense ampliat-
ur.

Richersperg quoque coenobium, quem locum idem episcopus ualde diligebat et honorabat, coepit rursus renouare, et nouis aedificiis fundare, ac monasterio, quod hodieque habetur, et aliis bonis augmentare, canonicamque uitam et pristinam libertatem eidem loco reparare, post illa grauamina, quae et illic facta fuerant. Nam tribus uicibus idem locus ab iniquis hominibus inuasus, et a suis prouitoribus derelictus, et pene delapsus fuerat. Primo quidam *Albuinus*, filius *Aribonis* fratris domini *Vuereberi* fundatoris, eundem locum inuasit, et clericos ibidem locatos expulit. Secundo, schismaticus eundem locum laicis inbeneficiando regulares canonicos inde fugauit. Tercio dominus *Beruuinus* praepositus inde recedens, ipsum locum ualde desolatum reliquit.

Anno *MCXXIII*. dominus *Hermannus* praepositus *Salzburgerensis* obtinuit priuilegium a domno *Callisto* papa, de uita canonica seruanda in perpetuum, in episcopali sede *Salzburgerensi*.

Anno *MCXXIV*.

Honorius II.
papa.

Anno *MCXXV*. *Honorius* papa II. Romanam rexit ecclesiam. *LOTHARIUS* Romanorum rex III.

Et hic *Honorius* papa dedit domino *Hermann* praeposito *Salzburgerensi* priuilegium de conseruanda canonica uita in *Salzburgerensi* ecclesia.

Anno *MCXXVI*.

Ecclesia Ri-
cherspergen-
sis dedicata.

Dedicata est ecclesia *Richerspergen-
sis* et altare principale a *Chuonrado* archiepiscopo in honore *S. Michaelis* archangeli.

Anno *MCXXVII*.

Anno *MCXXVIII*. *Luitpoldus* marchio de *Stira* obiit.

Anno *MCXXIX*.

Innocentius
II. papa.

Anno *MCXXX*. *Innocentius* II. papa consecratur: *Honorio* defuncto *XVI*. Kal. Martii.

Schisma in-
gens.

In huius *Innocentii* papae electione grauissimum schisma factum est, quod etiam durauit per annos fere octo.

Nam quidam cardinalium elegerant in papam *Petrum*, *Petri Leonis* filium, cardinalem, unum de nobilioribus Romanis, et eum in sede *B. Petri* collocauerant, quem consecrauit, non legitime tamen, *Portuensis* episcopus, unus de legitimis ordinatoribus: qui etiam dictus est *Anacletus*.

Eo igitur in urbe *Roma* potenter regnante, et sedem *B. Petri* occupante, astante ei multitudine nimia affinium,

aliorumque Romanorum ciuium: *Innocentius* urbe pulsus in uicinis ciuitatibus ei astantibus manebat. Cui etiam rex Francorum et *Lotharius*, rex Romanorum fideliter cum aliis principibus astiterunt ac *Petro Leonis* constantissime restiterunt. Sedes quoque apostolicae, *Antiochena* atque *Hierosolymitana*, *Petrum Leonis* respuerunt, *Innocentium* uero approbauerunt. Quia ipse duos de legitimis ordinatoribus secum habuit: *Albanensem* scilicet et *Ostiensensem*: ille unum, ut dictum est, *Portuensem*.

Anno *MCXXXI*.

Anno *MCXXXII*. *LOTHARIUS* imperator.

Lotharius
imperator.

Lotharius rex Romanorum in Italiam profectus est, cum uxore sua *Richiza*, et Romam uenientes utique ibi ordinati sunt ab *Innocentio* papa in ecclesia *S. Bonifacii*, *Petro Leonis* in urbe adhuc constituto.

Eodem anno magister *Gerbobus* suscepit praeposituram *Richerspergen-
sis* loci, a *Chuonrado* *Salzburgerensis* ecclesiae archiepiscopo, quam dominus *Goteschalcus* eiusdem loci praepositus sponte in manum eiusdem episcopi ipsam praeposituram resignauerat.

Gerbobus
praepos. Ri-
chersp.

Anno *MCXXXIII*. Fuit illa magna eclipsis solis *IV*. non. Augusti circa meridiem diem, luna *XXXVII*. existente *XIII*. decennouenalis cycli anno: post meridiem intra horam septimam et octauam uisa est eclipsis solis in leone; si tamen non fuit prodigium et signum in sole. Perhibent enim phyfici, defectum solis non fieri, nisi in luna nouissima, uel prima, sed nunc in illarum neutra. Nam potius in uigesima septima, cum adhuc superesset uigesima octaua, et uigesima nona praedicti mensis luna, plurimae iuxta solem stellae uisae sunt, plurimorum corda luce desperata compuncta sunt, sol, quasi non esset, omnino latuit, per horam fere dimidiam instar noctis fuit, facies mundi miserabilis, horribilis, nigra, mirabilis. Hoc itaque, quia ueluti praeter morem fieri uisum est, apud aliquos pro signo et portento reputatum est.

eclipsis solis
insolita.

Anno *MCXXXIV*.

Anno *MCXXXV*. Non piget hic inferere quaerimonias fratrum *Richerspergensium*, de quodam praedio iniuste eis ablato: et quomodo eos dominus de omnibus tribulationibus suis mirabiliter liberauerit, et quomodo eiusdem loci curam habuerit. Quia ipsi, sicut scriptum est, de omnibus nobis cura est. Eo quod omnium dominus est. Cuius rei feriem ipsi fratres scripto comprehensam, ad notitiam posterorum uenire uoluerunt, et in eodem mona-

(Q) 3

sterio

sterio in memoriam memorabilium A
domini perpetuis temporibus conser-
uari, cuius textus ita habet.

*Fraterum Ri-
cherfpergen-
sium querela
de praedio
ipsis ablato.*

Puillus grex clericorum ecclesiae S. Michaelis in Richersperge. Multi per ignorantiam delinquent, qui causas, quas ignorant, non diligentissime inuestigant. Huiusmodi periculum cauens et cauendum docens B. Iob; causam, inquit, quam nesciebam, diligentissime inuestigabam. Igitur et nos, qui DEO militandi in Richersperg uotum et uelle per DEI gratiam habemus, eiusdem loci legitimas et iustas possessiones diligentissime inuestigauimus, ob hanc nimirum cautelam, ne uel nos iniuste aliquid retinendo committamus rapinam, uel sub silentio incauto eam, quae in nostrae committitur ecclesiae bonis, foueamus rapinam sacrilegam. Est autem praedium quoddam iniuste nobis oblatum, quod qualiter euenerit, cupimus Christi fidelibus et nostris maxime in posterum successoribus, ut omnes eiusdem praedii possessores iniusti nunc et in perpetuum agnoscantur damnati, nisi resipiscant, et praedium nobis iniuste ablatum praefatae S. Michaelis ecclesiae ad integrum restituant. Sic enim dicit episcopalis auctoritas in privilegio ecclesiae nostrae, quod datum nobis a Chouuado archiepiscopo fundatore nostro, anno incarnationis dominicae M. CXXIX. Quisquis autem domini Vuerenheri in pace quiescentis traditionem temerario ausu uiolare, aut subtrahere, aut uiolenter commutare praesumpserit, auctoritate DEI patris, et filii et spiritus sancti perpetuo damnamus interitu, nisi omnia sublata canonica restituat sanctione.

Hic Vuerenherus fundator ecclesiae nostrae, inter caetera sua praedia dedit S. Michaeli, in usum communis uitae, praedium, quod ipse libere a suis antecessoribus haereditaria lege ad se deriuatum possederat, in loco Chrouuat Karinthiae posito. Idem quippe Vuerenherus fratrem habuerat, nomine Aribonem, cum quo ita diuisit haereditatem, xxx. mansos, in loco, qui dicitur Radilaha, sitos, iuxta fluuium Traham, obtineret Aribo, et alios xxx. mansos in Chrouuat sitos obtineret Vuerenherus; quos etiam libera traditione dedit praefatae ecclesiae. Sed postea praedicti Aribonis filius Albuinus, cum haberet illos xxx. mansos in Redilaha, uisus est insuper occupare patri sui Werenheri haereditatem, uidelicet alios xxx. mansos in Chrouuat, uoluitque ipsum etiam fundum, in quo nuuc ecclesia sancti Michaelis est fundata, uiuente adhuc Vuerenhero patris suo, sed ultimum iam spiritum trahente, inuadere. Quin insuper ausus est clericos locatos ibidem de ecclesia S. Michaelis expellere: sed ultio diuina, quam Vuerenherus patrius eius

prophetauerat, quando iam morti proximus erat, eundem Albuinum diu non sinebat uiuere. Dixerat enim Vuerenherus, B. Michaeli se confidere, quod bona, quae ipse ad honorem suum obtulerat, nullus posset impune abalienare, cum S. Michael ea satis posset ab iniustis peruasoribus liberare. Non uanum erat hoc praedictum. Nam ultio diuina percussit primo ipsum Albuinum, ac deinde caeteros in eodem scelere suos complices ac posteros, tam euidenti miraculo, ut ex hinc possit fieri ueteris historiae satis apta recordatio. Sicut enim quondam cum arca DEI capta esset apud allophylos, plaga magna uenit super homines cuiusque ciuitatis, ad quam deuenisset arca DEI: percussit enim eos dominus in posteriora et approbrium sempiternum dedit illis: ita plene, ad quoscunque deuenit S. Michaeli oblata haereditas, percussi sunt plaga magna. Ipse namque Albuinus a die peruasionis, qua locum S. peruasit, et alius quidam Adalbero, cooperatores eiusdem peruasionis, intra spacium undecim dierum in prouisa morte de hac uita sunt abrepti, tam terribiliter DEO istos peruasores percutiente; ut comes Vdalricus, cui praefatus Adalbero, iussu Albuini, fecerat iuramentum, ad eiusdem peruasionis firmamentum, cum facto iuramento uideret ipsum Adalberonem subito ante se ruere percussum diuina ultione, non auderet huius tam impiae peruasionis participem se facere. Fertur enim dixisse idem comes Vdalricus, ut uideo, locus Richerspergensis potentes defensores habet, contra quos ego nunquam inuadam eundem locum. Sic defuncto Albuino cum Adalberone suo, quaedam Luitkardis, eidem Albuino in sponsam a parentibus confirmata, nunquam tamen ab eo uisa uel tacta, successit sacrilego Albuino, quasi legitimus haeres in solo sacrilegio. Nam de caetera et certa ipsius Albuini haereditate nihil se intromisit, nisi de solo sacrilegio. Haereditatem namque praedicti Vuerenheri S. Michaeli oblatam, quam Albuinus inuaserat per sacrilegium, illa eius iurata sponsa item inuasit per sacrilegium. Supra nominatos enim mansos in Chrouuat illa uiolenter inuasit: pro qua inuasionem pater eius Almerich captus et ad iuramentum fuit coactus, ne unquam se de praedictis mansis intromitteret, uel pro eo aliquis, cui ipse prohibere posset. Duxit autem eandem Luitkardis postea uirum nomine Nitkifum, qui ob eandem peruasionem est occisus, DEO illi tribuente, quod meruit pro

pro eo, quod obediuit uoci uxoris plus quam DEI praecepto, intromittendo se de S. Michaelis praedio. Alterum duxit postea uirum nomine Dietericum. Et ille suafu uxoris extendendo manus suas quasi ad uetitum lignum, uidelicet ad interdium sibi S. Michaelis praedium, leprae incurrit opprobrium, et in lepra clausit praesentis uitae terminum. Sensitur etiam, et adhuc sentietur amplius, in huius mulieris posteritate plaga ultionis diuinae: et illa tamen respiscere nolens, quaerit adhuc latebras Euae. Sicut enim illa post interemptionem sui et uiri sui, abscondit se in medio paradisi: ita et haec filia Euae, post interemptionem suimet ac duorum uirorum suorum, abscondit se in suo peccato, atque per hoc sicut illa mortem, quam uiro propinauerat, suae posteritati transmisit, ita et haec lepram, quam uiro contulit, posteris haereditariam facit, nisi respiscat, et S. Michaeli ablata usque ad nouissimum quadrantem, pro posse, restituat. Alioqui tam ipsam, quam eius posteritatem, et si contingat euadere poenam praesentis uitae, iudex tradet exactori, et exactor carceri infernali. Inde non exibunt, quoad usque soluant nouissimum quadrantem, quem quia tunc non poterunt soluere, non poterunt etiam unquam exire. De xxx. mansis, iam xv. reddidit: alios xv. adhuc habet malo suo, et malo suae posteritatis, quae sibi succedet in sic haereditariis peccatis. Ne autem tanti sacrilegii memoriam deleat obliuio, nos huius causae diligentissime inuestigatam seriem scripto comprehensam seruabimus posteris, et, nisi ante mortem respiscant, praefati praedii peruasores tam ipsa Luitkard, quam eius filii uitae comite, ac DEO disponent, notum erit ipsis eorum sepulchris, quod eis nulla debeatur ecclesiastica sepultura, qui sponte negligunt et evertunt ecclesiastica iura contemnuntque priuilegia episcopalia super facultates ecclesiasticas data: in quibus damnantur, qui eisdem priuilegiis aduersantur, sicut aduersantur ecclesiae nostrae priuilegio, quicumque temerario ausu retinent aliqua nobis iniuste ablata, quos DEVS dignetur conuertere, ne pereant aeterna damnatione. Amen.

Anno MCXXXVII. Chonradus archiepiscopus dedit priuilegium ecclesiae Richersbergensi ad petitionem praepositi eiusdem loci domini Gerhohchi, quod ita se habet: In nomine S. et indiuiduae trinitatis. CHVONRADVS

Conradi archiep. Salisb. priuilegium coenobio Richersbergensi datum.

A DEI gratia Salzburgernsis archiepiscopus. Virum beatum psalmista designans ait, disperfit, dedit pauperibus, iustitia eius manet in seculum seculi. Pro adipiscenda itaque beatitudine, quae dispersumus, dedimusque pro iustitia nostra perpetuanda in seculum stabiliri. Notum ergo esse uolumus tam praesentibus, quam futuri temporis hominibus, nos ad sustentationem Christi pauperum in Richersperg, DEO sub communis uitae regula seruentium et a modo seruiturorum, quaedam contulisse, quae subnotata continet scriptum praesentis paginae, uidelicet patellam in Halla, cum uno curtilli in ipsa uilla Hallensi, et vi. curtilibus in syluestribus Vnchen ungo nominatis, de quibus ligna persoluuntur ad ipsam patellam, mansum et dimidium in Pongouue, xi. mansos iuxta Richersperg sitos, in uilla Antefinhouen, et Vihufin es Gurtin, praedium quoddam in Nospach quod erat militis Chadezohi de Nospach. Haec sunt bona de nostra liberalitate Richersperg coenobio collata. Et illud quoque curauimus memoriae tradere, quod eidem ecclesiae praedia, uidelicet curtem, quae dicitur Chrouuat, cum praediis eidem curti appendiciis, usque ad xxx. ut dicitur, mansos requisuimus. In qua requisitione cum diu laboratum esset et Luitkardis, quae praedia illa iniuste detinuerat episcopali banno constricta, tandem peccatum iniustae peruasione recognosceret, sed a filiis suis eadem liberare non posset, nos pro redemptione animae nostrae xxx. marcas expendimus, ut praedia iam dicta penitus libere, ac sine omni contradictione obtineret ecclesia Richerspergensis, cui eadem praedia legitime data fuerant a beatae memoriae Vuerenhero, ipsius ecclesiae fundatore, et eorundem praediorum legitimo quondam possessore. Quoniam autem ab ipso suo fundatore iam dictae ecclesiae fundus et patrocinium in ius et tuitionem, firmamque possessionem ecclesiae Salzburgernsis agnoscitur, per legitimam traditionem deuenisse, ratum esse conuenit subsidium, quo nos auctore DEO de nostra copia illius inopiam suppleuimus. Quoniam hoc non est rerum episcopaliu distractio, sed ampliatio, si pauperibus Christi episcopatum respicientibus, et ab eo pendentibus competens fiat sustentatio. Quam sane pauperum sustentationem tam in loco dicto, quam in aliis locis nostrae prouidentiae subiacentibus, non ea moderatione fecimus, ut episcopatum queto pauperrimum et ualde uastatum inueni-

mus, diuitem, DEO gratias, et satisfactio-
piofum, tamque a ruinis morum, quam
a ruinis murorum, honeste, fauente DEO,
reparatum, successoribus nostris moriendo
relinquamus. Vnde successores nostros
per tremendum ultimi examinis iudici-
um obtestatos et obsecratos esse uolumus,
ut ratum habeant, quod nos diuinae pie-
tatis intuitu in Richersperg coenobii con-
solationem disposuimus. Quaecunque au-
tem secularis aut spiritualis persona, quod
a nobis pie est dispositum, aliquo modo du-
xerit in irritum, in ultimo examine red-
det rationem coram summo iudicio. De
salubri sane dispositione nostra pagina con-
scripta et sigillo nostro impressa data est,
Frefaci. Huius rei testes sunt et conlau-
datores, Romanus, Gurcensis episcopus,
Hermannus praepositus, Baldricus abbas
Salzburgeris, Vdalricus abbas S. Lam-
berti, Pabo praepositus de Gurca, Hart-
mannus praepositus de Niuenburg, Chu-
no Salzburgeris canonicus et presbyter,
Otto monachus S. Petri, Vuolfrat comes
de Treuini, Adelbero dapifer, Karolus de
Preuuarin, Vueriant de Vuitimisualt,
Engilscalcus, frater Gurcensis episcopi,
Maganus de Scalach, Luituuius praepo-
situs, Eberhardus de Libniz, Durich de
Dietrammingen, Vuisint de Pongouue,
Egilbertus Castellanus, Ebehardus de Pri-
figin, Mirabilis nanus de Arizberg, nepos
imperatoris Heinrici.

Conradus II. Anno MCXXXVIII. CHVONRADVS
imp. Romanorum rex secundus.

Anno MCXXXIX.

Anno MCXL.

Innocentius Anno MXXCLI. Innocentius papa de-
dit priuilegium ecclesiae Richersper-
geni, petitione Chuonradi archiepiscopi
et praepositi domini Gerhohi, ista con-
tinens.

INNOCENTIVS episcopus seruus ser-
uorum DEI, dilectis filiis Gerhoho Ri-
cherspergensis ecclesiae praeposito, eius-
que fratribus tam praesentibus quam fu-
turis regulariter substituendis in perpetu-
um. Piae postulatio uoluntatis effectu
debet prosequente compleri et iustis pe-
tentium desideriis congruum decet nos im-
pertiri suffragium, Eapropter dilecti in
domino filii, uenerabilis fratris nostri
Conradi, Salzburgeris archiepiscopi,
precibus inclinati, petitiones uestras ra-
tionabiles libenter admittimus, et mona-
sterium uestrum, quod est in episcopatu
Patauiensi et fundo Salzburgeris ecclesiae
situm, in quo diuino mancipati estis officio,
sub apostolicae sedis ac nostra protectione
suscipimus et praesentis scripti priuilegio

communimus. In primis siquidem statu-
entes, ut tam in uestro quam in monaste-
rio sanctimonialium nobis subdito, ordo
canonicus iuxta B. Augustini regulam
perpetuis temporibus inuiolabiliter con-
seruetur. Praeterea quascunque posses-
siones quaecunque bona eadem ecclesia in-
praesentiarum iuste et canonice possidet,
aut in futurum concessione pontificum, lar-
gitione regum uel principum, oblatione
fidelium, seu aliis iustis modis, DEO
propitio, poterit adipisci, firma nobis ue-
strisque successoribus et illibata permane-
ant, In quibus, haec propriis duximus
exprimenda uocabulis; fundum uideli-
cet, et plebem Richerspergensis, cum
decima et iure parochiali, capellam S.
Martini cum suis pertinentiis; uineas in
Aichah, uillam Chrouuat, et reliqua
praedia a Vuerenhero, loci ipsius funda-
tore, oblata, patellam salis in Halla, et re-
liqua praedia a praenominato fratre no-
stro Salzburgeris archiepiscopo ecclesiae
uestrae collata, Hofstat, et alia praedia,
quae Ruopertus obtulit; praedia, quae
Fridericus donauit; praedia, quae fue-
runt Eglolfi et Eberhardi, cum eorum
decimis ab episcopo Frisingensi uobis con-
cessis et uineas emtas in Cremela, et ea,
quae dux Luitpoldus contulit, sane labo-
rum uestrorum, quos propriis manibus
aut sumptibus colitis, siue de nutrimentis
uestrorum animalium, nullus omnino
clericus siue laicus decimas a uobis exi-
gere praesumat.

Ecclesiastica nimirum sacramenta a di-
oecesano accipietis episcopo, uel a Salzbur-
geni archiepiscopo, siquidem gratiam et
E communionem apostolicae sedis habuerint,
et, si ea gratis et sine prauitate uoluerint
exhibere. Alioquin liceat uobis pro eorun-
dem sacramentorum susceptione catholi-
cum, quem malueritis, adire antistitem,
qui nostra fultus auctoritate, quod postu-
latur, indulgeat. Et quia sic locus uester
coenobii Ri-
est institutus ut Salzburgeris ecclesiae
principalis aduocatus, ipsius quoque loci
F sit aduocatus: neque ipsi, neque alicui sub-
aduocatio eius eundem locum liceat iniustis
grauaminibus, infestare. Quod si fecerit
et, nobis conquerentibus, non emendauerit,
consilio et auxilio praefati archiepiscopi,
ipsa aduocatio ab inutili auferatur, et ali-
us loco eius substituatur. Obeunte uero te,
nunc eiusdem loci praeposito, uel ad alte-
rius ecclesiae regimen transeunte, siue tu-
orum quolibet successore, nullus ibi quali-
bet subreptionis astutia uel uiolentia sub-
stituatur, uel praeponat, nisi quem fra-
tres communi consensu, aut pars sanioris
consilii secundum DEI timorem et B. Au-
gustini regulam canonice prouiderint eli-
gendum, sepulturam quoque ipsius loci li-
sepultura fi-
bera.

beram esse concedimus, ut eorum, qui se illuc sepeliri deliberauerunt, extremæ uoluntati et deuotioni nullus obsistat, nisi fuerint excommunicati, salua tamen iustitia matris ecclesie.

Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat præfatum coenobium temere perturbare, aut eius bona uel possessiones auferre, uel ablatas temere retinere; minuere, seu quibuslibet indubitatis exactionibus uel molestiis fatigare: sed omnia integra conseruentur eorum, pro quorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salua nimirum Salzburger archiepiscopi et Patauer episcopi debita iustitia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisue persona hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam uenire temere tentauerit, secundo, tertioque commonita, si non satisfactione congrua reatum suum correxerit, potestatis honorisque sui dignitate caveat, reamque se diuino iudicio existere, de perpetrata iniquitate, cognoscat: a sacratissimo corpore et sanguine DEI et domini nostri IESV Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subiaceat. Ad dentes etiam interdiciamus, ut nemini professionis uestras facultas sit alicuius leuitatis instinctu, uel arctioris religionis obtentu, sine præpositi, uel congregationis licentia de claustris discedere. Quod si discesserit, nullus episcoporum, nullus abbatum, nullus monachorum sine communium literarum cautione eum suscipiat, quando uidelicet in ecclesia uestra canonici ordinis tenor, domino præstante, uiguerit. Si uero secundo uel tertio uocatus redire contempserit, liceat eiusdem loci præposito canonicam in eum proferre sententiam. Cunctis autem eidem ecclesie iusta seruantibus, sit pax domini nostri IESV Christi, quatenus et hic fructum bonæ actionis percipiant, et apud districtum iudicem præmia æternæ retributionis inueniant. Amen.

Ego Innocentius catholice ecclesie episcopus.

Ego Conradus Sapinensis episcopus. Ego Albericus Hostiensis episcopus. Ego Stephanus Praenestinus episcopus. Ego Otto diaconus cardinalis S. Georgii ad uelum aureum. Ego Martyrius presbyter cardinal. tituli S. Stephani. Ego Boëthius presbyter card. tit. S. Clementis. Ego Petrus presbyter card. de tit. pastoris. Ego Hubaldus presbyter card. tit. S. Iohannis et Pauli. Ego Vassallus diac. card. S. Eustachii. Ego Petrus diac. card. S. MARIÆ, de porticu. Dat. Laterani vi. id. Ian. per manum Gerardi S. Rom. eccl. presbyteri card. et bibliothecarii indict. v.

Alird.

Eodem anno Luitpoldus dux Bauariorum dederat priuilegium Richerspergeni ecclesie in hunc modum.

Luitpoldus Boicorum dux.

In nomine sanctæ et indiuiduæ trinitatis. Ego Luitpoldus dux Bauariorum DEI gratia; cupiens hæreditare beatitudinem, de qua dicitur, beatus qui intelligit super egenum et pauperem, egenorum et pauperum Christi in coenobio Richerspergeni, DEO militantium, intellexi paupertatem, simulque animaduerti quaedam eorum prædia uastata, dum exercitus, uel patre meo Luitpoldo, uel me ipso ducente, per terras eorum iret ac rediret. Vnde commonitus a præfati præpositi coenobio Gerhoho, ad usus fratrum inibi DEO seruentium ac seruiturorum, ex nunc in posterum tradidi duo beneficia, in uilla quæ dicitur Laubes, cum omni utilitate ad illa pertinente. Scientes autem quod hilarem datorem diligit DEVS et hinc sine dubio est hilaris dator, qui mensuram bonam et confertam et coagitatam dat; uolumus et irretractabiliter decernimus, non solum ad prædicta beneficia excolenda, uerum et ad alias, qualescunque utilitates fratrum Richersperg. duobus plaustris aut uehicularum eorum, a modo semper in posterum patere syluam, quæ uulgo dicitur Vorst, sitam inter duos fluuios Campam et Chremesam, ita uidelicet, ut nullus eiusdem syluæ procuratorum ab eis exigat ullum precium, seu qualiscunque angariæ grauamen illis faciat. Sed omnino, ut dictum est, liber introitus et exitus in eandem syluam, ac de sylua fratribus præfatis et eorum seruis pro commoditate ipsorum pateat. Ipsa quoque duo beneficia præsignata ita decernimus permanere libera infratrum propria potestate, sicut erat in nostra: ne uel camerarii, uel marscalci, seu alii seruitores nostri, ac posteriorum nostrorum in ullo sint molesti cultoribus eorum, uel de rebus curiæ traducendis, uel de annona equorum persoluenda, uel de aliis ministris huiusmodi exequendis. Haec autem traditio ad altare S. Michaelis in Richersperg, me præsentem ac petentem, facta est per manum comitis Luitoldi de Bleien, delegatione firma; in cuius manum delegatio eadem per manum nostram prius fuerat facta. Huius rei testes per aurem attracti sunt hi, quorum nomina subnotata leguntur. Otaker marchio, comes Ekkebertus, Otto de Machlant, Vuerinhart de Ingelpach et filius eius Vuerinhart, Vuolfære de Regermuag, Albuuinus de Petra, Hadermar de Chonsfaren, Gebhart de Abbatesdorf, Chadelhochus longus de Rora, Eberhart de Brundenua, et Vdalricus frater eius, Harnit de Orte, Richere de Sebach, Vualter de Tobele, Ainuuich de Vrihaim, Harthnit de Salzburg. Paginam uero inde

(R)

con-

conscriptam ne quis audeat uiolare, uel respicere quasi falsam, ego Luipoldus dux impressione sigilli mei feci confirmari.

Caelestinus papa.

Eodem anno ipse Luipoldus dux Bauariorum obiit. Caelestinus papa Romanam rexit ecclesiam.

Anno MCXLII. Chuonradus Romanorum rex dedit priuilegium ecclesiae Richerspergenfi, ad petitionem praepositi domini Gerhohi, cuius textus ita se habet.

Conradi II. imp. priuilegium.

In nomine summae trinitatis. Chuonradus diuina fauente clementia Romanorum rex. Praeceptis salutaribus moniti, et diuina institutione instructi, facere nobis amicos de Mammona iniquitatis, ea spe, ac fiducia, ut et ipsi nos recipiant in aeterna tabernacula, debemus religionis coenobiis propensiori cura, munimen et auxilium prouidere, ut in eis commorantes pauperes Christi, pro nostris peccatis abolendis et regni temporalibus motibus ad aeternitatis quietem dirigendis, ualeant intercedere apud regem regum, cuius regnum regnum est omnium seculorum. Igitur ad munimen et auxilium regularis uitae tradimus et confirmamus coenobio Richerspergenfi, constituto in ripa * Ini fluminis, in regione Norica, in comitatu Ekkeberti comitis, ut si quis ministerialium ad regnum Teutonicum, uel ducatum Bauuaricum pertinet, praedium suum in eleemolynam dare uoluerit praedicto coenobio, rata sit ipsa traditio et firma permaneat, ut autem incontradicibilis et inconulsa permaneat haec nostra regalis constitutio, communiri et insigniri eam fecimus regali nostro sigillo. Actum in ciuitate Ratisbona in curia celebri, cui interfuerunt episcopi, Dietuuius episcopus card. S. Rufinae apostolicae sedis legatus, Henricus Ratisponensis, Imbrico Vuirzeburgensis, Otto Frisingensis, Henricus Olo-mucensis et laici principes, marchio Diet-poldus Otto comes palatinus, comes Gebehardus de Sulzbach, comes Adalbertus de Pogen, Fridericus aduocatus, et alii nobiles multi. Dat. xviii. Kal. Ian.

Lucius papa. Raitenhassach monast.

Anno MCXLIII, Lucius papa Romanam rexit ecclesiam. Fundatum est monasterium Reitenhassach vi. Kal. Nouemb.

Conradi archiep. priuilegium.

Anno MCXLIV. Chuonradus archiepiscopus Salzburgensis dedit ecclesiae Richerspergenfi priuilegium tale.

Psal. 40.

In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis. CONRADVS DEI gratia, Salzburgensis archiepiscopus. Beatus qui intelligit super egenum et pauperem in die mala liberabit eum dominus. Huius beatitudinis et liberationis nos cupientes, DEO praestante, obtinere consortium, statuimus pium intellectum habere super

egenam et pauperem Richerspergenfi ecclesiae congregationem sub regula beati Augustini uiuentem in Richersperg coenobio, in ripa Ini fluminis, sito in fundo proprio Salzburgensis ecclesiae in episcopatu Patauiensi. Vnde ad subsidium pauperum Christi, ad idem coenobium firma legitima delegatione tradidimus omnes decimas, in parochia quae dicitur Pittine, excepta sane canonica portione sacerdotis plebani, quas eidem plebano indiminitas uolumus permanere in perpetuum, et exceptis decimis, uinearum in eadem parochia sitarum. Decimas etiam ad idem coenobium alterius parochiae, quae dicitur Branberg, totam decimationem tam de uineis, quam de agris, uel de aliis rebus nobis iure persoluentem, excepta canonica portione sacerdotum, hic perpetuo constituendorum. Et quia, eadem parochia de adiacenti filua Putinensi, praestante domino, potest ampliari, a loco qui dicitur Putinouue, usque ad terminos Vngarorum, et usque ad montem Harrhberg, in praedio comitis Ekkeberti, crescentibus ibidem nouilibus, hoc statuimus, et stabiliter in posterum conseruari uolumus, ut omnia nouilia, quae in sylua Putinensi intra terminos designatos exquisita, uel exquirenda, parochiae, quae dicitur Branberg, continuabuntur, uel in parochias nouas formabuntur, in eadem constitutione permancant; ita uidelicet, ut exceptis debitis partionibus sacerdotis plebani, decimae omnes uinearum, frugum et animalium persoluantur ad praedictum coenobium, cum integra iustitia nostro iuri debita, et ad nostram dispensationem pertinente, secundum praeccepta canonum, quibus monemur habere curam pauperum. Vt autem haec nostrae dispensationis pia constitutio, nulla impietatis machinatione uioletur; sed in perpetuum firmissime conseruetur, sigillo nostro hanc paginam communitam tali sententia concludimus; ut, si quis contra eam agens temere tertio communitus non respuerit, ira DEI maneat super ipsum in interitum carnis, ut spiritus saluus fiat per poenitentiam, sine qua, si defunctus fuerit, de perpetrata iniquitate se reum cognoscat in tremendo examina iudicis cuncta cernentis. Ego Romanus Gurcensis episcopus. Ego Valdricus Salzburgensis abbas; Ego Gotfridus abbas Admontensis. Ego Gebeno Salzburgensis praepositus. Ego Chuno Chimensis praepositus. Ego Hugo Perthesgadensis praepositus. Ego Gotheschalcus Bodemburgensis praepositus. Ego Heribordus Ouuensis praepositus. Ego Lanzo Hallensis praepositus. Ego Hugo Garcensis praepositus. Ego Ruodbertus presbyter. Actum in castro Salzburg x. Kal. Nouemb. Indict. viii. Huius rei testes per aurem attracti sunt isti: Hein-

Heinricus dux Karinthiae, et frater eius Vdalrich, Hugo de Tuuers, Heinricus de Vuenge, Fridericus de Lingnouue, Hartnith et frater eius Marchuuart, de Vzitingen, Heinrich et frater eius Diethmarus de Chutebach; Cundakar de Wualtpehtingen, Luiuinus Castellanus, Chuno de Engilhalmingen, Megingob filius Megingoti pincernae, Diethmar de Eicheim; Volholt de Afchouue, We-
rinhart de Ottenach, Otho de Vuilern, Adilpret de Vuitenstein, Otto Nefel,
Item.

CHVONRADVS, DEI gratia, Salzburgensis ecclesiae archiepiscopus, dilectis in Christo Richerspergensis coenobii fratribus orationem et perpetuam in Christo dilectionem.

De contrarietate priuilegiorum, unde nos, ut audiimus, monachi Formbacenses molestant, quasi de bonis nobis collatis ipsi priuilegium, priuilegio uestro contrarium, a nobis habeant, nihil solliciti sitis, sed in omni oratione et obsecratione, cum gratiarum actione petitiones uestrae innotescant apud DEVM, orantibus uobis pro nobis, dum utimini elemosinis ecclesiae Salzburgensis, cui deuincti estis, non solum per uinculum filialis dilectionis, uerum etiam per iustitiam foundationis. Quia fundata est ecclesia uestra in possessione Salzburgensis ecclesiae. Fatemur quidem praedictos monachos obtinuisse a nobis priuilegium per anticipationes, concambio quodam destinato, et nondum in usibus fructuariis compensato. Sed illud priuilegium non est firmatum per clericorum nostrorum subscriptiones, uel conlaudationem: quin potius cassatum est per eorum contradictionem, et ministerialium nostrorum publicam reclamationem. Quod igitur timeatis priuilegium, quod non est canonice firmatum, imo quod canonibus est contrarium, prohibente sanctorum patrum auctoritate, perpetuas alienationes decimarum fieri, de quibus alienandis contendunt praedicti monachi, quos non consentimus plus habere de iuris nostri utilitate, nisi quantum attinet ad iustam et piam recompensationem praedicti, quod ecclesiae nostrae contulerunt, quodque uos ex parte habetis per munificentiam nostram. Ut ergo firma sit posteris memoria huius nostrae contestationis, hanc paginam sigillo nostro impressam uolumus apud nos conseruari: quatenus in defensionem iustitiae ualeat, si quis de caetero factum nostrum, quasi non iustum, accusabit, et uos per hoc molestare tentabit. Praeterea, ne ulla relinquatur litigationis occasio, inter uos et plebanos sacerdotes nostros de termino Brambergensis parochiae, notum sit uobis nouale Gerrici militis, cum silua pertinente ab illud infra terminos eiusdem parochiae

Acomprehendi, affirmante hoc ipsum rationabili contestatione plebanorum nostrorum, quorum nomina sunt haec. Hartuicicus de Lanckenkirchen, Wolferim de Patine, Pabo de Vischa, Meginuuart de Niuuenkirchen, Herman de Pels.

ANNO M CXLV Eugenius II. papa constituitur.

Eugenius II.
papa.

Isto anno plures ecclesiae uiolatae sunt in episcopatu Ratisponensi a Buemis, qui erant in obsidione eiusdem ciuitatis cum Heinricho, duce Bauariae et orientis. Eodem anno maxima fames erat. Nam Saturnus, qui est unus

Ecclesiae uiolatae.

Fames.

de VII. planetis stella frigidissima naturae, ipso anno ultima parte arietis positus, praecedentes XII. uel octo annos steriles, ac terram poene effoetam reddiderat: ita ut in locis solummodo calidioribus ac pinguioribus uix semina pauca, et pastum tenuem cultoribus redderet. In qua sterilitate per omnes pene terras innumerabilis hominum multitudo fame occubuit, ceteris uitam ex herbis terrae ac radicibus herbarum simul et ad arborum corticibus misere transigentibus. Quidam etiam iumentis per singulas hebdomadas sanguinem minuere soliti, tali edulio uitam refoecillabant. Haec stella XXX. solaribus annis suum contra firmamentum nitens peragit annum. Quam si sol in aestiuilibus signis offenderit, frigidam circa id tempus efficit, eamque in pluias pene hiemales conuertit. Si uero insigni, hiemalibus sol in eius frigus incurrerit, duplicato gelu hiems solito uehementior inhorrescit, hac stella uicinitate sua ipsum quoque solem in frigidante. Haec sane duplicatio frigoris, ex huius stellae cum sole uicinia simul et annualis hyemis algore proueniens, maiorem terris sterilitatem importat. Si eadem stella uel in aquario, uel in piscibus, aut in prima parte arietis consistens, sicque hiemem in Martium et Aprilem protegens, terram suo tempore aperiri et germinare non siuerit. Et haec quidem secundum astrologos dicta sunt, qui naturas rerum etiam in motibus siderum inuestigant.

Hoc eodem anno in ipsa sacrosanctae natiuitatis Christi solennitate, lugubre et miserabile ex peccato christiani populi accidit in oriente piaculum. Sanguineus enim Halapensis Syriae ac Mesopotamiae, excepta Antiochia et Damasco, princeps, Perfarum uero & Medorum regis, seu Soltani uasallus, Edissam, quae nunc dicitur Roas, unicum Hierosolymitanae ecclesiae pro magnitudine ac abundantia sui refugium, cum infinita Sarracenorum multitudine, circumdedit ac in ipsa, ut dictum est, natiuitate domini irrupit, cunctis ibidem cum

(R) 2

epi-

episcopo urbis christianis in ore gladii occisis, uel miserabili captiuitate in seruitutem repactis, ecclesias Christi et praecipue B. MARIAE semper uirginis basilicam, etiam eum in qua corpus Thomae apostoli reconditum est, ad saluatoris nostri ignominiam, intro ferens et, quae non licebat, foede polluit; nostrisque penitus exterminatis, uel tributo subactis, Sarracenos ibi ad habitandum collocauit. Tempore dehinc et anno sequenti, quidam episcopus de Siria Habulensis uenit ad summum pontificem Eugenium, non multo ante ordinatum, cum aliis legatis Armeniorum episcoporum, conquerens lacrimabiliter coram pontifice, periculum transmarinae ecclesiae, post captam Edissam, et ob hoc etiam Alpes transcendere se uelle dicebat idem episcopus ad regem Romanorum, et regem Francorum pro flagitando auxilio.

Eugenii papae
priuilegium.

Anno MCXLVI. Eugenius papa dedit ecclesiae Richerspergeni priuilegium, rogatu Chuonradi archiepiscopi in hunc modum.

EVGENIUS episcopus seruus seruorum DEI, dilectis filiis Gerhoho, Richerspergenensis ecclesiae praeposito, eiusque fratribus tam praesentibus quam futuris, regulariter substituendis in perpetuum. Desiderium, quod ad religionis propositum et animarum salutem pertinere monstratur, animo nos decet libenti concedere; et petentium desideriis congruum impertiri suffragium. Quia, sicut iniusta petentibus nullus est tribuendus effectus, ita legitima et iusta desiderantium nulla est differenda petitio. Huius rei gratia dilecti in domino filii, praedecessoris nostri, felicitis memoriae papae Innocentii uestigiis inhaerentes, nec non uenerabilis fratris nostri Conradi, Salzburgerensis ecclesiae archiepiscopi precibus inclinati, uestris iustis postulationibus clementer annuimus, et monasterium uestrum, quod est in episcopatu Pataviensi, et fundo Salzburgerensis ecclesiae situm, in quo diuino mancipati estis obsequio, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus, et praesentis scripti priuilegio communimus. Inprimis siquidem statuimus, ut tam in uestro, quam in monasterio sanctimonialium uobis subdito, ordo canonicus, iuxta B. Augustini regulam perpetuis temporibus inuiolabiliter conseruetur. Praeterea, quascunque possessiones, quaecunque bona eadem ecclesia in praesentiarum iuste et canonicè possidet, aut in futurum concessione pontificum, liberalitate regum, largitione principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis, praestante domino poterit adipisci, firma uobis uestrisque successoribus, et illibata permaneant: In qui-

bus hic propriis duximus exprimenda uocabulis: fundum uidelicet in plebem Richerspergensis, cum decima et iure parochiali, capellam S. Martini cum pertinentiis suis: uineas in Ascha; uillam Chrouat et reliqua praedia a Vuernhero loci ipsius fundatore uobis oblata: decimas Bambergensis ecclesiae, ac noualium Patinenensis syluae a praedictis parochiis usque ad terminos Ungaricos pertinentis; uenerabilis fratris nostri Conradi Salzburgerensis archiepiscopi priuilegio uobis firmatas; patellam salis, et alia praedia ab eodem episcopo data, Hostat et alia praedia, quae Ruodbertus iuste obtulit; praedia, quae Fridericus donauit, praedia, quae fuerunt Egelolfi et Eberhardi, cum eorum decimis ab episcopo Frisingensi rationabiliter uobis concessis, et uineas emptas in Chremesa, et ea quae dux Luipoldus iure suo contulit. Sane laborum uestrorum, quos propriis manibus aut sumptibus colitis, seu de nutrimentis uestrorum animalium, nullus omnino a uobis decimas exigere praesumat. Ecclesiastica nimirum sacramenta, a dioecesano suscipietis episcopo, uel a Salzburgerensi archiepiscopo, si quidem gratiam et communionem apostolicae sedis habuerit; et si ea gratis et sine prauitate uobis uoluerint exhibere. Alioquin liceat uobis pro eorundem sacramentorum susceptione, catholicum, quem malueritis, adire antistitem, qui nostra fultus autoritate, quae postulatis indulgeat. Et quia sic locus uidetur esse institutus, ut Salzburgerensis ecclesiae principalis aduocatus, ipsius quoque loci sit aduocatus, neque ipsi, neque alicui subaduocato eius eundem locum liceat iniustis grauaminibus infestare. Quod si fecerit, uobis conquerentibus non emendauerit, consilio et auxilio praefati et archiepiscopi ipsa aduocata ab inutili auferatur, et alius loco eius substituatur. Obeunte uero te nunc eiusdem loci praeposito, uel ad alterius ecclesiae regimen transeunte, siue suorum quolibet successore, nullus ibi qualibet subreptionis astutia, seu uolentia praeponat, uel substituatur, nisi quem fratres communi consensu, aut pars consilii sanioris secundum DEI timorem, et beati Augustini regulam canonicè prouiderit eligendum. Addentes etiam interdicens, ut nemini professio uestrae facultas sit, alicuius leuitatis instinctu uel arctioris religionis obtentu, sine praepositi uel congregationis licentia discedere. Quod si discesserit, nullus episcoporum, nullus abbatum, nullus monachorum sine communium literarum cautione suscipiat: quandiu uidelicet in ecclesia uestra, canonici ordinis tenor, domino praestante, uiguerit. Si uero secundo uel tertio uocatus redire contem-

pferit, liceat eiusdem loci praeposito ca-
 nonicam in eum proferre sententiam. **A**
 Sepulturam quoque ipsius loci liberam
 esse concedimus, ut eorum, qui se illic se-
 peliri declarauerint, deuotioni et eorum
 extremae uoluntati, nisi forte excommu-
 nicati uel interdicti sint, nullus obstat,
 salua iustitia matris ecclesiae. Decer-
 nimus ergo, ut nulli omnino hominum
 liceat praefatam ecclesiam temere per-
 turbare, aut eius possessiones auferre uel
 ablatas retinere, minuere seu quibusli-
 bet uexationibus fatigare. Sed omnia
 integre conseruentur eorum, pro quorum
 gubernatione et sustentatione concessa sunt
 usibus omnimodis profutura, salua sedis
 apostolicae auctoritate, et Salzburgensis
 archiepiscopi et Patauiensis archiepisco-
 pi canonica iustitia. Si qua igitur in fu-
 turum ecclesiastica secularisue persona,
 huius nostrae constitutionis paginam sci-
 ens, contra eam temere uenire tentaue-
 rit, secundo tertioque commonita, nisi rea-
 tum suum congrua satisfactione correxe-
 rit, potestatis honorisque sui dignitate
 careat, reamque se diuino iudicio existe-
 re, de perpetrata iniquitate cognoscat,
 et a sacratissimo corpore ac sanguine
 DEI et domini redemptoris nostri IESU
 Christi aliena fiat, atque in extremo
 examine districtae ultioni subiaceat. Cun-
 ctis autem eidem loco iusta seruantibus sit
 pax domini nostri IESU Christi, quate-
 nus et hic fructum bonae actionis perci-
 piant, et apud districtum iudicem prae-
 mia ueternae pacis inueniant. Amen.
 Ego Eugenius catholicae ecclesiae episco-
 pus subscripsi. Ego Albericus Hostiensis
 episcopus. Ego Ymarus Tusculanus epi-
 scopus. Ego Octauianus diac. cardinal.
 S. Nicolai in carcere Tulliano. Ego Rui-
 nerius presb. card. tit. S. Priscae. Ego
 Hubaldus presb. card. SS. Ioan. et Pauli.
 Ego Aribertus presb. card. tit. S. Anasta-
 sius. Ego Manfredus presb. card. tit. S.
 Stephani in Caelio monte. Ego Bernardus
 presb. card. tit. S. Clementis. Ego Hubal-
 dus presb. card. tit. S. crucis in Hierusa-
 lem. Ego Guido diac. card. S. MARIAE
 in porticu. Ego Petrus diac. card. S. MA-
 RIAE in uia lata. Ego Cinthius diac.
 card. SS. Sergii et Bacchi. Datae Sutrii,
 per manum Romani S. Rom. eccl. presby-
 teri card. et cancellarii IV. nonas Maii
 Iudic. IX.

Eodem anno Presburg capta est, et
 Heinricus dux Bauariae, frater regis
 Conradi cum Vngaris pugnavit, et ui-
 ctus est.

Anno MCXLVII. Chuonradus ar-
 chiepiscopus Salzburgensis, canonicae
 uitae Richerspergentis ecclesiae fun-
 dator, obiit v. idus April. Eberhardus
 abbas Biburgensis pro eo substituitur.

Eodem anno fuit illa magna expedi-
 tio Hierosolymitana, cuius haec fuit cau-
 sa. Exierant illis temporibus a ciuitate
 Hierosolyma frequentes nuncii, per-
 sonae uultu et aetate uenerabiles, et
 adierant curias regum ac principum,
 ipsumque papam Eugenium querimo-
 niis suis sollicitauerant, et uenerabilem
 abbatem Claraeualensem BERNAR-
 DVM, qui eo tempore clarus habebatur.
 B Episcoporum quoque adierant concilia,
 calamitates sanctae illius ciuitatis la-
 crymabili querimonia deponentes: qualiter
 uidelicet gentes finitimae sanctum
 illum locum infestarent: iamque nihil
 * interesse, quin congregatae in unum,
 sanctam ciuitatem et sepulcrum
 requietionis dominicae, occisis habita-
 toribus, sibi tollerent, nisi eis a regibus
 cismarinis et a christianorum uniuersitate
 quantocyus subueniretur. Tali-
 bus querimoniis rex Romanorum Chu-
 onradus, et rex Franciae Luoduuicus,
 christianissima miseratione permoti, la-
 borum sibi tanti negotii, tamque piissi-
 mi operis assumpserunt, et cum infini-
 to exercitu, de omnibus terris christia-
 norum ad eos confluyente, uiam terra-
 neam ingressi sunt, praeter eos, qui na-
 uibus per mare uiam arripuerant. Tam-
 que infinitus erat exercitus, quod ex
 quo gentes esse coeperunt, nunquam
 tantam hominum, equitum simul et pe-
 ditum multitudinem in unum congrega-
 tam, fama sit. Sed, peccatis exigentibus,
 nihil dignum memoria a tanta
 multitudine actum est. Maximae nam-
 que aduersitates eundem exercitum in
 eadem uia comprehenderunt. Nam
 labore uiae, fame ac siti in deserto quodam,
 per quod uersus Iconium a Constantinopoli
 egressi, iter arripuerant, confectus in-
 super dyssenteria grauissime, ac pene
 uniuersaliter fatigatus, simulque inopia
 turba confecta, morte confumi coepit;
 ita ut diatim multitudines fame ac morbo
 depaetae perirent. Antea quoque, quam
 Constantinopolim uenissent, cum in finibus
 Graeciae secus mare pergerent, una dierum,
 super ripam non magni cuiusdam fluminis
 mare influentis castra locauerant; cum
 subito, nulla pluuia, quam uiderint,
 ipsi praecedente fluuius idem, nescitur
 adhuc qua ex causa, granditer intumuit;
 et desuper castra praiceps ueniens,
 magnam partem exercitus cum tentoriis
 simul et plaustris secum in mare traxit,
 ita ut quibuslibet plaustris et utensilibus
 inhaerentes, uiui in profundum descenderent.
 Ventum tamen est Hierosolymam, ab utrisque
 regibus, cum quibusdam reliquiis exercituum.
 Nam regis Romanorum exercitus, qui
 deserti illius labores et tela hostium euaserat,
 ex maxima parte

* superesse
forse.Exercitus sa-
cri ingens
multitudo,

interius.

Presburgum
captum.Eberhardus
archiepiscopus
Salisb.Expeditionis
sacrae causa.

te ad paternum solum remeauerat. Sed et alius ille exercitus, regem Franciae comitatus, ex magna parte inter montana quaedam a Turcis paganis circumuentus perierat: ubi et *Bernardus*, comes Carinthiae, occubuit. Multi etiam propter multitudinem hostium fugam inierant. Inter quos etiam frater regis Romanorum, *Otto Frisingensis* episcopus fugiens, non solum calciammentis, sed et pedibus attritis, fame quoque ac gelu confectus, ad ciuitatem quandam uenit, ibique miseratione ciuium refotus est; et mutuo ibi aliquibus acceptis, per mare Hierosolymam tetendit. Quo peruenientes eam adeo liberam ab hostium incurfu inueniunt, ut ore proprio Romanorum rex postea dixerit; quod nunquam fere maiori pace potiri potuerint, quam tunc.

Otto Frising.

Damascus obsidetur.

Tandem ne pro nihilo motus ille factus uideretur, expeditionem et obsidionem contra *Damascum* moliti sunt. Tunc rex *CHUONRADVS* nouum multa pecunia conduxit exercitum: et sic tres reges ad obsidionem ciuitatis processerunt. Rex Hierosolymitanus continuo, ut ciuitas obsidione cincta est, accepit a ciuibus multam pecuniam auri: imo cuprum, pro auro, ignorante rege Romanorum, et suaso rege Franciae ab obsidione recesserunt. Rex uero *Chuonradus* qui proximus muris ciuitatis castra locauerat, hoc est, intra pomeria urbis, uidens secum fraudulenter agi, et ipse, quod reliquum erat, ab obsidione recessit: et sic nullo utili negotio confecto, domum rediit.

Conradus episc. Pataui.

Anno *MCXLVIII*. Anno *MCXLIX*. Dominus *Chuonradus* frater regis *Chuonradi* episcopus *Patauiae* constituitur, post *Reginbertum* episcopum, qui in expeditione Hierosolymitana in finibus Graeciae obierat *iv. Id. Nouemb.*

Hagenoue donatur coenobio Richersp.

Anno *MCL*. Dominus *Harthuicus de Hagenouue* frater *Reginberti* Patauiensis episcopi obiit *ix. Cal. Decemb.* qui ipsum castrum *Hagenouue*, cum praediis adiacentibus dedit ecclesiae *Richerspergeni*, consentiente uxore sua, nobili domina *Hiltegarda*. Quod cum episcopus *Patauiensis*, ecclesiae suae patronus, per episcopalem potentiam obtinere uoluisset, *Richerspergenis* propositus, dominus *Gerhobus*, cum fratribus suis, ei contradicendo multum laborauit. Perlata tandem querimonia est ad Romanum pontificem *Eugenium*, a quo commonitus episcopus iam dictus per literas, ad ultimum ipsum castrum per concambium ab ecclesia *Richerspergeni* obtinuit, pace bona composita inter eum et praepositum fratresque loci praenominati, per

legatum apostolicae sedis, dominum *Octauianum* cardinalem.

Anno *MCLI*. Dominus *Babenbergenensis* episcopus *Eberhardus* concessit ecclesiae *Richerspergeni*, ut riuus nomine *Semftinbach* per terram ecclesiae suae transiret, firmans hoc eis priuilegio suo, quod ita se habet.

Eberhardi episc. Bamberg. Priuilegium.

In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis: Ego *Eberhardus DEI gratia Babenbergenensis ecclesiae episcopus*, notum uolo esse cunctis Christi fidelibus, tam praesentis temporis, quam futurae posteritatis, quod in terra ecclesiae nostrae, iuxta riuum *Antesin*, fecimus concambium cum praeposito *Richerspergeni* *Gerhobo*, ex conlaudatione fidelium nostrorum marchionis *Odakeri* aduocati nostri, et aliorum, quos terra eadem beneficiaria concessione ipso marchione mediante contingebat. Concambium uero sic se habet: *Riuus*, nomine *Semftinbach*, longo decursu, cum multo fratrum *Richerspergensium* labore deductus est ad claustrum *Richerspergeni*, ita ut alueus eius per terram praenotatam, praedicto marchioni a nobis inbeneficiatam, transe-

at, non sine aliquanto damno. Pro quo sufficienter et plenarie nobis et ecclesiae nostrae iure concambii recompensando a iam dicto praeposito, per manum aduocati *Richerspergenis* ecclesiae *Regingeri*, suscepimus praedium quoddam, a *Vuigando* datum, iuxta eundem riuum, in monte *Ratinberg* et iuxta uillam nomine *Munster*, agrum unum. Ut autem firmum sit et irretactabile iam dictum concambium, paginam hanc inde conscriptam, et subscriptione propriae manus nostrae atque conlaudatione clericorum nostrorum, et fidelium quoque laicorum nutu corroboratam, sigilli nostri fecimus impressione signari. Ego *Eberhardus Babenbergenensis episcopus* subscripsi. Ego *Vdalricus* praepositus maioris ecclesiae. Ego *Volmarus* decanus maioris ecclesiae. Ego *Luitpoldus* praepositus *S. Stephani*. Ego *Chuonradus* custos et praepositus *S. MARIAE*. Ego *Meginhardus* praepositus ueteris capellae. Ego *Hermannus* presbyter et canonicus maioris ecclesiae subscripsi. Data *Babenbergae* *viii. Kal. Octob. Indict. xiv.*

Anno *MCLIII*. *Anastasius* papa Romanam rexit ecclesiam. *Fridericus I.* *Fridericus I.* imperator. *Fridericus I.* rex Sueuorum, filius ducis *Friderici*, fratris *Chuonradi* regis, in regem eleuatur.

Chuonradus Patauiensis episcopus dedit ecclesiae *Richerspergeni* priuilegium de concambio praedii *Hagenouue*, et uillae *Rosbach*, que ita se habet. In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis. Omnibus Christi fidelibus praesentibus, ac futuris notum esse cupimus, qualiter

Conradi episc. Patauiensis priuilegium.

ego CHVONRADVS, diuina clementia A
Patauiensis ecclesiae episcopus, ecclesiae
meae Patauiensis simul et ecclesiae Ri-
cherspergensis commodis ac paci in prae-
senti et futuro prospiciens, ex consensu
cleri et ministerialium nostrorum praedi-
um ecclesiae nostrae in uilla Rosbach, in
comitatu comitis Bertholdi de Pogen
situm, per manum eiusdem Bertholdi co-
mitis, ex iure aduocatae ipsi pertinentis, B
in manum cuiusdam nobilis uiri Vueri-
andi de Roumtigem, tradi rogauimus
ecclesiae Richerspergensi tradendum ac
de iure nostro in ius ecclesiae illius omni-
modis transfundendum, in legitimum ut-
delicet concambium, pro praedio Hage-
nouue, super quo inter me et iam dictam
ecclesiam Richerspergensis contentio ef-
se uidebatur, simul et pro praedio quod ec-
clesia Richerspergensis in partibus orientis
in uilla Lubes possederat. Hoc ita-
que iam dictum nostrum praedium cum
omni iure suo et utilitatibus quaesitis et
inquirendis, simul et decimis in eadem
uilla iuri nostro pertinentibus, ecclesiae
praefatae tradi fecimus praeposito et
fratribus eiusdem ecclesiae e contra
praedium Hagenouue iuri nostro reco-
gnoscentibus et per manum aduocati sui
in uilla Lubes, comitis Chuonradi de Piel-
staine, cum alio iam dicto praedio suo in
ius ecclesiae nostrae transfundentibus.
Et haec traditio per manum aduocati
nostri Bertholdi facta est, nobis praesen-
tibus ac petentibus, in uilla Sraichuri-
chen, in manum iam dicti Vuerigandi.

Huius rei testes sunt per aurem at-
tracti, ex nobilibus Chadolt de Sune-
bretesdorf, Chadolt de Grunenbo-
demgartem, Vuerinher de Vuaigge-
storf, Pabo de Aghufen, Vuerinbart
de Iulbach, Reginger de Ride, Amelber-
tus de Aigeling, Adelbero de Bur-
chartesdorf. Et ex ministerialibus Ru-
digerus, Adalbertus, Arnoldus de Pata-
uia, Vualtherus de Ludingen, Rapoto
de Suuabendorff, Gerhocho de Framel-
insperge, Henricus Ruodolphus, item
Ruodolphus, Megingoch de Pogen, En-
gilbertus et frater eius Otto de Strou-
bin. Ego Conradus Patauiensis epi-
scopus subscripsi. Ego Ruodpertus
decanus scripsi. Ego Henricus scho-
lasticus. Ego Harthmodus archipres-
byter. Ego Ruodbertus presbyter. Ego
Adalbertus praepositus sancti Nicolai
subscripsi. Data Patauiiae iv. Kal. Maii.

Eberhardi
archiepisc.
Salzburgerensis
priuilegium.

Anno MCLIII. Eberhardus Salzbur-
gensis archiepiscopus dedit ecclesiae
Richerspergensi priuilegium hunc mo-

dum continens. In nomine summae et
indiuinae trinitatis. EBERHARDVS
DEI gratia Salzburgerensis ecclesiae ar-
chiepiscopus. Notum esse uolumus tam
futuri quam praesentis temporis homini-
bus, qualiter querela domini Gerhohi,
Richerspergensis praepositi, quae aduer-
sus tria claustra, uidelicet S. Ruodber-
ti et S. Petri sanctaeque uirginis Erin-
trudis habuit, consopita est. Denique
praedictus praepositus, adhuc uiuente
beatae memoriae antecessore nostro,
Chuonrado archiepiscopo, contra mi-
nisterialem ecclesiae nostrae Henricus
de Sechirche, deposuit causationem su-
per quodam praedio in uico, qui dicitur
Motin, sito, Richerspergensi coenobio, ut
asseruit, legitime contrauito. Sed quia
praedictus Henricus nondum lite hac
terminata defunctus, tres praenomina-
tas ecclesias reliquit praediorum suorum
haeredes, renouante suam querelam Ri-
cherspergensi praeposito, in conspectu no-
stro ex beneplacito partium sic decisa est
contentio: ut praepositus maioris eccle-
siae Hugo, et abbas S. Petri Henricus,
nec non abbatissa S. Erintrudis Vuirat,
designarent curiam quandam, iuxta Ar-
dachirin sitam, cum suis pertinentiis eccle-
siae Richerspergensis. Qua conuentione
conuenienter ex omnium partium conui-
uentia ordinata totalis in manum nostram
sic est resutata, ut neque praepositus ulte-
rius querelam suam resuscitet: neque
ipsum de caetero uel praepositus maioris
ecclesiae, uel abbas S. Petri, uel abbatissa
S. Erintrudis, contra pactum istius com-
positionis inquietet. Facta sunt autem
haec annuente nobili foemina Luitkar-
da, praedicti Henrici relicta, qua prae-
diorum uiri sui usum fructuarium tenens,
pro animae ipsius remedio pie assensum
praebuit huius compositionis rationabili
pacto in nostra manu firmiter firmato, et
scripti praesentis nostri sigillo insigniti
cauione roborato. Actum Salzburg
praesentibus testibus, quorum nomina
subscripta sunt. Comes Luitoldus de
Blegen: comes Sigifridus de Pielstein.
De ministerialibus, Sigboto de Suri-
berch, Willihalm de Wuegingerber-
ge, Otto de Pongouue, Marquardus
de Vhzeling.

In fine eiusdem anni x vii. Kal. Ian. ^{Steinense ca-}
castrum, quod Steine dicebatur, in uici- ^{strum crema-}
no Richerspergensis ecclesiae, in prae- ^{sum.}
dio Munstuer situm, a duce Bauariae et
orientis Henrico, pro quibusdam rap-
inarum querimoniis, flammis traditum
est.

est. Cumque iam de utilitate sola agro-
rum agi potuisset, complacuit domino
castri *Erchenberto*, filio domini *Aluini*,
eiusque uxori *Chounigundi de Poum-*
garten, nec non ipsorum filio *Hein-*
rico iam adolescenti, quatenus a prae-
posito *Richerspergen*si domno *Gerhobo*
eiusque fratribus, praedium ipsorum in
Rospach Patauiensi episcopo *Chunone* in
concambium, pro praedio *Hagenouue*
eis datum, aliaque praedia ipsorum ac-
ciperent: sicque uilla *Munstuer*, cum
adiacentibus uiculis in usum *Richer-*
*spergen*sum iure concambii cederet.
Quia ipsi ab inimicis suis eam iam de-
fendere non satis poterant: sed nec
quidem iure suo eadem uilla ipsis cum
integritate iam seruiebat. Quod cum
ipsi a praeposito iam dicto & a fratribus
eius primum expetissent; ipsique et fra-
tribus propter utilitatem et pacem, quae
utrobique fieri sperabatur, complacuis-
set; res perlata est ad marchionem *Odo-*
acrom de Stira, de cuius manu iam dictus
Erchenbertus praedictam uillam *Mun-*
stuer in beneficio habuit. Actumque
est apud ipsum marchionem quinquaginta
librarum *Ratisponensis* monetae,
intercessione per praepositum et fratres,
quatenus idem marchio concambio fa-
ciendo annueret. Qui et hoc fratribus
ex gratia concessit, quantum ad eum
spectabat, ut pro fundo iam dicto,
quem simul in uno loco non poterant,
in diuersis locis absque diminutione re-
dituum, iuxta suorum fidelium appro-
bationem, restituerent. Ventum est
deinde secundum ordinem ad episco-
pum *Babenbergensem Eberhardum*,
a quo marchio idem habuit beneficium.
Qui et ipse concambio faciendo intui-
tu pietatis annuit, simul ob eun-
dem consensum, praeter rationem con-
cambii, accepta ex abundantia a uenerabili
archiepiscopo *Salzburgensi Eber-*
hardo tertia parte decimarum noualium
in *Carinthia* uillicatione *Criuuine* di-
cta. Quas uidelicet decimas legitimo
concambio ab ecclesia *Salzburgensi*
praepositus *Richerspergen*sis obtinue-
rat, dato pro eis fundo annuatim ad re-
ditus duarum marcarum, piscatione uide-
licet sua in *Carinthia* in uilla *Choruuar*,
ad reditum unius marcae: itemque
manso in *Ensetal*; quem ab ecclesia *Ba-*
benbergensi item per concambium ob-
tinuerat. Idem quoque *Babenber-*
*gen*sis episcopus fratribus ex gratia con-
cessit, ut fundum, quem uno loco acci-
perent, in diuersis locis sine diminutione
redituum restituerent, prout sui et
ecclesiae *Babenbergensis* fideles appro-
barent. His ita compositis, imo et in-
terim dum haec fierent, praedictus *Er-*
chenbertus, assumpto filio suo *Heinrico*,

itemque *Diterico de Poum-*
garten, qui et ipse idem beneficium, de manu marchi-
onis, quasi fratri forte obeunti succes-
surus, acceperat: singuli tres ipsum be-
neficium resignabant marchioni, et de
manu eius fundum in *Rospach* et reliqua
bona restitutioni concambii designata,
in beneficium receperunt. Sed et ipse
marchio non multo post coram rege
Friderico beneficium *Munstuer* in ma-
num *Babenbergensis* episcopi resigna-
uit: itemque fundum in *Rospach*, cum
caeteris bonis concambio destina-
tis, de manu eius recepit. Deinde
petitione episcopi simul et marchionis,
per manum regis *Friderici*, principalis
ecclesiae *Babenbergensis* aduocati, uil-
la *Munstuer* cum uiculis adiacentibus,
in manum comitis *Pertholdi de An-*
dechs, delegata est ecclesiae *Richersper-*
*gen*si omnimodis deleganda, dum pri-
mitus aequalitas concambii a fidelibus
episcopi et marchionis perspecta et
comprobata fuisset. Haec omnia anno
sequenti facta sunt, in *Longobardia*, ter-
ritorio *Brixienti* in expeditione regia,
et testes adhibiti sunt, ut plene uideatur
in priuilegio sigillato eiusdem episcopi
Babenbergensis, *Richerspergen*si eccle-
siae ab ipso dato, de eodem concambio.

Ano MCLIV. *Adrianus* papa IV. Ro-
manam rexit ecclesiam.

FRIDERICVS rexiuit in *Longobardi-*
am cum exercitu in mense octobri, pro
acceptatione imperialis coronae a Roma-
no pontifice

In eadem expeditione episcopus *Ba-*
benbergensis Eberhardus dedit priuile-
gium ecclesiae *Richerspergen*si, de fir-
mitate concambii inter ecclesiam suam et
ecclesiam iam dictam facti, ita se ha-
bens.

In nomine S. et indiuiduae trinitatis
EBERHARDVS DEI gratiae Babenber-
*gen*sis episcopus II. Quamuis neque qui
plantat, neque qui rigat, est aliquid,

sed qui incrementum dat DEVS: sci-
entes tamen, quod unus quisque propri-
am mercedem accipiet secundum su-
um laborem; notum fieri cunctis *Chri-*
sti et ecclesiae fidelibus cupimus, tam
praesentibus, quam futuris, qualiter di-
lectissimi domini ac fratris nostri uenera-
bilis *Iuuauensis* archiepiscopi *Eberhardi*,
sed et dilecti filii nostri *Gerhobi Richer-*
*spergen*sis praepositi; nec non eiusdem lo-
ci dilectae nobis congregationis, piis peti-
tionibus annuentes, ex consensu ecclesiae
nostrae, tam ex clero quam ex ministeri-
alibus fidelium, fidei nostro *Odoacri*,
marchioni *de Stira*, de quodam beneficio,
quod a nobis habuit, cum iam dicta *Richer-*
*spergen*si ecclesia facere concambium

con-

concessimus, cupientes absque ecclesiae nostrae detrimento praefatae ecclesiae ex vicinitate praediorum in eius ius ex nostra ditione cedentium in pascuis, pratis, aliisque utilitatibus plurima commoda prouenire, nostrisque ob hoc in eodem loco ad DEVM tam in uita, quam in morte, in bonum perpetuari memoriam. Itaque iam d. Edo Odoacre uillam, quae Munstuer dicitur, cum uiculis eidem uillae adiacentibus in manum nostram resignante, ac restitutionem concambii de manu nostra in feudum accipiente, de parte Richerspergensis ecclesiae data sunt praedia, quae iuris eorum erant in uilla, quae Rospach dicitur, iuxta decursum fluminis, qui Chalbaba nominatur, tres uidelicet curtes uillicales cum aia. entibus molendinis, itemque manso eidem uillae contiguo, nec non et duabus partibus decimarum, de tota uilla simul et eorum uiculis quibusdam uillae adiacentibus, insuper uero et alia praedia in confinio Inifluminis, taxatis redditibus agri culti circiter XX. mansos ad rationem concambii. Haec itaque praedia cum pratis, pascuis, et siluis eisdem pertinentibus, molendinis, piscationibus, aquis aquarumque decursibus, exitibus et redditibus nec non et omnis generis utilitatibus. Data sunt per manum comitis Chunradi de Pilsteine, Luuagensis pariter et Richerspergensis ecclesiae aduocati, atque in manum legatarii Regingeri de Riede nobilis uiri ecclesiae nostrae confirmata sunt, de iure praedictarum ecclesiarum in ius ecclesiae nostrae Babenbergensis omnimodis transponenda. De parte uero nostrae Babenbergensis ecclesiae data est uilla eidem Richerspergensis coenobio contigua, quae Munstuer dicitur, cum adiacentibus sibi curtib; seu uiculis circa XX. mansos agri culti: Castro simul, quod Staine dicitur, cum agris adiacentibus et ripa ipsa: in qua situm est, quantum nos attinuit usque ad medium fluminis Inifluminis duabus quoque partibus decimarum ex eadem uilla et uiculis adiacentibus in rationem concambii deputatis. Haec itaque praedia cum pratis, pascuis, siluis, piscationibus, molendinis eisdem pertinentibus, cum aquis aquarumque decursibus, exitibus et redditibus et omni utilitate quaesita et inquirenda, data sunt per manum domini nostri regis Friderici, ecclesiae nostrae aduocati, et per manum iam dicti Odoacri de Stira, ipsorum praediorum defensoris, nostra concessione et praesentia in manum comitis Pertholdi de Anedochs de

ius et ditionem Richerspergensis ecclesiae omnimodis transfundenda. Atque ut haec commutationis donatio firma et inconuulsa in perpetuum permaneat, sigilli nostri impressione hanc chartam inde conscriptam signari praecipimus. Testes quoque iam dictae donationis per aurem attracti sunt hi: Heinricus dux Saxoniae, Heinricus dux Carintanus, Pertoldus dux de Zaringe, Odoacer marchio de Stira. Comes Ernestus de Hohenburg, Vualterius de Mallentine, Ruopertus de Tuiren, Amigo de Ahlegia, Friderich de Vuellenhaim. Interfuere etiam Peregrinus patriarcha Aquilegensis, Ilminus archiepiscopus Treuirensis, Arnoldus archiepiscopus Coloniensis, Ortlicus Basileensis episcopus, Hermannus Constantiensis episcopus, Chunradus Vuormatiensis episcopus, Ardicio Chumanus episcopus, Geruuigus Concordiensis episcopus. Vuighaldus Corbacensis ac Stabulensis abbas, Marquardus Fuldensis abbas, Adelpertus praepositus Aquensis, Otto comes palatinus de Vuitelinspach, et alii ex principibus quam plurimi: Acta sunt haec in territorio Brixienfi XII. Kal. Decemb.

ANNO MCLV. REX FRIDERICVS imperator consecratur ab Adriano papa in ecclesia S. Petri Romae.

Fridericus I. coronatur a papa.

Eodem anno dominus Otto, Frisingensis episcopus, frater regis CHVONRADI, dedit ecclesiae Richerspergensis priuilegium ad petitionem praepositi domini Gerbohi, de decimis hunc modum continens.

Ostonsis Frising. episcopi priuilegium.

In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis: OTTO DEI gratia Frisingensis episcopus uenerabili fratri Gerho praeposito Richersperg. eiusque successoribus canonice substituendis in perpetuum. Iustitiae ac rationis ordo deprecatur, ut ea, quae apostolicae sedis moderatione fuerint ordinata, praeciso totius usurpationis excessu nulla debeant a nobis refragatione turbari. Ea propter, dilecte in domino frater, tuis postulationibus benignum praebentes assensum, sicut a sancta Romana ecclesia tibi tuisque fratribus priuilegio firmatum est, ut de terris, quas propriis manibus aut sumptibus colitis, seu de animalibus uestris nullus decimas exigat: ita nos quoque tibi specialiter in terris, quas per nostrum episcopatum possides, tuo iusto labore cultis uel excolendis, seu de nutritura animalium tuorum decimas concedimus, praesentis scripti priuilegio communimus.

(S)

sta-

statuentes ut nulla deinceps ecclesiastica secularisue persona eas inuadere aut imminuere qualibet occasione praesumat, sed praesentis scripti auctoritate semper tibi integre permaneant, tuis tuorumque idoneis usibus iugiter profuturae. Vt autem haec nostra concessio firma et inuiolata omni tempore permaneat, literis eam notari ac sigilli nostri impressione signari fecimus. Ego Guntherus abbas S. Stephani subscripsi. Ego Vdalricus decanus maioris ecclesiae. Ego Otto praepositus S. Andreae. Ego Hermannus praepositus S. Petri. Ego Otmarus decanus S. Andrae. Ego Bertholdus canonicus maioris ecclesiae subscripsi. Datae Frisingae per manum Raheuuini.

Conradi Pataviensis episc. priuilegium.

Anno MCLVI. Chuonradus Pataviensis episcopus dedit priuilegium ecclesiae Richerspergeni de ecclesia plebali nomine Munster, in uicino eiusdem coenobii, cuius textus se habet: CHVONRADVS, DEI gratia Pataviensis ecclesiae minister, dilectis in Christo fratribus ecclesiae Richerspergensis salutem in domino. Ecclesia Richerspergensis, in qua DEO militatis, fratres in DEO dilecti, licet iure fundi ad archiepiscopum Salzburgensem respiciat, tamen ex ecclesiastico regimine attitulata est ecclesiae nostrae, utpote sita in dioecesi Pataviensi. Quod cum ita sit, sicut uos nobis nostrisque successoribus recognoscitis filialem obedientiam, sic dignum et iustum esse censemus, ut et nos uobis recognoscamus paternae dilectionis et sollicitudinis pastoralis piam curam. Proinde uinearum decimas, quas ex auctoritate apostolica de laboribus uestris in uilla Chremeta, cum assensu praedecessorum meorum, et in eo in praesentiarum possidetis, uobis permanere concedimus. Insuper ecclesiam plebalem nomine Munstuer uobis in uicino adiacentem coenobio uestro ea cautione annectimus, ut ecclesiae praepositi, a nobis nostrisque successoribus in partem sollicitudinis uocati, praesignatae plebis habeant prouidentiam, super hac responsuri episcopo Pataviensi. Vt autem haec nostrae liberalitatis concessio firma uobis uestrique in posterum successoribus permaneat, praesentem chartam sigillo nostro communiri fecimus. Ego Chunradus Pataviensis episcopus laudo et subscribo. Ego Adalbertus, praepositus S. Nicolai. MS. Ypeliti. Ego Marquardus praepositus Niuuenburgensis. Ego Vdalricus praepositus S. Hippolyti. Ego Hartuicus praepositus S. Georgii. Ego Henricus praepositus S. Floriani. Ego Adalbertus presbyter et sacrista. Ego Henricus scholasticus subscripsi. Data Pataviae, Indi. prima.

Eodem anno Henricus dux Saxoniae, filius magni ducis Henrici recepta Plenico. Boioaria red- dita Plenico. pit ducatum Bauariae, diu sibi abdica- tum, in celebri curia imperatoris Ratisponae, cum laudatione et iudicio principum.

Anno MCLVII. Henricus dux Saxoniae atque Bauariae habuit curiam Ratisponae; ubi comes Pertholdus de Anedecheffen praedium Munstuer, quod cum esset beneficium marchionis de Stira ab episcopo Babenbergensi iporum petitione per manum domini regis Frederici in manum eius delegatum fuerat, idem comes Pertholdus petitione iam dictorum episcopi Babenbergensis Eberhardi nec non et marchionis Orakari de Stira, in manum comitis Pertholdi de Pogen, ad fidem delegauit Richerspergeni ecclesiae, per manum eius omnimodis delegandum, ad petitionem eiusdem ecclesiae praepositi tunc fratrum. Ipse enim comes Pertholdus de Anedecheffen parabat se ad expeditionem in Longobardiam cum imperatore aduersus Mediolanum: cuius delegationis testes hi sunt: marchio Diepoldus de Vobeburg. Vualchun de Steinibach, Herman de Vobeburch, Gotefridus et Nazarius de Anedecheffen, Chaldolf de Sumnebretesdorf, Dietmar de ecclesia S. Mariae, Eberhardus de Frichendorf, Regenoldus frater episcopi Babenbergensis, Goteschalc de Hannenhouen, Chadelhoch de haite Rempoungarien, Gerhoch de Framelinsperg.

Anno MCLVIII. Imperator Mediolanum obsedit, et non post multum obsidetur. coacti ei se dederunt. Ibi Ekkebertus comes de Pusine occisus est in nonis Augusti, qui dederat ecclesiae Richerspergeni, antequam iret in expeditionem curtim unam Munigen dictam, et syluam iuxta fluuium Pmca et curtim aliam in Putinouue, Eberhardus quoque de Vuiterun, ministerialis ipsius comitis ibidem cum eo occubuit: qui etiam dedit iam dictae ecclesiae curtim Pumerdorf.

Ipsa anno obiit Harthuuicus, frater Erchenberti de Mosbach III. Kal. Septemb. qui dedit etiam ecclesiae Richerspergeni praedium Viebach cum praediis adiacentibus. Viebach accedit eidem ecclesiae.

Eodem anno Eberhardus archiepiscopus dedit priuilegio ecclesiae Richerspergeni in hunc modum. In nomine S. et indiuiduae trinitatis. Ego EBERHARDVS DEI gratia Salzburgensis archiepiscopus Gerhoho Richerspergeni praeposito perpetuam salutem. Ea, quae rationabiliter inter personas maxime ecclesiasticas aguntur, rationabiliter quoque confirmanda sunt; ne litis occa-

Mediolanum obsidetur. Comitis de Pusine liberalitas in eccles. Richersp.

Eberhardi archiepisc. Salzburg. priuilegium.

occafio in posterum, dum minus putatur, A
 suboriri ualeat. Notum igitur uniuerfis
 Christi fidelibus esse uolumus, qualiter
 decimas patellae in Halla, ex dominicali-
 bus nostris Richerspensis coenobii colla-
 tae, quae decimae a bonae memoriae Bal-
 derico abbate monasterii S. Petri requi-
 sitae et obtentae sunt, rationabili recom-
 pensatione redemimus, ut eadem patella
 nullas de caetero decimas persoluat: sed
 integra in usum Richerspengensis coenobii
 ad seruitium fratrum ibi DEO militan-
 tium, nostra pontificali donatione permane-
 at. Haec autem recompensatio facta est
 de praediis cuiusdam Heinrici Hallen-
 sis ciuis, cuius cognomentum Ferro. Ut
 autem haec nostra recompensatio cunctis
 retro temporibus stabilis et inconuulsa
 permaneat, hanc inde paginam conscribi,
 et sigilli nostri impressione muniri iussi-
 mus. Actum in ciuitate Salzburgenfi
 XII. Kal. Septemb. Ego Eberhardus
 Salzburgurgensis archiepiscopus subscri-
 psi. Ego Hugo praepositus. Ego Hein-
 ricus decanus maioris ecclesiae. Ego
 Henricus abbas Salzburgenfis. Ego
 Henricus prior S. Petri. Ego Alber-
 tus Houensis praepositus. Ego Megin-
 bardus capellanus et notarius subscripsi.

Adriani pa-
 pae priuilegi-
 um.

Eodem quoque anno, Adrianus
 papa dedit ecclesiae Richerspergenfi
 priuilegium tale: ADRIANVS, epi-
 scopus seruus seruorum DEI, dilecto filio
 Gerhoho praeposito Richerspergenfis ec-
 clesiae, salutem et apostolicam benedictio-
 nem: Effectum iusta postulantibus indul-
 gere, et uigor aequitatis, et ordo exigit
 rationis. Ea propter, dilecte in domino
 fili, Gerhoho, petitioni tuae gratum im-
 perientes assensum, ecclesiam ipsam cum
 omnibus bonis suis, quae in praesentia-
 rum iuste et canonice possidet, aut in fu-
 turum iustis modis DEO propitio pote-
 rit adipisci, sub beati Petri et nostra pro-
 tectione suscipimus. Specialiter autem
 Munsture ac Steine cum omnibus per-
 tinentiis suis eidem ecclesiae, sicut ea ue-
 nerabilis frater noster Eberhardus Ba-
 benbergensis episcopus in concambium
 rationabiliter dedisse cognoscitur, et paro-
 chiam de Münsture, quae uenerabilis fra-
 ter noster Chuonradus Patauiensis epi-
 scopus rationabili prouidentia ecclesiae
 Richerspergenfi concessit, autoritate apo-
 stolica confirmamus, et praesentis scripti
 patrocinio communimus. Sepulturam
 quoque ipsius loci liberam esse concedi-
 mus, ut eorum deuotioni et extremae uo-
 luntati, qui se illic sepeliri deliberaue-
 rint, nisi forte excommunicati sint, uel in-

terdicti, nullus obsistat: salua tamen
 iustitia parochialium ecclesiarum, de qui-
 bus mortuorum corpora assumuntur.
 Nulli ergo omnino hominum liceat hanc
 paginam nostrae protectionis, confirmatio-
 nis et concessionis infringere, aut ei ali-
 quatenus contraire. Si quis autem hoc
 attentare praesumpserit, et secundo ter-
 tione commonitus reatum suum digna sa-
 tisfactione non emendauerit, indignatio-
 nem omnipotentis DEI, BB. Petri et Pau-
 li apostolorum eius se nouerit incursum,
 et excommunicationis uinculo inmodandum.
 Data Anagniae XVII. Kal. Septemb.

Anno MCLIX. dum esset imperator *Crema ob-*
 in obsidione Cremae, dominus papa A- *sess.*
 drianus defunctus est apud Anagniam
 II. Kal. Septemb. corpus eius Romam
 allatum. iv. non. Septemb. est humatum.
 Post hunc duo sunt electi qui se papas di-
 xerunt: Ruolandus, tunc cancellarius S.
 Rom. ecclesiae, qui fuit ab omnibus fere
 cardinalibus electus, praeter duos, et duo-
 decimo die post electionem suam a legiti-
 mis ordinatoribus consecratus, qui et
 dictus est Alexander. Et Octavianus
 presbyter card. S. Caeciliae; qui a duo-
 bus tantum cardinalibus fuit electus,
 Ioanne uidelicet de S. Martino, et Gui-
 done Cremensi, et in prima domini-
 ca mensis Octobris est consecratus, a
 Tusculano episcopo Imaro cardinale,
 non legitimo tamen ordinatore, qui et
 dictus est Victor. His ita promotis, im-
 perator indixit generalem curiam pa-
 pae celebrandam omnibus imperii
 principibus, tam Teutonicis quam Lon-
 gobardis, ad quam etiam ambos electos
 pontifices inuitauit, ut ubi ex sententia
 et consilio orthodoxorum inter eos lis
 et contentio decideretur.

Anno MCLX. Crema capta, destructa
 et cremata est. Quo facto, imperator
 statim Papiam uenit cum episcopis et
 principibus, qui congregati erant, et in
 nonis Februarii curiae et colloquii ini-
 tium habetur, et per sex dies in hoc de-
 morantur: fuitque dissensio aliqua diu
 inter ipsos; quibusdam hunc, quibus-
 dam illum papam confirmare uolenti-
 bus, Tertia itaque idus Febr. quia nec
 Alexander uenerat, nec legati eius,
 nec aliquis pro parte eius firmiter sta-
 bat; imperator omnes episcopos con-
 uocans, in hunc eos consensum dedu-
 xit, ut omnes Victorem papam suscipe-
 rent, et statim sequenti die 11. Kal. Febr.
 ab ipso imperatore et episcopis suscipi-
 tur et inthronizatur, in monasterio S.
 Syri imperatore frenum equi, et stiuam
 fellae illius tenente, et eum de equo
 suscipiente, et ad altare una cum pa-
 triarcha Aquilegenfi Pilegrimo inter
 manus eum deducente. Alexander au-
 tem

tem cum omnibus cardinalibus suis in A uilegium de iure subaduocatorum, Franciam deueniens ibi morabatur. hunc modum continens.

Eberhardi
archiep. Sa-
lisburg priui-
legium.

Ipso anno Eberhardus archiepiscopus dedit priuilegium ecclesiae Richerspergensis, de ecclesia Brambergensi, ita continens: **EBERHARDVS DEI gratia ecclesiae Iuuuensis archiepiscopus dilectis in domino filiis, Gerhoho Richerspergensis praeposito et eius fratribus, salutem et synceram in Christo dilectionem. Quia nostri est officii, ut in dispensatione nobis credita religiosas et in DEI seruitio deuotas personas manuteneamus et confoueamus, uobis in hoc tanto deuotiores existimus, quanto uos attentius in DEI seruitio et religionis obseruantia studere cognoscimus. Vnde concessionem in Brambergensi ecclesia, uobis uerbo nostro factam, scripto quoque nostro firmatam, discernimus, uobis uestrisque successoribus inuiolabilem permanere, ut uidelicet unus de uestris curam plebis administret, salua in omnibus iustitia nostra, nostrorumque successorum. Adiciamus etiam, ut si, quod absit, persona, de uestra congregatione in hoc ministerium assumpta, uel in religionis disciplina, uel in communitatis gregis prouidentia; uel in dilectione ac fidelitate ergo claustrum suum custodienda minus, quam oportet, cauta inuenitur, et secundo ac tertio coram archiepiscopo commonita, non respuerit, uitiaque notata non emendauerit, liberum sit praeposito, consulto primum Salzburgenfi archiepiscopo, cum eius consensu personam illam retrahere ad claustralem districtiorem, atque in eius locum subrogare alium de manu archiepiscopi; regulariter inuestiendum, nec tamen a regulis claustrum, quantum nostra concessio firma et inuiolata in posterum permaneat, chartam hanc inde conscriptam sigillo nostro communiri fecimus. Data Salzburgi vi. idus Iunii Ego Eberhardus archiepiscopus subscripsi. Ego Hartmannus Brixinensis episcopus. Ego Romanus Gurcensis episcopus, Ego Hugo praepositus. Ego Henricus decanus maioris ecclesiae. Ego Henricus abbas Salzburgenf. Ego Vdalricus Chimensis praepositus subscripsi.**

Aduocatia Ri-
chersp. uiolenter inuadi-
tur.

Eodem anno Vdalricus de Studize, filius domini Regingeri de Riede, aduocati Richerspergensis ecclesiae, post mortem patris, ipsam aduocatiuam uiolenter inuasit xi. Kal Aug. et non modica grauamina ipsi ecclesiae, contra uoluntatem praepositi et fratrum suscitare tunc conatus fuit, sed non post multum ad pacem firmam et concordiam rediit. Perlata tamen tunc est querimonia de ipso grauamine a praeposito et fratribus ad archiepiscopum Eberhardum, qui dedit eidem ecclesiae pri-

EBERHARDVS DEI gratia Salzburgenfis ecclesiae archiepiscopus. Pa- Eberhardi Salzburg. archiep. priuilegium.
storialis est officii, murum se ponere pro do-
mo Israel, maxime ad DEO famulanti-
um personarum protectionem, contra in-
cursum malorum. Qua consideratione
prae oculis habita, cum fratres coenobii
Richerspergensis paterentur graues infe-
stationes, a quodam subaduocato contra Subaduocatus.
fas et ius introducto, nos eiusdem coeno-
bii priuilegia considerauimus, in quibus
hoc patenter animaduertimus, quod
praedictus locus a beatae memoriae
Vuerinhero, et nobili eius uxore Diet-
pirga sic est fundatus, atque a sanctae
recordationis Gebehardo archiepiscopo,
antecessore nostro, ea conditione in ius et
patrocinium Salzburgenfis ecclesiae susce-
ptus, ut nullus eiusdem loci sit aduocatus,
nisi principalis ipsius metropolis Salz-
burgenfis aduocatus, qui uidelicet de
beneficio principalis aduocatae sibi col-
lato praedictum coenobium sine omni gra-
uamine defendat, contentus nimirum ius-
titia bannorum, quorum duo in usum
praepositi et fratrum, tertius in usum
ipsius aduocati cedat, non quod ipsum ter-
tium bannum cuiquam inbeneficiandi po-
testatem habeat, quanquam illum, post-
quam acceperit, cui uoluerit, possit dare:
sed nec subaduocatum iure beneficali con-
stituatur illic. Vt ergo libertas loco illi a
fundatoribus destinata, et priuilegiis apo-
stolicis confirmata, inconcussa permaneat,
nos quosque praesenti pagina sigillo nostro
communita omnino interdiciamus, ne loco
illi ullus deinceps a principali aduocato per
ius beneficale subaduocatus ponatur:
quoniam subaduocatae tales tam synoda-
libus, quam etiam imperialibus iudiciis
abiudicatae sunt. Sane hoc annuimus,
ut si praepositus eiusdem loci expetierit
aliquam sibi destinari a principali aduo-
cato, qui ut eius inibi uicem agat, com-
mittatur ei talis procuratio absque iure
beneficali, quandiu placet praeposito et
congregationi: cui, si fuerit grauis, aut
inutilis, remoueatur et utilior in eius lo-
cum simili tenore statuatur, ea libertate
permanente, ut colonis eiusdem loci nulla
consualis exactio imponatur: neque in
auena, neque in tritico, neque in dena-
riis, aut aliquolibet grauamine. Quo-
niam a talibus grauaminibus hucusque lo-
cus ille fuit immunis, excepto solo tempo-
re schismatis, quo schismaticus Perthol-
dus, Tiemoni archiepiscopo superpositus,
eun-

cundem locum laicis inbeneficiando, et canonicos regulares inde fugando, quaedam grauamina illic suscitauit, quae beatae memoriae Chuonradus archiepiscopus proximus antecessor noster forti manu submouit, et pristinam libertatem atque regularem uitam loco illi renouauit: in qua iam per annos circiter XXX. quiete bona fruens permansit eiusdem loci congregatio, propulsante iniquorum uiolentias iam dicto Chuonrado archiepiscopo. Qua libertate loci ipsius prouocati nobiles quidam Christi fideles, bona et praedia sua eidem coenobio contulerunt, qui etiam eorundem praediorum aduocatas a principali aduocatia segregauerunt, et talibus aduocatis destinauerunt, quos pro sui uicinitate utiles aestimauerunt ad respondendum in colloquiis iudicialibus, in quibus non auditur subaduocatus, et res periclitari poterit, si legitimus aduocatus defuerit. Igitur aduocatae hucusque a principali aduocatia segregatae sic maneant in posterum, sicut haecenus manserunt, absque insolito et iniusto aduocatorum grauamine. Quod si et illi tentauerint contra uoluntatem praepositi suscitare, sciant se iudicio diuino puniendos, et humano quoque, in quantum possibile ac iustum fuerit, arcendos. Causae uero huius quaestionem, et ueritatis inuestigationem quo firmior esset nostra institutio in celebri colloquio Halle habito, querimoniam praeposito Gerhobo mouente, pertractauimus, assentientibus illic nostris fidelibus, quorum plurimi aderant, nullo iure beneficali posse, aut debere subaduocatum loco praedicto institui, concordante in hoc ipsum iudicio synodalis auctoritatis, et imperialis maiestatis. Si quis igitur huius nostrae paginae tenorem temere uiolare, aut infringere praesumpserit, si non secundo ac tertio commonitus emendauerit, sciat se DEO et iudicibus ecclesiae rationem redditurum, et poenas condignas subiturum, ac nisi ante finem uitae suae resipiscendo satisfecerit, christiana sepultura cariturum: sicut in Remensi concilio statutum est, praesidente papa Eugenio, cuius decretum illic, uniuerso concilio approbante promulgatum sic se habet: auctoritate apostolica prohibemus, ut nullus aduocatus praeter beneficium antiquitus constitutum, aliqua sibi accipere, uel

Subaduocati
remoti.

usurpare praesumat: subaducatos uero uel exactores eorum modis omnibus ab ecclesiarum infestationibus remoueri praecipimus. Quod si quis contra hanc nostram prohibitionem attentare praesumpserit, christiana careat sepultura. Huic apostolico decreto, etiam imperiale concordat edictum, ab imperatore Fride-

rico uniuersis imperii sui principibus indictum, et scripto comprehensum, quod ita se habet: Illicitas etiam exactiones, maxime ab ecclesiis, quarum abusus iam per longa tempora inoleuit, per ciuitates et castella omnimodo damnamus et prohibemus et, si factae fuerint, in duplum reddantur. His fulti autoritatibus, etiam hoc nostrae salubri constitutioni annectimus, ut nec ipse principalis aduocatus, nec aliquis ab eo missus, praedictum coenobium grauare praesumat, seruitia immoderata illic exigendo, aut placita nimia illic statuendo, sed, quoties necesse fuerit, ipse aduocatus, uel eius missus, non nisi praeposito aduocante, ac seruitium decens praeparante, adueniat et placitum suum iuxta beneplacitum praepositi et congregationis illic habeat, causa idonea exigente, quod ex inde rarissime continget. Quia principalis illic aduocatus sic est angusta, ut uix contineat mansos XII. cultilis terrae, aut paulo plus. Quia reliqua ipsius coenobii praedia in segregatis, et ut est praenotatum, aduocatis comprehensa sunt, quoniam aliter ab impugnantibus defendi non potuerunt. Vnde etiam uolumus et statuimus, ut propter futuras cautelas, praedia, quae DEO miserante, in posterum loco accesserint, assignentur aduocatis talibus, a quibus in placitis iudicialibus proloqui defensionem possint e uicino habere: ne longinquos aduocatos aduocandi uel impossibilitas uel difficultas in detrimentum ueniat, et absente legitimo prolocutore, praedia, quae impugnantur, ecclesia perdat, quod frequenter accidisse comperimus. Praedicto autem colloquio nostro super ista quaestione habito, in loco qui dicitur Halle idonei approbatores interfuerunt, quorum ista sunt nomina: Hugo praepositus maioris ecclesiae Salzburgerensis, Henricus abbas S. Petri, Vdalricus Chimensis praepositus, Otmarus Hallensis praepositus, Henricus Garzensis praepositus. Laici nobiles; Chuonradus comes de Pilsteine iunior, Erchenbertus de Mosbach, Burchardus de Steine, Karolus, ministeriales ecclesiae Salzburgerensis, Harthmidus Castellanus, et Marquardus frater eius, Otto et Vuisint de Pongouue, Eckehardus de Tanne, Luitpolt de Vualde, Willelhelmus Chuonradus de Chalheim, Pabo, Ruodgerus castellanus Hallensis, Ortho, Henricus, Albertus, Henricus Loubez, Hugo, Otto. Data Salburge XIV. Kal. Septemb. indiſt. VIII.

Anno MCLXI.

Exemplar priuilegii, quod dedit archiepiscopus Salzburgerf. Eberhardus episcopo Babenbergerf. Eberhardo ita continentis.

EBERHARDVS, DEI gratia Salzburgerf.

(S) 3

gen-

Prinilegium
Eberhardi
Salisb. archiepiscopi datum
episcopo
Bamberg.

gensis ecclesiae archiepiscopus, Eberhardo uenerabili Babenbergensis ecclesiae antistiti deuotas orationes cum fraternae dilectionis obsequio. Causam semel decisam resuscitari non conuenit, maxime inter ecclesiasticas personas, prout nouit prudentia uestra. Fuit autem quaedam contentio inter ecclesiam Salzburgens. de tertia parte decimarum quorundam noualium in monte, qui dicitur Griuinberg, quae hoc modo, sicut nostis, decisa est, ut nos competenti recompensatione accepta, ipsas decimas noualium iam cultorum et adhuc excolendorum, in praedicta uidelicet uillicatione per nostram concessionem et confirmationem possideret ecclesia Babenbergens. in perpetuum. Quod ita factum est. Nam et nos ex parte uestra et fratrum Richerspergensium competentem recompensationem, uidelicet Houbam unam in Enital, et piscationem quandam in uilla, quae dicitur Chrouuat, accepimus, et ecclesiae Babenbergensi praedictas decimas firmauimus domini episcopi Gurcensis et aliorum ecclesiae nostrae fidelium annitente consilio et assensu. Nunc uero id ipsum firmantes praesenti scripto sigilli nostri impressione roborato, rogamus, ut fratres nostros Richerspergensis ecclesiae canonicos, quorum causa contractum hunc fecimus, de caetero non inquietetis, aut ab aliquo uestrorum sinatis inquietari, quasi de negotio isto adhuc pendulo, cum et uos possideatis decimas praenotatas et non habeamus recompensationem taxatam. Ne autem posthac in dubium reuocetur, quod rationabiliter cum assensu et collaudatione praelatorum ecclesiae nostrae actum est, praesens pagina sit in testimonium et testamentum firmissimum. Data Salzburgi 4. idus Iulii anno MCLXI.

Eiusd. priuilegium ecclesiae Richerspergensis datum.

Ipo anno Eberhardus archiepiscopus dedit ecclesiae Richerspergensis priuilegium in hunc modum: In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis. EBERHARDVS DEI gratia Iuuauensis archiepiscopus. Praedecepsorum statuta iusta et rationabilia successores debent inuolabiliter custodire, maxime uero conducunt ad augmentum religionis et sustentamentum DEO seruientium. Ea propter nos considerata beatae memoriae praedecepsoris nostri Chuonradi archiepiscopi largitione in decimis duarum parochiarum Putinensis et Brambergensis atque noualium uicinarum, partim cultorum, partim excolendorum, in usum coenobii Richerspergensis, concessione ipsius ratam habemus, et in perpetuum ratam uolumus et decernimus habendam. Quia in eiusdem praedecepsoris nostri priuilegio termini australes huius donationis ambiguo nomine montis Harthberg sunt praefixi, et exinde fuit occasio contentionis inter collectores decimarum nobis et

praedicto coenobio pertinentium, certiorum praefigimus terminum, uidelicet fluum, qui dicitur Pincah, usque ad cuius ripam noualia in silua Putinensi ad praesens culta, et in posterum coleada, excepta canonica portione plebanorum in decimis fructuum terrae atque animalium proueniunt in usum fratrum regulariter conuersantium in praefato coenobio. Quaecumque autem secularis aut spiritualis personae, quod a beatae memoriae praedicto antecessore nostro pie ordinatum et a nobis nihilominus pie ad cultum pietatis roboratum est, aliquo modo in irritum duxerit, atque in hoc praefatum coenobium temere perturbauerit, et secundo ac tertio commonita non resipuerit, iram DEI sentiat in interitum carnis, ut spiritus saluetur per ueram poenitentiam, sine qua si morietur, in ultimo examine reddet rationem coram summo iudice. De salubri sane dispositione nostra praesens pagina conscripta et sigillo nostro impressa data est in castro Strasburg. indict. IX. VIII. Idus Septemb. Huius rei testes et collaudatores hi sunt, quorum nomina subnotauimus. Romanus Gurcensis episcopus. Hugo praepositus maioris ecclesiae. Godefridus abbas Admontensis, Romanus Gurcensis praepositus. Hecil, abbas Osciensis. Pilgrimus abbas S. Pauli, Vuernherus praepositus Secouensis. Chuno praepositus Subonensis. Magister Adalbertus de Houen. Hademar archipresbyter Frisacensis plebanus. Engelrammus de s. MARIA archidiaconus Zol. Otaker archipresbyter de Viscab. & capirulum Frisaci habitum, cuius in audientia causa haec fuit proposita, quo et annuente per consilium rationabiliter acta est, praedicti coenobii praeposito Gerhoho eligente potius consilium quam iudicium.

Item aliud priuilegium, quod dedit idem archiepiscopus praefatae ecclesiae, quod ita se habet.

EBERHARDVS DEI gratia Salzburgensis ecclesiae archiepiscopus, dilecto fratri Gerhoho Richerspergensis praeposito, eiusque fratribus in perpetuum. Dispensatio nobis, ut apostolus ait, credita est, unde in commisso fideles non solum in spiritualibus, uerum etiam in temporalibus fideli dispensatione uti uolumus. Itaque fratres charissimi, uobis uestrisque successoribus in posterum, quaecumque a beatae memoriae Chonrado archiepiscopo uestris uisibus donata sunt, nos rata uobis et illibata esse uolumus. Quocirca donationem patellae, quam idem praedecepsor noster nobis in Halle fecit, non solum ratam esse uolumus et firmam, uerum etiam ampliamus, addendo uobis eiusdem patellae decimationem, quae pridem ad abbatiam B. Petri pertinet, inde per legitimum concambium in nostram

aliud.

nostram potestatem redacta collaudatio-
nem fratrum nostrorum clericorum et fi-
delium laicorum ministerialium nostra
uobis donatione obuinit. Vt ergo firma
sit haec nostrae largitatis dispensatio, pa-
ginam hanc inde conscriptam, nostra sub-
scriptione, atque sigilli nostri impressione
firmamus. Ego Eberhardus DEI gra-
tia Salzburgensis archiepiscopus subscri-
psi. Ego Henricus abbas S. Petri subscri-
psi.

Lis inter Hen-
ricum ducem
Bauer episc.
Ratisbon.
composita.

Eodem anno Henricus, dux Bauua-
riae et Saxoniae contra Ratisponenses,
et eorum episcopum Harthuuicum du-
re pugnavit, et ab utraque parte idem
episcopatus incendiis ac rapinis ualde
uastatus est. Tandem mediante Eber-
hardo archiepiscopo Salzburgensi pax
inter eos facta est. Quo in tempore
etiam imperator Mediolanenses, post
primam deditioem secundo rebellan-
tes et arma parantes, secundo cum exer-
citu obsedit.

Mediolanum
excisum.

Anno MCLXII. In idibus Martii
mensis ab imperatore expugnati sunt.
Ipse locus, id est Mediolanum IV. non.
April. destrui coepit, et funditus sub-
uersus est praeter monasteria, impletis
urbis uallibus ac subuersis turribus,
emigrantibus ex eo omnibus habita-
toribus eius.

* Haec episto-
la imperato-
ris MS. auffs-
ta, cum cer-
tuum locum
non haberet
notatum, ubi
reponeretur;
uisa est com-
modissime hu-
ic loco insere-
renda.

* FRIDERICVS, DEI gratia Rom.
imperator et semper augustus Eberhar-
do Salzburgensi, archiepiscopo gratiam
suam, et omne bonum. Dignum aesti-
mamus, ut hi, qui tribulationibus nostris
et imperii personarum seruitio et rerum
dispendio haecenus fideliter communica-
uerunt, a domino, qui consolatur nos in
tribulatione nostra, consolationis gaudia
recipiant, et felicissimis euentibus nostris,
ac gloriosissimis triumphis, quales nulli
antecessorum nostrorum concessos esse cre-
dimus, grata uicissitudine participant et
congratulentur. Tuae ergo dilectioni,
quae omnem honorem nostrum sitibundo
pectore anhelare, luce clarius constat, si-
gnificandum duximus. Quis in uirtute
DEI, per quem reges regnant, et po-
tentes faciunt iustitiam, felicem et glorio-
sam de Mediolano uictoriam cum pleni-
tudine honoris adepti sumus. In Kalendis
enim Martii, prima uidelicet die mensis,
hostis imperii Mediolanum, submota
omni simulatione fraudis, qua in prima
deditioe dolose nos circumuenit, summa
necessitate famis et inediae coacti, ad cur-
riam nostram apud Laudam uenerunt, et
nudos gladios in ceruicibus suis defe-
rentes, et maiestati nostrae reos se esse
profitentes, personas, res ipsamque ci-
uitatem, absque omni tenore, et sine ali-
qua conditione interposita, in nostram po-
testatem cum plena deditioe reddidere:
praeterea IV. nonas eiusdem mensis Me-

Mediolanen-
sium submis-
sio.

diolanenses cum omni militia et uiribus ci-
uitatis ad nos redeuntes, uexilla et uni-
uersa signa bellica, clauisque ciuitatis et
consulatus dignitates, maiestati nostrae
resignauerunt, resutantes omnia genera
armorum, omnem potestatem, nisi quam
cum gratia et permissione nostra possent
obtinere, iurauerunt insuper quaecumque
eos iurare fecimus, scilicet, quod uniuersa
mandata nostra, sicut de personis et re-
bus et de ipsa ciuitate ordinaremus, bo-
na fide et sine fraude obseruarent, et de
his omnibus obseruandis cccc. obsides
meliores et maiores de ciuitate nobis de-
derunt. Ex sententia ergo diuina, cuius
iudicia abyssus multa, qui frangit omnem
superbum, ne de caetero praedictis hosti-
bus occasio malignandi, et facultas rebel-
landi praestetur, fossata complanamus,
muros subuertimus, turres omnes destru-
imus, ipsamque ciuitatem in ruinam et
desolationem, sicque ad promouenda alia
negotia, et ad plenariam imperii refor-
mationem exercitum nostrum et uictrices
aquilas feliciter conuertemus. De cae-
tero dilectos et fideles nostros nuncios, O.
Veronensem episcopum et C. Cappellanum
nostrum in occursum sibi apud Tridentum
transmitimus, qui iuxta magnificentiam
imperii et honorem tuum ad curiam no-
stram te perducant.

Eberhardus archiepiscopus Salzbur-
genfis, qui solus cum Alexandro papa
stabat, iam saepe uocatus ab imperato-
re, uenit Mediolanum, cum adhuc ipse
imperator in destructione eiusdem ci-
uitatis ibi moraretur, et honorifice ab
eo susceptus est simul, cum episcopo
Harthmanno Brixinensi, praepositus
quoque Richerspergensis magister Ger-
hobus, qui etiam cum archiepiscopo
Euerardo uenerat, benigne et amicabi-
liter et ab ipso imperatore et ab epi-
scopis, qui cum eo ibi erant, susce-
ptus et habitus est; et de omnibus, pro
quibus uenerat, ab imperatore exaudi-
tus est: praecipue tamen de querimo-
nia, quam de expulsiōe duorum Ger-
manorum suorum de ciuitate Augusta
aduersus episcopum eiusdem ciuitatis
habuit: ad quem etiam literas imperia-
les, quales uoluit, ibi accepit, de resti-
tutione scilicet omnium bonorum mo-
bilium et immobilium, quae illis duo-
bus Germanis suis, canonicis Augusten-
sis ecclesiae, ab ipsis concanonicis suis et
ab episcopo ablata erant. Qui etiam
fratres primi omnium in regno Teuto-
nico periculum schismatis passi sunt,
dum de sedibus suis ab ipsis confratri-
bus suis tanquam proscripti imperato-
ris et excommunicati Octauiani uel Vi-
ctoris nudi expulsi sunt, dum unus eo-
rum generale concilium appellasset.

Archiepisc.
Salzburgensis
solus papae
Alexandro
fidelis,

Cum itaque archiepiscopus, ut supra
Mediolanum
di. uenit ad imp.

*Sed re infecta
discedit.*

dictum est, Mediolanum uenisset, imperator eum in publicum uocans, multa eo praesente et omnibus, qui cum ipso uenerant, de malo schismatis proposuit, multaque pro parte ac defensione *Victoris* prolocutus est. Cum autem et archiepiscopus ad omnia constantissime respondisset, ac plurima pro parte *Alexandri* dixisset; tandem, inter se non conuenientes, quia nec imperator episcopis ipsis consentiebat ad partem *Alexandri*; nec ipsi in partem aliam aliquo modo inclinabantur, ad ultimum cum gratia ipsius imperatoris et cum pace ambo episcopi cum suis dimissi sunt.

Tunc ipse imperator dedit ecclesiae Richerspergensi priuilegium, ad petitionem praepositi eiusdem loci magistri *Gerhobi*, interuentu *Eberhardi*, archiepiscopi Salzburgerensis et *Eberhardi* Babenbergerensis, atque *Harthmanni* Brixinensis episcoporum, cuius textus ita se habet.

Super imperialem aduocatum

In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis: FRIDERICVS DEI gratia Romanorum imperator augustus, Gerhoho Richerspergensi proposito et successoribus eius in perpetuum. Si loca sancta honoramus, et DEO seruientium quieti pro nostro iure prouidemus, credimus per hoc et summae diuinitatis gratiam repropitiare, et coronam imperii lapidibus illis uere preciosis exornare, qui iugiter assistunt ac fulgent ante DEVM, et sub nostrae protectionis tuitione tranquilla ei pace tam pro nostra, quam pro sua salute deseruiunt. Vnde notum esse uolumus imperii nostri fidelibus uniuersis, tam futuris quam praesentibus, quod nos benigno assensu annuentes piis et iustis postulationibus tuis, *Gerhoho*, Richerspergensi praeposite, interuentu fidelium nostrorum, uidelicet *Eberhardi* Salzburgerensis archiepiscopi et *Eberhardi* Babenbergerensis, et *Harthmanni* Brixinensis episcoporum, ipsum Richerspergense coenobium canonicorum regularium in comitatu *Pertholdi* comitis de *Andechs*, iuxta fluiuium *Enum* situm, in pago quem transit fluiuius *Antesin*, a quodam nobili uiro *Vuernhero* fundatum, et ecclesiae Salzburgerensi iure proprietatis collatum, salua in omnibus archiepiscopi Salzburgerensis, quae praelibata est, iurisdictione, nos in nostrae imperialis maiestatis et omnium successorum nostrorum, regum et imperatorum tutelam suscepimus, statuente et firmiter praecipiente, secundum antiquam et primitiuam illius loci libertatem, ab ipso fundatore collatam et priuilegiis uenerabilium archiepiscoporum *Chuonradi* et *Eberhardi* roboratam, ut nullus aduocatorum siue ipsius loci, siue praediorum ad ipsum locum per-

inentium praesumat, aut facultatem habeat illic subaduocatores ordinare, sub titulo beneficiariae concessionis aut exactiones et grauamina indebita fratribus praedicti loci, seu ministratoribus, aut colonis superimponere. Quod si quandoque ex de subadu-

consensu praepositi et fratrum, principales aduocati aliquem sibi procuratoris officio subsecundauerint, ultra beneplacitum praepositorum, qui pro tempore ibidem praesuerint, et fratrum suorum in administratione aduocatae nullatenus permaneat. Adiuicimus autem et imperialis maiestatis auctoritate ac lege in perpetuum ualitura statuimus, ut bona praedicto coenobio siue collata, siue adhuc, domino praestante, conferenda, nullus inuadere, aut inde quolibet modo alienare, aut ipsum locum despoliare, seu disuestire praesumat, nisi coram legitimis iudicibus iustitiam suam comprobauerit. Specialiter autem ipse locus DEO dicatus nostrae imperialis largitionis beneficio immunitate gaudeat, et nulla iudiciaria secularisue potestas licentiam habeat ibi placitandi, concionandi, aut quaelibet iura secularia exercendi, quae fratrum inibi DEO militantium secundum regulam beati Augustini, quietem interrumpere ualeat, quod absit, aut disturbare. Si qua uero persona temerario ausu contra hoc priuilegium nostrum uenire tentauerit et secundo tertioque communita non emendauerit, banno nostro subiaceat, et xxx. libras auri purissimi ad cameram nostram persoluat. Ego *Vdalricus* cancellarius uice *Reinaldi* Colonienensis archiepiscopi et archicancellarii recognoui. Data Papae post destructionem Mediolani II. non. April. Indi. x. regnante domino FRIDERICO imperatore gloriosissimo, anno regni eius x. imperii uero VII.

Ipsa anno magna terrae fertilitas diuina largitate ubique erat, et abundantia maxima omnium rerum quas terra producere solet. Tunc etiam in proximo Septembri mense in xvii. Kal. Octob. circa medium fere noctis, aut aliquid ultra, splendor quidam uel lux in modum aurorae paulatim aliquantum ueniens, repente totam terram, ut putatur, illustrasse late a multis uisus est.

Eodem anno in principio autumnus *Boioariae* et *Saxoniae* *Heinricus*, nepos imperatoris *Lotharii*, conuocatis *Bauariae* principibus, habuit curiam triduanam in loco, qui dicitur *Chorpeim*. Ibi praepositus Richerspergensis magister *Gerhohus*, in audientia publica interpellauit ac monuit comitem *Pertholdum* de *Pogen*, quatenus praedium, quod dicitur *Munstuer*, secundum quod in manum eius deuenerat, Richerspergensi ecclesiae delegaret. Ex
DEI

Fertilitas.

*Phaenomenon
coeleste.*

*Boioariae
comitia.*

*Chorpeim
ben Schers
ding.
Auent. lib. 6.
p. 634.*

DEI quoque prouidentia praesens **A**nam esset aliquis contradicens. Ne-
fuit comes *Pertholdus de Andechs*, qui
locutus est in hunc modum: *Facere de-
bes, o cognate comes Pertholde, quod po-
stulatur. Quia ego id ipsum praedium
sic in manum tuam Ratisponae delegavi,
ut tu hoc delegares iam dicto coenobio.*
Ad huius admonitionis firmitatem ipse
comes *Pertholdus de Andechs* compen-
diose disseruit, qualiter ipse coram do-
mino imperatore, per ipsius imperia-
lem manum, annitente uenerabili episco-
po *Babenbergensi Eberhardo*, ac pe-
tente marchione *Otakaro*, cuius idem
praedium fuerat, beneficium suscepit
ipsum praedii delegationem tam diu
seruandi in manu sua, quoadusque
praedictus episcopus et marchio pete-
rent eam in ius coenobii *Richersper-
gensis* transfundi, compensata primum
designati concambii qualitate, secun-
dum tenorem a domino *Babenbergensi*
praedictum. His denique, quae
laudata erant, peractis et per ministe-
riales ab episcopo et marchione desti-
natos legitime testificatis, restituta in
concambio bona aequae ualere, et etiam
impensione reddituum praeponderare,
acceptis, sub debita et iurata dominis
fidelitate requisiti, ego, ait comes *Per-
tholdus de Andechs*, *utriusque uideli-
cet episcopi et marchionis petitione tibi,
comes Pertholde de Pogen, delegavi hoc
praedium Ratisponae in expeditionem re-
giam profecturus, Richerspergensis eccle-
siae delegandum, ad petitionem praepositi
eiusdem ecclesiae, uel fratrum. Et ecce
adest idem praepositus cum fratribus, pe-
tens eandem delegationem fieri ecclesiae
suae, quod et tu, solua fide tua, non po-
tes renuere.* Huiuscemodi admoni-
tione recognita, ipse comes *Pertholdus
de Pogen* fidem suam exsoluens, para-
tum se ostendit facere, quod iure peteba-
tur. Igitur prolatis in medium reli-
quis sanctorum, ad coenobium *Richer-
sperspergensis* pertinentibus, assurrexit ipse
dux et principes illic praesentes, in ue-
nerationem reliquiarum, ad perficien-
dum coeptum negotium. Tunc in-
terrogatus est iam dictus praepositus,
quis deberet esse aduocatus huius praedii
coenobio delegandi. At ille, secun-
dum quod praedictauerat et disposu-
erat archiepiscopus *Eberhardus Salz-
burgensis* in literis suis ipsi duci missis,
quarum textus in subsequenti inue-
nitur; ipsum dominum ducem elegit
aduocatum susceptorem pariterque turo-
rem fieri delegationis huius. Qui et
ipsam delegationem per manum praedi-
cti comitis factam super reliquias una
cum praeposito suscepit, iure aduoca-
ti, et assensu principum confirmauit,
subiuncta interrogatione trina; utrum

Anam esset aliquis contradicens. Ne-
mine igitur contradicente, ab ipso du-
ce ac praeposito per aurem attracti sunt
plurimi testes, e quibus praecipuos
conscripsimus, quorum nomina sunt
haec: comes *Pertholdus de Andechs*,
comes *Pertholdus de Pogen*, per cuius
manum delegatio facta fuit; comes *Ge-
behardus Hallensis*, praefectus urbis
B*Ratisponensis* *Heinricus* et frater eius
Otto, comes *Chuonradus de Ronegen*,
comes *Godefridus de Roumesperg* (hu-
no de *Megeking*, *Heinricus de Strouffe*,
Pilgrimus de Vuotmutisach, et frater
eius *Pertholdus*, *Eberhart de Frechen-
dorf*, *Pertholdus de Toumbrun*, *Aeri-
bo de Biburg*, *Roupreth* qui dicitur
Vuolf, *Heinricus de Vuida*. Ita praedi-
cium *Munstuer*, pro quo multum labo-
rauit *Richerspergensis* ecclesia, ab ec-
clesia *Babenbergensi* mutuatum per le-
gitimum concambium, sigillato priuile-
gio *Babenbergensis* episcopi *Eberhardi*
antea etiam firmatum, tandem hac no-
uissima et finali delegatione firmatum
est ecclesiae *Salzburgensi* et coenobio
Richerspergensis.

D Exemplar literarum archiepiscopi
Eberhardi ad dominum ducem missa-
rum supra dictum est: **EBERHARDVS**
DEI gratia Salzburgensis ecclesiae ar-
chiepiscopus, glorioso et uictorioso Bauua-
riorum et Saxonum duci Heinrico since-
ram dilectionem et omne bonum. Quia
ducibus tanquam a DEO missis ad un-
dictam* malorum, laudem uero bonorum;
E hoc debet ecclesia, ut pro eorum salute di-
uinam elementiam iugiter exoret, conue-
niens est, ut et ipsi pro pace ac defensione
fidelium sanctae **DEI** ecclesiae laborent:
unde, rogamus nobilitatem uestram, in ea
fiducia, qua uobis ecclesia *Salzburgensis*
confidit, ut *Richerspergensis* coenobium,
quod, quantum attinet ad possessionem le-
gitimam, cum omnibus, quae ad ipsum per-
tinent, nostri est iuris et quantum ad
regimen seculare, uestram cellitu-
dinem respicit, specialiter habeatis
pietati ac principatus uestro commenda-
tum, iure uestro contra iniuriosos defen-
dendum et manu tenendum: dilectum quo-
que fratrem nostrum *Gerhobum*, eiusdem
coenobii praepositum, tum pro nostri di-
lectione, tum pro beatae memoriae patris
uestri *H. ducis*, cui praepositus idem fide-
lis et familiaris extitit, ut pluribus uest-
rorum est notum: nos tanquam pater-
nae pietatis haeres in eadem gratia foue-
atis et manu teneatis, in qua eum pater
uester habuit: et ubicunque uel eius per-
sona, uel praedicta congregatio uestrae
defensionis indiget solatio et auxilio con-
tra iniquorum uolentias, uos eius tute-
lae secundum iustitiam dignemini prouide-
re. Atque hoc ipsum iucinis eius, quos
(T) ipse

*Boioariae hic
posthabetur
Saxonia. Ali-
ter supra 269.*

** malefacto-
rum. 1 Par. 2.*

*Principes Bo-
ioariae ducis
cum uasalli.*

*Dux Boioa-
riae aduoca-
tus.*

ipse nobis designauerit, attentius commen-
dare curetis, ut iam dictum coenobium ue-
strae defensionem per, nos commissum causa
DEI et uestri tueantur, contra omnes
uolentias iniquas. Porro si quis aduer-
sus ipsum coenobium uel habet, uel habe-
bit querelam, uestrae sit potestatis tam
ex iure uestro, quam ex commissio nostro
causam uentilare, ac secundum iustitiam
terminare, saluo iure aduocatorum super
eiusdem coenobii praedia per nos consti-
tutorum, semoto iniquo grauamine ac
nomine subaduocatorum tam spiritali
quam seculari iudicio abiudicatorum, nisi
quantum admittuntur ex consensu eorum,
qui ecclesis praesident. Quibus et si fu-
erint importuni, uel iniuriosi, eorundem
petitiones debent submoueri: quia uocati
sunt ad istam subaduocatae procuratio-
nem non per ius beneficii, sed per conuen-
tionem gratuiti beneplaciti. Atque ut
haec nostra commendatio nulla dubietate
uacillet, sed memoriale certum uobis ue-
strisque in ducatu successoribus perseue-
ret, chartam hanc inde conscriptam, et
sigillo nostro communitam, in praedicto
coenobio conseruari praecipimus.

Priuilegium
de aduocata.

Tunc ipse dux dedit ecclesiae Ri-
cherfpergensis priuilegium de ipsa aduo-
cacia tale:

In nomine patris et Filii et spiritus
sancti. Ego HEINRICVS dux Bauua-
riae simulque Saxoniae, a uenerabili ar-
chiepiscopo Salzburgenfi uocatus in aduo-
cacia praedii, quod dicitur Munstuer,
mutuari ab ecclesia Babenbergensi, cum
suis appendiciis, in priuilegio Babenber-
gensis Episcopi comprehensis et in posses-
sionem Richerspergensium fratrum legiti-
ma delegatione iure aduocati susceptis,
confirmo isto praesenti scripto, ut haec ipsa,
quam suscepi, aduocacia semper ab ini-
quis grauaminibus libera permaneat,
nullus ibi, uel ex parte mea, uel mihi
succedentium statuatur, uel exigat sibi a
colonis tribuendum, uel quoquomodo in
usus suos redigendum, praeter tertios
bannos, iuxta consuetudinem antiquam
aduocatis perfoluendos. Nam duo per-
tinent ad ecclesiae satisfactionem pro da-
mnis illatis emendandis. Et quia eccle-
sia in emendatione damnorum non quaerit
nisi simplum sibi restitui, quod tamen
leges imperiales in duplum uel amplius
iubent reddi. Si quis malefactorum in
praedio sub hac aduocacia comprehenso,
dammum fecerit, et sine auxilio aduocati,
uel eius missi, non poterit ad emendatio-
nem prouocari, uel coarctari, damnum
simplum praeposito restituat: quod uero
insuper ad compositionem illatae iniuriae
requirendum iure iudicabitur, aduocato
uel eius missi in usum suum perueniat.
Quia dignus est operarius mercede sua.
Quaquam nos in hac aduocacia praeci-

que ac solummodo caeleste requiramus
praemium, nostrisque successoribus re-
quirendum statuamus. Annectimus
praeterea, ut nulli subaduocato, uel
qualicumque principalis aduocati missi,
haec aduocacia beneficii concedatur
iure, sed ita ei, cui praeposito postula-
uerit, commendetur, ut eodem uel con-
gregatione postulante ualeat submoueri.
B Sitamen constiterit, eum esse inutilem,
aut damnosum, et hoc secundo ac tertio
commonitus emendare neglexerit, is au-
tem, et quod ipse non poterit emendare,
ad nostram uel successoris nostri perso-
nam referre debet, qui ex officio ducatus
pariterque aduocatae non sine can-
sa gladium portamus. Ne autem nostra
haec institutio in posterum ualeat immi-
nui, aut mutari, nostro eam sigillo robo-
ratam successoris temporibus in coenobio
Richerspergensis uolumus conseruari.

Circa finem quoque istius anni
MCLXII in mente Nouembri idem
impertator iterum curiam generalem
congregauit apud Bisuntium. Et quia
Alexander iterum illuc ab imperatore
inuitatus non uenit, nec legatum mi-
sit, ipse imperator Victorem cum epi-
scopis et principibus ibi praesentibus
et tibi consentientibus ibidem secun-
do sua potentia confirmauit.

Anno MCLXIII. Alexander Turonis
synodum celebrem quingentorum pa-
trum in eum consentientium celebra-
uit, qui patres ex multis regnis con-
uenerant: ex regno Teutonico nullus.

E Imperator quoque ipso anno ma-
gnam et iustam uindictam exercuit apud
Mogonciam, destructo penitus muro in
circuitu urbis, subuersis etiam domibus
quam plurimis ciuium, propter inter-
fectum episcopum eiusdem loci, quem
ipsi Mogoncienses fugientem in mona-
sterium sancti Iacobi, quod est foris
muros urbis, inde abstractum ignomi-
niosissime occiderunt, concremato
prius propter ipsum eodem monaste-
rio, pro quibusdam causis, quas ad-
uersus eum habebant. Priuauit et iure
propriae haereditatis in perpetuum,
cum omni posteritate sua, et morti praed-
amnauit omnes, qui auctores erant in
nece ipsius episcopi.

Eberhardus archiepiscopus Salzbur-
gensis secunda uice apud Mogonciam
occurrit imperatori, cum Harthmanno
Brixinensi episcopo, et ambo honorifice
suscepti sunt, et ab ipso imperatore,
et a nouiter electo eiusdem urbis do-
mno Chuomrado, fratre palatini comi-
tis, Salzburgenfi ecclesiae prius cano-
nico, dispositisque his, pro quibus ue-
nerant, ambo cum pace et honore ac
laude ab imperatore dimissi sunt, utpo-
te et honorati homines.

Anno

Comitia Bi-
suntina.

Synodus Tu-
ronensis.

Est Arnoldus
de quo Serar.
lib. 50. Mo-
gunciacar.
rerum.

Moguntia
poenas soluit.

Anno MCLXIV.

Domnus *Victor* defunctus est, et apud ciuitatem *Lucam* sepultus. In cuius locum successit *Guuido* Cremenensis cardin. ex consensu imperatoris et episcoporum ac principum, qui illi parti fauebant. Hunc consecrauit Leodicensis episcopus sine episcopis cardinalibus, et sine omnibus legitimis ordinatoribus, quos Romanum pontificem ordinare conueniebat. Ab ipsis primis temporibus christianitatis usque ad haec tempora solus iste nouo et insolito more ac ordinatore consecratus est, quem et *Paschalem* dixerunt. Ipse autem Leodicensis episcopus ipso anno, non longam post moram, DEI iudicio mortuus est.

Paschalis
papa insolito
more consecratus.

Eodem quoque anno sanctae memoriae *Eberhardus*, Salzburgenensis archiepiscopus, feliciter migravit ad dominum, apud *Rouna* coenobium x. Kal. Iulii. Corpus eius ad episcopalem sedem delatum, cum luctu omnium, honorabiliter tamen in monasterio 111. Kal. eiusdem mensis est humatum. In cuius locum successit domnus *Chuonradus* Patauiensis episcopus, ab omni clero et populo unanimiter electus cum gaudio omnium, *ea cautione, ut cum Alexandro staret*, sicut praedecessor suus, Qui statim in mense Septembri ad imperatorem fratrualem suum, pro regalibus ab eo suscipiendis, Papiam profectus est, cum prosecutione literarum episcoporum suffraganeorum.

Conrado archiepiscopus Salisburg condicionaliter electo

ab imperatore inuestitura denegatur.

Quo perueniens cum benigne ab imperatore susceptus esset, post multa, quae ibi ab imperatore in secreto et in publico dicta sunt, quae et scripto comprehensa sunt a praeposito Richerspergeni, qui cum episcopo uenerat illuc, qualiter scilicet eum imperator ad habendum papam *Paschalem* prouocauerit, quem ipse tanquam catholicum catholici successorem modis omnibus commendabat, seque effecturum in breui, ut omnes eum reciperent, minabatur: Sed electus episcopus ad partem illam nullo modo flecti poterat. Tandem *sine regalibus*, cum gratia tamen et pace, ab imperatore dimissus est.

Synodus Franciae propter controuersias theolog.

Ipso anno cum per totam Franciam multae et uariae sententiae haberentur, de fide inter magistros Francigenas, *Alexander* papa, conuocatis in unum scholasticis et quibusque literatis, in ipsa uigilia natiuitatis domini, usque ad tria, ut fertur, millia uel ultra, cum assentientibus sibi dominis cardinalibus, condemnauit et omnino interdixit omnes tropos et indisciplinatas quaestiones in theologia, Parisiensique episcopo sub obedientia praecepit, ut per totam Franciam eas compesceret. Sententia autem de gloria hominis in

A DEV M assumpti, et in DEV M nati approbata est ibi coram papa ac roborata, conscriptis inde centum quinquaginta et eo amplius auctoritatibus.

In fine ipsius anni felicitis memoriae *Hartmannus* Brixinensis episcopus canonicae uitae ex hac uita ad aeterna migravit x. Kal. Ianuarii.

Hartmannus
episcopus Brixinensis.

Anno MCLXX. *Otakarus* marchio *de Stira* mortuus est 11. Kal. Ian. in *Vngaria*, in loco qui *quinque ecclesiensis* dicitur, dum esset in uia, qua ad sepulcrum domini proficerebatur.

Otakarus
marchio de Stira.

Ipso anno in diebus Martii mensis, tempore quadragesimali allatum est *pallium* electo episcopo Salzburgeni *Chuonrado*, ab *Alexandro* adhuc in Francia manente, per legatos eiusdem papae abbatem quendam, et per nuncios episcopi uidelicet Romanum praepositum.

Pallium allatum archiepiscopi Salisburg.

In proximo mense Maio eiusdem anni, in diebus pentecostes, quod euenerat tunc in x. Kal. Iulii, imperator *curiam* celebrauit in ciuitate *Vuirziburgensi*, quae etiam *Herbipolis* dicitur, ubi episcopi & electi fere numero xl. de regno *Teutonico* iurauerunt obedientiam *Paschali* et eius successoribus, ipso imperatore primum et ante omnes iurante id ipsum super euangelia et reliquias: postea episcopis et inde omnibus regni principibus, qui praesentes aderant. Postea autem multi episcopi et principes, qui ibi non aderant, idem iurauerunt. Tenor autem iuramenti hic erat,

comitia Herbipolensis.

ut uidelicet decedente *Paschali* nullum papam reciperent, nisi unum de ipsius fautoribus aliquem. Et ut obeunte imperatore, nullus in regem aut imperatorem leuaretur, nisi qui illam partem defenderet, et manuteneret contra Romanam ecclesiam. Et, ut episcopi, qui iurarent, idem iuramentum ab omnibus suis praelatis et subditis exigerent: et quicumque non iuraret, omni ecclesiastico honore et beneficio, postremo et omnibus bonis et possessionibus priuaretur. Ibi etiam praecipiente imperatore, quidam electi sub hoc iuramento consecrati sunt in episcopos, et alii in presbyteros, et ad alios ordines ordinati ab his, qui etiam iurauerant.

Iuramentum papae praestitum ab ordinibus Teuton.

Electus *Mogonciensis* dominus *Chuonradus*, qui ante obedientiam facerat per se *Alexandro*, dum iret ad limina *S. Iacobi*, solus fere nocte de curia fugiens propter iuramentum, uenit in Franciam ad *Alexandrum*, et ibi exulabat.

Moguntinensis fugit ad *Alexandrum* papam.

In proximo mense Iulio imperator uenit in partes *Bauariae*, et *Patauiam* uenit 111. Kal. eiusdem mensis, quando episcopus eiusdem loci omnes fere praelatos eiusdem episcopatus propter

(T) 2

prae-

praesentiam imperatoris iurare coegit et deinceps cogere disposuerat. Et a Patauia per Danubium nauali itinere partes orientis intrans, *Vuiennam* uenit, ubi fere xlv. diebus mansit. Ibi electus Ratisponensis iurauit, et dux Austriae *Heinricus*, patruus imperatoris et alii principes.

*Alexander
papa Romae
suscipitur.*

Eodem anno 111. Idus Nouemb. Alexander a Francia nauali itinere ueniens, Romanam urbem primum ingressus est, cum omnibus cardinalibus suis, et in sede B. Petri fedit, suscipientibus eum omnibus Romanis cum laude et gloria. Paschali *Viserbii* constituto. Electus quoque *Mogonciensis* statim in natale domini in diebus quatuor temporum, id est xv. Kal. Ian. consecratus est Romae, ab ipso Alexandro, in presbyterum et archiepiscopum ad ecclesiam suam Mogonciensem.

** MS. Biter-
sis.*

Tunc etiam mortuus est dominus *Ruodbertus* presbyter et decanus Patauiensis ecclesiae, in nonis Nouemb. Hic post episcopum Chuonradum electus quidem fuit, senex ualde ac plenus dierum: sed in proxima curia imperatoris uidelicet *Vuirzburgensis* simul cum aliis episcopis iurauerat, ubi etiam sine licentia et absque uoluntate et consensu metropolitani sui in episcopum consecratus erat. Ipse etiam suos praelatos modis omnibus iurare coegerat. Unde pauci facti sunt dies episcopatus eius. Post hunc dominus *Alben* praepositus, diaconus autem eiusdem Patauiensis ecclesiae electus est in 111. Idus Nouemb.

*Arnoldi pres-
byteri obitus
memorabilis.*

Anno mclxvi. pie memoriae *Arnoldus* presbyter et canonicus Richerpurgensis ecclesiae et consanguineus praepositi eiusdem loci domini *Gerhobi* obiit feliciter Kal. Febr. Qui qualiter obierit, necessarium duximus annotare et significare, ut ex multarum personarum facierum gratiae agantur DEO, et orationes fiant ab ecclesia ad DEVM pro eo. Non enim putauimus silentio tegendum, quod multis credimus profuturum. Quae enim circa eum in nouissimis suis dicta uel acta sunt, non solum propter ipsum, sed et propter nostram in tribulatione consolationem, et in tentatione liberationem, per angelorum malorum immisionem, et per bonorum subuentionem, ut fides nostra et spes firma sit in DEO patre nostro, et domino Iesu Christo, cuius sacrosancta passio et obedientia, sanctaeque eius genitricis semper uirginis *MARIAE* pro nobis intercessio, sola nobis redemptio et peccatorum remissio. Coepit idem praedictus presbyter hebdomada proxima ante natale domini infirmari, et lentis quidem, sed iugibus aestuare febribus, et miro quodam modo contabescere et

marcescere, et carnis artubus in dies fatiscere. Qui et saepius requisitus de sua ualetudine respondebat laeta uoce et facie, bene me habeo, nihil doleo: debilis quidem sum, sed dolorem nunquam sentio, sic dicens et iacens, cibum uel potum raro capiebat, rarissime cupiebat: semper ut moris ei erat, mitis ac mansuetus, semper placidus et quietus. Denique proxima die ante obitum suum, conuocatis in unum fratribus, commendauit animam suam singulorum orationibus et manibus. Sciebat iam tertia die instare diem purificationis sanctae *MARIAE*, praepotauit sepulturam suam, et praerogauit fieri in eius solennitate. Quod et ita factum est. Post uigilias itaque matutinas ante diluculum exterritus est, aperti sunt oculi eius, uiditque assistere diabolum et satellites eius: uenitque super eum timor et tremor, coepitque clamare fortiter et dicere ad uigiles, qui circa eum erant: *Ecce, ecce, domus ista plena est daemonibus. Nunquid non uidetis eos? Isti, isti sunt, qui pulsati sunt de coelestibus.* Accepta statim cruce in manibus opposuit eam undique quasi clypeum ignitum nequitias spiritualibus, daemones fugans, semetipsum semper consignans, crucifixum semper adorans, semper deosculans, fratribus interim psallentibus et orantibus ac trementibus, et quasi cum eo agonizantibus, quia terribilis erat locus ille. Sed confortauit eos ipse dicens: *Ecce isti nunquam audent inspicere crucem domini, uel imaginem crucifixi. Psallite, inquit, psallite, dicite semper Dominicam orationem, pater noster, dicite symbolum. Credo in DEVM. Credo in unum DEVM. Nihil fortius, nihil efficacius contra diabolum. Inuocate S. *MARIAM*. Ipsa debet mihi impetrare ueniam. Quod et illis facientibus cum tremore, *Ubi sunt, inquit, plures? ubi fratres? ubi sorores? Necessarii sunt multi intercessores. Vidi apostolorum imagines quasi lucernas et lampades in nocte resurgentes. Implorate mihi sanctam *MARIAM*. *MARIA illa mihi impetrabit ueniam.* Fratribus autem post multam, quam dixerant, psalmodiam et hymnodiam, incipientibus letaniam, postquam nominauerant sanctam *DEI* genitricem semper uirginem, ordine consueto uolebant procedere ad ordines angelorum; sed ipse agonizans uehementer, retraxit et quasi nolentes reuocabat eos ad nomen gloriose uirginis perpetuae *DEI* genitricis *MARIAE*, ipsique coacti sancta agonizantis importunitate, ad nomen sanctum commemorandum retracti fuerunt, quod et saepissime replicaerunt: nec tamen ille potuit fatiari sacri**

no-

nominis frequentatione multifaria, sed A quasi esuriens et sitiens illud inculcabat, et in clamabat illis MARIA, MARIA. Nempe femiuuius ipse iacensque medius inter uiuos et mortuos, praesentialiter aspexit hinc angelos bonos, et inde angelos malos: hinc sacros homines, hinc execrabiles daemones: hinc accusantes, hinc defendentes: et erat eiustota et sola fiducia in domino, et B in sancta DEI genitrice MARIA. Dixitque, *accusate modo, accusate modo. Ego quoque accusaui: ego quoque accusaui.* Quod ipsi acceperunt, ac si diceret, in quibus accusatus sum, haec omnia DEO confessus sum, et tanquam iustus in principio accusaui memetipsum. Inter haec adiecit. *Si dixerit s. MARIA solummodo unum uerbum, fiet mihi secundum uerbum eius remissio et salus.* Iterumque apparentem sibi diabolum, furem clamans, abire iussit, ualido clamore inuectus in eum, intendens contra ipsum sacrosanctae crucis uexillum dicens: *Tu fur, tu fur, uade, uade.* Iamque dies aderat: et ipse, quantum poterat MARIAM, MARIAM semper replicans nominabat: coepitque laetior et quali subridens apparere et, manu praetenta, quasi praecentoris fungens officio, incipit psalmum; *Laetatus sum in his, quae dicta sunt mihi:* intenoque ad nos uultu et ad crucifixum digito, ait alacriter: *Ecce hic salus, ecce hic redemption nostra.* Et post pauca, *o obedientia.* Post aliqua. *O quantam, o quam inenarrabilem uideo gloriam. Nihil sunt haec, nihil sunt haec temporalia:* et quieto statim corpore et ipiritu, intulit, *sancta MARIA obtinuit mihi gratiam.* Et mox, quasi post luctam respirauit. Post modicum, quasi uocanti se alicui ut ueniret, ipse subito erecto capite et palmis utrisque quasi uolens et non ualens abire, quod solum potuit, ualide respondit: *Non possum ire, non possum exire:* statimque decidit et siluit. Post pusillum, circa ortum solis, reddidit domino spiritum, qui dedit illum, pridie salutari hostia faginatus, prius quoque ante dies aliquos oleo sancto inunctus, in confessione domini defunctus est; lectis prius coram eo quatuor euangelis et multis psalmis, ipso inchoante, caeteris respondentibus ad nutum et C dispositionem ipsius. Sic et sic non amissimus hunc bonae memoriae presbyterum, sed praemisimus. Iuri enim sumus et nos, et princeps huius mundi, nisi DEVS auertat, uenturus est ad nos. Nam et hoc presbyter ille in agonia sua non omisit dicere: quod hostes maligni ad nos quoque essent uenturi. Nec mirum. Nam et dominus de se dixit: *Venis enim princeps mundi huius et in me*

Psal. 121.

Iohn 14.

non habet quidquam. Praestet ipse dominus, ut si ad nos quoque idem malignus ueniat, nihil suum in nobis inueniat. Quod ut fiat, sicut monet dominus, uigilemus et oremus, ne intremus in tentationem.

Non multo post ipso anno, imperator rursus celebrauit curiam in partibus Bauariae apud *Loufen*, 14. Kal. April. in tertia hebdomada quadragesimae. Cumque iterum archiepiscopus, qui in uicino erat, nullo modo posset inclinari ad partem et uoluntatem imperatoris, per fratrem suum, ducem *Austriae Henricum*, et alios principes, qui internuncii erant, imperator statim, quasi ex iusta sententia, et *iudicio principum inbeneficiauit laicis omnes possessiones ejusdem episcopatus*, simul cum decimis, quae ad ius pertinebant archiepiscopi, omnibus, quotquot parati erant ad accipiendum. Proscripsit et etiam persecutioni exposuit omnia coenobia, quae erant in eodem episcopatu, uel quae iure fundi eo pertinebant, simul cum praelatis et omnibus possessionibus suis, tanquam qui sui essent proscripsi et excommunicati Paschalis. Et initium malorum sequentium haec. Ex in toto illo anno incendiis ac rapinis, alternisque obsidionibus, quasi ex praeccepto, aut pro uoluntate imperatoris idem episcopatus ex magna parte uastatus est, militibus tamen archiepiscopi se contra uiolentias iniquorum hominum fortiter et uiriliter opponentibus.

Ipso anno *Henricus* filius *Erchenberii de petra* quondam dicti, ueniens ab *augusta*, ubi imperator parabat se ad expeditionem in Longobardiam, cum exercitu 17. Kal. Nouemb. inuasit uiolenter praedium ecclesiae *Richerspergensis*, quod dicitur *Monstuer*, 6. Kal. Nouemb. quasi ex permisso et licentia ipsius imperatoris, et eiecit colonos ipsius praedii, suosque ibi locauit, comminatus uastationem praediorum totius ecclesiae *Richerspergensis*, ac ipsius loci, si quis eum prohiberet ab incepto.

Perlata tamen est querimonia tam iniuriosae inuasionis a fratribus ad episcopum *Babenbergensis* ecclesiae, a qua uidelicet ecclesia idem praedium per legitimum concambium mutuatum fuerat ad ecclesiam *Richerspergensis*, concessione ipsius episcopi, ut supra plene comprehensum est, et ad ducem *Bauariae* et *Saxoniae Henricum*, aduocatum ipsius praedii. Qui, quoniam occupatus erat publicis bellis cum *Saxonibus*, misit literas ipsis fratribus, quarum textus hic erat: *Henricus, DEI gratia Bauarorum et Saxonum*

(T) 3

dux,

Comitia alie-
ra Bauariae.Monstuer in-
uasum.

dux, conuentui fratrum in Richersperg. A salutem et dilectionem. De reformatione praepositi uestri gratiae domini imperatoris, sicut scitis, ad praesens nihil agere possumus: quoniam circa ipsum non sumus. Porro de praedio quod filius Erchenberti de lapide uobis aufert, hoc statuimus: ut dilectus nepos noster Otto maior, palatinus comes, studiose se intromittat, et in bonis uestris iustitiam plenam uobis faciat. Si autem ipse terminare non poterit, secundum quod uidebitur conuentui honestum et utile, post introitum nostrum ad uos in propria persona libenter adueniemus, et omnem emendationem, quam desiderat anima uestra, uobis procul dubio exhiberi faciemus. Quoniam uos intime diligimus, et commoditatem uestram, modis, quibus possumus semper promouere desideramus. Caeterum rogamus uos, quatenus nos in orationibus uestris attentius commendatum habeatis.

Palatino comiti delegatur a dace in iurisdictione.

Bambergensis episcopi litterae ad abbatem Alderspach.

Eberhardus DEI gratia Babenbergensis episcopus, uenerabili fratri S. abbati de Alderspach salutem et fraternam dilectionem. Corripite ex parte nostra duriter Henricum de Poumgarten, et dicite ei, quod multum male se gessit, inquietando fratres de Richersperg, et talem rem operatus est, unde uerisimile est, quod omnem honorem suum perditurus sit. Quapropter diligenter commoneat eum, ut factum sine dilatione corrigere non negligat, et praedictos fratres in pace dimittat usque ad aduentum nostrum. Quia ante natale domini ad partes illas uenire, et pro honore suo causam terminare decreuimus. Quod si noluerit, quidquid ei mali postmodum exinde euenerit, nos sine culpa esse uolumus.

Anno MCLXVII. Felicis memoriae Marquardus Niuenburgensis praepositus obiit, III. non. Ianuarii. Germanus praepositi Richerspergensis; domini Gerhohi.

Incendia Richerspergensia.

Locus Salzburgensis simul cum claustris et monasterio canonicorum combustus est nocturno igne nonis Aprilis.

Locus Richerspergensis et uicina praedia eiusdem ecclesiae nocturno igne deuastata et concremata sunt hostiliter tribus uicibus, id est, xv. Kal. et vii. Kal. Maii atque idus Maii. Postea composita est pax utrinque per episcopum Babenbergensem et episcopum Patauiensem, ad iv. idus Iulii, usque ad proximum natale.

Duringus presbyter et canonicus et custos Richerspergensis, ecclesiae obiit III. non. Augusti.

Eodem anno in diebus mensis Iunii imperator, in Longobardia constitutus, praemisit Romam quosdam principes, qui in comitatu suo erant, ad infestandos, quoquo modo possent, ciues Romanos, qui partibus Alexandri papae fauebant. Qui pergentes non procul ab ipsa ciuitate cum suis confederunt.

Alexandri papae sectatores infestantur.

Erat autem dux eorum cancellarius imperatoris, nomine *Christan*, quem ipse imperator superposuerat domno *Chunrado* Mogonciensi archiepiscopo catholico. Romani uero paucitatem hostium uidentes, et de absentia imperatoris audaciam capientes, constituerunt diem publicae congregationis cum eis. Constituta itaque die armati egressi, non procul ab urbe audacter pugnam iniierunt cum aduersariis, qui tamen multo pauciores erant; sed ita grauer superati sunt, cancellario signum suum praeferente et facies eorum uiriliter irrumpe. Ut de magna multitudine, quam habuisse ferebantur, etiam usque ad xl. millia paucissimi euaserint, qui non aut occisi, aut captiuati fuerint.

Quod factum, ubi imperator cognouit, qui tunc in obsidione cuiusdam castelli erat, per octo fere diaetas statim uenit cum omni exercitu, et castra sua iuxta ciuitatem Romanam collocauit, incipiente iam mense Augusto. Accidit autem, ut per quasdam uiles personas, omnia quae erant circa monasterium S. Petri concremarentur, cum aliquanta parte eiusdem ecclesiae, id est, monasterio S. MARIAE: quod tamen sine iussu imperatoris factum est, per uiles, ut dictum est, personas. Qui, cum ubique discurrerent, et omnia uacua et sine habitatoribus inuenissent, ignem moenibus apposuerunt. Nullo igitur eis ibi resistente; quia omnes se infra Lateranum, et in aliis munitionibus receperant, monasterium S. Petri, quod adhuc a quibusdam custodibus tuebatur, armata manu aggressi, iussu imperatoris, occisis aliquantis, qui desuper illud defendebant, et reliquis in deditioem acceptis, effregerunt. Nec mora. Vocatur *Paschalis*, qui usque tunc *Viterbii* constitutus erat: et ueniens cum multa

S. Petri monasterium crematur.

ambitione, ab omni exercitu cum infinitis laudibus excipitur et salutatur: et ab imperatore cum episcopis et principibus, qui aderant, in ecclesia S. Petri inthronizatur. Et postea, iubente imperatore, quosdam electos in episcopos consecrauit. Reginam quoque coniugem ipsius imperatoris cum ingenti gaudio et exultatione omnium imperatricem consecrauit xviii. Kal. Septemb. Sed gaudium eorum conuersum est in luctum. Nam tertia die post

**Piterbis MS.*

ordinationem imperatricis, inopinatae curiae expoſtularet, admiſſus non eſt. Incubuit eis peſtilentia faeuiffima; ex qua totus exercitus ita grauiter coepit uehari, ut in breui ſpatio, magis ac magis ingraueſcente peſtilentia, totus fere conſumptus perierit. Sicque imperator, amillo exercitu, cum ſuo papa Roma diſcedere compulſus eſt. * Epifcopi nominatiſſimi ibidem tunc ordinati, duces, comites et principes praecipui, qui in exercitu erant, illa peſtilentia perierunt, cum magna multitudine nobilium.

* Archiepiſcopus Colonienſis Reinoldus electus Ratiſponenſis Daniel epifcopus Pragenſis. Dux Fredericus de Roſenburg, filius regis Chuonradus di. Vuelſo iunior filius ducis Vuelſonis comes Perengerus de Sulzbach.

Mediolanenſes quoque ipſo anno contra uoluntatem imperatoris reedificare coeperunt Mediolanum.

Anno MCLXVIII. Chuonradus Salzburchenſis archiepiſcopus poſt multa grauamina, quae paſſus eſt a fratrueluo imperatore Frederico, ob deſenſionem ſanctae eccleſiae et poſt plurimas infeſtationes iniquorum hominum contra eum et eccleſiam ſuam, pro iuſſu et uoluntate imperatoris ſaeuientium, tandem, adiutorio DEI eiusque nobili prouidentia ac induſtria, ſopitis omnibus maioribus et minoribus, qui aduerſum eum arma tulerant, et in gratiam receptis, ab excommunicatione quoque, qua eos alligauerat, abſolutis, ipſe dolore calculi laborans, feliciter obiit, iv. Kal. Octob. apud coenobium Admuntenſe, ibique ſepultus eſt, iuxta petitionem eius.

Adalbertus archiepiſc. Salzb.

Tunc communi electione cleri, et miniſterialium totiusque plebis electus eſt in locum eius ſororius eiusdem epifcopi, filius regis Boemorum, Adalbertus nomine, diaconus adoleſcens et in die feſtiuitatis omnium ſanctorum, in cathedrali eccleſia, cum gaudio omnium inthronizatus eſt.

Anno MCLXIX. Adalbertus Salzburchenſis electus conſecratus eſt in preſbyterum et archiepiſcopum, in quadrageſima in idibus Martii ab Vdalrico patriarcha Aquilegenſi. Non multo poſt etiam pallium allatum eſt ei ab Alexandro papa.

Comitia Bambergienſia.

Imperator celebrauit curiam generalem et ualde celebrem apud Babenberg, in diebus pentecoſtes, quod euenerat tunc, in vi. idus Iunii, cui interfuerunt legati, quos dixerunt cardinales illius, quem poſt mortem Guuidonis Cremonenſis illa pars ſibi quaſi in papam elegerant. Vbi ex conſenſu et collaudatione omnium principum, qui aderant, imperator filium ſuum in regem electum et coronatum, poſt ſe regnare firmavit.

Henricus VI. Rex Rom. creatur.

Archiepiſcopus Salzburchenſis, antea ab imperatore uocatus, cum ueniſſet illuc cum patre ſuo rege Boemorum, et praefentiam imperatoris, et audientiam

Adalbertus archiep. propter Salzb. imperatoris odium

Iam enim imperator firmauerat faciem ſuam aduerſum eccleſiam Salzburchenſem; et ut exequeretur, quod diu mente conceperat, uenit in partes Bauariae, et ſic Salzburg in principio menſis Auguſti, propoſitum habens uafare et diſſipare totum epifcopatum, ſi quis reſtituſſet. Archiepiſcopus autem perſuaſus a principibus, maxime uero a duce Auſtriae auunculo ſuo, ut pro tempore cederet, quia dies mali eſſent: penſantes nimirum periculum et damnum, quod immineret clauſtris et aliis eccleſiis, ſi imperator in incepto perſiſteret. Tunc dedit ſe in gratiam imperatoris et reſignauit ipſum epifcopatum et omnia regalia in gratiam eius, praefentibus principibus: Sicque imperator toto epifcopio Salzburchenſi pro uelle ſuo potius eſt.

praefulatu ſe abdicat.

Eadem anno obiit ſanctae memoriae magiſter Gerhobus, in ſenectute bona v. Kal. Iulij, poſtquam ſtrenue et fideliter praefuiſſet caenobio Richerſpergenſi paulo minus quam xxxviii. annis. Qui quoniam in modico fidelis inuentus eſt, fideliter talentum ſibi a domino creditum erogando, ſuper multa conſtitutus, non dubitatur iam ingreſſus in gaudium domini ſui, expletis annis uitae ſuae LXXVI. Indiſt. II. atque ſacerdotii ſui XLIII. Hic praedicandus pater ab ipſo puerili aeuo ſecutus dominum memoratur. Cum enim explicato parentum literis diſcendis applicatus fuiſſet in domo paterna, ſeu patria, quae Pollinga dicebatur; omnes coaeuulos ſuos uiuacitate ingenioli ac tenacitate memoriae uiſus eſt tranſcendere: cum tamen alias in his, quae a pueris pueritia geri ſolent, caeteris ſimplicior, ac doli incapacior inueniretur. Inde et lineam ſui generis factis et dictis ſuo in tempore extulit: bibens iam in pueritia, quod ructuauit poſtea. Hinc cum xvi. eſſet annorum, percuffusque eſſet plaga et dolore importabili, pueri Ioseph imitator eſt factus, pudore bono repletus. Nam ſanatus ab eadem infirmitate, ſtatim ad propoſitum caſtitaſis mentem aptauit, totusque ex tunc ſcholasticis exercitamentis inſeruiuit, in ciuitate Frinſinga ſimul et Moſeburg. Poſtea factus iam adoleſcens ac fatiſ honeste inſtructus, in Saxoniam, in locum, qui Hildensheim dicitur, ad ſcholas iter conuertit: ubi conſummatis in ſtudio tribus annis in patriam remeauit.

Gerhobus praepos. Richerſp. obiit.

eius acta inueniuntur.

Eo tempore in ciuitate Auguſta ſcholae principales magiſtro uacabant. Igitur ad illud officium aduocatus et aſſumptus eſt, malas iam habens mediocri barba ſuffuſas, uultu decorus, ſicut et in

et officia

in omni uita sua fuit moribus composi-
tus, unde et ab omnibus amabatur, ma-
xime autem eiusdem ecclesiae episco-
po, nomine *Hermanno*, gratus erat et
ualde acceptus: propter quod et eum
canonicum eiusdem ecclesiae, cum una-
nimi fratrum assensu instituit. Erat
illo in tempore magna discordia inter
regnum et sacerdotium, sub *Heimrico* iu-
niore, imperatore quinto. Qua sedata
tandem per gratiam DEI et pace ec-
clesiae reddita, sub papa *Callisto*, ipse
magister *Gerhobus* interea, dum haec
actitarentur, non uacabat, quin potius
stante adhuc discordia illa, incipiebat
iam audere obfistere aduersariis legis
DEI, subtrahendo se nimirum a com-
munionem episcopi Augustensis *Herman-
ni*, qui eum tunc assumpserat adhuc in
diaconatus ordine positum, pro eo,
quod ipse episcopus imperatori et parti
suae fauebat et communicabat. Faciebat
autem hoc primo non in mani-
festo, sed quasi in occulto. Postea ue-
ro etiam palam confessus est, quod
cum ecclesia et pro ecclesia sentiret in
illo tempore malo, negando commu-
nionem quibusdam etiam laicis nobili-
bus et honoratis, parti imperatoris
astantibus. Pro qua re tota fere ciui-
tas contra eum commota est, iudicans
eum quasi insanum et temerarium, qui
ausus esset iram caesaris contra se et ci-
uitatem prouocare. His autem ut di-
ctum est, finitis et sedatis, iam dictus
episcopus in gratiam Romanae eccle-
siae, ipso mediante receptus est. Ita
gratus et acceptus erat iam tunc ipsi Ro-
mano pontifici et toti curiae Roma-
nae.

*Studia erga
ecclesiam.*

*Introitus in
monasterium.*

Iam uero diu erat, quod et uitae coe-
nobitalis propositum gestabat in animo.
Ad quam rem ut liberior fieret, non so-
lum, fratres suos, sed et patrem et ma-
trem nouae in Christo ac sanctae con-
uersationi parturiuit. Itaque duobus
fratribus suis adhuc pueris, patre quo-
que et matre sub regularis uitae propo-
sito in *Reitenbachensi* coenobio colloca-
tis, et ita ab omnibus, quae ad eum per-
tinebant, expeditis, coenobitalis uitae
propositum, quod diu mente conceperat,
iam ut in partum erumperet, tempus
erat. Igitur dimissa praediuiti cano-
nica et nobili ciuitate *Augusta*, ad
monasterium clericorum praenomina-
tum *Reitenbuch* diuertit, magis eligens
cum Christi pauperibus pauperem ui-
tam gerere, quam habitare in taberna-
culis, uel in domibus laqueatis pecca-
torum. Illic ergo quasi angelus domini
susceptus est, ubi ueste preciosa et
coma capitis deposita ac mutato secu-
ri habitu, gregibus domini conforma-

atus et consociatus est. Tum uero
quanto ardore ac studio iter commu-
nis uitae arripuerit, quantoque zelo re-
stitudinis accensus uixerit, testis est ei
omnis illa ecclesia *Reitenbuchensis*, te-
stes sunt ei omnes longe uel prope po-
siti, ad quos fama sanctae conuersationis
eius peruenit: testes sunt inquam, qua-
liter exardescere coeperit zelus eius
initio conuersionis suae, ita uidelicet,
ut ex instantia orationum et lectionum
diuinarum in tantum eloquium domini
inflamauerit eum, ut et eloquium eius
ignitum fieret uehementer, et uerbum
eius, sicut de *Helia* scriptum est, tan-
quam facula arderet. Vnde confratres
suos non solum dictis sed et exemplis ad-
seruandas bonas consuetudines arctio-
ris uitae et instituta sanctorum patrum
sine intermissione prouocabat et etiam
arguebat, obsecrabat, increpabat, se-
cundum apostoli praeceptum, in omni-
bus seipsum praebens exemplum, in ui-
giliis multis, in frequenti meditatione
ac lectione sanctarum scripturarum, in
multa patientia, in castitate, atque in
omni exercitatione bonarum uirtutum,
postremo in uniuersa morum honestate
praeclarum se reddebat. Vnde etiam
ab omnibus bonis et religiosis ualde
amabatur: dominator etiam corporis
sui ita uehementissimus extitit: ut a
necessariis quoque cibis sumendis ali-
quanto immoderatus abstineret, adeo,
ut absumptis inedia carnibus, cutis fe-
re ossibus cohaereret. Ardebat itaque
totus incomparabiliter per inextingui-
bilem sanctissimae dilectionis ignem ad
DEVM, et per infatigabile animi eius
studium ad communis uitae decorem.
Nec enim satiabatur illis diebus dulce-
dine illa mirabili, quam inueniebat le-
gendo in excerpso de dictis sanctorum,
de uita canonica, quo et eatenus pro
regula uisi fuerant fratres sui, sed exqui-
rebat omni animaduersione, quomodo
uiuendum esset secundum regulam pa-
tris nostri Augustini; uel, quae esset illa
regula, secundum quam uiuere profes-
sus fuerat. Nihil enim sufficere pro regu-
la uisum est ei, quod illa non esset, quam
professus fuerat. Quae regula tamen
tunc in illis locis non inueniebatur: sed
nec in aliis locis eiusdem professionis.
Pro qua re necessarium duxit Romanum
adire pontificem, cum quibusdam fra-
tribus de claustro: quatenus regulam,
quam una cum omnibus communiter
fuerat professus, claustro illi, cui erat
obligatus, stabiliret: quod et factum est.
Hinc contigit, ut quorundam inuidio-
rum et desidiosorum, quorum uita dissi-
milis fuit, per hoc animos et odia con-
tra se uehementissime concitaret: ita ut
et

semperantia.

*professionis
regula.*

*Comita
Regis
et
et*

*et
et
et*

*et
et
et*

*et
et
et*

eiusque uitae periculum in eodem loco postea tribularetur. Quia et alios excessus quosdam non ferendos inibi arguebat, ut ei iam tunc non inconuenienter potuisset aptari illud dominicum dictum; Beati, qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, etc.

Matth. 5.

fit adiutor
Reitenbuchen-
sensis.

Imperatoris
odium incur-
rit.

Interiecto autem aliquanto tempore, expetitus multo desiderio a uenerabili *Chunone*, Ratisponensis ecclesiae episcopo, a praeposito et fratribus de coenobio *Reitenbuchensi*, postulanti in auxilium datus est: a quo presbyter, succedente tempore, ordinatus est. Illis diebus *Chuonradus*, postmodum rex, tunc autem tyrannide assumpta contra *Lotharium* regem, quem principes communi decreto sibi regem fecerant, se regem haberi uoluit. A cuius communi et susceptione, quia se praedictus episcopus subtrahebat, simulque cum eo magister *Gerhobus*, ipse tyrannus cum fautoribus ac clientibus atque coniuratis suis, eis infestus erat, in tantum, ut non semel eis insidias strueret. Minas autem ac laesiones in corporibus eis intentantes, frequenter deterrabant eos, ita, ut et uita iam dicti magistri saepe periclitaretur. Quia ipse tyrannidem ac schisma illud *Chuonradi* in publica ac solenni statione detestatus fuerat, Vnde et ecclesiam plebalem, cuius curam ei episcopus *Chuno* iniunxerat, parochiam uidelicet, quae *Champe* dicitur, deserere coactus est, non ferens iniurias et infestationes eorum: Vbi et ipse coenobium communis uitae intenderat suscitare, auxilio episcopi, quibusdam clericis in hoc idem propositum sibi associatis: sed taliter, ut dictum est, impeditus fuit. Post discessum autem felicis memoriae iam dicti *Chunonis* episcopi ex hac nita, ipse a *Chuonrado* seniore, Salzburgenfi archiepiscopo, assumptus est, a quo et aliquibus uicibus Romam ad apostolorum in legatione sua pro agendis ecclesiasticis directus est.

*Cham. bodie.

fit praepositus
Richersperg.

Dehinc anno *mcxxxii*. cura et praepositura *Richerspergensis* coenobii, quod ecclesiam Salzburgensem respiciebat et eo tempore prouifore carebat, ei cum assensu omnium iniuncta est, a iam dicto archiepiscopo, exultante eo uberius, hominem sibi talem datum diuinitus, qui doctrina sana aedificare ecclesiam esset idoneus. Igitur in regimine positus, qualem se exhiberit, qualiterque a *DEO* confortatus in omnibus postmodum ecclesiae tribulationibus nunquam ei defuerit, sed ueritatem constanter coram regibus et principibus non sine uitae suae periculo saepissime confessus sit ac tuitus, testis

est ei tota Germania, lumine doctrinae eius et ipsa illustrata, et feruore spiritus eius super multis excessibus et abusionibus redarguta. Testes sunt ei omnes hi, inter quos conuersari uel quibus commanere ei aliquandiu contigit. Maxime autem sanctum fratrum eius et sororum nouit collegium, quam sancte, quamque irreprehensibiliter inter eos, iam per *xl*. fere annos uitam duxerit. Nouerunt omnes, quam quietus in uacando lectionibus et orationibus extiterit, quam nullas horas a pietatis exercitiis uacuas habuerit: nam corporalis exercitatio ad modicum utilis esse ei cum apostolo uisa est, nisi cum monasterii necessitas poposcisset. Quin etiam usque in exteris terras lampas cordis et oris eius tractauit. Non Francia, non Boemia, non Ungaria, sed neque Graecia gratiae, quae de corde et ore eius radiauit, expertes factae sunt. Tanta namque gratia diffusa erat in labiis eius, ut his ipsis, quos arguebat, gratus existeret. Vnde et Romani pontifices dominique cardinales semper eum, licet in multis arguentem se, dilexerunt. Non reges ac potentes pertimuit, quominus nunciaret eis id, quod iustum et salutare fuit, cum se opportunitas id faciendi obtulisset. Magnates, mediocres ac populares siue in publicis ecclesiae conuentibus, siue in priuatis colloquiis, ad oris eius dulcia et salutaria uerba pendebant.

Sic namque diuino spiritu adeo potatus fuit, ut pene semper et indefinenter flumina de uentre eius fluere aquae uiuae, siue loquentis, siue scribentis aliquid ad utilitatem et eruditionem proximorum. Sanctam uero canonicam scripturam ueteris ac noui testamenti, in tanta, sicut dignum et iustum, ueritate habuit, ut ne in uno iota de eius ueritate et constantia dubitaret. Nec passus est quidquam de eius lectione praerere, dum in uia uel occupatione qualibet maneret, quod non legendo, uel audiendo recompenfaret. Et hanc consuetudinem ac studium erga sanctam canonicam scripturam per totam uitam suam conseruabat.

Scripturae S.
amator egregius.

Nouerunt omnes, quam promptus et largus in docendo, quam alacer et efficacax in exhortando, quam seuerus in increpando extiterit. Ita pium patris et ** dirum* magistri inter suos seruans affectum, ut cum debitam ei reuerentiam exhiberent, plus omnibus amori, quam timori existeret. Ipse denique exemplar morum, ipse formula religionis, ipse profectus incitamentum fuit; atque ut uerbum breuiatum dicatur: ipse curus *Israel* et auriga extitit.

Doctor eximius.

* durum forte

(U) Eui-

*Coenobium
suum auget.*

Euidens est autem ualde, quantum ipse locus, quem regendum susceperat, sub eo suo labore profecerit, quantumque, cum ipse eum non multum diuitem inuenerit, per eius industriam ditatus fuerit in praediis aliisque possessionibus, tum ex concessione et liberalitate pontificum Salzburgenis et Patuuiensis, quos idem locus respiciebat, in adiectione uidelicet *ecclesiarum plebali-um*, id est parochiarum cum decimis eorum: aliorumque praediorum, tum ex largitate principum, tum oblatione plurimorum nobilium, aliorumque fidelium, se suaque omnia suo magisterio subdentium, et sanctis eius institutionibus ac disciplinis informari cupientium.

*disciplinam
redintegrat.*

Iam uero quam bene ordinata sub eo fuerit tota sancta eius congregatio, maxime autem clerus, quam decens ordo ac disciplina in ipso clero? quanta honestate et patientia praefulerit? quanta grauitas in senibus? quanta benignitas in iuuenibus? quam iuge studium? quanta scientia literarum? quantum decor in seruitio DEI? quanta munditia et pulcritudo in ministerio diuinorum fuerit, quae lingua poterit explicare? Nullus inter eos desidiosus, nemo otiosus inueniebatur. Si quis erat, minime ferebatur. Plurimi eorum, ualde nobiles habebantur. Omnes simul aut seruitio DEI, aut priuatis orationibus instabant, aut lectionibus simul uacabant, horis et temporibus constitutis, suo tempore in scribendis libris, aut aliis operibus se occupabant, iuuenes ac pueri diuersis artibus infudabant, quibus et ipse per se frequenter nunc benignus monitor, nunc seuerus correptor instabat. Inter haec ipse beatum se reputabat, cum discipulos suos uelut examina apum in spiritalibus occupationibus feruere considerabat, nullumque ex ipsis deficere, quin imo omnes certatim de uirtute in uirtutem proficere, ac sic uiuendo DEVM deorum tandem in Sion uidendum esse memorabat: cum omnes sobrie, iuste pieque uiuentes, adhuc in simul omnes laborarent, ut decenter cum munditia mentis ac corporis, atque cum alacritate et uoluntarie diuina ministeria celebrarentur et tractarentur: et ad hoc omnes niti debere, tam doctos, quam indoctos, hocque opus unum et solum esse, pro quo et sua de seculo uenientes relinquerent et simul habitare diligerent. His aliisque documentis innumerabilibus fratres suos in collationibus exhortabatur, iocundabaturque frequenter, et hoc commemorans, se optare et DEVM orare, ut sua congregatio sic se opponeret ad-

auerfariis malignantibus, id est, principibus tenebrarum harum, qui temper militant aduersus animam, ut esset eis terribilis, ut castrorum acies ordinata, et ut esset sicut grex tonfarum, quae ascenderunt de lauacro. De quibus memoratur in canticis, quod sunt omnes gemellis foetibus et sterilis non fit inter eas.

Cant. 4.

Edificia ipsius coenobii interiora et exteriora, nec non et officinarum omnium, quae omnia lignea et ualde uetusta ac ruinosa inuenerat, in meliorem statum renouauit, et in aptiorem dispositionem ordinauit, per fratres suos, quos ad hanc partem sollicitudinis idoneos et aptos in congregatione inuenit. Nam pondera curarum exteriorum ipse, ut se totum sanctae uocationi dedere posset, fratribus suis imponebat, maxime autem fratribus laicis fidelibus ac prudentibus, quos ei dominus non paucos dederat, fama sanctae opinionis eius ad eum attractos. Inter hos plerique erant ualde nobiles et nominati, ac bene religiosi, sicut et reliqui. Nihil enim inordinatum, aut quod contrarium esset religioni, in congregatione sua patiebatur permanere. Hos similiter in collationibus suis exhortabatur, praecipue ad obedientiam, exponens eis obedientiam patris nostri Abrahae, patientiam Isaac, laborem ac sufferentiam Iacob, ut ipsi similiter obedientes et patienter laborantes manibus suis quod bonum est, finem ipsius domini attenderent et longanimitatem: addens, quod nemo mittens manum ad aratrum et respiciens retro, aptus sit regno coelorum. Monebat etiam, ut essent in commisso fideles, sicque conuersionem et pudicitiam atque castitatem suam inter saeculares, cum quibus eis frequenter commanendum esset, propter negotia exteriora, custodirent, ut ipsi uidentes opera sua bona, imitatores eorum fierent et glorificarent patrem, qui in coelis est.

Monasterium sanctimonialium sub regula S. Augustini uiuentium, ipse primus in eodem loco constituit, eiusque obtentu, ipsa earum ecclesia, quam a fundamentis ipse construxit, dedicata est a uenerabili Romano, Gurcensi episcopo, praesente archiepiscopo Chuon-Grado, anno domini incarnat. MCXXXVI.

*Monasterium
S. Augustini
fundat.*

animabus sanctis, quas aggregauerat, iam tunc inibi uelut in aram ingressis et a foris clausis ad honorem DEI et sanctae MARIAE perpetuae uirginis, cui idem monasterium dedicatum est. Ibi ergo illae felices animae inchoati operis cupientes consummare effectum, praestolantur nunc, ut ueniente sponso, apertis ianuis, summi regis perducantur in thalamum regis aeterni pro mundi

di

di contemptu stolas candidatas et splendidas coronas accepturae cum caeteris consodalibus suis, quae illuc ex ipso tempore congregatae sunt, quasque similiter dominus uirginitatis honore dicauit, quarum non paruum numerum ipse bonus pastor moriens reliquit, inter quas quaedam erant filiae nobilium et nominatorum uirorum, et filiae duae principis unius de nobilissimis ac maximis regni principibus.

Pontificum
fauore frui-
tur.

Caeterum, quam notus et gratus, quamque acceptus fuerit ipse beatus ipsis summis Romanis pontificibus, qui suo tempore Romanae sedis praesederunt, *Callisto* papae primum tuperius commemorato et deinde singulis successoribus illius usque ad papam *Alexandrum*: quamque uenerabiliter ipsi Romani pontifices feruorem religionis suae et studium atque doctrinam, nec non et scripta sua susceperint, collaudauerint et approbauerint, quam et celerem effectum consecutus semper fuerit in omnibus negotiis suis, quotiescunque Romanam curiam interpellare necesse habuit, aut per se ipsam, aut per nuncios, siue per solas literas suas pro qualibuscunque causis, testantur literae apostolicae, nec non et literae dominorum cardinalium, frequenter aut pro eo ad alios missae, aut ad eum specialiter destinatae, uel quas ipse per se ab urbe saepius ueniens de causa sua uel aliorum detulit, quarum omnium exemplaria adhuc inueniuntur. Quantum etiam ipsi Romani pontifices pro ipsius reuerentia et dilectione ad petitionem eius, ipsum locum quem regebat, coenobium uidelicet Richerspergense, sub sua et beati Petri protectione susceptum honorauerint et manu tenuerint, et saepe contra graues inimicos et infestatores defenderint, qualemque libertatem et iustitiam ipsi loco concesserint et firmauerint in perpetuum sua auctoritate, indicant priuilegia papae *Innocentii*, et papae *Eugenii* eidem loco eius industria elaborata ac impetrata. Hos post haec pie imitati pontifices Salzburgenses *Chuonradus* senior et *Eberhardus* eius successor, nec non et principes regni, duces uidelicet et comites, quique pro suo iure plurimis priuilegiis eundem locum munierunt. Similiter et alii pontifices, scilicet *Babenbergensis*, *Patauensis*, *Frisingensis*, praedia et possessiones eidem loco aut per se ipsos, aut per alios in suis episcopatibus collata, in suis priuilegiis eidem coenobio firmarunt. Nouissime etiam ipse dominus imperator *Fridericus* ipsum Richerspergense coenobium cum omnibus eo pertinentibus in suae imperialis maiestatis

A et omnium successorum suorum regum et imperatorum tutelam suscepit, et priuilegio suo eidem loco antiquam et primitiuam libertatem confirmauit, interuentu episcoporum *Eberhardi* Salzburgensis archiepiscopi et *Eberhardi* Babenbergensis atque *Hartmanni* Brixinensis episcoporum, secundum postulationem huius saepedicti patris.

Eidem catho-
licam puram
seruas.

Quam sanae autem et catholicae fidei apostolicaeque doctrinae fuerit, quantum a iuuentute sua dictis et scriptis laborauerit pro diuersis causis ecclesiasticis, atque pro bonis consuetudinibus et disciplinis canonico ordini obtinendis et conseruandis: quantum contra abusiones et abominationes et contra pessimas nouitates, quas in ecclesia suo tempore increfcere doluit, decertaauerit: quantum concordiam inter regnum et sacerdotium suaferit, scriptis suis missis in curiam Romanam et in curiam imperatoris; quantum execratus fuerit et cauerit schisma, quod circa finem uitae suae exortum est; quantum esurierit et sitierit iustitiam, denique quomodo uel qualiter, aut quantum dilexerit omnem iustitiam et omnem uiam iniquitatis odio habuerit, legentibus et scire uolentibus, patet in diuersis opusculis suis, quae scripsit ad papam *Innocentium* et ad papam *Eugenium* et ad dominos cardinales, et in aliis opusculis ad diuersos scriptis. Similiter et in epistolis suis patet, quas ad diuersos diuersis temporibus scripsit, quae etiam fere omnes adhuc inueniuntur in registro et epistolario suo libro in duobus uoluminibus. Pro defensione quoque sententiae de gloria hominis in *DEVM* assumpti et in *DEVM* nati, in qua diuersos et graues contradictores atque impugnatores semper omnem uitam suam a iuuentute habuit, scripsit diuersa opuscula et epistolas. Primum hac de causa, auctoritate Romanorum pontificum et dominorum cardinalium, et aliorum plurimorum patrum, qui uidebantur columnae esse in ecclesia eo tempore. Fecit expositionem psalmorum in octo uoluminibus, scripsit et opusculum *Eius scripta* contra discipulos *Petri Abailardi*, ad episcopum *Frisingensem* *Ottonem*, fratrem regis *Chuonradi* et ad ipsos *Frisingenses* diuersa opuscula et scripta. Item plurima scripta ad episcopum *Pragensis* *Danielem*, libellum de fide, rogatu domini *Heinrici* card. presbyteri. Opusculum ad papam *Adrianum*. Dialogum inter Graecos et Latinos. Libellum de glorificatione filii hominis ad archiepiscopum Salzburgensem *Eberhardum*. Nouissime opuscula ad papam *Alexandrum* et ad dominos cardinales, et ad

episcopum Babenbergensem Eberhardum de eadem re. Praeterea alia multa ad diuersos scripsit, quos omnes commemorare longum esset.

Placida mors. Verbum DEI usque ad suam aegritudinem, imo ad ipsum usque diem dormitionis suae inpraetermisse, alacriter et fortiter sana mente sanoque consilio in sancta ecclesia praedicabat, membris omnibus sui corporis incolumis, integro aspectu atque auditu. Tandem uocante eum domino, coram positus omnibus fratribus et orantibus, dormiuit cum partibus suis v. Kal. Iulii media nocte, ante biduum diuina refectione saginatus et Christo incorporatus, quem, ut decuit, semper amauit, et in quem credidit, quemque dilexit et honorauit, id est, in die natalis S. Ioannis baptistae. Ipsa enim die, in publica statione, sicut mos eius erat, solenniter missarum solennia per se celebrauerat bene ualens, et sermonem ad populum ultimum, tanquam ualedicturus omnibus, longum ualde protraxerat. Sepultus est autem cum maximo luctu omnium in monasterio, ad latus altaris S. Crucis honorabiliter III. Kal. eiusdem mensis Iulii.

Ipsa anno, id est LXXIX. unus de magnis et nobilissimis regni principibus, dominus Gebhardus Hallenses comes, filius domini Engelberti item Hallensis comitis, gloriam mundi ingentesque diuitias et omnem ornatum seculi relinquens contempsit, propter amorem domini sui IESU Christi, inspirante hoc illi DEO solo, qui facit mirabilia solus, cum esset admodum iuuenis. totoque corpore pulcher atque spectabilis, et una cum matre sua uenerabili ac nobilissima matrona, domina Haedeuig comitissa ad monasterium Richerpurgense, ubi et duae sorores eius filiae eiusdem comitissae regulariter et religiose uiuebant, ut genere ita et moribus nobiles ac generosae, diuertit, domino deinceps inibi militaturus, cum seculo in armis militasset per annos fere tredecim. Miserat quidem et hoc in mentem eius largitor et aspirator omnium bonorum, ut diuerneret ad hunc uere felicem uerae fidei doctorem, ante iam sepius memoratum ipsius coenobii praepositum dominum Gerhohum; qui ei bonus apparebat seruus DEI, et lucebat in eo gratia diuina. Audierat enim et etiam per se uiderat, quod ipse a iuuentute sua deuotissime DEO in sancta conuersatione uiueret, et uere sic erat. Vnde et ipse princeps eum ex millibus electum pro omnibus, in spiritali regimine eo tempore positus, uenerabatur et sub eius sancto magisterio, eius institutionibus informari toto cordis ac men-

tis affectu desiderauerat; sed seculus accidit. Jam enim idem pater a saeculo migrauerat, ante paucissimos dies, priusquam ipse princeps a curia redisset, quae in Babenberg illis diebus celebratur ab imperatore et principibus; cui idem princeps pro suis negotiis finiendis tunc intererat: et antequam domum a curia reuersus de causis familiaribus expeditus fuisset. Quibus finitis, quamquam comperisset, eum iam corpore solutum, ipsa tamen propositum suum ad finem perducere cupiens, nihil moratus est: sed, ut dictum est, ad idem monasterium, inibi mansurus, uenit II. non Iulii, statimque in proximo septembri mense in natiuitate sanctae DEI genetricis MARIAE, depositis solenniter armis et soluto coringulo militiae habitum sanctae conuersationis assumpsit, in honorem ipsius, qui fecit eum, et in honore beatiss. MARIAE uirginis. Sicque a domino factum est, ut ille, qui solebat in sericis et auratis procedere induuiis; post in abiectis uestibus seruiret pauper pauperibus. Deinde a DEO confortatus, in tantum profecit, quod etiam benedictione sacerdotali, sicut ipse semper optauerat, deposita arma, clericus factus est eodem anno in IX. idus Decembris cum esset annorum non amplius quam XXXIX.

Anno MCLXX. Domina Haedeuich Dna. Haedeuich comitissa conuersa feliciter quieuit in domino. II. non Februarii, sepulta honorifice in Capitolio canonicorum VI. idus Febr.

Eodem anno electus Patauiensis dominus Henricus episcopus primus in episcopatum suum ueniens magnifice ac solenniter ab omnibus susceptus est Pataviae, x. idus Augusti. Hic sororius cum esset comitis Pertholdi de Andechs et canonicus Spirensis ecclesiae atque praepositus. Electus erat praecedenti anno II. non. Augusti in locum domini Albonis ex permissione imperatoris. Qui Albo ante etiam ab omnibus communiter et per annos fere quatuor eundem episcopatum tenuerat. Exorta autem inter eum et canonicos maiores ecclesiae incredibili dissensione ac simultate, contigit, ut crescente odio inter eos, ab episcopatu non sine ignominia pelleretur, consensu imperatoris propter quosdam, ut dicebant, enormes actus eius: dum idem imperator in partibus Bauariae moraretur, et praedictus dominus Henricus ex collaudatione imperatoris ei substitutus est.

Anno MCLXXI.

Anno MCLXXII. imperator celebrauit curiam in ciuitate Salzburg in hebdomada quinquagesimae, quae euen-

nerat tunc in xi. Kal. Martii. Illuc quoque archiepiscopus, licet non uocatus ab imperatore, repente tamen, dum curia haberetur, cum paucissimis superuenit: sed gratiam imperatoris non obtinuit. Imperator autem inde digrediens per publicam stratam, Patauiam uenit ii. Kal. Marcii. Ibi ergo quoniam dominus Henricus Patauiensis electus ipsum episcopatum superiori anno sponte resignauerat, ex consensu et collaudatione imperatoris, electus est pro eo frater ipsius domini Henrici praesente imperatore, uidelicet dominus *Dietboldus* iuuenis admodum, similiter fororius comitis Pertholdi. Qui statim in proxima pentecostes hebdomada, cooperantibus omnibus praelatis suis, ordinatus est in presbyterum: diaconus enim erat a Romano Gurcensi episcopo apud *Louffen*, iv. id. Iunii.

Eodem quoque anno in proximo uidelicet autumno, in hebdomada quatuor temporum, consecratus est in episcopum solenniter, et hoc in sede sua Patauiæ, ex permisso Alexandri papæ, ab episcopo Frisingensi *Adalberto* et episcopo Ratisponensi *Chunone*, episcopo quoque Brixinensi, cum consensu et concessione archiepiscopi Salzbουργensis ix. Kal. Octob.

Anno MCLXXIII.

Anno MCLXXIV. Imperator celebrauit curiam in ciuitate *Ratispona* vii. Kal. Iunii tam celeberrimam, quod nulla memoria est, unquam talem habitam in partibus Bauariæ. Omnes enim fere principes ex regno Teutonico ibi aderant cum magna ambitione. Omnes quoque suffraganei episcopi ex episcopatu Salzbουργensi, uno Frisingensi excepto, et omnes pene eiusdem Salzbουργensis eccles. praelati simul cum ministerialibus praecipuis, iussu imperatorio conuocati, illic conuenerant, tractaturi de ordinatione archiepiscopatus Salzbουργensis, et diffinitionem accepturi sententiae ex iudicio curiae. Et haec erat tertia curia pro hac causa determinanda in partibus Bauariæ ab imperatore indicta et solenniter habita. Archiepiscopus etiam Salzbουργensis cum auunculo suo, duce *Austriæ* Henrico, ueniens constanter affuit. Ipse autem archiepiscopus iam nusquam certam mansionem habebat. Quia pater eius rex Boëmiæ, cum quo antea morabatur, iam priori anno mortuus erat: Et imperator regnum ipsum Boëmicum ui obtinens, pro uelle suo illud disposuerat; et ideo tutum non erat episcopo illic manere. In episcopatu etiam suo manere non poterat. Quia de primoribus multi, qui uidebantur columnae ecclesiae esse, ira aduersam eum concitati, contra eum

sentire coeperant, in tantum, ut et in depositionem eius intendentes, criminalia et peremptoria quaedam falso ei obicerent: et Romam ad apostolicum aduersus eum per nuncios suos clam mitterent. Apostolicus autem uera edoctus, per literas fere omnium praelatorum totius episcopatus Patauiensis, bonum testimonium patri suo dantium et iniuriam contra eum factam conquequentium, Ipse dominus papa perfidos illos et rebelles ab intentione sua dehortatus, scriptis et praeceptis apostolicis ad obedientiam et subiectionem memorati episcopi eos reuocabat. Sed, ut ad incepta redeamus, imperator collecta curia; ut ex toto et manifeste schismaticos faceret illos, qui iam ex multo tempore contra archiepiscopum nitebantur, omnes suffraganeos eiusdem archiepiscopi, qui aderant, ad hoc deduxit, ut in sententiam Brixinensis electi magistri Richeri consentirent, qui electus ad interrogationem imperatoris, praesente curia, sententiam depositionis in archiepiscopum nimis proterue dederat. Ipse enim electus contra archiepiscopum inflammatus erat propter hoc, quod archiepiscopus suffraganeos suos ab eius ordinatione retrahere nitebatur. Quia, sine eius licentia et sine permissione eius, utpote metropolitani, attentata, in eadem curia peracta est: sed utrum canonicè et catholice, ipsi uiderint. Praefatae igitur sententiae electi, quia et principes regni pro gratia imperatoris consentire cogebantur, excepto uno principe duce *Austriæ* Henrico, statim omnis illa congregatio Salzbουργensis, quae aderat, simul cum ministerialibus, omnes quendam Henricum, praepositum tunc *Perthesgadinensem*, cum fauore principum et imperatoris electum, collaudant, conclamant et inthronizant, nihil reluctante illo. Imperator etiam sine mora iustitiam suam ei recognouit et ecclesiae Salzbουργensi toto episcopatu cum omnibus regalibus per sceptrum ei concessis, ualde solenniter coram omni illa curia et principibus. Qui et omnes a primo duce *Bauariæ et Saxoniae* incipientes, beneficia sua ab eo cum multa reuerentia et honore requirentes et hominia facientes, coram imperatore acceperunt. Ex praelatis autem et personis ecclesiasticis, qui aderant, paucissimi huic insaniae se subtraxerunt, nec electioni illius interfuerunt, nec ad eum postea unquam acceperunt; quibus tamen electio eius facile persuaderi potuisset, si meliori tempore et si uacante sede illa facta fuisset. Multum enim religiosus apparebat et ualde acceptus semper erat omnibus, tam ecclesiasticis, quam secularibus

uiris, propter prudentiam et eloquentiam, quibus ornatus erat, et maxime propter in ecclesiasticis disciplinis a puero conuersationem suam. His ita peractis et curia finita, imperator in expeditione cum multo exercitu, uersus Longobardiam profectus est. Ecclesiae Salzburgensi parum honoris et consolationis praeter hanc dualitatem et hoc genus scandali et scissionis relinquens. Archiepiscopus autem Adalbertus cum praelatis suis, quibus altior mens et sanctius propositum, consiliumque sanius inerat, quorum magna multitudo adhuc cum eo stabat, coram domino apostolico sine dilatione querelam suam, et de hac iniuria depoluit, per fidelem nuncium, uidelicet Erchenpoldum capellanum suum, cononicum autem Richerspergensis ecclesiae: qui iam tertia uice legationem et literas eius fideliter, sed cum magno labore et periculo uitae ad apostolicum deportauerat, de eodem negotio eademque causa. Tunc dominus apostolicus misit literas per eundem nuncium ipsi archiepiscopo, et domno Chunrado Moguntino archiepiscopo, qui legatione apostolica in partibus Bauariae fungebatur, et praeposito et choro Salzburgensi, quarum omnium textus infra habetur.

Alexander seruus seruorum DEI, dilecto filio Adalberto Salzburgensis ecclesiae archiepiscopo, salutem et apostolicam benedictionem. Audito et intellecto itlo enormi facto, quod est aduersum te non sine offensa DEI et derogatione nostra nequiter attentatum, mirati sumus admodum et commoti, utpote qui personam tuam pro foenore deuotionis tuae synce-
ra in domino charitate diligimus et pacem et quietem tuam desideramus. sicut nostram specialem et propriam turbationem, quae tibi et ecclesiae tuae imminet, non reputamus aliquatenus alienam. Inde itaque fuit, quod nos factum ipsum, ut pote diuinae et humanae legi contrarium, apostolica autoritate cassantes, uiris illis, qui tantae fuerunt praesumptionis auctores, scripta nostra direximus, eosque a tam iniquo proposito pastoralis sollicitudine reuocantes, super hoc uenerabili fratri nostro Chunrado Moguntino archiepiscopo apostolicae sedis legato scripsimus, sicut ex rescriptis literarum nostrarum tibi plenius innotescet. Tu itaque in domino conforteris, et uiriliter agas, in eo ponens spem, qui te poterit a pressuris et angustiis liberare et, post tantam turbationem, pacem tibi dabit per suam gratiam et quietem. Vt autem omnipotentem dominum magis propiciam habere ualeas et placatum, ei tota deuotione studeas subesse, et his feruenter intendere, quae tibi placita sunt et accepta et ad recuperandum

A patrimonium ecclesiae, et ad conferuandam ecclesiam ipsam in fide et unitate catholica, ut uir prudens, prouidus et discretus, toto studio attendas. Nos igitur firmum propositum et promptam tibi gerimus uoluntatem, personam tuam sicut charissimi fratris abundantiore charitate diligere, et in persecutionibus et angustiis suis, omne, quod cum DEO possumus, consilium et auxilium exhibere. Data Anagninae vi idus Septembris.

Chunrado Moguntino archiepiscopo et apostolicae sedis legato salutem et apostolicam benedictionem. Quando fidem et deuotionem tuam circa nos et Romanam ecclesiam esse nouimus priorem, et prudentiam et sollicitudinem tuam in omnibus magis experti sumus, tanto securius tibi committimus exequenda, quae uirum prouidum et constantem requirunt, et cum multa circumspectione executioni debent mandari. Sane locorum uicinitas, nobilitas et prudentia tua non te sinunt aliquatenus ignorare factum illud enorme, quod nuper contra uenerabilem fratrem nostrum Adalbertum Salzburgensem archiepiscopum, non sine multa cordis amaritudine intelleximus attentatum fuisse, a uiris illis, de quorum fide non uidebamur in aliquo dubitare. Audiuius siquidem, quod, cum uenerabilis frater noster, Gurcensis episcopus, Ratisponae electo Brixinensi munus consecrationis, contra interdictum praefati archiepiscopi, quod sibi non licuit, impendisset, idem Brixinensis cum praedicto Gurcensi contra eundem archiepiscopum conuenire praesumpsit, et proxime post consecrationem suam sequenti die in ipsum archiepiscopum depositionis sententiam promulgauit et in ecclesiam Salzburgensem, ad electionem Berthegadensem praepositum, uirum utique, qui quondam religiosus habitus est et catholicus, ausu temerario intrusit: et clerum ab obedientia et laicos a fidelitate ipsius archiepiscopi absoluere non dubitauit. Miramur itaque nec mirari sufficimus, de praedicto Gurcensi et Brixinensi; quorum alter, Gurcensis uidelicet, ab initio promotionis suae et ante, ut credimus, feruentem circa nos et Romanam ecclesiam scriptis et nunciis deuotionem ostendit: Et de altero scilicet Brixinensi, qui dum simul scholasticis disciplinis, praecipua quadam familiaritate uobis tenebatur adstrictus, et multae religionis et honestatis esse probatur, et se catholicum praesitetur; quomodo in tam nouum, enorme et inauditum facimus proruperunt, cum non potuerunt, nec dubitauerunt in quemlibet episcopum, nedum in praefatum archiepiscopum, cui debent obedientiam et reuerentiam, sine mandato Romani pontificis sententiam promulgare: maxime, quia idem archiepiscopus sicut nosti, ut pote canonicamente

Fus

Etus, a nobis confirmatus est, et de manu tua pallium in plenitudinem officii pontificalis, accepit. Licet autem praedicti Gurcensis et Brixinensis asserant, praefatum praepositum sub obedientia et deuotione nostra in praescripta ecclesia positum esse, non uidemus tamen, nec uideri potest ab aliquo, quomodo possit, uel debeat esse, ut, qui de mandato et auctoritate nostra in ipsa ecclesia archiepiscopus fuerit institutus, nobis ignorantibus amoueat ab eadem ecclesia et alius fauore terreni principis sibi superponatur. Quomodo igitur, cum eadem ecclesia nullo unquam tempore lae fuerit schismatica prauitatis infecta, prouidendum nobis est et omnibus eandem ecclesiam diligentibus, ne de noua alicuius spurcicia contagionis respargatur, prudentiam tuam, de qua omnimodam spem et fiduciam gerimus, ad eius enormitatis correctionem sollicitandam duximus et propensius commonendam. Inde est, quod tam enorme facinus cassantes, fraternitati tuae per apostolica scripta mandamus et praecipimus, quod factum ipsum publice denuncies irritum et inane, et omni gratia et fauore humano postposito, memoratum Gurcensem et Brixinensem, et praepositum Salzburchensem, qui hoc attentauerunt, a tam stulto proposito satagas quanto citius reuocare, indico eis termino, nec nimis longo, nec nimis arto, intra quod tempus iam intrusus ad ecclesiam suam DEO militaturus de cetero redeat, et ad obedientiam et deuotionem memorati archiepiscopi reuertatur et eidem intruso inter caetera proponas, ne ambitionem dignitatis et honoris religioni et honestati uelit praeferre, sed in simplicitate cordis sui DEO famuletur; et tam clero quam populo ad suam ecclesiam pertinenti nostra auctoritate praecipias, ut praefato archiepiscopo, sicut magistro et praelato omnimodam exhibeant obedientiam et honorem. Qualiter autem in facto profeceris, per tuas nobis literas plene studeas intimare. Datum Anagniae vi. idus Septemb.

Sibotoni praeposito et choro Salzburchensis ecclesiae salutem et apostolicam benedictionem. Audiuius non sine multo cordis dolore et amaritudine, quomodo a te, praeposite, enorme factum in uenerabilem fratrem nostrum archiepiscopum uestrum fuerit attentatum, cui sicut magistro et praelato uestro tenemini obedientiam et reuerentiam exhibere. Illa siquidem praecleara fama laudis et nominis, qua eadem ecclesia de conseruatione catholicae unitatis ubique sibi ad DEVM et homines comparauit, uos a tam inhonesto proposito debuit potissimum reuocare. Sane decuit uos sollicitate ac diligenter attendere, et meditatione sedula cogitare, in quo statu uir sanctae recordationis Eber-

hardus, quondam archiepiscopus uester et bonae memoriae Chuonradus successor eius, nec non et praecessores eorum eandem rexerunt ecclesiam, ut ab eorum uia non possentis quomodolibet declinare: sed ipsorum uestigiis studeretis omnimodis inhaerere. Non uidemus utique, nec potest uideri ab aliquo, quod electio, confirmatio, uel palliatio praedicti archiepiscopi, praesertim sine auctoritate Romani pontificis, cassari debuerit et alius superponi, cum idem archiepiscopus, sicut nostis, a nobis fuerit confirmatus et pallium, id est plenitudinem officii pontificalis, receperit et de exhibenda sibi obedientia ad uos et ad alios suae iurisdictionis nostrum emanauerit saepe mandatum. Super quo siquidem tanto miramur amplius et mouemur, quanto nos ecclesiam uestram pro foenore deuotionis uestrae ampliori charitate diligimus; et maiori molestia afficimur et dolore, si quid fiat aliquando, quod ad diminutionem uestrae laudis et nominis, uel ad derogationis honestatem uideatur quomodolibet redundare. Licet autem in facto ipso deuotionem uestram, sicut audiuius, et obedientiam praetendatis, non uidemus tamen nec uideri potest ab aliquo, quomodo salua obedientia uestra et honestate hoc potuerit fieri: Quoniam igitur factum ipsum, cum omnino sit diuinae et humanae legi contrarium, non debemus, nec possumus sustinere: nos id, sicut cassandum est et ipso iure cassatum, apostolica auctoritate cassantes, uniuersitati uestrae mandamus et in uirtute obedientiae praecipimus, quatenus ad uos ipsos quantocyus redeuntes, quid famae uestrae expediat et saluti sollicitate cogitetis, et ab huiusmodi inhonesto proposito sine dilatione qualibet redeuntes, ad obedientiam et deuotionem memorati archiepiscopi reuertamini, eique sicut magistro et praelato uestro deuoti sitis atque subiecti; et tales in hoc et in aliis uos exhibere curetis, quod opera uestra aliis praebeant exempla uirtutum. Si uero secus, quod non arbitramur, feceritis, quanto feruentius uos et ecclesiam uestram diligimus, tanto acrius a tam illicito facto curabimus, auctore domino, reuocare. Quia non uideremur uos sincere diligere, si famae et honestati uestrae paterno non consuleremus affectu. Data Anagniae vi. id. Septemb.

His literis ab apostolico acceptis, nuncius archiepiscopi supra memoratus, uidelicet Erchenboldus diaconus, canonicus Richerspergensis ecclesiae, reuertebatur: sed in uia, qua reuertebatur, morte praeventus obiit, iv. idus Octobr. Literae autem apostolicae archiepiscopo fideliter allatae sunt per eos, quibus ipse moriens commendauerat,

Erchenboldus
nuncius apost.
in itinere obiit.

per

per patriarcham uidelicet Aquilegen-
sem.

ut et Arno
praepos. Ri-
chersperg.

Anno MCLXXX. Felicis memoriae
dominus Arno, praepositus Richersper-
gensis ecclesiae, obiit III. Kal. Feb. In
cuius locum substitutus est unus ex fra-
tribus senioribus loci, nomine Philip-
pus. Eodem quoque anno obiit piae
memoriae dominus Gebehardus, XVII. Kal.
Nouemb. ex comite subdiaconus et ca-
nonicus Richerspergensis ecclesiae.

ae Gebehar-
subdiac.

Bobemi orien-
tem uastant.

Anno MCLXXVI. dux Boemorum in-
trauit partes orientis in mense Augusto,
cum exercitu multo Boemorum, Vn-
garorum, Polonorum, Ruthenorum,
usque ad LX. ferme millia. Et cum
dux orientis Henricus non sufficeret ad
resistendum, illi totas partes orientis,
usque ad Danubium rapinis et incendiis
crudelissime deuastarunt, nullo resi-
stente.

Legatus apo-
stolicus cau-
sam Salzbur-
gens. termi-
nat.
*alius est le-
gatus a prio-
re, quo de
mox.

Interea dum haec in partibus Auftri-
ae agerentur, archiepiscopus Salzbur-
genis, uocatus a *legato domini papae,
Vngariam intrauit in Kalendis Augusti,
cum praelatis quam plurimis ex episco-
patu Salzburgenis et episcopatu Pata-
uensi. Audita itaque causa archiepi-
scopi legatus praedictus, partem domini
archiepiscopi auctoritate domini papae
et sua approbavit, partem uero aduer-
sarium eius reprobavit atque damna-
uit et scripsit omnibus suffraganeis
memorati archiepiscopi, ad obedi-
entiam et reuerentiam eius eos ex parte
domini papae fideliter prouocans. E-
Domno quoque papae pro eo scripsit,
et praeposito ac choro Salzburgenis,
totamque actionem inter eum et ad-
uersarios eius diligenter comprehen-
dit in hunc modum.

Litterae eius
desuper ad
pontificem.

Beatissimo Patri et domno Alexandro,
DEI gratia summo et uenerabili uniuersali
pontifici, Gualterius eadem gratia
Albanensis episcopus, licet indignus, salu-
tem et debitam in omnibus obedientiam:
Cum nos in Vngariam, pater sanctissime,
delegaretis, sollicitudini nostrae causam
Salzburgenis ecclesiae et iam uiua uoce
primum et postea litteris committere
uoluistis, ut ad ecclesiam ipsam, si certum
et securum conductum habere possemus,
accedentes, conuocatis partibus eandem
causam audire, et sine studeremus cano-
nico terminare. Nos igitur mandatum
uestrum adimplere desiderantes, per
nuncios utriusque partis in Vngaria re-
quisisti, omnibus, qui nos conducere pro-
mittebant, scripsimus, quod circa festum
beati Ioannis baptistae proxime praeteri-
tum in fine regni nobis occurrerent, secu-
ritatem indubitata nobis praestare pa-
rati. Et sic expeditis ex maiori parte ne-
gotiis Vngarici regni, ad castrum Gueri-
num, quod est prope confinium, iuimus.

Vbi literas domini Chunradi Mogontini
archiepiscopi, et marchionis Stirensis re-
cipimus, securitatem et conductum uerbis
tantum, non alia nobis certitudine promit-
tentium, asseuerantium etiam, quod ma-
ximus honor esset apostolicae sedi, si in
praesentia imperatoris causam ipsam iu-
dicaremus: receptis autem his et aliis li-
teris, ex quarum tempore percepimus,
quod non erat nobis tutum Teutonicum
regnum intrare, praesertim cum prae-
dictus marchio, qui nos conducere polli-
cebatur, puer sit annorum XIII. Habi-
to consilio cum illustri rege Vngarorum et
Legatus Te-
tonicis diffi-
dit.

tum uestrum imperfectum relinquere
non uolentes impetrata a praedicto rege,
omnibus pro eadem causa nostram prae-
sentiam aduentibus, omnimoda securita-
te, tam uenerabili fratri nostro Salzbur-
genis archiepiscopo, quam praeposito Ber-
thelsgadensi, qui per potentiam impera-
toris eidem archiepiscopo superpositus est
et canonicis ac ministerialibus Salzbur-
genis ecclesiae ex parte nostra mandamus
semel et iterum, ut cum testibus et aliis
allegationibus suis, Guerinum ad prae-
sentiam nostram, pro iam dicta causa diffi-
nienda, uenirent. Archiepiscopo igitur,
tanquam obedientiae filio, in multo timore
et periculo propter inimicos ecclesiae,
qui ei parauerant insidias, cum magna
multiitudine uenerabilium personarum,
praepositorum uidelicet et abbatum, ad
nos ueniente, praedicti superimpositus et
alii eius aduersarii nec uenerunt, nec ali-
quem responsalem pro se miserunt: et qua-
re uenire uel mittere nollent, nobis nulla-
tenus significauerunt. Cum autem prae-

Archiep. Sa-
lib. de crimi-
wibus obieci-
se purgare pu-
ratus,
estate nostra imposita fuerunt, se expur-
gare uellet, quoniam aduersarii eius prae-
sentes non erant, purgationem ipsius non
recipimus, quin potius fecimus eum diu-
tius expectare, aduersarios ipsos longo
tempore praestolantes. Sed cum non ue-
nissent, prout dictum est, nec misissent, ha-
bito maturo consilio, pro contumacia et re-
bellionis sua et deuotione praedicti archie-
piscopi, qui persecutiones innumeras pro
fide catholica et fidelitate uestra et eccle-
siae Romanae per imperatorem et satellites
suos patitur: iam dictum superimpositum
et canonicos, qui archiepiscopo sunt ad-
uersarii, tanquam contumaces ab omni
officio et beneficio ecclesiastico auctoritate
uestra suspendimus: quousque de clemen-
tia uestra officium et beneficium ipsis re-
stituatur. Supplicamus itaque paterni-
tati uestrae, quatenus constantiam deuoti-
onis

Legatus Te-
tonicis diffi-
dit.

Archiep. Sa-
lib. de crimi-
wibus obieci-
se purgare pu-
ratus,

emanentibus
aduersariis,
restituatur.

onis et fidelitatis eiusdem archiepiscopi pater-
na benignitate recogitantes, eum in
tantis tribulationibus, quas pro uobis et
ueritate catholica sustinet, consolari di-
gnemini, et aduersariis eius sibi detrahen-
tibus, aures pietatis uestrae de caetero non
curetis. si placet, accommodare. Tot e-
nim et tam religiosae personae cum eo ad
nostram praesentiam conuenerunt, quod,
si uos et qui plenitudinem potestatis ha-
betis, eas in praesentia uestra, sicut in no-
stra fuerunt, pro purganda innocentia ipsi-
us archiepiscopi iurare paratas uideretis,
absque dubio partem aduersam grauissime
puniretis. Praeterea dominus Aquile-
giensis et episcopus Gurcensis atque ab-
bas Admuntensis pro iam dicto archiepi-
scopo uobis scripserunt, et praepositus ma-
ioris ecclesiae Salzburgerensis et abbas de
S. Petro, pro se testes idoneos ad nos desti-
nauerunt. Praeterea nobiscum in his
omnibus fuerunt dominus Andreas Colo-
censis episcopus, et Miculinus Guerinen-
sis electus, Gregorius praepositus Alba-
nensis et R. abbas S. Martini de Pannonia.

Pax inter re-
gnum et sa-
cerdotium
composita Ve-
netiis.

Anno MCLXXVII. Post multas tri-
bulationes, multaue grauamina, quae
peccatis exigentibus perpessa est eccle-
sia, in illa nota dualitate, per annos fere
uiginti duos, tandem repropitiato do-
mino; quia non in aeternum obliuiscer-
tur misereri; facta est concordia inter
domnum papam et dominum impera-
torem, mediantibus quibusdam magnis
regni principibus. Tunc ex utraque
parte, domni uidelicet papae synodus
episcoporum et imperatoris curia
principum collaudata et indicta est. Qua
per aliquot tempus exspectata tandem
apud Venetiam congregata est IX. Kal.
Augusti. praesentibus domno papa et
domno imperatore: qui et ibidem pa-
cificati, et pax inter eos firmata est.
Domnus quoque Adalbertus Salzbur-
genensis archiepiscopus, uocatus per lite-
ras apostolicas, uenit illuc. Sed do-
mnus apostolicus nimium tunc primum
credulus uerbis aduersariorum eius, sta-
tim, ut curia imperatoris haberi coepit,
persuasit et iussit eum cedere loco: ille-
que reniti non poterat: quia non erat,
qui adiuuaret. Tunc missae sunt liti-
rae a domno papa, et a domino impera-
tore omnibus in episcopatu Salzbur-
genensi constitutis, quarum textus ita se
habebat.

Alexander
papa ecclesi-
am Salicam.

ALEXANDER episcopus seruus ser-
uorum DEI, dilectis filiis, choro Salzbur-
genensis ecclesiae, praelatis ecclesiarum et
ministerialibus praescriptae ecclesiae, ex-
tra montana constitutis, salutem et apo-
stolicam benedictionem. Venerabilis fra-
ter noster Adalbertus, quondam archie-
piscopus uester, uidens et considerans ne-

cessitatem ecclesiae uestrae, cum gratiam
charissimi in Christo filii nostri Friderici,
illustris Romanorum imperatoris, recu-
perare non posset, maluit cedere, quam
contendere, et ecclesiam uestram et ad-
ministrationem ipsius in manu uestra libe-
re et sine contradictione qualibet resigna-
uit. Postmodum uenerabiles fratres no-
bistri, Gurcensis et Patauensis episco-
pi et praelati ecclesiae uestrae, qui apud
nos praesentes erant, de celebranda electio-
ne, mandato nostro recepto, in uenerabi-
lem fratrem nostrum Chunradum, Mo-
guntinum quondam archiepiscopum, ui-
rum utique literatum, prouidum, indu-
strium et discretum et charum admodum
uobis et acceptum, et moribus et genere
nobilem unanimiter conuenerunt, ipsum-
que elegerunt in uestrum archiepiscopum
et magistrum. Nos autem quanto eccle-
siam uestram ampliori charitate diligi-
mus, pro illius gratissimae deuotionis fer-
uore, quam huius turbationis tempore
circa nos et Romanam ecclesiam immobili-
ter conseruauit, tanto facilius eorum ele-
ctioni nostrum fauorem praestitimus et
assensum, ipsumque non subtracto sibi ho-
nore uel dignitate, quam haecenus habuit,
in archiepiscopum uobis concessimus, et
cum obtentu et consideratione ipsius ean-
dem ecclesiam feruentius animo uolumus
diligere, et propensiori studio eius inten-
dere commodis et augmentis, et per indu-
striam, nobilitatem ipsius et potentiam
credimus, auctore DEO, praescriptae
ecclesiae grata commoda prouentura. Vn-
de nolimus uos aegre ferre, uel habere
ullo modo molestum, quod hi, qui apud nos
erant, non exspectato consilio uestro, se-
cerunt electionem, cum de uoluntate et
mandato nostro ad electionem processerint
celebrandam. Inde est, quod nos et nos
omnes ab obedientia, quam praedicto
Adalberto, uel illi, qui supra ^{ab obsequio} imposuit
fuerat, ^{Adalberto de-} promissistis, et eos, qui ex uobis ^{bito absoluit}
alterutri eorum fidelitatem iurauerunt,
a iuramento illo, auctoritate, qua licet
immeriti praeminemus, penitus absoluen-
tes, uniuersitati uestrae per apostolica scri-
pta praecipiendo mandamus et mandando
praecipimus, quatenus memorato Chun-
rado archiepiscopo, omni contradictione
et appellatione cessante, debitam obedi-
entiam et reuerentiam impendatis et eius
salubribus monitis et mandatis humiliter
et deuote parere curetis. Et hi, qui ex
uobis consueuerunt et debent archiepi-
scopo fidelitatem iurare, ei fidelitatem face-
re non postponant. Et quicumque domi-
nica-

(X)

nica-

nicalia Salzburgenfis episcopatus, quoli-
bet titulo a tempore bonae memoriae Eber-
hardi quondam archiepiscopi uestri occu-
pata, detinent, memorato Chunrado uel
nunciis eius, omni occasione et excusatione
cessante, sine difficultate restituant et feuda,
quae de nouo sunt data, quicumque ea
detineant, libera et absoluta relinquunt.
Si qui autem praedicta dominicalia et feuda
de nouo data, infra xv. dies, post ha-
rum susceptionem literarum, iuxta man-
datum nostrum eidem archiepiscopo non
reddiderint, eos contradictione omni et
appellatione postposita, sicut excommuni-
catos uitetis. Sane nos de consilio fra-
trum nostrorum et imperator ex sententia
principum suorum uniuersas alienationes
dominicalium et feudationes de nouo fa-
ctas, omnino cassauimus, easque irritas
esse decreuimus et inanes. Sententiam
autem suspensionis, interdicti uel excom-
municationis, quam praedictus Chunra-
dus archiepiscopus in contumaces canoni-
ce tulerit, uel rebelles, ratam nos, aucto-
re DEO, et firmam habebimus eamque
faciemus non aliter obseruari, quam si
a nobis ipsis lata fuisset, cum eundem ar-
chiepiscopum ita feruenter et sincere dili-
gamus in domino, ut sibi sicut charissimo
fratri nostro in omnibus, quae cum DEO
possumus et iustitia, prompto animo de-
ferre uelimus. Datum Venetiis in riuo
alto v. idus Augusti.

Fridericus I.
imperator,

FRIDERICVS DEI gratia Roma-
norum imperator et semper augustus, di-
lectis suis omnibus praelatis ac ministeri-
alibus Salzburgenfis ecclesiae, et uniuersis
clero et populo ipsius ecclesiae, per Karinthiam
et marchiam constitutis, gratiam suam et omne
bonum. Cum DEO pacis auctori et amatori placuit
Romanum imperium in unam uocare concordiam
cum Romana ecclesia, et pacis iocunditate post
diutinos labores uniuersam respicere ecclesiam,
subiit animum pro Salzburgenfis ecclesiae
statu sollicitos esse, et eius restorationi
diligenter intendere.

remotis prioribus
archiepiscopis oppositis,

Et quoniam per duos sibi inuicem oppositos
ecclesia grauiter distracta fuerat, nec aliqua
spes supererat, ut manus, quae distracta
restituere, tam domno papae, quam fra-
tribus eius dominis cardinalibus, nobis quoque
et maioribus imperii principibus uisum fuit
utile, utrosque remoueri et aliam, per quem
facilius reformari posset ecclesia, substitui.
Post multam igitur deliberationem in gratia
et beneplacito domni papae ac nostro, uterque
super hoc

A uerbo se posuit suoque iuri, quod in Salz-
burgenfi ecclesia quisque uidebatur habere,
in manus domini papae ac nostras penitus
abrenunciavit. Vacante sic ecclesia, praelatos
Salzburgenfes et alios, qui cum ipsis aderant,
de facienda in alium electione, diligenter
conuenimus. Sed, licet nobis magna supplicarent
instantia, ut ad uestram usque omnium praesentiam
differretur electio, tamen domni papae
mandato ac nostro, et omnium principum
consilio, quoniam saepe nocet differre paratis,
ad electionem accesserunt et degremio ecclesiae
Romanae domnum uidelicet Chunradum,
consanguineum nostrum Palatinum, in ecclesia
uestra enutritum, in pastorem et episcopum
animarum suarum concorditer et unanimes
uoto elegerunt.

Conradum
regalibus in-
uestitum,

Quam utique electionem domnus papa totaque
curia ratam habuit et confirmauit, nosque de
regalibus ipsum inuestiuimus, cum ea integri-
tate, qua archiepiscopus Eberhardus decedens
illa tenuisse dinoscitur. Nam generali prin-
cipum sententia iudicatum est, quidquid uel
per nos, dum eiusdem ecclesiae bona in nostra
teneremus potestate, uel per quoslibet alios
infudatum, uel quocumque modo sub hoc
tempore est alienatum, inane prorsus esse
debere et irritum. Quamuis ergo maiestas
nostra saepenumero a nobis grauiter laesa sit
et acriter ultra quam uellemus, prouocata,
tamen diuini timoris intuitu ac beati Ruodberti
reuerentia et ex consueta imperialis mansuetudinis
clementia, tam uos quam Salzburgensem
ecclesiam, serena pietate proponimus respicere,
et in antiquam statum nostrae auctoritatis
munimine reuocare. Vniuersitatem igitur
uestram diligenter commonitam esse cupimus,
ut, quod tam a domno papa, quam a nobis,
ad honorem et restorationem ecclesiae Salzburgenfis,
in spiritualibus et in temporalibus modo
factum est, debita reuerentia et alacritate
recipiatis, ac ratum teneatis; et domno
Chunrado archiepiscopo uestro, dilecto
consanguineo nostro, ea fide et deuotione et
obedire et seruire studeatis, ut nostrae
benignitatis effectum meruo super hoc
experiri debeatis. Si quis uero, quod non
credimus, his, quae magna consilii
maturitate, ad utilitatem et reformationem
Salzburgenfis ecclesiae, nunc ordinata sunt,
contra ire praesumpserit, et a domno papa
excommunicationis sententiam recipiet,
et nostrae maiestatis indignationem procul
dubio sentiet. Datum Venetiae.

ecclesiae Sa-
lisb. commen-
dat.

Anno

Synodus Ho-
benauensis.

Anno MCLXXVIII. Synodus ualde A
celebris habita est in Kal. Februarii a
domno Chunrado Salzburgenfi archi-
episcopo et apostolicae sedis legato, et
ab omnibus suffraganeis eius episcopis,
multisque principibus, de rebus eccle-
siasticis. Habita est autem in episcopa-
tu Salzburgenfi, in loco, qui *Hobenauu*
dicitur.

Synodus gene-
ralis Romana

Anno MCLXXIX. Alexander papa B
celebrauit synodum episcoporum ge-
neralem et ualde celebrem, in urbe Ro-
ma, media quadragesima, id est i. v. idus
Martii. Hic synodus congregata est to-
to fere superiori anno, per totum Ro-
manum imperium, cui etiam interfue-
runt sexcenti uel amplius episcopi.

in comitiis
Ratisponae

Anno MCLXXX. Imperator curiam C
celebrauit *Ratisponae* III. Kal. Iulii, cui
etiam interfuerunt tres cardinales leg-
gati domini apostolici. Ibi in prae-
sentia curiae imperator publice con-
questus est de duce Bauariae et

Heinricus
Leo ducatus
exiit.

Saxoniae domino *Heinrico* cognato
suo; quod uidelicet iam multo tem-
pore, et regni et uitae ipsius im-
peratoris insidiator fuerit. Princi-
pes quoque Saxoniae multas graues
querimonias aduersus eundem ducem
ibi deposuerunt. Tunc ex communi
sententia principum adiudicatum est,
eum debere remoueri, quandoquidem
ad iustam responsionem uocatus non
uenerit. Itaque post finitam curiam,

Otto ducatu
Bau. inuesti-
tur.

palatinus comes, dominus *Otto senior*,
ducatum Bauariae de manu imperato-
ris suscepit.

Richerus
praepos. Ri-
cherisp.

Anno MCLXXXI. Archiepiscopus
Salzburgenfis, domnus *Chuonradus*, a-
postolicae sedis legatus et episcopus
Patauiensis, domnus *Dietpoldus* uene-
rant simul *Richersperg.* III. non. Ianua-
rii. Ibi ergo resignante domino *Phi-
lippo* praeposituram eiusdem loci, am-
bo pontifices iniunxerunt eam domino
Richero, canonico eiusdem ecclesiae.

B. Virgilii se-
pulchrum
reuelatum.

Eodem anno reuelatum, DEI nutu,
sepulchrum B. Virgilii III. Kal. Martii, et
coeperunt coruscare miracula ad sepul-
chrum eius, et ad sepulchra aliorum be-
atorum pontificum, in ciuitate Salzbur-
genfi.

Miracula ad
B. Pilgrimi
sepulchrum.

Non multo post locus Patauiensis
combustus est, eodem anno XI. Kal.
Maii. circa medium diem, cum monaste-
rio maiori *S. Stephani*, et omnibus in
circuitu eiusdem monasterii, Statim
uero et ibi coeperunt diuinitus ostendi
praeclara miracula ad sepulchrum *B. Pil-
grimi* episcopi, et ad sepulchra aliorum
pontificum ipsius loci.

Lucius III.
papa.

Alexander quoque papa ipso anno
defunctus est. In cuius locum substi-
tutus est *Lucius*, episcopus cardinalis,
tertius huius nominis.

ANNO MCLXXXII.

Anno MCLXXXIII. dominus *Otto*
palatinus comes, qui ducatum Bauua-
riae tenebat, obiit. Eodem quoque
anno mortuus est *Mogontinus* archie-
piscopus, *Christan* dictus et dominus

Chuonradus, apostolicae sedis legatus in
sedem suam pro eo restitutus est. Ar-
chiepiscopus etiam dominus *Adalber-
tus*, ex praecepto imperatoris, et una-
nimi omnium Salzburgenfium electio-
ne, cathedram suam recepit, et in XIII.

*Conradus fit
archiep. Mo-
gunt. et Adel-
bertus inre-
cipit sedem
Salisburg.*

Kal. Decembris rursus ecclesiae suae,
cum fauore omnium, reinthronizatus
est. Dominus *Richerus* resignauit
praeposituram *Richerspergenf.* ecclesiae
episcopo *Dietpoldo Patauiensi* XIII. i-
dus Decemb. rursusque dominus *Phi-
lippus* unanimiter electus est a congre-
gatione XVII. Kal. Ian.

*Philippus
praepos. Ri-
cherisp.*

Anno MCLXXXIV.

Anno MCLXXXV.

Anno MCLXXXVI. Lucio papa de-
functo apud Veronam, *Vrbanus III.* i-
bidem substituitur.

*Vrbanus III.
papa.*

Anno MCLXXXVII. *Vrbano* papa
apud Ferrariam defuncto in mense O-
ctobrio *Gregorius VIII.* substituitur in
locum eius.

*Gregorius III.
papa.*

Hoc anno, id est, MCCXXXVII. coe-
pit *Magnus*, presbyter *Richerspergenfis*
ecclesiae, plantare uineas apud *Beneuen-
tenruth*, iuxta ecclesiam *S. Lamberti*
martyris atque pontificis.

Vineae plantae.

Eodem anno uenerunt literae ab ur-
be Hierosolymitana hunc modum con-
tinentes:

E Frater Terricus pauperrimae domus
templi dictus magnus praeceptor, omni-
que fratrum pauperrimus et fere omnino
adnihilatus conuentus, uniuersis praecepto-
ribus et fratribus, ad quos literae praesen-
tes perueuerint, salutem et in illum spera-
re, cuius pulcritudinem sol et luna mirantur.

*Fratrum Hierosolymita-
norum rela-
tio,*

Quod quantisque calamitatibus ira DEI,
peccatis nostris exigentibus, nos in prae-
senti flagellari permiserit, nec literis nec
flebili uoce, pro dolor, explicare ualemus.

Turci enim immensam suarum gentium
multitudinem congregantes, christianoro-
rum nostrorum fines acriter coeperunt in-
uadere. Contra quos nos nostrarum gen-
tium phalanges coadunantes, infra octa-
uam apostolorum Petri et Pauli in eos ag-
gredi, et uersus Tiberiadem, quam uo-

*de elade a
Turcis per-
pessa,*

lenter, castro solo relicto, ceperant, iter ar-
ripere praesumpsimus. Cum nos ita a-
criter impugnauerunt, quod S. cruce et
rege nostro captis, et omni multitudine
nostra interfecta et fratrum nostrorum,
ut in ueritate credimus, eodem die ducen-
tis et tricenis decollatis, exceptis illis se-
xagenis, qui prima die Maii interempti
sunt, uix dominus comes Tripolis et domi-
nus

(X) 2

nus

at ciuitate Accone expugnata,

* paternitatis MS. sed Baron. ad hunc ann. rectius ut posuimus. Similis argumenti epistola.

* tentoria.

nus Reginaldus Sidonis, dominusque Ballouius, et nos de illo miserabili campo euadere potuimus. Deinde pagani christianorum nostrorum sanguine debacchati uersus ciuitatem Accon, cum omni sua multitudine uenire non distulerunt, quam uiolenter capientes, totam terram fere inuaserunt, Ierusalem et Ascalon et Tyro et Berytho, nobis et christianitati solis adhuc electis. Ista etiam ciuitates, omnibus earum fere ciuibus in praelio interfectis, nisi diuinum et uestrum praesto sit auxilium, nullo modo retinere poterimus. Ciuitatem etiam Tyrum in praesentiarum acriter obsidentes, die noctueque expugnare non cessant. Et tanta est eorum copia, quod totam terrae faciem, a Tyro usque ad Hierusalem et usque ad Gazam, uelut formicae cooperuerunt. Nobis ergo et christianitati, orientis ad praesens omnino deperditae, quantocius succurrere dignemini, ut per DEVM et uestrae * fraternitatis eminentiam, residuas ciuitates, uestro fulti adminiculo, saluare possimus. Valete.

Notum facimus uobis domino Archumbaldo, magistro Hospitalarium Italiae et fratribus omnia negotia, quae euenerunt ultramarinis partibus. Sciatis igitur, quod rex Hierusalem erat apud Saphoram circa festum apostolorum Petri et Pauli, pens cum xxx. millibus hominum, et erat bene concordatus cum comite Tripolitano, qui et secum erat cum suo exercitu. Et ecce Saladinus rex paganus accessit ad Tabariam, cum octoginta millibus equitum, et cepit Tabariam. Hoc factum mouit regem Hierusalem de Saphora: et ibat cum suis instructus contra Saladinum. Qui et occupauit eum, cum apud Marestauciam in die Veneris, quinto nonas Iulii, post festum apostolorum Petri et Pauli, et commissum est praelium, totaque die illa pugnatum est acriter, et laborauerunt equi eorum et max diremit litem. Nocte superueniente rex Hierusalem fixit tentoria iuxta Salnubiam, et in crastino sabbato mouit cum suo exercitu, et circa horam tertiam magister templi inchoauit bellum cum omnibus fratribus suis; et non adiuti, perdidit, permissione DEI, maiorem partem suorum. Quo facto iuit rex cum exercitu suo * Anam, quasi leucam unam in manu forti et labore magno. Et tunc comes de Tripoli uenit ad regem, et fecit eum ibi * adtendere, et castra metari iuxta montem, qui est quasi castellum. Et non potuerunt adtendere ultra * tendas tres. Hoc facto, Turci uiderunt illos castra metatos et miserunt ignem circa exercitum regis et adeo magnum habebant

calorem, quod equitaturae aestuantes non poterant comedere, neque bibere. Exinde Baldonius de Fatinor et Bachibocus de Thabaria, et Leufius cum aliis tribus sociis separauerunt se ab exercitu, et iuerunt ad Saladinum; et quod dictum miserabile est, renegauerunt fidem et dederunt se prodideruntque exercitum regi Hierusalem et angustias eorum. Itaque Saladinus mitit super nos Techedinum, cum xx. millibus electorum militum, qui interruperunt exercitum christianorum bellumque fuit acerrimum inter nonam et uesperam: et peccatis exigentibus, pluribus nostrorum occisis, diuictus fuit populus: et fuit rex captus et sancta crux, et comes Cabulenus, Milo de Caleuerdo, et Onfredus iuuenis, et princeps Reinaldus captus et mortuus, et * Galtherus de Arfur, et Hugo de Gibelin, et dominus Botrono, et dominus de Marachel et mille alii de melioribus mortui et capti, ita quod non euasit inter milites et pedites ultra ducentos. Comes Tripolitanus et dominus Balianus et dominus Reinardus Sidonis, et frater Terricus, magister domus templi, uix euaserunt. Hoc facto recollegit Saladinus exercitum, et die dominico uenit ad Saphoram, et accepit Nazareth et montem Thabor et in die lunae uenit ad Accon, quae et Acris seu Ptolemais dicitur, et reddiderunt se illi de Accon, similiter illi de Caypha, et illi de Caesarea, et Iapha, et de Naple, et de Ram, et S. Georgio, et de Hilbelmon, et Artufum et Belforot, et Mirabel, et Turonus, Euualer, et Cazer, et Auderum, omnes se dederunt cum quatuor supra notatis munitioibus. Hoc facto, quando mouit galea nostra de Sur, miserunt Salianos et Saladinum, ut iret ad Hierusalem et redderent ciuitatem. Et cum fuimus cum Galea ad Lechiam, audiuius quod Turonus erat reddita. Ista uero ciuitates adhuc sunt saluatae, et bene munitae, Hierusalem, Tyrus, quae et Sur, et Ascalona, et Machat, et Antiochia, et Laifar et Saona, et Berith, et Tripolis, et bene expectarunt adiutorium Occidentalis ecclesiae. Tanta est autem multitudo Sarracenorum et Turcorum, quod a Tyro, quam obsident, usque Hierusalem et Gazam, coeperunt superficie terrae, quasi formicae innumerae. Et, nisi cito residuis et iam dictis ciuitatibus et, reliquis paucissimis christianorum orientalium subueniatur, simili casu in direptionem ibunt gentilium saeuientium et sanguinem christianorum sitientium.

Gualterus.

Hierusalem tamen eodem anno ab eisdem paganis expugnata est, vi. non. Octobris.

Annomclxxxviii. Gregorio papa

Hierosolyma expugnata a Turcis.

Clemens III. papa.

comitia Moguntina.

Fridericus I. imp. expeditioni sacrae se accingit.

pa defuncto *Clemens tertius* natione Romanus substituitur. Imperator etiam curiam habuit ualde celebrem eodem anno apud Mogunziacum in media quadragesima, quae euenerat in VI. Kal. Aprilis.

Legatus domni papae, Albanensis uidelicet episcopus, cardinalis curiae interfuit. Recitata ibi in publico miserabilis tragoedia de uastatione et direptione populi christiani, quae facta fuit in orientali ecclesia, hoc est apud Hierosolimam superiori anno. Dominus imperator fide Christi succensus signo sanctae crucis statim insigniuit, cum multis episcopis et principibus. Generalem quoque expeditionem aduersus paganos indixit ibi omnibus christianis, ex mandato domni papae et ex consilio omnium principum regni, ad subueniendum christianitati orientis pene deperditae.

ANNO MCLXXXIX. Exercitus christianorum magnus ualde et fortis de multis regnis et diuersis regionibus congregatus, uiam sancti sepulcri agressus est. Dominus imperator et filius eius, dux Alamanniae, cum multis principibus regni, episcopis uidelicet ac ducibus, marchionibus et comitibus, cum magna multitudine populi, per Ungariam et Graeciam iter suum direxerunt, statim post transactos dies paschae, quod euenerat in v. idus Aprilis, ipso imperatore nauali itinere in Danubio descendente a Patauia, in prima die rogationum, hoc est in idibus mensis Maii. Episcopus quoque Patauiensis dominus *Dietpoldus* cum fratribus suis quibusdam canonicis, uidelicet praecipuis ac maioribus de choro Patauiensi, huic uiae ac labori imperatoris se strenue pro domino et pro redemptione animae suae iunxit, optans, imo certus pro temporalibus, quae multa reliquit, sempiterna se recipere post hanc uitam, in Hierusalem superna.

Dietpoldus ep. Pataui. S. crucem secutus.

litteras ex Graecia mittit

Austriae duci Luitpaldo.

IV. Kal. Jul.

x. Kal. Aug.

Eodem anno misit dominus episcopus iam dictus literas de Graecia quarum textus talis erat:

Dietpoldus, DEI gratia patauiensis ecclesiae humilimus minister, praecordiali amico suo Luitpaldo, illustri duci Austriae salutem et sinceram dilectionem. Sicut iocunda et dulcia cordis nostri nobis desideramus communicare, sic ea, quae minus prospere exercitui nostro successerunt, industriae uestrae duximus significandum. Scire itaque uelitis, quod intrantes Bulgariam maximas a Bulgaris sustinuumus aduersitates, quia multos ex nostris iaculis sauciauerunt. Nos et ex illis, quoscumque deprehendimus, laqueo suspendi fecimus. Venientes uero ad Niceam, Magnum, comitem Seruiae

acum maximo apparatu obuium ibi habuimus: quem dominus imperator honeste excepit et multa secum pertractans, honesta ei donaria dedit: sicut et ipse ab eo magna recepit. Similiter omnes principes a praedicto comite in uino et medone et animalibus multum honorati fuerunt. Transcentes autem inde ad primam clausuram, maximam ibi rerum iacturam sustinuumus. Quidam honestus miles de Halle ibi occisus fuit. In partibus illis, exercitus ex maiori parte sauciari coepit. Quia quidam tertianis, alii uero quartanis, quidam autem dysenteria laborauerunt. In secunda clausula, quae lapidibus et lignis et ipsius loci natura munita multum fuit, magna praedonum et latronum turba collecta fuit. Sicut dux Brundulienis, qui nos fraudulenter praecesserat, ordinauit: quae societatem ducis Sueviae, qui primam tenebat aciem, multum molestauit. Deinde aciem nostram et ducis Meraniae, quae media fuit, inuadentes quosdam uulnerauerunt, rebus eorum ex magna parte sublatis. Circa horam uero uespertinam nos cum duce iam dicto Meraniae extremos societatis custodientes, uir cum duodecim lorice processimus, sed subito duo filii unius comitis eiusdem prouinciae bene cum centum sociis nos uiriliter et audacter inuadentes nobiscum diu cum gladiis et iaculis dimicauerunt: Sed nos, DEO auxiliante, eos in fugam conuertimus: ita ut plus quam quadraginta uulnerati in abditiis latitarent: et nos ex eis XXIV. hinc inde colligentes, ad caudas equorum ligatos, ad castra nostra eduximus et eos ibidem per pedes suspendi praecipimus. Apud Strallice nullum fere hominem inuenimus. Quia praeepto ducis Brundusi homines illius prouinciae montana ascenderant et uictualia secum detulerant: ibique exercitus propter penuriam uini ualde coepit debilitari. In tertia clausura, quae ita munita fuit, quod difficilem nobis minabatur transitum, nihil aduersitatis sustinuumus: et tamen exploratores ducis Sueviae plus quam quingentos armatos Graecos ibi uiderunt: qui uisis primis militibus ducis ipsius, statim in fugam uersi fuerunt. In illo loco debilitatus exercitus, ex nimia abundantia panis et uini et nouorum fructuum optime recreata fuit: ibique societas domini imperatoris nobis iuncta fuit. Apud Cernice, quidam comes Ungariae nomine Lectophorus, qui in legatione domini imperatoris Constantinopolim praecesserat, cum legato regis Graecorum, ad nos reuersus est. Praedictus itaque rex superbe et arroganter angelum DEI et originem nostrae fidei et Romanorum imperatorem se nominans, domino nostro imperatori gratiam suam mandauit dicens: relatione regum

III. Kal. Aug.

pridie non. Aug.

III. id. Aug.

XVII. Kal. Sept.

XII. Kal. Sept.

Fridericus imp. in suspi- cionem uenit quod inhiat regno ori- ent.

Franciae et Angliae et ducis Brundusii se percepisse dominum imperatorem ea intentione Graeciam intrasse, quod extin- ctis et extirpatis Graecis, regnum illud in potestatem filii sui ducis Sueviae uellet transfundere. Praeterea dixit, quod amicitia, quam inter dominum imperatorem et Magnum comitem coadunatam audierat, sibi ualde grauis et suspecta esset. Caeterum addidit: si dominus imperator obsides sibi pro uoluntate sua de exercitu mitteret, transitum sibi per brachium sancti Georgii et, sicut iuratum fuerat, forum concederet. Aiebat insuper, quod medietatem terrae, quam exercitus noster apud Sarracenos expugnaret, usibus suis uellet aditulari. Istitis auditis, dominus imperator et principes, tametsi ualde commoti fuissent, tamen pro tempore et loco blandi et sapienter responderunt, dicentes, quando nuncios suos, qui rebus suis spoliati eo tempore, ad insultationem et derisionem nunciorum Saladini turpiter et inhumane tractati, squaloribus carcerum mancipati cruciabantur, rehabere, se secundum honorem DEI et imperii ad uoluntatem ipsius se benignos posse inueniri. Inde procedentes, ciuitatem Philippopolim, uacua hominibus, sed plenam uino et frumento aliisque diuitiis inuenimus. Ea tempestate frater regis Graecorum cum magno exercitu apud nos ad sex miliaria fuit: ad quos nostri quadam die: minus prouide accedentes, in fugam eos uertere coeperant, ita ut de coetero in partibus illis non comparuissent. Postea rex Graecorum et frater eius, nec non et exercitus eorum, semper nos circumuenire attentantes, diu diuque nos detinuerunt: tamen, per gratiam DEI, multo labore multoque ingenio nuncios nostros seminudos rehabuimus. Et tunc primum rex nobis transitum hiemali promisit tempore, si obsides ei daremus, quod pax terrae obseruaretur, et alia, sicut apud Nuremberg iuratum fuerat. Dominus imperator uidens haec omnia fraudulentem fieri, nullatenus acquiescere uoluit: eo quod nuncii sui ualde inhumane et inboneste tractati fuerint: et nulla ratione se et exercitum sanctae peregrinationis, iniquis eorum iuramentis committere uoluit. Et sicut prius humiliter pro rehabendis nunciis suis locutus fuit: ita, rehabitis nunciis, imperiali more dixit: Si rex Graecorum filium suum et fratrem suum et auunculum suum, in quo consilium suum et totius Graeciae pendet, et cancellarium et mareschalcum, et dapiferum suum sibi obsides daret, quod cum pace et securitate et bono foro terram et brachium S. Georgii faceret transire: ipse, uersa uice ei, quoscunque de exercitu eligere uellet, iurare faceret:

quod ipse nulla mala intentione nec regni ambitione in terram intrasset. Quod ad haec responsurus sit rex, ignoramus adhuc. Quandum uero gaudium ea die, qua nuncios nostros rehabuimus, apud nos fuerit, uobis uix explicare possemus, quia, plus quam tria millia electorum militum cum lanceis et scutis girantes in dextrariis suis, bene ad sex miliaria eis occurrerunt: ita quod cancellarius Graecorum et alii magnates multum terrebantur. Quia timuerunt insidias sibi paratas fuisse. Quod cum audisset dux Sueviae et alii proceres, statim depositis scutis eos benigne exceperunt dicentes, talem esse consuetudinem Teutonicorum, et factum esse ad laetitiam excipiendorum et gloriam Graecorum. Deinde nunciis Graecorum hospitatis, nuncios nostros ad dominum imperatorem usque cum magno tripudio perduxerunt, quibusdam cantantibus, aduenistis desiderabiles, etc. quibusdam clamantibus: * hiute ist Herre din tach. Dominus uero imperator de domo sua exiens, et in amplexus episcopi et comitis irruens, cum multis lacrymis eos suscepit dicens: Gratias ago DEO, quia filii mei mortui fuerant, et reuixerunt: perierant, et inuenti sunt. Sequenti uero die episcopus lacrimabiliter aerumnas captiuitatis suae principibus exposuit, ita quod et ipsi ad lacrymas mouebantur. Nuncii uero Graecorum legationem suam peregerunt: et dominus imperator, sicut supra dictum est, breuiter eis respondit, se nihil aliud uelle, nisi supradictos obsides. Vnde Graeci ualde perturbati fuerunt. Quia autem rex Graecorum in literis, quas tribus uicibus domino imperatori misit, nomen eius tacuit, nec eum imperatorem uocauit, in praesentia Graecorum, et nostrorum principum, imperiali fretus habitu et lingua, dixit: Non possumus satis mirari, et indignum ualde gerimus, quod frater noster, nomen nostrum, duod multis regibus et principibus et prouinciis notum est, quod Fridericus dicitur, in literis suis ponere non consueuit. Antecessor, uero ipsius pia recordationis Emmanuel, et quando inimici eramus ad inuicem, nomen nostrum expresse posuit in literis suis: nec in aliquo dignitatibus nostrae maiestatis derogauit. Quod et nos ei uersa uice fecimus. Praedeccessor siquidem noster diuae memoriae Karolus, uictoria felix monarchiam urbis Romae obtinuit, et plus quam quingentis annis sine interruptione ad tempora nostra usque deriuata est: Et nos, auctore DEO et principum libera electione, celsitudine sacri Romani imperii ferme xxxviii. annis potestatiue gloriamur. In urbe enim

hoc est in Kal. Octob.

* prisco idiomate Teutonico.

Luc. 15.

Imperatoris nomen denuciat Friderico barbaro Graecis.

quod aeger fert imperator.

Ro-

. VIII. Kal. Sept.

. IV. Kal. Sept.

PH. II.

PH. III.

PH. III.

PH. III.

Roma, quae domina et caput orbis dicitur, coronam et imperium totius christianitatis de altari B. Petri apostolorum principis accepimus a domno Adriano papa, successore Petri, solenniter unctus, oleo exultationis prae participibus nostris et nomen nostrum celebre et gloriosum in ea habetur. Haec idcirco diximus, si forte dominus uester, nomen et dignitatem nostram ignorat. Scire debetis, de caetero literas eius non recipiemus, nisi solennitas nominis et maiestatis nostrae expresse in eis contineatur. Nos enim eum nomine suo appellauimus et appellamus. Dominus uester sanctum se appellat: mirabilis est sanctitas, quae sanctos uiros, honestos et religiosos, benigne, utpote fideles nuncios, in osculo pacis exceptos, in quorum ore non est inuentum mendacium, nec iniquitas, de subito confueuit incarcerare, et fame ac nuditate usque ad mortem macerare. Longe faciat a nobis DEVS talem sanctitatem. *Istis auditis, Graeci recesserunt. Quid plura? Tota Macedonia usque ad muros Constantinopolis titulis nostris subiecta est, et ad uoluntatem nostram seruit. Vrbes et castella in manu nostra sunt: nec est qui audeat, audito nostro nomine, mutire.* Blaci nobiscum sunt. Armeni fideles nostri sunt. Dominus noster imperator apud Philippolim intendit hiemare. Dux Sueviae, apud Verariae. Exercitus in tribus locis se recepit. Graeci haereticos nos appellant. Clerici et monachi di-*

et sanctitatem regis ridet.

Occidentales haeretici audiunt Graecis.

illis et factis maxime nos persequuntur. Scire debetis, quod omnibus bonis abundamus; Et quod socii nostri adhuc omnes sani et incolumes sunt. II. Kal. Octobr. in maximo foetore fuerunt peregrini nostri propter innumerabilia cadauera apud Philippopolim. Qui uero apud Philippopolim remanserant, in maxima abundantia rerum uenialium esse coeperunt. Circa dies III. idus Nouemb.

Vt autem ordo historiae, de qua agimus, ad notitiam posterorum manifestius perducatur, placuit hic interponere literas, eandem historiam continentes. Scriptas siquidem in ultramarinis partibus, et missas in partes nostras, sicque ad nos perlatas. In quibus ita legebatur.

Andronicus imp. Constantinopolitanus

Factum est post mortem Emmanuel, ante annos aliquos, Constantinopolitani imperatoris, ut sublimaretur ibidem Andronicus. Qui, dum poenam indiceret proditorem facientibus, ita ut quosdam excaecaret, quosdam submergeret, quosdam perpetuo carcere uel exilio damneret, accidit ut Andronicus Angelus et filii eius ipsum timentes, utpote qui de

A morte Alexii imperatoris consciu fuerant, fugerent et ad Accaron cum magno timore uenirent. Et cum praedictus Andronicus Angelus mortuus fuisset, duo filii eius ad pedes Andronici confugerunt, et in eadem hora excaecati fuerunt. Alii duo, qui de misericordia Andronici diffidebant, ad Saladinum confugerunt. Et cum moram fecissent cum eo, aliter eorum amore patriae ductus Constantinopolim reuersus est. Et cum Andronicus ei pepercisset, et in multis seruisset, sorte considerata et Logothetes et imperator ad ipsum Isaac regnum deuolui considerauerunt, et ideo, Logothete mediante, ipsum excaecari debere praeciderunt. Et cum Logothetes ad ipsum imperatoris praeepto uenisset, et uerbis ipsius perturbatus fuisset, ipsum interficere non dubitauit, et clamando ad populum, uestrum inimicum interfeci, ad sanctam Sophiam properauit: et a populo eum sequente, in imperatorem sublatus est: et de Andronico, cui iurauerat, sicut domino suo, crudelissimam et incredibilem uindictam extorsit. Sed in praedicta tempestate, cum Andronicus in suos proditores desaeuisset, et cum rex Siciliae et rex Ungariae in ipsum surrexissent, et totus populus in eum scilicet Andronicum conspirasset, dolore et angustia coactus ad consilium et auxilium Saladini confugit. Et ut ueteres amicitias et concordiam et beneficia, quae sibi contulerat, ad memoriam reuocaret, et ut similiter confoederarentur, diligenter ammonuit: ita scilicet, quod sibi, quia imperator erat, hominum faceret, et ipse sibi in maximis necessitatibus, si opus esset et sibi mandasset, subuenire paratus esset. Praeterea tali confoederatione iuncti sunt et iuramenta hinc inde data sunt, ut, si Saladinus consilio et auxilio istius terram Hierosolymitanorum occupare posset, ipse Saladinus aliam terram sibi retineret: Sed Hierusalem, et totam maritimam, excepta Ascalone, dimitteret liberam, tamen tali conditione, quod eam a praedicto imperatore teneat, et quod terram Soldani et Iconium acquirerent, et praedicti imperatoris propria essent usque ad Antiochiam et terram Armeniorum, si eam acquirere possent. Sed quia Andronicus morte praeventus id efficere non potuit, praedictus Isaac in imperatorem sublimatus, eandem confoederationem, quia Latinos habuit odio et eos timuit per meliores homines et nobiliores, quos habuit, et aureis sigil-

Isaac imp. Constantinop.

sigil-

sigilli impressione confirmavit: et fratrem suum, quem Saladinus honorauerat et ditauerat, reuocauit: sed, dum iter faceret, id est per Accaron, comes Tripolitanus et princeps Antiochenus, quia praedictam confederationem praesenserant, et a fidelibus suis et quibusdam Sarracenis nobilioribus, quorum sanguineos Saladinus suffocauerat, audierant, tenuerunt eum et catenis ferreis strictissime ligauerunt.

Hac autem praedictus imperator, ista per nuncios certissime cognoscens, Saladino tanquam homini suo dilectissimo, praedicta confederatione in memoriam reuocata, mandat, ut in ultramarinos christianos, utrisque inimicissimos, potenter insurgeret: et ipse ex alia parte, quantumcunque posset, expugnaret eos, et fratrem suum de carcere festine laboraret extrahere: et ut post plenariam uictoriam, uterque secundum praedictam confederationem de terra sibi diuisa gauderet. Et factum est, cum ipse Isaac octoginta galeas optime armatas Saladinae in auxilium misisset, Margaritus eas in Cypro potentissime cum suis expugnauit. Saladinus autem cum infinita multitudine terram Hierusalem inopinante et subito intrauit, et ut saepe auditum est, et stibilibiter dico, DEO permittente, christianissimum nostrum uniuersum deuicit, et totam fere terram, nullo defendente, in ius suum usurpauit, et cruces, proh dolor, per plateas traxit, et in praesentia Sarracenorum sepulcra contaminauit, uirgines et nuptas et infantes in perpetuum, nisi DEVS misericorditer reuocauerit, exules in terram extraneam duxit.

Hac uictoria, supra quam credi possit, elatus, imperatori nuncios suos misit, et, ut de uictoria sua gauderet, praesentibus literis notificauit, et misit ei elephantem unum et quinquaginta fellas Turcas, et unam phialem balsami, et centum arcus Turcos, cum pharetris et sagittis et centum Graecos captiuos Graeciae remisit, mille et quinquaginta dextrarios Turcos, uel Turquimannos, et species infinitas, et quas nouerat, preciosiores. Imperator itaque muneribus istis delectatus, nuncios honorauit, quantum potuit, et eis palatium optimum in media ciuitate Constantinopoli ad habitandum per tempus concessit: quod nunquam uel raro aliquibus nunciis Latinis facisse uisus est: et praedictam confederationem et sacramenta iterauit. Et cum isti nuncios honorati ab eo reuenterentur, misit imperator nuncios cum eis, scilicet, * Soeuestor, Aspion, et Constantinum senem interpretem in lingua Sarac-

nica; et misit per eos Saladino coronam auream dicens: Hanc tibi mitto: quia meo iudicio modo recte rex es, et eris me iuuante et DEO uolente: misit ei quadringentas loricas peroptimas, et quatuor mille palos de ferro, et quinque millia ensium, quae omnia a rege Siciliae habuerat, et duodecim Samitas et duos Scyphos aureos, et duas uestes imperiales, et, * Beuerinas pelles. Fratri Saladini Sabidino misit sex samitas, et duas uestes imperiales, et singulis, scilicet tribus filiis Saladini maioribus, sex samitas, et unicuique imperialem uestem. Et cum isti nuncios nauigassent Accaron, Saladinus uictus ignominiose ante Tyrum, occasione nunciorum aduentus, fugit Accaron in die Epiphaniae, et occurrens nunciis salutaturus eos: muocauit omnes principes et amicos et filios, et coram secretariis suis praedictam confederationem et sacramenta iterauit, et nuncios multum honorauit, et ab eis de statu imperatoris, et de guerra Blacorum, et alius guerris aliorum principum diligenter inquisiuit. Nuncios uero genua stectentes de honore collato fratri imperatoris gratias egerunt, et genu eius osculati sunt dicentes: Per te saluatus est et liberatus de manibus Latinorum, ipsum propter te in carcere tenentium.

Mora facta, cum audisset Saladinus de consignatione, et de aduentu Latinorum principum, statim coepit cogitare de interitu eorum, et remisit nuncios imperatoris; et cum ipsis proprios nuncios, et per eos misit eidem xx. dextrarios Latinos et pyxidem, ad longitudinem cubiti preciosissimis lapidibus plenam, et pyxidem eiusdem longitudinis balsamo plenam, et trecentos funes plenos lapidibus perforatis et magnae magnitudinis, et scrinium plenum aloes, et arborem ligni cum brachiis et ramis uiridem, quae multo preciosior est, et centum folliculos mosci et uiginti millia Byzanticorum, et elephantum paruulum, et * bestiolam, quae fert moscum, ac struthionem et quinque Leopardos et triginta quintarios de pipere, alias species sine numero et mensura, et uas, quod caperet uiginti metretas uini de purissimo argento, plenum toxico fortissimo. Quod ipse cum uellet probare coram nuncio, uocauit quendam Latinum christianum, et pyxidem in media platea longe a Sarracenis aperire iussit, quam cum aperuisset, statim mortuus fuit: et sex millia modiorum farinae toxicatae, et tria millia modiorum frumenti similiter toxicati: * maumeriam misit ei, ut eam sicut promiserat ad honorem Sarracenorum exaltaret et uenerabiter eam haberi praeciperet.

Anno eodem dominus Philippus praepositus Richerspergensis ecclesiae, postquam longo et difficili deductu, de loco

Hierosolyma
christianus
erepta.

Zinettam

Philippus
praepositus
Richerspergensis
ecclesiae
postquam longo et difficili deductu, de loco

loco, qui dicitur *Lind*, induxisset fontem aquae, in claustrum fratrum, labore suo et auxilio quorumque fidelium etiam extraneorum, considerans imbecillitatem tuam, quia senio grauis iam praeesse non poterat, resignauit eandem praeposituram domino archiepiscopo *Adelberto* Salzburgae v. Kal. Septemb. Erat autem uir bonus et mitis multumque religioni deditus, utpote qui a iuuentute sua deuotissime DEO uiuens, per annos amplius quam quinquaginta in coenobio Richerspergensi conuersatus fuerat, sine querela, in obedientia erga magistrum suos, ieiuniis et uigiis semper studens, in transcribendis quoque libris sanctis, etiam propriis manibus studiose operam impendens. Post eum statim electus est a fratribus in eius locum III. Kal. Septemb. dominus *Gerlochus* presbyter, qui et ipse sub disciplina felicitis memoriae magistri Gerhohi a puero educatus, et in presbyterum ordinatus est ad coenobium Richerspergense. Petente autem praeposito et dominis de choro Salzburgensi, per licentiam fratrum suorum ecclesiae Salzburgensi et dominis fuit associatus de choro.

Gerlochus
praepos. Ri-
chersp.

Anno M C X C. pars illa exercitus nostri, quae hiemauerat apud Philippopolim, secuta est ominum imperatorem *Adrianopolim* xviii. Kal. Febr. et uenit Constantiam ea die, qua cantabatur, circumdederunt me gemitus mortis. hoc est, in xii. Kal. Febr. Venit autem *Adrianopolim* ad imperatorem viii. idus Febr. xvi. Kal. Martii uenit nuncius imperatoris Graecorum, ferens finalem et praecipuam pacis compositionem ad dominum nostrum imperatorem. xiii. Kal. Martii uenerunt nuncii Soldani et filii ad dominum imperatorem apud *Adrianopolim* morantem, bonam portantes legationem.

vi. Kal. Mart. habuerunt peregrini nostri uentum intolerabilem et frigus asperissimum apud *Adrianopolim*: inde tunc missi sunt nuncii qui explorarent securitatem transitus ad brachium. III. Kal. Mart. uenerunt imperatori obfides Graecorum, quos expetierat ab eis imperator.

*Militum sa-
crorum fata.*

In Kalendis Martii dux Sueviae exiit cum suo agmine *Adrianopoli*. Sequenti die dominus imperator cum suo exercitu. iv. non. Martii transierunt *Reina* aquam, cum magno labore, et ea die cantabatur *Laetare Ierusalem*. Dominica viii. idus Martii audita sunt tonitrua horribilia, et imbres insoliti ruentes fecerunt uiam laboriosam hominibus et equis. xv. Kal. April. in die palmarum fuerunt in fletu et tristitia magna. Quia equi eorum nimia annonae

penuria laborabant. In die coenae domini obiit *Ainuicus* de *Hagenouue*, sepultus apud *Abrusam*. Inde uenerunt *Callipolim* ad transitum brachii. x. Kal. April. in *Parasceue* transiit brachium dux Sueciae primus cum suo agmine. vii. Kal. April. transiit dominus episcopus *Patauiensis* et dux *Merani*, cum societate sua, et primas partes Romaniae intrauerunt. v. Kal. April. quod

Berat. iv. feria, transiit dominus imperator, post transitum omnium peregrinorum. iv. Kal. April. relictis bigis et quadrigis, iter cum * *Sagmis* aggressi sunt; et per duos dies ualde laboriosam et penuriosam uiam habuerunt. Tertia die intrauerunt uallem quandam, ubi homines uino et cibariis, equi gramine optime reficiebantur. iv. non.

* *Sagmis*.

April. transierunt * *Digam* fluuium; sequenti die, * *Anelomicam* fluuium cum magno labore et rerum iactura, lutosam et ualosam uiam habuerunt. vii. idus Aprilis intrauerunt stratam, quae uenit de *Constantinopoli*. Tunc transiituri per quaedam deserta Romaniae, praeparauerunt hominibus et equis necessaria ad septem dies. v. idus April. intrauerunt uallem *Ascaratanam*, ibi

exercitus ex maxima parte coepit murmurare propter forum. xxiii. Kal. Maii. uenerunt *Philadelphiam*. Inde transierunt quendam montem cum maximo labore. Quia equi, ex maxima parte defecerant et eis omnia necessaria, excepto pane, consumpta fuerant. Inde uenerunt ad minorem *Tripolim*,

quae in Graecia dicitur *Hierapolis*, in apocalypsi *Tiatyra*, ubi passus fuit *Philippus* apostolus: quam desertam a Turcis inuenerunt, ibique aquam, quae dicitur minor, transierunt et districtum Turcorum intrauerunt. Qui, cum

omni humanitate et hilari uultu eos excipientes, forum pro posse suo exercitui ministrauerunt. Tunc accesserunt ad campos *Laodiciae*, quae sita est in pede cuiusdam altissimi montis, ultra quem *Ephesus* est, ubi bonum forum habuerunt: ibique dicebatur rex Franciae *Luduicus* quondam deuictus fuisse a Turcis: et dominus *Orto* episcopus *Frisingensis* in expeditione *Chunradi* regis.

Inde intrauerunt quaedam desertissima loca * *Turciae*, descendentes iuxta locum *Salinarum* in terra horroris et *Saluginis*. Ibidem inuenerunt greges ouium, caprarum, agnorum et hoedorum, bouum, equorum, camelorum, asinorum, pene ad quinque millia. Quae omnia fuerunt agrestium Turcorum, qui in aduentu nostro relictis tentoriis, et *Viltris* montana profugi ascenderant. Sed quia nos existimauimus ex parte illorum pacem habituros, nihil eorum,

(Y)

quae

quae in uia eis desiderabilia et admodum necessaria erant, attigerunt. Nocte illa in capite luci, nec gramen, nec herbas nec frondes inuenerunt, sequenti mane inuenerunt eos mala mille seculis inaudita. Nam Turci equites et pedites sine intermissione iaculis et incursionibus uexauerunt eos. Tamen 11. Kal. Maii. remisit DEVS indignationem suam, quae peccatis exigentibus super eos ualde incanduerat, uolens respirare populum suum. Dum praedicti Turci castra eorum, quae exierant, mane intrarent pro colligendis, quae populus propter lassitudinem portare nequiuit, imperator ex industria fumum fieri praecepit, et illi, sicut occoecati, subito ab eis occupati, ex illis fere trecenti occubuerunt, reliqui uero in montanis eos obseruantes, *Susopolim* usque per ualde laboriosam uiam insecuti sunt.

Inde vi. nonas Maii iterum persecutores crucis Christi ceciderunt ad trecentos: et nostri in maximo defectu fuerunt. Quinta non. Maii plus, quam triginta millia Turcorum in quadam artificiosa clausura conuenerant, per quam transituri erant nostri: ubi imperator Graecorum *Emmanuel* cum maximo exercitu destructus fuit, ut nostros eodem modo interimerent. Sed infatuauit DEVS consilium *Achitofel*. Quia imperator noster, spiritu DEI praemonitus, fecit exercitum transire quendam altissimum montem, ubi plus quam mille equi perierunt. In mente habete omnes diem illum, in quo altum et laboriosum montem istum transierunt. In descensu montis spatiosam terram et maximam copiam gregum inuenerunt. Sequenti die Turci circumualauerant eos, et die ac nocte sagittis et incursionibus acriter infestauerunt. v. nonas Maii ualidissima *fames* coepit esse in exercitu; et nuntii Soldani recesserunt fraudulenter ab eis captiuato *Gotefrido*. Tunc liquido cognouerunt, quod aurum Soldani et amicitia ipsius uersum fuit in scoriam: et quod ipse et Graeci in hoc conuenerant, quod fraudulenter interimerent eos, quia ui non poterant. Sed de his omnibus eripuit eos dominus omnipotens.

Henricus Leo reconciliatur imperatori.

His etiam diebus in regno Romano *Henricus* dux Saxoniae, filius magni ducis *Heinrici*, et nepos *Lotharii* imperatoris ex filia, qui iam per decem fere annos gratia imperatoris *Friderici* et regni, indeque ducatu *Bauariae* etiam, caruerat, pacificatus est cum rege Romano, filio imperatoris, et in gratiam regni receptus est solenniter, in curia eiusdem regis, quae habita est, post

A dies paschae, quod euenerat in 8. Kal. April.

In non. Maii. Turci existimantes nostros omnino inedia extabuiffe, hora uespertina castra eorum fundis, iaculis, lanceis potenter inuaserunt: Sed exercitus uiuificae crucis incursionibus ipsorum uiriliter occurrit, ita ut duo fugarent decem millia: et nisi nox et montana intercessissent, omnes in ore gladii cecidissent. Et, ut uerum loquar, ibi corruerunt plus quam quinque millia Turcorum equitum et peditem, auctoribus duce *Sueuae* et duce *Merani*. vi. Idus Maii audierunt nostri tubam *Soldani*, et uexillum ipsius uiderunt, sicut referebat Turcus ductor eorum, qui captiuus ducebatur ab eis.

Quinta idus Maii, omnis fortitudo Turcorum occurrit eis, ita ut montes et ualles plenae essent; et nostri simulantibus imbecillitatem, ita ut illi magis exasperati, v. idus Maii insultum clamoribus in eos facerent: sed nostri, subito regirantes, occiderunt ducentos, et in monte iuxta ciuitatem, quae dicitur firma, plus quam quinquaginta. Tertia idus Maii, quando erat sancta dies pentecostes, pepercit nobis DEVS. Sequenti uero die, id est, 11. idus Maii, filii *Soldani*, collectis trecentis millibus equitum, acies suas instruxerunt, ut nobiscum dimicarent. Sed dominus imperator, primam aciem fecit eis uiriliter occurrere: quod ita factum fuit, et omnes in fugam uersi fuerunt. Cuidam etiam religioso laico angelus domini apparuit, ueniens in auxilium christianorum, qui cum hasta una miro modo uerberauit agmina Turcorum. In descensu itaque montis, unde primam aciem fugauerant nostri, acies imperatoris pene centum Turcos electos strauit: et alium montem, quem duo filii *Soldani* cum copiosa multitudine Turcorum, et cum regali buccina occupauerant, dominus imperator morose ascenderat: et illi sub quadam indignatione terga dederunt. Et quia de nacta uictoria DEO hymnum non cantauimus, dignas soluimus poenas. Nam post nimium calorem et laborem, post occasum solis, exercitus in quadam arenosa solitudine diuisus ex puluerosa

Gnebulam fuit. Et sicut oves palantes inimicis circumgirantibus hinc inde errauit. Ad ultimum tamen signa exercitus reperientes, castra absque gramine et aqua metati sunt. Sequenti mane, hoc est, in idibus Maii, sicut praemortui itinerantes, aquam in palustribus locis inuenerunt. Hic in locis illis paludosis equi eorum aliquantulum refocillati fuerunt. Ibidem magnus *Melech* et satrapae ipsius, misso legato, dixerunt:

Victoria christianorum de Turcis.

Angelus tularis christianorum.

runt: *Si imperator et exercitus daret eis trecentos centenarios auri, et terram Armeniorum, quod tunc in pace transitum concederet eis: Et post tres dies forum facerent exhiberi.* Imperator uero iuxta consuetudinem mansuetudinis suae respondens ait: *Non est iuris imperii nostri, et exercitus christianorum et militia uiuificae crucis non poterunt in consuetudinem ducere, regiam stradam auro uel argento comparare: sed auxilio domini nostri IESU Christi, cuius nos milites sumus, iter erit aperiendum ferro.* Nuncius uero recedens dixit: *Si hac nocte ad uos non fuero reuersus, sciatis pro certo, quod cras ante horam tertiam Turci cum omni fortitudine sua uobiscum decertabunt.* Sed, quia exercitus et equitaturae nostrae, quae in respectu priorum, ad nimiam erant deuolutae in ediam, coepimus ualde tristari et moesti esse. Et tamen adiutor in opportunitatibus, qui mauult parcere, quam flagellare, inspirauit in cordibus episcoporum, quod paterna et salutari commonitione populum ad implorandum diuinum auxilium excitauerunt, et nomen sancti *Georgii martyris*, quod celebre quidem habetur in tota ecclesia catholica, qui in anxietatibus nostris aliquotiens uiris religiosis apparuit, laudibus, hymnis, ieiuniorum uotis pro posse suo extulerunt: ipsum sibi a DEO signiferum, propugnatorem, aduocatum dari, cum multis suspiriis et lacrimis efflagitauerunt. Dominus itaque imperator, quia res pro uita uidebatur actitari, tametsi occulte aliquantulum anxietabatur de castris crastinae diei, quae et habere proposuit in seriali horto et uiridario regali Soldani, dixit familiaribus suis: *si cras DEO annuente, cum aliquantula prosperitate tentoria figere poterimus, non modicum erit argumentum tranquillitatis futurae.* Mane facto 16. Kal. Iunii, auditis missarum solennitatibus, et accepta communione in nomine domini, ualde paulatim, ita etiam, quod multi debiles et infirmi sustinerent admodum tarde aequae processimus: et Turci, quorum innumerabilis erat multitudo, nos ad instar lunae corniculatae circumdederunt, et clamoribus et incurvationibus non multum tamen uexantes, ad castra nobiscum peruenerunt, absque laesione nostra: sed ex ipsis bene xxx. occubuerunt. Ingressi itaque hortum et uiridarium regium, multam abundantiam graminis et aquae inuenimus. Nocte illa tonitrua et imbres insoliti nos molestauerunt. Mane facto dominus imperator duas acies ordinauit: primam commisit filio suo duci Sueviae, secundam ipse gubernauit, in medio uero clericos et milites

Ainermes caeterumque uulgus cum *Sau-mariis et Sarcinis* procedere instituit, edictum etiam imperiale exiit, ut, si DEVS concederet nobis uictoriam, ne cuiquam liceret de praeda contingere, donec hostes sternerentur ad terram, et ciuitas *Iconium* nostrae subderetur ditioni. Dum uero in procinctu fuisset, nuncius Soldani et filii sui occurrit imperatori, quaerens ea, quae pacis sunt. Imperator respondit; si nuncius eius ei de captiuitate redderetur, et nuncii industrii et prudentes mitterentur, qui de tanto negotio scirent et possent tractare, se in danda pace praestabilem inueniri. Post discessum autem nuncii, imperator intellexit, quod haec omnia dolose et causa frustratoriae dilationis fierent, mandauit filio suo, quod ipse procederet. Qui dum iuxta praeceptum patris sui ad portam ciuitatis *Iconiensis* uenisset, occurrit ei dominus *Gorefridus* de captiuitate liberatus dicens: *Benedicti uos a domino, procedite confidenter, tradidit DEVS ciuitatem hanc et terram in manum uestram.* Soldanus igitur, qui cum sexcentis armatis militibus, siue in bono, siue in malo, nescitur, exercitui obuiam uenerat; uisa prima acie, terga cum suis dedit et castrum, quod supereminet ciuitati, intrauit fugiens. In quo, et receperunt se fere omnes ciues ciuitatis, tam diuites, quam pauperes, portata secum infinitissima supellectile auri et argenti et preciosarum uestium, et copiosa abundantia uictualium; equos et asinos et armenta sua in locis munitis concluserant. Praedictus itaque dux cum suis usque ad portam castrum ualde muniti persecutus eos; omnes, quos in ciuitate reperit, in ore gladii occidit, pueros cum mulieribus. Et mirum in modum dum saepe dictus dux, angelo DEI cooperante, ita de ciuitate triumphasset, turma imperatoris, quae extra hortos ciuitatis adhuc longe fuit, hoc ignorabat: sed ipsa erat circumdata innumerabili *Turcorum* multitudine, et tantus erat impetus *Turcorum* super nostros, quod illi, qui ibidem erant, mortem ceruicibus suis iam proximam expectarent. Nam episcopi et plurimi sacerdotes offerentes se hostiam uiuam summo sacerdoti, in argumentum officii sui stolas collis suis circumdederunt, desiderantes illa immortalitatis stola superuestiri, et gloriantur cum apostolo dicentes, *cupimus dissolui et esse cum Christo.* Sancta etiam legio electissimorum militum, in omnibus comparanda legioni *Thebaeorum* martyrum, pari uoto, unaque uoluntate sanguinem suum cupientes pro Christo fundere: ita stabant intrepidi, quod nullum contractae de-

Iconium oppugnatum a christianis

et expugnatum.

*Georgius
martyr pa-
tronus cruci-
gerorum.*

bilitatis, nec in ipsis, nec in dextrariis suis appareret uestigium. In medio ipsorum erat ille gloriosissimus Rom. imperator inuictissimus, cuius similem totus nequit inuenire orbis, qui tamen si saepe totam *Tusciam, Longobardiam, Apuliam, Burgundiam* fortissimas terras deuicisset, et innumerabilis strages hominum bellica manu factas uidisset; in hoc tamen discrimine, suffusus aliquantisper lacrimis, haec fertur dixisse. *Si exercitus christianorum, qui hodie loco isto ob amorem coelestis patriae defudat, cum omni integritate esset Antiochiae, poenam, quam non decet imperiali irrogari personae, uellem sustinere, uidelicet capitis minorationem.* Haec, cum dixisset, et cunctis, qui aderant, lacrimantibus, iterum in magnitudine solitae uirtutis suae ille memorabilis Augustus subiunxit *Sed, quid moramur? Quid trepidamus? Christus uincit: Christus regnat; Christus imperat. Haec est merces militum domini, Taliter peruenitur ad regnum cum gloria. Venite commilitones mei, qui regnum coelorum comparare sanguine uestro existis de*

Turcae in fugam coniecti. Haec dicens, licet multo esset defatigatus labore, animi tamen nobilitate maior *Iuda Machabaeo: ipse primus regirato dextrario, caeteris audacter in id ipsum consentientibus, irrui ut leo super hostes: et ita in fugam eos conuertit: quod nec unus quidem illorum manum leuauit contra eum: Sed omnes in fugam conuersi, de societate sua, hoc est, de filiis Belial, ad tria millia hominum amiserunt. Et nisi debilitas militum et defectio obstitisset, castrum ea nocte fuisset expugnatum in ciuitate. Milites enim fere per 14. dies incredibili et inaudita laborauerant famis inedia. Post uictoriam dominus imperator, cum sequenti se exercitu ciuitatem ingressus, magnifice a filio et focis excipitur. Ibi de spoliis hostium famas exercitus mitigata fuit aliquantulum. Multi eorum foueas cum tritico et hordeo inuenerunt, unde homines et equi ex magna parte creati fuerunt. Referebant praeterea nonnulli, quod rapina in ipsa ciuitate facta, in auro et argento, gemmis et purpura erat ad aestimationem *ultra centum millium marcarum.* In domo etiam magni *Melech* thesaurus desiderabilis, quam profanus *Saladinus* illi prodote cum filia sua contulerat, repertus fuit. Sequenti die, xv. Iunii coepimus laudare nomen domini, quia uictoriam nobis dedit de inimicis suis: dicta hac missa, charitas DEI diffusa est in cordibus nostris. Officium itaque ipsum laetitiae nostrae et uotis multum concordabat; in quo etiam mentio ha-*

Præda.

Abetur *Iconii* in prophetia, uidelicet de actibus apostolorum sumpta, quae ipsa die de ieiunio quatuor temporum, in tota ecclesia similiter legebatur.

Post haec Soldanus et filii eius, nec non et Admirali, uidentes, in foueam, quam foderant nobis, se cecidisse, miserunt legatos suos ad dominum imperatorem, supplicantes, quatenus in uisceribus misericordiae terram et populum respiceret. neue malum pro malo redderet; sed honorem, quem pro illato sibi contemptu eligere uellet, omnifariam ei exhiberent. Adiecerunt praeterea, quod indignationem imperatoriae maiestatis, modis, quibus possent, studerent sopire. Quoniam igitur imperatori non erat in proposito aliquibus arduis negotiis iter uiuificae crucis induciare, communicato consilio principum, in hunc modum respondit: *Soldano iuxta amicitiam, diu cum imperio nostro habitam, legatos suos ad nos misit, et ad terram suam inuitauit, et securitatem uiae et bonum forum nobis et exercitui nostro pollicebatur. Praeterea alii nuncii ipsius, et filii sui praesentiam nostram Adrianopoli adierunt, uberiora et ampliora prioribus beneficiorum promissa nobis offerentes, Sed qui nobiscum terram istam ingressi sunt, uiderunt nobis pro securitate uiae arcus et tela, gladios et lanceas, et omne genus armorum et insultationes et insolitos clamores exhiberi, et pro bono foro, nobis sub specie fidelis amicitiae pollicito, magnus Melech cum omni fortitudine et uirtute gentis suae, in manu hostili nos et exercitum nostrum circumdederunt sicut apes, exarserunt in nos sicut ignis in spinis: et tamen in nomine domini nostri IESV Christi Romanus imperator et aduocatus specialis terrae Hierosolymitanae hostium cuneos penetrari securus et fugato multitudinis uestrae exercitu, tradidit DEVS noster ciuitatem hanc in manum nostram. Sed quia Romanus imperator, cui collaterales semper esse debent misericordia et ueritas, nouit magis parcere quam ferire: hanc gratiam dominis uestris et nobis impertiri decreuimus, ut pax nostra sit super uos; dummodo detis obsides ad arbitrium nostrum, quod in bona pace et bono foro terram uestram exire debeam.* Talibus auditis, nuncii cum ingenti gaudio haec Soldano et filio suo retulerunt. Qui infra breue spatium ea, quae proposita fuerant, effectui mancipauerunt, datis decem admiratis, et aliis decem magnis baronibus obsidibus. Exercitus ergo x. Kal. Iunii exiit *Iconium*, et iuxta regium hortum, sicut et prius castrametatus fuit. Vbi forum, tamen care uenderetur, tamen ad sufficientiam inueniebatur. Nam ibi-

Turci pacem perunt.

imperatoris responsio.

Psalm. 117.

ibidem inter equos et mulos plus quam sex millia, exceptis asinis, uendebantur. In pane et carne, nec non butyro et cae-
 seis exercitus bene recreatus fuit. VII. Kal. Iunii inde mouentes per quaedam spatiosissima et plana loca uenerunt ad XL. fontes. Sequenti die uenerunt ad quandam magnam et potabilem aquam. Ibidem, quia agrestes Turci non omnino adhuc destiterant nostros insequi, dominus imperator dixit obsidibus: si Turci uestri non cessabunt nos persequi; et, si forum ex condito exercitui non exhibetur, reuera capitalem excipietis sententiam. Postea parum mali ex parte illorum sensimus. Procedentes inde transiuimus quandam magnam uillam, ubi multa uineta fuerunt et parum aquae, laborioso quidem itinere uenerunt ad aliam uillam, cui nomen Pyrgus, ibique bonum forum reperientes, die una quieuerunt. Postera luce III. Kal. Iunii uenerunt ad quandam specialem ciuitatem *Larandam*, quae diuidit *Ciliciam*, id est Armeniam a *Lycaonia*. *Iconium* siquidem metropolis est *Lycaoniae*. Quantas igitur angustias et persecutiones, famem, sitim, perfidias et fraudes, clamores, insultationes, die et nocte sine intermissione, exercitus, pro nomine Christi et honore uiuificae crucis, patienter et hilari uultu et absque murmuratione in terra Turcorum pertulerit, si ad plenum exponere conaremur, etiamsi linguis hominum et angelorum loqueremur, tamen irritum cedit labor noster. Quia puteus altus est et, in quo hauriamus, non habemus. In tanti enim laboris debita et plenaria descriptione, si adhuc superstites essent, quasi elingues digitum suo ori superponerent ille famosus *Homerus* facundusque *Lucanus*; ipseque uates *Mantuanus*. Factum est autem, dum exercitus uiuificae crucis nouisset, castra a *Laranda*, ubi uires aliquantulum receperat, uenerunt ad unam uillam Armeniorum, ibidem in campis cruces fixas uiderunt: Propter quod ingens gaudium et exultatio corda eorum exhilarauit. Diu enim fuerat, quod nihil eorum, quae ad decorem christianae pertinent religionis, nec uiderant nec audierant. Progressi itaque ascenderunt quaedam montana solis uix peruia ibicibus; quae cum maximo transierunt labore, ibique districtum perfidissimorum Turcorum reliquerunt. Tunc obsides Soldani et filii eius instanter postulabant, quod propria remitterentur: affirmantes, quod in illo loco ex condito dimittendi essent. Ipsorum uero precibus, nec locus nec audientia a principibus exhibebantur; sed in arctiori custodia

A iussi fuerunt obseruari. Dum itaque summitas asperrimi montis eos cum supremo labore recepisset, domino imperatori occurrit princeps * *Sibiliae*, uir potens et honoratus, qui cum omni deuotione eum suscepit, et exercitui forum pro posse suo fecit exhiberi. Est autem *Sibiliae* castrum munitionissimum et marchia christianorum, B quod a crebris Turcorum insultibus per ipsum defensatur. In descensu itaque montis filii dexteræ excelsi castrametati sunt, iuxta quandam magnam aquam et inuadosam, ubi equitaturae nostrae bene gramine refectae fuerunt. Deinde recepti in quodam spatiofo campo, ubi plurimum graminis erat, duos dies quieuerunt. Ibidem multitudo populi uictualium coepit inedia laborare, in tantum, quod carnes equinae apud quosdam, sicut prius, locum habebant. Principes enim et magnates per abrupta montium hinc inde quaesitas tenues interdum mensas habuerunt. Descendentes igitur, iuxta praedictam aquam, cui nomen * *Selephica*, iuxta quendam * *Barbaræ* lapideum pontem castra metati fuerunt, ubi honorabiles nuntii domino imperatori occurrerunt. VI. idus Iunii, ex parte domini sui, prout consuetudo est gentis illius, affectuose inclinantes praecipienda, ordinandi de populo, de terra, omnimodam offerentes facultatem. Quos dominus imperator tanquam uiros industrios apud se habuit, et consilio ipsorum de progressu exercitus ordinauit, audiuitque ab eis, quod ualde difficilem et asperam transituri essent uiam. Sed piissimus imperator in omnibus peregrinis suis tanquam pater condolens, uerbum hoc celari praecepit, ne, si forte audiret populus, futuros sibi imminere labores, taedio uiae et rerum penuria opprimeretur. De die enim in diem laeta et iocunda, et boni fori exuberantia eis promittebantur: Sed haec omnia in contrarium cesserunt. Nam sequenti die v. idus Iunii, cum maximo labore ad hospitium uenimus: Et exercitus propter incredibilem uiae difficultatem, non seruata constituta progressionem, nec expectatis principum et societatum uexillis, unusquisque pro posse suo alium ante ire attentabat. Et nocte illa maior pars exercitus quendam altissimum montem in littore praefatae aquae protensum transiuit. Obscuritas enim noctis impediuit, quod multa praeruptae femitellae pericula non poterant uideri, quae in die iter nostrum sequentes multum terruerunt: et secundum relationem ipsorum in maximis angustiis eos fuisse intelleximus. Quis enim tam saxei esset cordis, tamque durae ceruicis, qui non ad lacrymas

totus fleteretur, quando episcopos electissimos, propter longas aegritudinum molestias uidit in grabatis equorum deferri; et in nimia semitae saxosae artitudine equus anterior, et interdum posterior domini sui, quem manu deferebat, et suimet mortem per miserandam ruinam minaretur. Ibidem miserabile erat spectaculum: quomodo laudabilis, et bene remuneranda eorum, qui scutiferi dicuntur, sedulitas, dominorum suorum debilitatem in sua debilitate, in sudore uultuum suorum, per montem illum portauerunt. In descensu montis, herbarum reperta abundantia, prandium fumentes aliquandiu quiesuerunt. Accidit autem ut dominus imperator, et qui cum illo erant, iuxta consilium eorum, qui indigenae erant, uolentes euitare periculum montis, quod praeculis erat, dum aurora radios suos spargere coepisset, in littore aquae, descenderunt, nec in minore labore fuerunt, quam illi, qui per iuga montis descenderant.

Nam quidam episcopi et alii principes praepotentes, relictis equis in quibusdam locis, ubi aqua a dextris, praecipitium montis a sinistris, periculum exitiale minabatur, manibus et pedibus, sicut quadrupedia reptabant. Et haec omnia dulcia et suauia ipsis uidebantur, amore illius, qui imperat uentis et mari, et desiderio patriae coelestis, ad quam suspirabant. Exercitus, qui praecesserat, ea die, hoc est iv. idus Iunii in campis Seleucia castra metatus fuit, et erat laetitia magna in populo: qui euaserant pericula multa, et prosperatum erat opus in manibus eorum. Dominus quoque iam fecerat cum ipsis misericordiam suam, et liberauerat eos de omni angustia.

Repente autem et inopinate gaudium eorum mutatum est in moerorem: et uersa est, heu, pro dolor, in luctum cithara eorum et cantatio ipsorum in amarissimam plorationem. Quia ibidem apud Seleuciam in illa die cecidit corona capitis nostri, et gloria decusque imperii Romani periit. Imperator enim noster *Fridericus* augustissimus, et omnium fere regum fortunatissimus, iv. idus Iunii, ut dictum est, quod erat tunc dominica dies, subito debita mortis circa uesperam exsoluens, diem clausit extremum, secundo anno peregrinationis suae: anno autem regni sui quarto, imperii xxxv. omnibus peregrinis, qui eum sequebantur, inconsolabiliter lugentibus et flentibus. Tunc sicut scriptum est, *percutiam pastorem, et percutientur oves gregis: sic in exercitu nostro factum est.* Percusso enim

Fridericus I. imp. subita morte decedit,

et amisso capite, id est duce populi, et magna parte dissipatus et dispersus est exercitus. Quia dissolutae sunt manus eorum praetrititia. Maior tamen pars exercitus *ducem Sueviae*, filium imperatoris et alios principes secuta, post dies luctus imperatoris xviii. Kal. Iulii *Curcam* uenit. Et ibi quidam mare intrauerunt. xiii. Kal. Iulii uenerunt ad

portum *S. Simeonis*, xi. Kal. Iulii uenerunt *Antiochiam*, cum omni integritate exercitus: Vbi etiam ossa imperatoris tunc primum tumulata sunt, a filio suo, duce praedicto, ante altare *S. Petri*. Dum autem essent *Antiochiae* et exspectarent bona a *DEO*, ecce miserabilis calamitas oppressit eos. Nam peccatis exigentibus, occulto *DEI* iudicio, exercitus ille electissimorum militum,

et Antiochiae humatur.

morte consumi coepit, ita ut diatima multitudines morbo depastae caderent, in tantum, quod etiam non erat, qui sepeliret, episcopi cum clericis, principes cum innumerabili multitudine electissimorum militum, mortem sui principis secuti sunt. Ibi uenerabilis episcopus *Patauiensis*, dominus *Dietpoldus*, ad exemplum praedecessoris sui ian-

Pestis crucigeris exitiosa.

tae memoriae domini *Reginberti*, eiusdem *Patauiensis* ecclesiae quondam episcopi, secutus dominum, qui est uia, ueritas et uita: et accepta cruce cum fratribus suis canonicis, uidelicet maioribus ac praecipuis de choro *Patauiensi*, sex numero, iter sanctae peregrinationis cum domino imperatore *Friderico*, diuae memoriae, fuerat aggressus, pro redemptione animae suae. Qui, quamuis fuisset nobilis ualde genere, utpote de magnorum principum et de imperiali sanguine creatus, et admodum iuuenis aetate, non tamen ueritus est animam suam ponere uiriliter pro liberatione *Hierusalem* terrestri, quantum in ipso fuit, ut uitam aeternam promereretur, in *Hierusalem* coelesti; Quam et adeptus nunc gaudet in coelis, cum sanctis confessoribus dominique sacerdotibus, decoratus iam una stola securusque de reliqua. In fine secundi anni peregrinationis suae, id est iii. non. Nouemb. coelo reddidit animam beatam, terrae carnis materiam apud *Accaron* sepultus, praemissis prius ad dominum omnibus

Dietpoldi, episc. Patauiensis pietas

fratribus suis, qui eum de terra sua in terram aeternae promissionis tulerunt: *Burhardus* liber de *Cbambe* archipresbyter: *Vdalricus* praepositus de *Arda-*

cher et archipresbyter; de *Patauia* plebanus ciuitatis ipsius et archipresb. *Marquardus* quoque praepositus de *S. Andrea*: *Rudegerus* de *Aheime*, *Chuonradus* prior inter eos et maior ordine et dignitate, sed itineris consocius: dominus

et obitus.

nus

Tageno.
* *Scriptor*
huius expedi-
tionis Hiero-
solymitatae.

nus *Tageno* Patauiensis ecclesiae decanus: * ipse est, qui singulas mansiones, quas pertransierant, pio studio adnotans, labores et angustias confratrum suorum et exercitus DEI uiuentis et pro domino peregrinantis, memoriae posterorum scripto commendauit, et plenus ipse charitate, omnibus scire uolentibus ordinem historiae, ipse moriens apud *Tripolim*, ibique sepultus, in memoriam sui ea, quae ipse uiderat et pertulerat in eadem expeditione, a prima egressione episcopi *Dietpoldi* a Patauia, quae facta fuit in xvii. Kal. Iunii, usque dum exercitus christianorum uenit *Antiochiam*, sequenti anno in xi. Kal. Iulii diligenter conscribens exempla eorum nobis remisit. Quae etiam in hoc libello fideliter per annos adnotata sunt.

Copiae auxi-
liares.

Eodem quoque anno, id est mxc. rex *Franciae* et rex *Angliae* comes *Flandrensis*, dux *Austriae* *Luitpoldus* filius patruum imperatoris *Friderici*, de terra sua egressi sunt in autumno, singuli cum suis agminibus, ut uenirent in auxilium christianitati orientalis ecclesiae, iam perditae miserabiliter. Rex quoque Romanorum exierat eodem tempore cum exercitu, ut ueniret in *Apuliam*, aduersus eos qui ibi rebellauerant.

Dux Suen.
obit.

Anno mxcxi. dux *Sueviae* obiit xiiii. Kal. Febr. apud *Accon*. Defuncto in peregrinatione pie memoriae domino *Dietpoldo* episcopo Patauiensis ecclesiae, dominus *Wolfkerus* praepositus in locum eius substitutus est, electus unanimiter *Patauiae*, a choro et praelatis omnibus eiusdem episcopatus; ministerialibus quoque et plebe. v. idus Martii. Qui statim in media quadragesima iuit ad regem pro suscipiendis regalibus.

Caelestinus
papa.

Defuncto etiam tunc Romae *Clemente* papa, circa mediam quadragesimam, constitutus est in locum eius dominus *Hiacynthus* cardinalis, admodum senex, lectus a Romanis iii. Kal. April. illo Sab-

Henricus VI.
ungitur im-
perator.

bato, quando cantabatur officium; *Sitientes uenite ad aquas*. Et in sancta die solennitatis paschae, quod euenerat tunc in xviii. Kal. Maii, consecratus *Caelestinus* est dictus. Rex quoque Romanorum *HEINRICVS SEXTVS*, qui uiuente adhuc patre suo *Friderico* imperatore regnare coeperat, Romam cum exercitu ueniens, sequenti die eiusdem paschalis solennitatis, id est, secunda feria ab ipso *Caelestino* papa consecratus honorabiliter Romae et coronatus, imperatoris et Augusti nomen adeptus est, nonagesimus quintus regum ab Augusto. Electus Patauiensis dominus *Wolfkerus*, canonicus eiusdem ecclesiae Patauiensis ab imperatore reuersus ab archiepiscopo *Adalberto*, plenitudinem officii sui accepit *Salzburgae*, in

Wolfkerus
consecratur.

sancta solennitate pentecostes, in presbyterum consecratus sabbato, et sequenti dominica die, id est, v. idus Iunii, ad honorem et dignitatem episcopatus, cum gaudio omnium sublimatus et consecratus est, cooperantibus archiepiscopo et praesentibus *Ratisponensi* et *Gurcensi* episcopis. Inde post triduum, id est, ii. idus Iunii in ecclesia sua Patauiensi, laetantibus et applaudentibus pariter maioribus ac minoribus solenniter ualde tunc primum post electionem suam susceptus et inthronizatus est.

Eclipsis solis facta est ipso eodem anno *Eclipsis solis* ix. Kal. Iulii, dominica die, hora meridiana, Luna xxvii. existente xiv. decennoualis cycli.

Anno eodem *Accon*, *Accon expugnatur a christianis.* quae et *Acris* seu *Prolemais* dicitur, expugnata tandem est ab exercitu christianorum, iv. idus Iulii, auctoribus rege *Franciae* et rege *Angliae*, qui ambo mare nauibus cum magno et regali apparatu transierant, domino tunc primum initium gratiae suae stillante super populum suum, post longam fatigationem eiusdem obsidionis. Comes *Flandrensis* ibi mortuus est. Rex *Franciae* repatriauit statim post captam ciuitatem iam dictam, et dux *Austriae* *Luitpoldus*.

Imperator *HEINRICVS VI.* profectus est in *Apuliam* cum exercitu, statim post ordinationem suam aduersus *Tancredum* regem, qui *Apuliam* sibi uendicabat: sed incallum tunc imperator rediit, circa mensem *Novembrem*. Quia exercitum suum pene totum pestilentia et aliis infortuniis perdidit, captiuata insuper regina, uxore imperatoris, ad quam haereditario iure *Apulia* pertinebat. Episcopus *Coloniensis*, dux *Boemicus*, cancellarius imperatoris ibi mortui sunt, et alii principes multi: in eadem expeditione, dum imperator detineretur in expugnatione unius ciuitatis *Apuliae*, ducis *Saxoniae* *Heinrici*, nepotis *Lotharii* imperatoris, recessit in ira et indignatione ab imperatore, ideoque ciuitas non est expugnata. Eodem anno dominus *Gerlochus* *Richerspergensis* praepositus coepit plantare uinam, in praedio eiusdem ecclesiae apud *Beneuentenruth*.

Tancredus.

Anno mxcxii. Fuit illud magnum colloquium apud *Loufen*, inter principes maiores terrae nostrae: episcopos uidelicet et duces ac comites xii. Kal. Maii. Ipso eodem anno mortuus fuit dux *Stirensis*, *Osakar* nomine, qui antea dicebatur marchio *Stirensis*. Et quia haeredem non habebat, dux *Austriae*, *Luipoldus* successit ei et accepit eundem ducatum de manu imperatoris ualde solenniter, apud *Vuormaciam*, in proximo pentecostes, quod euenerat tunc

in

Henricus Leo iram imperatoris deuoto in currit.

Vinea Beneuentenruthensis.

colloquium Loufense.

Osakar marchio Stirensis.

obit.

in

in ix. Kal. Iunii. Ibi etiam in eadem A solennitate, et in praesentia imperatoris, accincti sunt gladio dux Sueviae, frater imperatoris et dux *Bauvariae Luduicus*, filius ducis Ottonis, quondam palatini, comites quoque multi et alii nobiles quam plurimi.

Tempestas horrida.

In proximo mense Augusti tr. idus eiusdem mensis facta est tempestas maxima in crepusculo noctis, et commotio B coeli horribilis, ex quo subito turbine annosa robora ubique eruta, domus et ecclesiae ui ualidissimi uenti euerse: multi homines ui fulminis periclitati, multi miserabiliter mortui inuenti fuerunt. Subsecuta est statim illa inaudita perturbatio et deuastatio terrae. Principes siquidem et iudices terrae nostrae maiores et minores, omnes aduersum C se inuicem grauiter dissidentes, totam

Bauariae deuastatio.

provinciam Bauariae flammis et rapinis crudelissime ac sine misericordia deuastrauerunt. Denique non ipsis monasteriis regularibus, uel aliis ecclesiis pepercerunt, sed passim ubique omnia DEO sacrata loca aut exusserunt, aut ui effregerunt, et altaria domini contaminauerunt, auferentes inde more D latronum et ipsas sanctorum reliquias et uestes sacerdotum consecratas, et res pauperum, quasunque inueniebant ibi reconditas et fidei sanctorum commendatas, Haec non solum hostibus suis, sed et amicis et innocentibus mala inferebant, non parcentes sexui aut aetati. In mense Octobrio dux Austriae *Luitpoldus*, cum multo exercitu E ex oriente, quasi turbo et uelut torrens inundans, in parte Bauariae aduersum duos fratres comites *de Ortenberg* ueniens, belli initium fuit, conspirante cum eo in idem duce Meraniae *Pertholdo*. Post nimiam itaque terrae deuastationem, tandem excitatus dominus lacrymis et singultibus afflictorum et eorum, qui exusti et exspoliati frigore et fame in plateis deficiebant: misit uerbum suum et liberauit eos de manibus opprimentium. Lubente namque imperatore, pax facta inter eosdem principes est et confirmata, intrante

Comitia Ratisponensia. Comitibus de Pogen impietas punita.

mense Decembris viii. idus eiusdem mensis, indicta curia *Ratisponae* generalis. Ille quoque princeps, qui huius mali auctor et inuentor et quasi signifer extitit, comes uidelicet *de Pogen*, propter innumerabilia et inaudita mala, quae in christianos in partibus suis exercuit: et quia induxit super eos gentem barbaram et feram, Boemos scilicet, digna poena coercitus est, publicus hostis regni coram imperatore ad iudicatus. Postea tamen in gratiam receptus est.

Angliae rex capitur a duce Austriae.

His ita sedatis, cum dux Austriae in

partes orientis rediret cum suis, comperit per certos nuncios, quod rex *Angliae* naufragus et profugus deuenisset in terram ditionis suae. Statim missis, qui ueritatem in hac re inquirerent, inuentus est idem rex apud *Vuiennam*, occultans se in tugurio cuiusdam pauperis, et cibos propriis manibus sibi et fociis suis paucissimis in officina rustica praeparans. Quo comprehenso, tradidit eum dux hominibus suis custodiendum, hac de causa, quod ipse rex grauiter iniuriauerat ducem, dum simul fuissent superiori anno in transmarinis partibus, in expugnatione *Acris* ciuitatis, quae per eundem tamen regem expugnata erat. Inde autem idem rex tam impatiens confortis erat et societatis ibi, quia ipse ualde regali apparatu et maiori quam rex Franciae et alii principes uenerat illuc, et sub manu eius erat multitudo exercitus usque ad sexaginta et amplius, ut fama erat, milia. Repatriante autem rege Franciae, cum ipse solus ibi disposuisset potenter, quaecunque uoluisset, et *pacem per triennium* inter christianos et *Saladinum* firmasset, redire et ipse ad patriam simili, quo uenerat, apparatu cogitauit. Sed DEVS aliter ordinauit. Nam cum prospere aliquanto tempore nauigasset, postea subito correptus tempestate illa faeuissima, de qua supradictum est, et disiectis nauibus, quae eum multae sequebantur more regio, ipse solus cum nauis sua, uento ualidissimo impellente, proiectus est in partes uicinas *Aquilegensium*. Ibi a maioribus terrae illius ualde iniuriatus et spoliatus bonis, quae ei mare iratum reliquerat, occisis etiam et captiuatis hominibus suis, ipse cum paucissimis euadens, per partes *Karintiae*, nesciens quo iret, terram ducis Austriae ignorans ingressus est.

Regis Franciae infelicitas.

Anno mxciii. imperator celebrauit curiam *Ratisponae*, ut indictum erat, vii. Kal. Ian. Ibi pax confirmata est inter principes ante inter se dissidentes. Rex quoque *Angliae* adductus est illuc a duce Austriae et inde reductus in orientem. Circa dies quoque paschae, quod euenerat in v. Kal. Aprilis iterum idem rex adductus est a duce ad imperatorem: et tunc deuenit in potestatem G et captiuitatem imperatoris.

Rex Angliae fit captiuus imperatoris.

Ecclesia, quae est in praedio *Beneuentenrouth*, cuius fundamenta posita sunt a fratribus *Richerspergensibus*, in diebus pentecostes, iv. feria, hoc est xiv. Kal. Iun. perfecta est, eodem anno et dedicata circa finem eiusdem anni, id est, xv. Kal. Decemb. indict. xi. iv. feria, et altare in ea consecratum a nenerabili *Patauiensis ecclesiae* episcopo *Vuolfkero*, in honore *S. Mariae Magdalenae* et *S. Lam-*

Ecclesiae Beneuentenrouthensis dedicatio.

Lam-

Lamberti mart. et pontificis. Continentur etiam ibi multae SS. reliquiae, in altari reconditae. Ex lignis ante fuit capella ibi aedificata et in ueneratione multa habita.

Gerlochus resignat praeposituram Richersp.

Anno MCXCIV. dominus Gerlochus Richerspergensis ecclesiae praepositus, defatigatus longa infirmitate corporis, resignauit sponte praeposituram eiusdem loci Patauiensi episcopo Vuolfke-
ro, praesente tota congregatione fratrum xi. Kal. Maii. Tunc unanimi consensu et canonica electione electus est pro eo in praepositum dominus Otto, presbyter et canonicus Niuuenburgensis ecclesiae, ix. Kal. Maii, statimque missis nunciis honestis cum literis episcopi Patauiensis (consanguineus autem erat eiusdem episcopi et ualde nobilibus progenie) uocatus est, et ueniens multum solenniter et cum gaudio omnium exceptus est, viii. idus Maii die dominico in solennitate paschali.

Otto in eius locum eligitur.

QVAE SEQUUNTUR PERTINENT AD pag. 292. post. lin. 7. ante §. Non multo post, etc.

In comitiis Noribergensibus

Eodem anno, id est, MCLXVI. imperator celebrauit curiam in Nurenberch xvi. Kal. Martii, illucque uenit

archiepiscopus Chuonradus post tertiam uocationem et tertiam curiam, ad quas uocauerat eum imperator, vi. septimanis unicuique uocationi deputatis, a festo sancti Michaelis. Ibi ergo cum constanter respondisset coram principibus ad omnia, quae imperator ei obiiciebat, scilicet, quod per rapinam teneret episcopatum Salzburgensem, cum nec ab eo unquam regalia eiusdem episcopatus, nec a papa suo Paschali spiritalia suscepisset. Ipseque per prolocutorem suum ducem Bauariae et Saxoniae illi sufficienter respondisset: se non per rapinam, sed per legitimam et canonicam electionem cleri et ministerialium et totius plebis, eundem episcopatum suscepisse: seque iustitiam suam, id est regalia tribus uicibus ab eo requisisse eodem anno, hocque testibus probare uoluisset, hancque sibi negatam fuisse tribus uicibus, pro eo solum, quod nollet, cum nec deberet recipere Paschalem, qui non esset legitimus ecclesiae pastor, tandem post multa hinc inde dicta, tunc primum sine gratia imperatoris a curia recessit.

Conradus archiep. Salzburgensem causam dicit.

Non multo post ipso anno imperator, etc.

V A R I A

DIPLOMATA
ROMANORVM
PONTIFICVM.

IOANNES XIII.
BENEDICTI VI.
SYMMACHI
LEONIS VII.

AGAPITI seu AGAPETI II.
EVGENI. II.
BENEDICTI VII.

AD QVOSDAM NORICI ET VIRI-
VSQVE PANNONIAE ARCHIEPISCOPOS ET EPISCOPOS,
una cum literis Hattonis archiepiscopi Moguntini, Pilgrimi praefulis Lauriacensis: et Theodemari archiepiscopi Iuuaniensis et suffraganeorum ad Benedictum et Ioannem pontifices maximos.

I.

IOANNES XIII. rogat synodum Rauennatam, ut Heroldum, culpa sua luminibus priuatum, exauctoret et eius loco Friedericum archiepiscopum Salisburgensem confirmet.

Est iste pontifex Ioannes XIII. uide Baron. anno 967 quo synodus Rauennae habita.



IOANNES SANCTAE ROMANAE et apostolicae ecclesiae praeful. Omnibus archiepiscopis et episcopis, nostris dilectis in Christo fratribus, apud sanctum synodum Rauennae nobiscum aggregatis, aeternae beatitudinis gaudia.

nae nobiscum aggregatis, aeternae beatitudinis gaudia.

Sanctitati ac dilectioni notum uestrae esse uolumus, quod Heroldus, * dudum Salisburgensis ecclesiae archiepiscopus, contra canonicam et apostolicam auctoritatem, nefaria praesumptione, post suorum oculorum amissionem, uideatur sacrum celebrare mysterium et, quod ridiculum est, pallium gestare sollempniter, hoc namque non ad modicam haereseos uesaniam attinet et nobis omniumque fratrum orthodoxorum prudentiae debet uideri execrabile,

Hund. in Metropoli Heroldus. com. uidet.

(Z)

prae-

vide Hum-
dium.

praefertim cum ipse pro sua culpa et perfidiae temeritate exoculatus sit, eo quod ecclesias DEI exspoliauerit, thesaurum paganis erogauerit, seque eis iunxerit, in christianorum necem et depredationem, contra dominum et piissimum imperatorem suum seniore[m] rebellis et infidelis extiterit, et proinde a decessoribus nostris sanctae memoriae pontificibus omne sacerdotale officium saepe ei sit interdictum, atque electione et postulatione omnium pene nobilium, *Bouuoriorum* scilicet clericorum et laicorum, sancta Romana mater ecclesia seu auctoritatis priuilegio. FRIDERICVM uirum uenerabilem et cunctis laudabilem loco eiusdem *Heroldi* fieri, esseque archiepiscopum omnimodo decreuerit. Quapropter itaque nostrorum decessorum auctoritatem sequentes uestraeque omnium fraternitatis assensione roborati, ipsius *Heroldi haereticam et temerariam prauitatem* amodo ad deinceps *dammamus* ac penitus confutamus, ex uice beati PETRI, principis apostolorum, nec non omnes sequentes caecitatem corporis et mentis eius in tali praesumptione: eique *communicantes excommunicamus* primo et anathematizamus usque ad plenissimam emendationem. Insuper iam dicto FRIDERICO, per auctoritatem sedis apostolicae dignissimo archiepiscopo, honorem et dignitatem Salzburger[n]sis archiepiscopatus confirmamus et corroboramus et uniuersos humilitati eius allubescentes benedicimus et catholicos approbamus. Vnde rogantes hortamur sanctitatem uestrae fraternitatis, ut in hoc nobiscum pariter assentiatis, et huic nostrae apostolicae sanctioni uestram confirmationem praebatis.

IOANNES sanctae catholicae et apostolicae Romanae ecclesiae huic sanctioni editae a me in synodo apud Rauennam subscripsi. Signum domini OTTONIS TST serenissimi imperatoris: RODALDVS patriarcha Aquilegensis ecclesiae interfui et subscripsi.

Petrus S. Rau. ecclesiae. Et Walpertus S. Mediolan. ecclesiae archiepiscopus Lanuardus S. Mindensis ecclesiae episcopus. Otkerus sanctae Spirens. ecclesiae episcopus. Vuindo sanctae Siluae candidae ecclesiae episcopus et bibliothecarius apostolicae sedis. Martinus sanctae Surtrensis ecclesiae episcopus. Benedictus sanctae Portuensis ecclesiae episcopus. Euerardus episcopus Aretinensis. Sichelmus episcopus Florentinae. Petrus episcopus sanctae Volturnensis ecclesiae. Ioannes sanctae Ariminensis ecclesiae episcopus. Hubertus sanctae Lunensis ecclesiae episcopus. Honestus episcopus san-

ctae Perusinae ecclesiae. Petrus sanctae Camerinae ecclesiae. Ingizo episcopus sanctae Asinatae ecclesiae. Leo episcopus sanctae Asinatae ecclesiae, Ioannes episcopus S. Calliensis ecclesiae. Erfemarius Anconitanae ecclesiae episcopus. Astingus episcopus Auximanens. ecclesiae. Benedictus Humanatae ecclesiae episcopus. Eberardus Esmatae eccles. episc. Benedictus Fuliginae eccles. episc. Iulianus Lucerniae eccles. episcop. Gregorius Comacens. ecclesiae episcop. Ruodo sanctae Cessinatae eccles. episcop. Arnaldus Popiliens. episc. Radaldus Rosliens. episcop. Martinus Mantuanens. episcop. Stephanus Ficoclenf. episcop. Ioann. Bellunenf. episcop. Albericus Perusinenf. episcop. Rodulphus Vincentin. episcop. Gerhardus Fauentinae ecclesiae episcop. Petrus Metaumaucens. episcop. Hubertus Parmens episcopus. Luizo Cremonens. Episcop. Ermenald. Reigionens. episcop. Gorbald. Polonens. episcop. Causilinus Patauens. episc. Arnald. Tridentinae episcop. Teupertus Felrensis episcopus. Zenobius Fesulanae episcop. Gothofredus Aquens. episcop. Rnilo Astens. episcop. Luido Glosnensis episcop. Adalbertus Bonens. episcopus. Vuindo Modinens. episcop. Iohannes Vnolensis episcop. RATHERIUS Veronens. episc. Antonius Brisuens. episc. Vdalricus Bergamens. episc. Ioannes Iardonens. episc. Aupaldus Nouanens. episc. Lupus Spolentinae ecclesia, Sigihardus Cetens. episc. Riheward. Fanensis ecclesiae episcopus subscripsi. Actum Rau. vii. Kalend. Maii, per manum Stephani scriniarii sanctae Romanae ecclesiae. In mense Aprili et indictione decima in praesentia omnium sanctorum episcoporum.

II.

Benedictus VI papa confirmat Fridericum in archiepiscopatu Salisburgensi.

BENEDICTVS diuina fauente gratia *Est Benedictus VI. uide Bar. 973.* atque totius populi Romani electio[n]e apostolicus. FRIDERICO Salzburger[n]sis ecclesiae archipraefuli, una cum suis fratribus, uidelicet Noricae prouinciae episcopis, mansuram in CHRISTO felicitatem. Protoplasto generis humani atque eius femine serpentina suasionem in gemina cadente morte, multas DEVS misericordia ductus medicinas misit in hunc mundum, patriarchas scilicet iustos, prophetas ueridicos, legiferum cum lege. Et his omnibus mundum saluare non ualentibus nouissime filium suum humana carne indutum ad redemptionem generis humani ad terras transmittere dignatus est. Eo itaque inter homines conuersante, duodecim elegit apostolos, quos ad feminandum uerbum

DEI

DEI in corda fidelium per uniuersum A
transmisit orbem, quorum atque totius
ecclesiae sanctum constituit PETRVM
principem, cuique gregem commisit ec-
clesiasticum, tertio ei dicens: *Pasce oves
meas.* Cui etiam ligandi atque soluendi
tradidit potestatem dicens: *Quodcum-
que ligaueris super terram, erit ligatum
et in coelis, quodcumque solueris super ter-
ram, erit solutum et in coelis.* Et non so-
lum sancto talis concessa est PETRO po-
tentia, sed etiam suis successoribus, eius
uicem in ecclesia tenentibus, eadem li-
gandi atque soluendi a DEO tradita est
potestas. Sancti itaque PETRI aposto-
li successores per loca, prout opuserat
atque decuit, constituerunt archiepi-
scopos, qui eorum uicem tenerent in
ecclesiis, quia ipsi uniuersas regere non
poterant ecclesias. Hos quoque uicem
beati PETRI apostoli, prout hominibus
istius temporis possibile est, in ecclesia
tenentes statuta illorum antecessorum
nostrorum confirmare, quantum possu-
mus, libenter desideramus.

Concedimus itaque uicem apostoli-
cam FRIDERICO Salzburgensis ecclesiae
antistiti eiusque successoribus, in tota D
Norica prouincia et in tota Pannonia,
superiori uidelicet et inferiori, quomo-
do sui antecessores eandem potestatem
a nostris habuere antecessoribus, ita sci-
licet, ut nulli liceat in praefatis prouin-
ciis sibi usurpare pallium, nec episcopos
ordinare, nec ullum officium, quod ad
archiepiscopum pertinere debet, prae-
ter praefatum archiepiscopum eiusque E
successores. Quicumque autem huic re-
fragari uel contendere uoluerit decreto,
quam nos, uice beati PETRI apostoli
fungentes, consensu nostrorum episco-
porum ac totius cleri Romanae ecclesiae
decreuimus, sciat, se beato PETRO eius-
que uicario esse contrarium atque fore
anathema, usque ad satisfactionem, siue
sit episcopus aut presbyter siue clericus F
cuiuscunque ordinis, siue laicus, cuius-
cunque fuerit dignitatis, quia sancta san-
ctorum antecessorum nostrorum solue-
re nolumus neque ualemus. Sed quo-
modo illi consensu suorum episcopo-
rum ac totius cleri constituerunt, fiat ex
eorum pariter et nostro decreto firmum
atque perpetuum. Quicumque autem
episcopi per amicos siue clam per ali-
quam fraudem, aliquando eiusdem di-
gnitatis petierint siue petierunt priuile-
gium, illos suspendimus ab ea dignitate,
quia illicitum iudicamus, ut aliquis epi-
scopus sine totius suae prouinciae atque
suffraganeorum suorum consensu pal-
lium siue aliquod archiepiscopatus pri-
uilegium a Romano pontifice acquirere
praesumat.

III.

SYMMACVS papa Theodorum episco-
pum Lauriacensem Pannoniae metropo-
litanum constituit eique pallium
confert.

S Y M A C H U S, sanctae apostolicae sedis
gratia DEI episcopus, reuerendissi-
mo et sanctissimo fratri THEODORO, san-
ctae Lauriacensis ecclesiae archiepi-
scopo. Diebus uitae tuae pallii usum, quem ad
sacerdotalis officii decorem et ad osten-
dendam unanimitatem, quam cum bea-
to PETRO apostolo uniuersus grex do-
minicarum ouium, quae ei commissae
sunt, habere, dubium non est: ab apo-
stolica sede, sicut decuit, poposcisti,
quod utpote ab eisdem apostolis funda-
tae ecclesiae maiorum more libenter in-
dullimus, ad ostendendum te magistrum
et archiepiscopum, tuamque sanctam
Lauriacensem ecclesiam, prouinciae Pan-
noniorum sedem fore metropolitanam.
Idcirco pallio, quod ex apostolica carita-
te tibi destinamus, quo uti debeas secun-
dum morem ecclesiae tuae, sollerter am-
monemus pariterque uolumus, ut intel-
ligas quia ipse uestitus, quo ad missarum
solemnia ornaris, signum praetendit cru-
cis, per quod scito te cum fratribus de-
bere compati, ac mundialibus illecebris
in affectu crucifigi. Undecimo cum te
foris huiusmodi insignio indueris, intus
in animo considera, quod hoc sit magis
oneris quam honoris, atque cor tuum
DEO tegente ab appetitu istius seculi sic
tempera, ut et commissam exequi guber-
nationem studeas, et adeptae dignitati,
cuius sublimaris officio, et probitate mo-
rum et uiuacitate sollicitudinis ac custo-
dia integerrimae fidei congruas, quate-
nus tu ipse a remuneratore omnium bo-
norum DEO, et benedictionis gratiam
uitamque aeternam consequi merearis.
Amen.

De hoc Theo-
doro uide
Hund. Me-
trop. in cata-
logo episcop.
Laureacens.
et Patauens.
ubi hoc diplo-
ma recitatur.

IV.

Leo VII. papa Gerhardum, archiepisco-
pum Laureacensem, pallio munerat et
adhortatur.

L E O, episcopus, seruus seruorum
DEI, reuerendissimo et sanctissi-
mo confratri nostro, GERHARDO, san-
ctae Lauriacensis ecclesiae archiepi-
scopo, omnibus diebus uitae tantum tuae
G exhinc ammodo. Si pastores ouium so-
lem geluque pro gregis suae custodia die
ac nocte ferre contenti sunt et, ne qua ex
eis aut errando pereat, aut ferinis laniata
morsibus rapiatur, oculis semper uigi-
lantibus circumspiciant: quanto sudo-
re quantaque cura debeamus esse per-
uigiles, nos, qui pastores animarum di-
cimus, attendamus et susceptum officii
exhibere erga custodiam dominica-
rum

Est hic Leo
VII. de quo
Bar. anno 936.
uide Hund.

rum ouium non cessemus, ne in die diuini examinis pro nostra desidia ante summum pastorem negligentiae reatus excruciet. Vnde modo honoris reuerentia sublimiores intercaeteros iudicamus. Pallium autem fraternitati tuae ad missarum solemniam celebranda concedimus, quo tibi non aliter ecclesiae tuae priuilegiis in suo statu manentibus uti largimur, non solum in die consecrationis chrismatis, ac sanctae et uenerandae *resurrectionis* domini nostri IESU Christi, seu *in natal. sanctorum apostolorum*, atque beati *Ioannis baptistae*, nec non in festiuitatibus sanctae DEI *genetricis MARIAE*, simulque in *domini nostri natiuitatis die*: pariterque in *solemnitate ecclesiae tuae die*, et *natalitio tuo die*, uerum etiam in *consecratione episcoporum et presbyterorum*, et quando a te *synodus* celebratur, si forte conuenticulum illic fuerit * neoffitorum, qui ad fidem tua exhortatione sunt perducendi, nec non in festiuitate *S. Stephani* prothomartyris, sanctique *Laurentii* et illorum sanctorum, qui corporaliter in tua requiescunt parochia, uti concedimus die, sicut a praedecessore nostro domino GREGORIO huius almae sedis praesule sancitum est. In secretario uero tua fraternitas pallium induere debet, et ita ad missarum solemniam proficisci et nihil tibi ausu, temeritate praesumptionis arrogare. Ne dum in exteriori habitu inordinate aliquid arripitur, ordinate, etiam quae licere poterant, amittantur, cuius quoniam indumenti honor modesta actuum uiuacitate seruandus est, hortamur, ut et morum tuorum ornamenta conueniant, quatenus auctore DEO recte utrobique possis esse conspicuus. Itaque uita tua filiis tuis sit regula, in ipsa, si qua tortitudo illis ingesta est, dirigant, in ea, quod imitentur, aspiciant. In ipsa se semper considerando proficiant, ut tuum post DEVM uideatur esse beneficium, quod uixerint. Cor ergo neque prospera, quae temporaliter blandiuntur, extollant, neque aduersa deiciant, sed quidquid illud fuerit, uirtute patientiae deuincatur. Nullum apud te locum odia, nullum fauor indiscretus, inueniant. Benignum te sentiant boni, districtum mali cognoscant, insontem apud te culpabilem suggestio mala non faciat, nocentem gratia non excuset. Remissum te delinquentibus non ostendas, ne, quod ultus non fueris, perpetrari permittas. Sit in te et boni pastoris dulcedo, sit et iudicis seuera districtio, unum scilicet, quod innocenter uiuentes foueat, aliud, quod inquietos feriendo a prauitate compescat: sed quod nonnunquam propositorum scelus dum, districtus malorum uult uindex

existere, transit in crudelitatem correctio, iram iudicio refrena, et censura disciplinae sic utere, ut et culpas ferias et a dilectione personarum, quas corrigas, non recedas. Misericordem te prout uirtus patitur, pauperibus exhibe. Oppressis defensio tua subueniat opprimentibus modesta correctio contradicat. Nullius faciem contra iustitiam accipias, nullum querentem iustitiam despicias, custodia in te aequitatis excellat, ut nec diuitem potentia sua aliquid extra uiam apud uos suadeat rationis audere, nec pauperes de se sua faciat humilitas desperare: quatenus DEO miserante talis possis existere, qualem sacra lectio praecipit dicens: *Oportet episcopum irreprensibilem esse.* Sed his omnibus salubriter uti poteris, si magistrum caritatem habueris, quam qui secutus fuerit, a recto aliquando tramite non recedit. Ecce frater charissime, inter multa alia ista sunt sacerdotii, ista pallii, quae si studiose seruaueris, quod foris accepisti, intus habes, fidem autem, quam in tuis epistolis breuiter assignasti, licet latius explanare debueras, redemptori tamen nostro gratias agimus, quod eam in ipsa breuitate ratam esse cognouimus. Sancta trinitas fraternitatem uestram gratiae suae protectione circumdet, atque in timoris sui uia nos dirigat, ut post huius amaritudines ad aeternam simul peruenire dulcedinem mereamur, Amen.

V.

Leo VII. papa rogatus a Gerardo archiepiscopo Laureacensi, de quaestionibus quibusdam respondet.

LEO, episcopus, seruus seruorum DEI, regibus, ducibus, episcopis, abbatibus, comitibus, pari etiam modo EGILOLPHO Iuuanensis, ISINGRIMO Ratisponensis, LANTBERTO Frisingensis, WISVNDO Sebonensis ecclesiae uenerabilibus episcopis et ceteris, per Galliam, Germaniam, Bauariam, Alemanniam commorantibus. Si instituta ecclesiastica, ut sunt a beatis apostolis tradita, integra uellent seruare domini sacerdotes, nulla diuersitas in ipsis ordinibus et consecrationibus haberetur, sed, dum unusquisque, non quod traditum est, sed quod sibi uisum fuerit, hoc existimat esse tenendum; inde diuersa in diuersis locis uel ecclesiis aut tenari aut celebrari uidentur. Hac de re fit scandalum populis, dum multa in uestra prouincia, contra canones ecclesiasticos decretaque maiorum, usurpare uidentur, quae quidem possent facile refecari, si episcopi in his non uiderentur auctores, qui secularibus intenti humanum fauorem captantes, religionem

uio-

* neophytorum

Est Leo VII. uide Hund. Hic Egilolfus decimus fuit ab Arnono, qui fuit primus archiepiscopus Iuuanensis uel Salzburg

violant ordinesque corrumpunt. Nos Ad quidem diuinis praeceptis et apostolicis incitatur monitis, ut pro omnium ecclesiarum statu impigro uigilemus affectu. Idcirco fraternitati uestrae cognitum facimus, quod GERARDVS, sanctae Lauriacensis ecclesiae archiepiscopus, causa orationis ad limina ueniens apostolorum, nostram apostolicam praesentiam uisitare et benedictionis gratiam a nobis percipere sollicitè studiuit, multa, quae reprehensione digna sunt, nostris auribus lacrymosis uocibus intimaui, tota cordis intentione a nostra apostolica auctoritate, de his, quae contra canonum regulam et decreta maiorum in uestris geruntur prouinciis, quaerens consilium. Scitis enim, quod ab ipso domino beato PETRO, principi apostolorum eiusque uicariis omnium ecclesiarum cura commissa est, ueritatis uoce dicente: *Tu es Petrus et super hanc petram aedificabo ecclesiam meam*, cui etiam proprias oues commendauit, dicens: *Si diligis me, pasce oues meas*. Et idcirco pro uniuersis ecclesiis sollicitudinem gerimus et ueluti in specula positi, quod per totius orbis prouincias geratur, uigilanti cura insistimus. De quibus ergo apostolicam sedem consuluit, et qualia nos ei responsa dedimus, per hos nostros apices uobis intimare curamus. Eius namque interrogatio feriatim talis erat.

Ab incantatoribus num poenitentia exigenda.

De auguratoribus et incantatricibus et maleficis uario modo mortificatis a populo, si aliqua poenitentia debeat exigi. De talibus namque personis, quid ueteris ac noui testamenti pagina censeat, manifestum est. In lege namque Mosayca scriptum est, *maleficos non patiaris uiuere*: similiter in *Samuelis libro* legitur, quia *exterminauit Saul omnes Pythonissas de terra*, et alia quae enumerare longum est. Sed nos etiam tales nostris exhortationibus ad poenitentiam trahere debemus, ut magis ecclesiastico iudicio poenitendo uiuant, quam gladio uindictae puniantur, dicente beato Paulo apostolo. *Non enim posuit nos DEVS ad iram, sed in acquisitione salutis*. Quod si ecclesiastica iudicia spreuerint, humanis subiaceant legibus: meminisse enim debent, a DEO potestates fuisse concessas, et ad uindictam noxiorum gladium fuisse permissum, et DEI ministrum fuisse datum in huiusmodi uindictam. Et dum in talibus improbis legum exercetur auctoritas, dicente beato Innocentio: erit dictator immunis.

Utrum episcopi pax uobis, an Dominus uobiscum, pronuntiare debeant.

Consultum est etiam, utrum episcopi Pax uobis, an Dominus uobiscum, pronuntiare debeant. Sed non aliter per omnem uestram prouinciam tenendum est, quam in sancta Romana ecclesia. In

dominicus enim diebus et in praecipuis festiuitatibus, atque sanctorum natalitiis. *Gloria in excelsis DEO*, et *Pax uobis* pronuntiamus. In diebus uero quadragesimae, et in iiii. temporibus, siue in uigiliis sanctorum et in reliquis ieiuniorum diebus, *Dominus uobiscum* tantummodo dicimus.

Post haec consuluit. Si dominica oratio in benedictione ciborum debeat usitari. Quod fieri non oportet, quia in sanctificatione corporis et sanguinis domini nostri IESV Christi, hanc solummodo orationem sancti apostoli decantabant, et in euangelio legitur, quia post coenam a domino factam, hymno dicto, exierunt in montem Oliuarum.

Post haec interrogauit de eo, qui matrem et filiam spirituales in coniugio ducit, quod ne fiat, sacri canones per omnia uetant. In canonibus *Zachariae* ita habetur, ut presbytera, diacona, monacha, uel etiam spirituali conmatre aut spirituali filia nullus utatur. Nam qui huiusmodi opus perpetravit, sciat se anathematis uinculo innodatum et DEI iudicio condemnatum, atque a sacro corpore et sanguine domini nostri IESV Christi alienum, et quicumque sacerdotum eis communicare praesumpserit, eorum iudicio condemnatus sacerdotii sui honore priuetur. Dehinc intulit lamentabile et nimis lugendum, ut domini sacerdotes publice ducant uxores, et si filii eorum ualeant promoueri? Quod scelus, quia omnis sacra scriptura contradicit, quia sanctum et uenerandum Nicenum concilium uetarat, ne sacerdotes cum foeminis habitare praesumant, multo magis ne copulari uel sociari mulieribus debeant, iuxta sacros canones modis omnibus prohibemus. In *Neocaesariensi* namque concilio ita habetur. Presbyter si uxorem acceperit, ab ordine deponatur, et qui in tali scelere fuerint reperti, nostra apostolica auctoritate ab omni priuentur honore. Filii uero eorum immunes ab eorum peccato sunt, dicente propheta, filius non portabit iniquitatem patris, et in sacro baptisate omnia dimittuntur peccata. De hinc perquisiuit, si a chorepiscopo ecclesiae debeant consecrari, aut presbyteri ordinari uel consignatio

Arrogatio dominica in benedictione ciborum sit adhibenda. consuetudo tamen iam aliud habet.


Mater et filiae spirituales num in coniugio duci queant.

Num sacerdotes possint ducere uxores.

Christi et manus impositio fieri, quae omnia a chorepiscopis ne fiant, interdiximus iuxta canonum decreta. In concilio Antiocheno capite decimo sic habetur. *Qui in uicis et possessionibus chorepiscopi nominantur, quamuis manus impositionem episcoporum perceperint, tamen sanctae synodo placuit, ut modum proprium recognoscant et gubernent subiectas sibi ecclesias, ordinent etiam lectores et subdiaconos atque exorcistas, quibus promou-*

Qui sint chorepiscopi uide apud Bellarm. lib. de Clericis cap. 17.

uide Bellarm. loc. cit.



tiones istae sufficiant, nec presbyterum nec diaconum audeant ordinare. Si quis autem transgredi statuta tentauerit, depositus, quo utebatur, honore priuetur.

Perquisiuit etiam, si uir et mulier tertio uel quarto gradu consanguinitatis coniuncti et inscii coniugio copulantur, postea DEI respectu conpuncti, ostendunt se sacerdoti, secrete confitentes peccata sua, utrum ualeant eleemosynarum largitione ac bonorum operum exhibitione purgari. De talibus enim personis in ueteri et nouo testamento multa reperiuntur exempla, maxime in conciliis Gregorii et Zachariae, in quibus haec continentur, ut consobrinam, nouercam, neptem, fratris uxorem, nurrum, uel etiam de propria cognatione, aut quam cognatus habuit, nullus coniugio praesumat sibi copulare. Si quis uero hoc nefario coniugio conuenerit et in eo permanserit, sciat se auctoritate apostolica anathematis uinculo innodatum, et nullus sacerdos ei tribuat communionem, et si inclinatus diuisusque fuerit ab illicita copula, poenitentiae submitatur, ut sacerdos loci considerauerit.

De uastatoribus autem ecclesiarum unde inquisiuit, nihil aliud scribimus, nisi quae PAVLVS apostolus ad Timoth. scribens ait: *Argue, increpa, obsecra cum omni imperio.*

His uero omnibus praelibatis fraternitatem uestram monemus, per hanc nostram apostolicam iussionem, ut huic GERARDO archiepiscopo, cui uicem nostram in cunctis finibus uestris comissimus in omnibus, quae ad ecclesiasticum ordinem pertinent, obediens et adiutores sitis, quatenus in una concordia persistentes, ut ecclesiastica iura et christianitatis religio in uestris partibus, quae paganorum incursionibus, et malorum christianorum persecutione corrupta et deprauata esse uidentur, domino largiente et beato PETRO apostolorum principe cooperante, ad rectitudinis normam ualeant reformari, et uos in futuro examine securi possitis audire uocem domini dicentis. *Euge serue bone et fidelis, quia super pauca fidelis fuisti, super multa te constituam; intra in gaudium domini tui.*

Praeter haec BERARDO duci Bauuuariorum nostra auctoritate iniungimus, ut praefato GERARDO archiepiscopo in omnibus auxilium praestet, ut suae ecclesiae status et rectitudo ac proprius uigor ad integrum culmen et priscum decorem suo iuamine ualeat peruenire, si DEI indulgentia et sancti PETRI etiam, suorum delictorum a nobis uult accipere remissionem.

Agapitus papa litem Gerardo Lauriacensi episcopo. Heroldum ortam diffinit, eiusque demum pallii auctoritatem confirmat.

AGAPITVS episcopus seruus seruatorum DEI, fratri dilectissimo et reuerendissimo GERARDO, sanctae Lauriacensis ecclesiae archiepiscopo, in Christo salutem. Petitiones tuas pro renouandis siue approbandis ecclesiae tuae priuilegiis, uenerabilis Fuldenensis monasterii abbas HADEMARVS, huc causa orationis ueniens, cum magna beneuolentia nostrae experientiae suggestit, pariterque iurgia et disceptationes grauilimas inter te et Heroldum archiepiscopum, pro utrinque suscepta in una prouincia pallii auctoritate exortas, flebiliter nunciauit, quod et ipsi ex debita pastoralis cura nimio cordis moerore dolemus, detestabiliterque profanamus. Quippe sancta et uniuersalis ecclesia, cui auctore DEO praesidemus, a religiosis atque pacatis sacerdotibus suis, et in caritate non ficta solidatis, quasi totidem columnis innisa fulcitur; discordantibus autem et aduersum se hostiliter inflante superbia animum tollentibus, praesertim tantis pontificibus uelut euulsis sustentaculis calura; non sine magno periculo et uigoris sui detrimento, a proprio statu concutitur. Insuper etiam dum de foris inter uos pro pallii honore pertinaciter huiusmodi contentio exercetur, agitur ut in fraterna emulatione decor sacerdotii intus euacuetur.

Inde ergo, frater, officium nostrum illud esse perpendentes, ne, inimicitiarum fomite in uobis succrescente, dissidium sanctae DEI ecclesiae atque scandalum, sine consilii et utilitatis uestrae respectu, diutius nutriatur, ad sequestrandum litem uestram accedimus nos arbitros, tam ex sollicitudine a domino regiminis iniuncti, quam amborum uestrorum amore ad hoc permoti, ita uidelicet, ut et de praelibata conflictus uestri querimonia rationabilibus iudiciis rite iustitiae satisfaciamus, et uos omni explosa controuersia in fraternam concordiam, Christo moderante, reuocemus.

Notum est igitur literisque penes nos commendatum, quibus ecclesiarum locis dignitas pallii ab hac apostolica sede debeatur. Lauriacensem autem urbem antiquitus metropolitanam fore, et archiepiscopii sedem, cui sanctitas tua praesse dignoscitur, sicut in priuilegiis authenticis ad nos usque a te directis legimus, ita quoque inuentis quibusdam exemplaribus chartae est et uetustate admodum attritis in archiuo

S. Pe-

uide Hund. de hoc diplomate de Agapito uid. Bar. anno 946.

S. Petri reperimus. Hanc etiam in A exordio nascentis ecclesiae et immanissima christianorum persecutione a doctoribus istius sedis catholicae fidei nouimus rudimenta percepisse, et exinde a succedentibus praedicatoribus in superioris atque inferioris Pannoniae prouincias eiusdem fidei emanasse gratiam. Quibus etiam duabus prouinciis illarumque pontificibus usque ad tempora Hunnorum non alius, quam sanctae Lauriacensis praefuit archiepiscopus, quorum barbarica feritas non solum praedictam Lauriacensem ciuitatem, uerum etiam in circuitu adiacentes regiones depopulauit, atque funditus desolauit. Inde quidem contigit, ut episcopi hac necessitate compulsi, sede illa deserta atque alio translata, simul etiam archiepiscopalem ipsius sedis C desererent honorem. Modernis autem, nec multum retro elapsis temporibus, uacante ab apostolico uicario Bauuuariorum regno, ARNO primus sanctae Salzburgenensis ecclesiae subrogatur archiepiscopus. Haec testatur annosa memorialis sacri scrinii historia. Modo autem mortalibus, propitiante D Christo, ab hostibus sanctae Lauriacensis ecclesiae quiete et inhabitandi securitate concessa, non alibi, quam ibidem fraternitatis tuae cathedra oportet haberi. Quapropter reintronizamus te eidem ecclesiae sanctorum patrum uidelicet praedecessorum nostrorum, sed et beatae memoriae domini LEONIS papae, a quo excellentia tua E pallio ac priuilegio donata est, sanctiones atque statuta exequentes, ac saepedictam sanctam Lauriacensem ecclesiam potestate et uice beati PETRI apostolorum principis absoluiimus et archiepiscopamus et in culmen metropolitanum sublimamus, et priuilegia nobis transmissa manu propria munimus et corroboramus ac rata esse firmamus, F denuoque tibi pallium cum praesenti praecepto secundum usum prius concessum successoribusque tuis perpetim tenendum tradimus. Hisque ex amussi ita ad iustitiam reintegratis, decreuimus rixas uestras et dissensiones praefata ex causa deriuatas dirimere, atque in fraternum amorem uos reconciliare, sic ut utrique uestrorum modo susceptus seruetur pallii honor illaesus, hortantes, quatenus apostolice instituti, amodo non in contentione et aemulatione maneatis. Constat quidem quod canonice singulis prouinciis singuli ordinantur metropolitani, proinde distribuere atque determinare ita uobis parochias, bonum et pacificum aestimamus, ut, diuisis duabus Noricae regionis prouinciis, *Heroldo* archiepiscopo occidentalis Pannoniae cura committatur et custodia; tibi autem successoribusque tuis, propter emeritam antiquitatem sanctae Lauriacensis ecclesiae, cui iure iuniorum reuerentia assurgit in benedictionis et sedis ordine praelatis atque praepositis prouidentiam orientalis Pannoniae, regionemque *Auarrorum* atque *Marabarorum* sed et *Schlaorum*, qui modo christiani, uel adhuc per baptismum Christo lucrandi sunt, circumquaque manentium credimus, nostramque apostolicam uicem in illis partibus praedicandi et pro arbitrio uestro, ubi opus est, episcopos constituendi, omniaque disponere atque ordinare tali autoritate atque potestate delegamus, ac si ipsi praesentes fuissimus. Quod si iam dictus *Heroldus* archiepiscopus deinceps suorumue quispiam successorum minime diffinito limite contentus, sed interdictam atque a sua potestate separatam dioecesim repetere per uicaciter conatur, nec a prohibitae contentionis schismate per istas nostras apostolicas traditiones atque determinationes compefcitur: ipse etiam pie concessa dignitatis munificentia penitus priuetur, atque secundum ius pristinum, superior Pannonia continuetur inferiori, atque tuae tuorumque successorum ambae perpetualiter subiaceant ditioni. Allubescentes autem assensumque praebentes istis nostris saluberrimis decretis; benedicimus et catholicos approbamus, resistentes uero atque infirmare, uel omnino peruertere contendentes anathemate maranatha sanctae trinitatis districte percutimus, et apostolica sententia, qua multati Anania et Saphira exspirauerunt, damnamus, et cum blasphematoribus sancti spiritus sempiternis cruciatibus puniendos destinamus.

VII.

Eugenius II. papa Yrolfo archiepiscopatuum Lauriacensem confirmat eique pallium confert.

EVGENIUS episcopus seruus seruorum DEI, RATHFREDO sanctae Fauianensis ecclesiae, et METHODIO ecclesiae Speculi Iulienf. quae et Sorigiturensis nuncupatur, atque ALEWINO sanctae Nitrauienf. ecclesiae, parique modo Annoni, S. Vetuarenf. ecclesiae episcopis: simul etiam TVTTVNDO nec non Moymaro ducibus et optimatibus, exercitibusque plebis Huniae, quae et Auaria dicitur, et Marauiae. Desiderio salutis animarum uestrarum filii in Christo charissimi. Cum audiuimus christianissimam conuersationem uestram et sanctae fidei bonorumque operum uestrorum processum, summo gaudio atque laetitia fuimus exhilarati, quia

Est Eugenius II. qui pontificatum inuit anno 824. uide Baron. diplomatis, recitatur ab Hundio in Metrop. in Yrolfo seu Irolfo archiepisc. Laurencensi.

quia diuina in uobis operante clemencia, ut apostolus ait, *ubi habundauit delictum, ibi superhabundat gratia*, atque quomodo sancta DEI ecclesia nostris temporibus quotidianum in electione uestra suscipit incrementum. Cuius optabilis rumoris index fuit reuerendissimus YROLVVS, sanctae Lauriacensis ecclesiae archiepiscopus et sanctissimus frater noster, uester autem spiritualis pater, qui per suam sanctam praedicationem adoptiuos DEO uos genuit filios. Is itaque ad apostolorum limina orationis causa ueniens, nouam ecclesiam nostris apostolicis benedictionibus informandam subnixae commendauit, quia, domino auxiliante, catholice gubernandam in uestris partibus suscepit. In quibus etiam quondam Romanorum quoque Gepidarumque aetate, ut lectione certum est, in septem episcoporum parochias antecessores sui iure metropolitano obtinuerant dioecesim. Qua ex iustitia et lege praefatus DEO dignissimus archiepiscopus debito obligatur, ut illi terrae prius christicolae, atque suorum antiquitus antecessorum creditae prouidentiae, quam nunc uos, DEI omnipotentis occulto mediante iudicio, uelut haereditariam possidetis, ipse euangelicus agricola, diu negata coelestis spargat semina uitae, atque in lucrandis Christo animabus rediuuiam de uobis nutriat fegetem. Quem nos doctissimum diuini oraculi ministrum salutis uestrae cognoscentes, per omnia necessarium fide et exemplo probatum merito erga illum apostolicam seruantes sententiam, qua dicitur: *Quomodo credent sine praedicante, aut quomodo praedicabunt nisi mittantur*, ab hac sancta Romana matre ecclesia uobiscum rectorem transmisimus, atque in praefatis regionibus Hunniae, quae et *Auarica* appellatur, sed et *Marauiae*, prouinciarum quoque, *Pannoniae* siue *Mesiae* apostolicam uicem nostram et dioecesim atque ius ecclesiasticum exercendi, et usum ac potestatem antecessorum suorum, uidelicet sanctae Lauriacensis ecclesiae archiepiscoporum sibi successoribusque suis canonica autoritate committimus, atque huius constitutionis nostrae decretum subscriptionis priuilegio roboramus. Pallium praeterea iuxta consuetudinem antiquam sanctitati suae dedimus, quod ita sibi concessimus, sicut praedecessores nostri, suis praedecessoribus concessere, priuilegiorum suorum scilicet integritate seruata. Cuius dilectioni quamuis hoc debito permitteremus, propter uestras autem petitiones super hac re flagitantibus ad honorem iuum nostram apostolicam uicem et auctoritatem in super accumulauimus, quod nunquam suis permissum est prioribus. Quatenus et uos confratres et coepiscopi deinceps ei reuerentiam amplioem exhibere sciatis, et in sana doctrina coelestis eruditionis ad aedificationem uestram ut filii sapientes obediat, atque uos laici primates et uulgus saluberrimis praeceptis suis non uelut homini, sed tanquam DEO humiliter obtemperetis et fide catholica, quam per dominum IESVM consecuti estis, fortes permaneat. Nam totius doli artifex diabolus, cuius dominio et populis in baptismo abrenunciatis, iacturam et damnum uestrae salutaris surreptionis moleste patitur ac, per uarias occasiones zizania perfidiae feminando, uelut multa iniuria bacchatur et, ut uestrum aliquis terga uertat sanctae professioni, incessanter molitur. Quapropter saepe dicti archiepiscopi uidelicet pastoris uestri a Deo destinati institutionibus benignas aures praebete, qui uos et ueritatem sathanae cauere atque eius aeternos cruciatus euadere instruit ac ipse in die iudicii de bonis operibus uestris seculorum domino perpetua remunerandos gloria praesentabit. Ad perfectam autem et necessariam eruditionis uestrae salutem, ut comperimus, non sufficiunt pauci, qui modo constituti sunt uobis, episcopi, quia plures sunt adhuc gentilitatis errore ibidem detenti, ad quos propter inopiam praediconum diuini uerbi nondum peruenit noticia Christi. Idcirco enim, ut accrescat turba fidelium, studeat solertia uestra pro mercede et remissione peccatorum uestrorum adminiculum atque iuuamen praebere reuerendissimo YROLFO archiepiscopo, quatenus dudum illic constitutorum episcoporum numerus impleatur, qui congrue constituti et uobis posterisque uestris poterunt esse proficui, si ad restorationem ecclesiarum propter nomen domini de possessionibus uestris, quas relictas dotesque earum fama diulgante quondam fuisse noueritis, aeternam sufficientiam uobis comparantes eisdem ecclesiis ipsi conferatis, idoneis uiris ad hoc ministerium electis, maxime in illis locis, si oportunitas et utilitas commendauerit, ordinentur antistites, ubi indicia ecclesiarum et aedificiorum sedes pontificales olim fuisse demonstrant, sin autem illius arbitrio et deliberationi, qui uel ubi disponantur episcopi, concedimus, cui uicem nostram apud uos ecclesiastici regiminis per omnia commisimus.

VIII.

* Aliud Bene-
dicti III. di-
ploma sequi-
tur paulo in-
fra.

* HATHONIS Moguntinensis praesu-
lis ad summum pontificem literae.

Hatho ponti-
fici fidelissi-
mus,

DOMNO sanctae et apostolicae et uni-
uersalis Romanae ecclesiae papae,
HATHO indignus praesul Moguntien-
sis ecclesiae, cum uniuersis suffraganeis
nostrae exiguitati adiunctis, debitum
orationis obsequium, et fidelem serui-
tutem. Nouerit igitur sublimitas sanctae
unanimitas sanctae Romanae ecclesiae
potestati subiecta fidelior atque deuotior
ac subiectior apparet, quam nos, qui
uestrae dominationi et capiti omni-
um ecclesiarum omni mentis intentio-
ue subiicimur, plurimum gaudentes in
domino, et in dono gratiae ipsius, quod
per uestram sanctitatem et sapientiam
magnifice et amplissime sedes eiusdem
ecclesiae dilatatur in religione diuina,
et in hoc instantissime precibus incum-
bimus, deprecantes diuinam clemen-
tiam, ut ad altiora semper conscendere
uos, et de die in diem meliora sectari
atque perficere concedat. De caetero
uestrae clementiae innotescimus, seni-
orem nostrum ARNOLPHVM impera-
torem de huius uitae exilio migrasse.
Sed quod quamdiu in hoc mundo subsi-
stimus per incerta ferimur, nescientes
ubi quorundam animae post hanc lu-
cem mansionem recipiant, uestris quasi
prouoluti uestigiis subnixae poscimus,
ut animam ipsius uestrae auctoritatis
potestate a uinculis peccatorum absol-
uatis, quia *quaecumque solueritis super*
terram, erunt soluta in coelo. Tali uero
domino rectore et gubernatore amisso,
in nostris partibus uacillauit nauis ec-
clesiae. Quem regem eligeret, paruo
tempore incerta mansit, et quia timor
magnus, aderat, ne solidum regnum in
partes se scinderet, diuino, ut credi-
mus, instinctu factum est, ut filius se-
nioris nostri, quamuis paruissimus, com-
muni consilio principum et totius po-
puli consensu in regem eleuaretur, et
quia reges Francorum semper ex uno
genere procedebant, malimus pristinum
morem seruare, quam noua insti-
tutione insidere. Sed cur hoc sine uestra
iussione et permissione factum sit,
uestram haud dubitamus latere pruden-
tiam, nulla scilicet alia causa actum
constat, nisi quia pagani inter nos et
uos consistentibus impeditum est iter
nostrum, ad sanctam matrem nostram
Romanam sedem, ita ut nec legati a
nostra paruitate ad uestram dignitatem
dirigi potuissent. Sed quia tandem oc-
casio et tempus aduenit, quo nostra
epistola uestris obtutibus praesentaretur,
rogamus nostram communem con-

nunciat eidem
caesares Arn-
olpho obi-
tum.
obiit Arnol-
phus anno
Christi 899.
quo sedebat
Romae Ste-
phanus VII.
pontif. ad
hunc ergo
haec epistola
scripta uide-
tur. de Hat-
tone uide Se-
rarium lib. 4.
rerum Mo-
gunt. et est
Hatho hoc no-
mine pri-
mus.

et noui impe-
ratoris con-
firmationem
solicitas.

Astitutionem uestrae dominationis be-
nedictione roborari. Insuper etiam
pietati uestrae intimamus, quod fratres
et patres et coepiscopi nostri Bauuari-
enses se apud nos conuerentes, et alta
suspiria trahentes gemebant, qualiter
Marauenses populi Francorum pote-
stati rebelles, iactent, se ab illorum con-
fortio esse diuisos, et seorsum metro-
politano gloriantur a uestra concessio-
ne esse sublimatos, cum nunquam me-
tropolitana sedes inter illos haberetur,
sed semper illorum prouinciae et dioe-
cesi cohaerent. Dolebant se etiam
apud nos, quod quorundam machina-
tione magna infamia circa uestram cel-
situdinem essent denotati, scilicet, ut
cum paganis foedus et pacem inirent,
et ipsi pagani consilio eorum agerent
tam multa nefaria et illicita. De his
omnibus consilium a nobis querentibus
Bauariensibus episcopis, iustum re-
spondimus esse fratrum solatio semper
adhaerere: quia propheta inquit: *ecce*
quam bonum et quam iocundum habitare
fratres in unum. Illi uero non in unum
habitant, qui fratrum se solatio subtra-
hant, aut fratribus infidias praeparant.

In super petit
ut Marauen-
ses a Franco-
rum potestate
se eximentes
et metropoli-
tanum super
se constituent
tur.

Nos illorum tristitiae compatientes,
nolumus illis consilium de talibus obie-
ctionibus praebere, priusquam ad uestram
interrogationem per epistolam
nostram ueniremus. Semper nos sci-
mus carnales spirituales solere persequi,
et maliuolos beneuolos infamare et la-
cerare. Praeuidere ergo summopere
debent omnes, qui sacerdotes domini
persequuntur, tam occulte quam mani-
feste, ne ad illos pertineat, quod pro-
pheta dicit: *Cogitauerunt malitias in*
corde suo, tota die constituebant praelia,
exaceruerunt linguas suas sicut serpentes,
uen. asp. sublab. eor. Et paulo post. *Cadent*
super eos carbones, in igne deiciet
eos. Et iterum: *Vir linguosus non diri-*
getur in terra. Virum iniustum mala
cipient in interitu. Et per Ieremiam
inquit dominus: *Omnes in sanguine iu-*
dicantur, unusquisque proximum suum
tribulat. Omnes in malum manus suas
praeparant. Non debent enim alieni
episcoporum aut accusatores aut iudi-
ces fieri. Vnde de Loth est scriptum:
Ingressus es, ut aduenta, nunquid ut iu-
dicet. Accusator autem episcoporum
nullus sit seruus, aut libertus, nullaque
persona suspecta, aut infamis, repellan-
tur inimici et omnes laici. Isti fratres
et coepiscopi nostri Bauarienses uera-
ces DEI cultores et boni pastores per-
uigili custodia custodiunt gregem
sibi commissum, ne lupi rabies ali-
quam sancti gregis ouiculam rapiat in
praedam suam. Stant pro muro do-

(A a)

mus

leas. Factum est ergo, ut pene cuncta Vngarorum natio sit prona ad percipiendum fidem sanctam, sed et aliae Schlaorum prouinciae ad credendum promptae. Et est ibi messis quidem multa, operarii autem pauci. Inde quoque uisum est iam necessarium esse, quatenus sanctitas uestra illic iubeat aliquos ordinari episcopos, quia et quondam Romanorum Gepidarumque tempore proprios VII. antistites eadem orientalis Pannonia habuit et Mesia meae sanctae Lauriacensi, cui ego indignus ministro, ecclesiae subiectos, quorum etiam quatuor, usque dum Vngari regnum Bauuariorum inuaserunt, sicut praesenti cognitum est aetati, in Marauia manserunt. Quod nimium graue ac ualde onerosum est mihi, ut tot mei pontificii parrochias solus predicando circumeam, quibus necessitate et adiutorii inopia cogor nunquam meam subtrahere praesentiam. Ecce, dominorum amatissime, huiusmodi ecclesiasticis mancipatus officiis detineor, et ne fecissem moram saepe dictae gentis conuersioni, ire et prostrerni ad uestra sanctissima uestigia distuli. Legatos autem meos, praesentium scilicet portitores, ad uestram destinavi ferentatem, quos audire dignetur quaeso clementia uestra, et eorum meisque mixtim praecibus praebere assensum, quatenus pallium infulamque pontificalem, quod speciale munus honoris ab hac sede tantum dirigitur metropolitanis: quod etiam mei praedecessores, a gloriosis huius principalis cathedrae primatibus accipere soliti erant. Mihi uero hoc ipsum benigno animo per illos dirigere dignetur, pariterque etiam priuilegia apostolicae autoritatis meae ecclesiae per eosdem missos meos uestris praesentata sacris obtutibus, more praedecessorum uestrorum roborari supplico et confirmari, ut hac apostolica sanctione et benedictione munitus, mihi commissi populi gubernationem canonicè exequi ualeam, et uestris in die iudicii rationibus imputetur, quod in illis finibus ex paganis noua ecclesia domino lucratur. Quondam uariae ac peruersae haereticorum sectae timendae sunt, quos saepe contigit deprehendi alios, quibus praesunt, errore suo corrumpere, quos agnitione orthodoxae ueritatis debuerant illustrare. Ut haec tam pestifera de me amputetur suspicio, solemne symbolum catholicae fidei, quam ipse teneo ac doceo, uestro apostolatui profitendum salubre censeo.

Confiteor et credo sanctam atque

ineffabilem Trinitatem, patrem et filium et Spiritum sanctum, unum DEVM naturaliter esse. Vnius substantiae, unius naturae: unius maiestatis et uirtutis, et patrem quidem non genitum, non factum, sed ingenitum profiteor, fons ergo et origo iple est totius Trinitatis. Pater namque ineffabili substantia filium genuit, nec tamen aliud, quam quod ipse est, genuit, DEVS DEVM, lux lucem, filium quoque de substantia patris sine initio natum ante saecula, nec tamen factum fateor. Igitur non sicut filius a patre, ita pater a filio est, quia non pater a filio, sed filius a patre, generationem accepit, filius ergo DEVS de patre, pater autem DEVS, sed DEVS non de filio: si enim pater fuit, semper habuit filium, cuius pater esset DEVS, et ob hoc filium de patre natum sine initio confiteor. Spiritum enim sanctum, qui est tertia in trinitate persona, unum atque aequalem cum DEO patre et filio credo esse DEVM, unius substantiae, unius quoque naturae, nec tamen genitum uel creatum, sed a patre, filioque procedentem amborum esse spiritum. Nec enim procedit ad sanctificandam creaturam, sed ab utrisque procedere monstratur, quia caritas sanctitas amborum esse cognoscitur, et ne patris tantum, nec filii tantum sed similiter patris et filii spiritus Dei. In relatiuis uero personarum nominibus pater ad filium, filius ad patrem, spiritus sanctus ad utrosque refertur. Quae cum relatiue tres personae dicantur, una tamen natura uel substantia praedico, sed unam substantiam, tres autem personas. Quod enim pater est, non ad alium, sed ad filium, et quod filius est, non ad se, sed ad patrem est, similiter spiritus sanctus non ad se, sed ad patrem et filium relatiue refertur in eo, quod spiritus patris et filii praedicatur. In hac ergo sancta Trinitate tres personas, unum DEVM, confiteor. Ergo non ipsum, qui pater est, dico etiam filium uel spiritum sanctum, nec ipsum filium patrem aut spiritum sanctum fateor, uel eum, qui est spiritus sanctus, patrem uel filium dicere ualeo, sed quod pater est, hoc filium esse, hoc esse spiritum sanctum, sine ulla ambiguitate pronuncio. Personas enim distinguo, non naturam Deitatis separo. Tres ergo illas unius atque inseparabilis naturae personas, sicut non confundo, ita separabiles nullatenus praedico. Cum nulla ante aliam, nulla post aliam, nulla sine alia uel extitisse, uel quippiam operasse aliquando credatur, inseparabiles enim inueniuntur in eoque sunt et in eoque faciunt. Habet enim pater

gnitate esse primitiua creditur, quae iam multis retro actis temporibus ex uicinarum frequentia populatione barbarorum deserta et in solitudinem redacta, nullum christianae professionis habitorem meminit: usque dum inuictissimus augustus et pater patriae, genitor quippe pii imperatoris nostri, quem adhuc superesse et diu dominari mundus exoptat, bellico trophaeo eorum uires retundit. Nunc autem quamobrem uotis exultantibus in laudem omnipotentis DEI erumpimus, non solum saepedicta sancta Lauriacensis ecclesia, hostium cessante terrore, cum accolis suis pace et tranquillitate potitur, uerum etiam ipsi dudum inimici, illum, quem persecuti sunt more gentili, iam iam Christum baptizati profitentur, et sacerdotes modo habere desiderant, ac prout scire rudes poterunt uenerantur, et ecclesias quasdam in sua terra, quas patres incendio dederunt, posteri restaurare uidentur. Hac ergo suadente ratione, quod praenominati sanctae Lauriacensis ecclesiae archiepiscopi postulatio, antiqua apostolica autoritate commendatur et praeterea, quod cum iustum esset, pariter etiam utile uisum est, ut ad fructificandas DEO gentes, ex nouitiis cultoribus fidei Vngrorum atque Marauorum, siue etiam aliis multis prouinciis Schlaunorum suae parochiae finitimis illic ordinatis episcopis secundum quod antiquitus dispositi erant, eis hunc constitueremus archiepiscopum. Quoniam autem Salisburgensis ecclesia metropolis abusa est subiectione sanctae Lauriacensis, ecclesiae pontificii oblitterata et attenuata sua dignitate ex deuestatione barbarorum, quam propterea perceptis apostolicis priuilegiis nequaquam patimur priuari, cum et priora sint Salisburgensibus, et ideo auctoritativa, uel auctorabiliora. Quae conditio testimonii etiam apud secularia iudicia uiget et praeualet. Nos uero in huiusmodi constitutionibus omnem calumniam atque contentionis occasionem, domino adiuuante, facile propulsamus, ambabus parochiis ab inuicem certis limitibus sequestratis, et tamen apostolicis sanctionibus ubique stabilitis, quas nostrum est semper defendere, et secundum euangelicam sententiam nihil ex eis soluere sed adimplere. Unde ergo auctoritate et potestate B. PETRI principis apostolorum atque exemplo beatorum pontificum, scilicet praedecessorum nostrorum, eandem sanctam Lauriacensem ecclesiam, eiusque rectores iam archiepiscopos ammodo, perpetim ab omni Salisburgensis

ecclesiae eiusque praesulum subiectione ac ditione absoluiamus, et honore metropolitano sublimamus, et sicut modernis temporibus sanctae memoriae AGAPITVS papa terminos earundem parochiarum ab inuicem distinxit, sic et ipsi diffinimus, ita quoque ut sancta Salisburgensis ecclesia superioris Pannoniae episcopos habeat suffraganeos, quibus usque huc sui pontifices praeesse uidebantur, cum tanta talique dioecesi, quali haecenus in inferiori usi sunt Pannonia.

Sancta autem Lauriacensis ecclesia in inferioris Pannoniae atque Mesiae regiones, quarum prouinciae sunt Bauuaria atque Marauia, in quibus septem episcoporum parochiae antiquis temporibus continebantur, sui que antistites archiepiscopalem deinceps habeant potestatem, cum tanta talique dioecesi, quali haecenus in superiori usi sunt Pannonia. Quibus utique insuperi praeceptis iniungimus, ut iuxta beati GREGORII, propter decretum, Anglorum archiepiscopis directum, alter illorum, qui prior sit in ordinatione tempore et quo ad uiuat prioratum teneat et in ordine. Penitus enim determinatis utriusque ecclesiae dioecesibus, omni que exclusa altercandi occasione canonica sub districtione interdicimus, ut neuter earundem ecclesiarum archiepiscopus inuadere alterius parochiam praesumat, uel quibuscunque iurgiis, aut disceptationibus super diffinitis a nobis modo rebus, alter alterum sollicitare audeat. His igitur sedatis, uenerabilem confratrem nostrum PILGRIMVM archiepiscopum, canonicis literis munitum, sedi sanctae Lauriacensis ecclesiae intronizauimus, palliumque ei secundum antiquum eiusdem ecclesiae suae usum direximus, atque in prouinciis Bauuariae et Marauiae, regionum quoque inferioris Pannoniae siue Mesiae, et in contiguis sibi Schlaunorum nationibus circumquaque manentium, nostram apostolicam auctoritatem et uicem exercere committimus atque delegamus, quatenus illic more antecessorum suorum sanctae Lauriacensis ecclesiae archiepiscoporum habeat potestatem presbyteros et episcopos ordinare, atque constituere, et ex predictis gentibus sua sancta praedicatione parare domino plebem perfectam.

XI.

Litterae Iuuuensis ecclesiae archiepiscopi, et aliarum ecclesiarum episcoporum
(Aa) 3 ad

ad summum pontificem, quibus unum episcopatum in terris Slauorum, contra canones apostolicos, in quinque diuisum, querantur.

SUMMO pontifici et uniuersali spæ, non unius urbis, sed totius orbis, domino IOANNI, Romanae sedis gubernatori magnifico, humilimi paternitatis uestrae filii, THEOTMARVS, Iuuanensis ecclesiae archiepiscopus; WALDO Frisingensis, ERCHENPALDVS Eyftatenfis, ZACHARIAS Saebonensis, TVTTO Ratisponensis, RICHARIVS Patauiensis ecclesiae episcopus; nec non et uniuersus clerus, populusque christianus per totam Noricam, quae et Bauaria conuersatur, prosperum in saluatore nostro profectum, catholicae pacis augmentum et regnum optamus aeternum. Antecessorum uestrorum decretis et catholicorum patrum institutis plenissime instruiamur, in omnibus nostro ministerio sacerdotali obstantibus et aduersantibus Romanum appellare pontificem, ut, quod ad unitatem concordiae et ad custodiam pertinet disciplinae, nulla diffensione uiolatur, sed ab ipso summa prouisione decernatur. Nequaquam enim credimus, quod coacti quotidie audimus, ut de illa sancta et apostolica sede, quae nobis sacerdotalis mater est dignitatis et origo christianae religionis, profluxerit quippiam peruersitatis, sed doctrina et auctoritas ecclesiasticae rationis. Sed uenerunt, ut ipsi promulgauerunt, de latere uestro tres episcopi, uidelicet IOANNES archiepiscopus, BENEDICTVS et DANIEL episcopi in terram Schlauorum, qui Maraci dicuntur, quae regibus nostris et populo nostro nobis quoque cum habitatoribus suis subacta fuerat, tam in cultu christianae religionis quam in tributo substantiae secularis, quia exinde primum imbuti, et ex paganis christiani sunt facti. Et idcirco Patauiensis episcopus ciuitatis, in cuius dioecesi sunt illius tempore populi, ab exordio christianitatis eorum, quando uoluit et debuit, illuc nullo obstante intrauit, et synodalem cum suis et etiam ibi inuentis conuentum frequentauit, et omnia quae agenda sunt potenter egit, et nullus ei in faciem restitit, etiam et nostri comites illi terrae confines placita secularia illic continuauerunt et quae corrigenda sunt correxerunt, tributa tulerunt et nulli eis restiterunt, usque dum, incessante corda eorum diabolo, christianitatem abhorrere et omnem iustitiam detrectare, belloque laceflere et obsistere saeuissime coeperunt, adeo, ut uia episcopo et praedi-

Acatoribus illo non esset, sed libitu suo egerunt quae uoluerunt. Nunc uero, quod nobis graue uidetur et incredibile, in augmentum iniuriae iactitant, se magnitudine pecuniae id egisse, qualia de illa apostolica sede nunquam audiimus exisse, neque canonum decreta sanxisse, ut tantum schisma una pateretur ecclesia. Est enim unus episcopatus in quinque diuisus. Intransentes enim praedicti episcopi in nomine uestro, ut ipsi dixerunt, ordinauerunt in uno eodemque episcopatu unum archiepiscopum, sitamen in alterius episcopatu archiepiscopium esse potest, et tres suffraganeos eius episcopos absque, scientia archiepiscopi et consensu episcopi, in cuius fuerunt dioecesi. Cum in concilio Africano cap. xx. decretum sit, ut plebes, quae in dioecesibus ab episcopis retinentur, quae nunquam episcopos habuerunt, non nisi cum uoluntate eius episcopi, a quo tenentur, proprios accipiant rectores uel episcopos. Et item in eodem concilio cap. lxxv. ut plebes quae nunquam habuerunt proprios episcopos, nisi ex concilio plenario unius, cuius prouinciae et primatis, atque consensu eius, ad cuius dioecesin eadem plebs pertinebat, minime accipiant. In decretis papae LEONIS cap. xv. scriptum est: Nulla ratio finit, ut inter episcopos habeantur, qui a prouincialibus episcoporum metropolitani iudicio non consecrantur. Idem cap. mlix. Si indignis quibusque et longe extra sacerdotale meritum constitutis pastorale fastigium et gubernatio ecclesiae detur, non est hoc consulere populis, sed nocere, nec praestare regimen, sed augere descrimen. Et in eodem cap. post pauca. Difficile est, ut bono peragantur exitu, quae malo sunt inchoata principio. Et in decreto papae CAELESTINI antecessoris uestri cap. xxii. continetur, ne alicui locus concedatur sacerdoti in alterius iniuriam. Antecessor uester ZVENTIBALDO, duce impetrante, WICHINGVM consecrauit episcopum, et nequaquam in illum antiquum Patauiensem episcopatum eum transmisit, sed in quandam neophytam gentem, quam ipse dux domuit bello, et ex paganis christianos esse patrauit. Cum autem eisdem Schlauis locus familiaritatis apud legatos uestros dabatur, accusabant nos et diffamabant nos in multis et uerbis mendacibus instabant, quia nemo eis uera respondebat, dicentes, nos et cum Francis et Alemannis scandalum et discordiam habuisse, cum hoc falsum esse ex hoc conuincitur quia amicissimi nostri sunt, et caritatiue cooperato-

res

res, et etiam cum ipsis impacatos esse accusabant.

Quod non nostra culpa exigente, sed sua proteruia faciente, ita fatemur esse, quia quando christianitas illis coepit uilescere, et insuper debitum tributum senioribus nostris regibus et principibus eorum soluere respuerunt, et in seruitium redigerunt. Idcirco iure proprio tributarios habere debuerunt et debent et, siue uelint siue nolint, regno subacti erunt. Quapropter oportet uos ab alto speculari, et moderaminis temperiem prae omnibus tenere, ne peior pars confortetur et melior infirmetur. Progenitores namque serenissimi senioris nostri, **EVDVICI** uidelicet imperatoris, et reges ex christianissima Francorum gente prodierunt. Moimarii uero Schlawi a paganis et ethnicis uenerunt. Illi potentia imperiali Romanam rempublicam sublimauerunt, isti; damnauerunt: illi christianum regnum confortauerunt, isti infirmauerunt. Illi toti mundo spectabiles apparuerunt: Isti latibulis et aribus occultati fuerunt. Illorum consilio apostolica sedes pollebat. Istorum persecutione christianitas dolebat. In omnibus his iuuenulus rex noster, nulli praedeceptorum suorum inferior, secundum uirtutem a DEO sibi datam, sanctae Romanae ecclesiae et uobis summo pontifici, cum omnibus regni sui principibus adiutor optat esse fortissimus. Omne namque regnum diuinitus sibi commissum ad DEI seruitium, suumque adiutorium unum uult et operatur. Vnde et pace uiget et concordia gratulatur, atque ad uestram paternitatem, sicut patres sui, se pertinere laetatur. Quod nos praefati Schlawi criminabantur cum Vngaris fidem catholicam uiolasse, et per canem seu lupum aliasque nefandissimas et ethnicas res sacramenta et pacem egisse atque, ut in Italiam transfiret, pecuniam dedisse, si uobis coram posito ratio inter nos ageretur ante DEVM, qui cuncta nouit antequam fiant, et coram uobis, qui uicem eius apostolicam tenetis, eorum falsitas manifestaretur, et nostra innocentia probaretur. Quia enim christianis nostris longe a nobis positus semper imminabant et persecutione nimia affligebant, donauimus illis nullius pretiosae pecuniae substantiae, sed tantum nostra linea uestimenta, quatenus aliquatenus eorum feritatem molliremus. Talia namque, ut praescripsimus, iuxta malitiam cordis sui argumentantes et pontifices uestros ad iniuriam nostram inci-

imperator
senior audit
episcopis.

tantes, adeo, ut directa nobis epistola, quasi ab apostolica sede haec omnia improperebant, et diuersas iniurias ingeriebant, atque in alia diuino gladio feriendos dignos dicebant. Impletur enim in nobis quod quidam sapiens ait: *Iustus tulit crimen iniqui*. Ipsi enim crimen, quod nobis falso semel factum imposuerunt, multis annis peregerunt. Ipsi Vngarorum non modicam multitudinem ad se sumpserunt, et more eorum capita suorum pseudo christianorum penitus detonderunt, et super nos christianos immiserunt, atque ipsi superuenerunt, et alios captiuos duxerunt, alios occiderunt, alios ferina carcerum fame et siti perdiderunt, innumeros uero exilio deputauerunt, et nobiles uiros ac honestas mulieres in seruitium redegerunt, ecclesias DEI incendierunt et omnia aedificia deleuerunt, ita ut in tota Pannonia nostra, maxima prouincia, tantum una non appareat ecclesia, prout episcopi a uobis destinati, si fateri uelint, enarrare possunt, quantos dies transierunt et totam terram disolatam uiderunt. Quando uero Vngaros Italiam intrasse comperimus, pacificari cum eisdem Schlawis, teste DEO, multum desiderauimus, promittentes eis, propter DEVM omnipotentem, ad perfectum indulgere omnia mala, contra nos nostrosque acta, et omnia reddere, quae de suis nostros constaret habere, quatenus ex illis securos nos redderent, et tantum diu spatium darent, quamdiu Longobardiam nobis intrare et res sancti PETRI defendere, populumque christianum diuino adiutorio redimere liceret. Et nec ipsum ab eis obtinere potuimus, et post tanta maleficia haberent beneficia, et sunt falsi accusatores, qui semper fuere christianorum persecutores. Si quis in toto mundo aliorum nos oberrasse et iustitiae restituisse probare conetur, ueniat praesens, et eum ludificasse, nosque de hac re sentietis purissimos esse. Idcirco singuli omnesque monendo precamur, ne ullomodo alicui falso de nobis aliquam suspicionem referenti creduli sitis, antequam oportunitas exigat, ut huius rei gratia missus de uestra celsitudine nobis aut a nostra paruitate directus appareat uobis. Communis gemitus et generalis dolor angustat, quos Germania et tota tenet Norica, quod unitas ecclesiae diuiditur scissura. Est enim, ut praemissimus, unus episcopatus in quinque diuisus. Ideo si quid fraus maligni Schlaworum calliditate adduxerat, iustitia uertat. Vosque uirtute ex alto in-

in-

indati, et apostolica potestate armati
iuxta prophetam: *Quod fractum est at-*
ligate, quod infirmum consolidate, quod
abiectum reducite, ut deinceps popu-
lus et fidei integritate gratuletur, et
sancta ecclesia tranquilla deuotione
laetetur.

THEOTMARVS indignus archie-
piscopus et apostolicarum rerum
procurator promptissimus. Pecuni-
am uestro iuri debitam, propter infe-
stam paganorum saeuitiam, nec per me
poteram nec per alios transmittere, sed
quia DEI gratia liberata est Italia,
quanto citius potero, uobis transmit-
tam. Precatur nostra humilitas, ut
dignetur uestra sublimitas respondere
per singula transmissa-cum epistola.

Alme pater mundi dignus pro nomine
PETRI,
Nomine quem sequeris utinam uirtu-
te sequeris.
Sisque tuis famulis protector uerus et
impos;
Commendes domino, coelo qui praesi-
det alto.

XII.

Rotulus attestacionum super decima-
tione ecclesiae Lauriacensi com-
petente.

NOTVM sit omnibus CHRISTI fi-
delibus praesentibus scilicet et fu-
turis; qualiter tempore PILGRIMI
episcopi synodo aggregata semel in
Lauriacensi ecclesia, oratorio s. LAV-
RENTII martyris CHRISTI, secundo
autem in basilica sancti AGAPITI mar-
tyris *Muttarn* orientales dioecanos fu-
os, praestito iurisdictionis sacramento,
quid suae sanctae ecclesiae iuris in deci-
matione contingeret, interiacentes pro-
uinciae inter *Anesum* fluuium et *Coma-*
genum montem synodice percontans,
concordi responsione in unam hanc
coniuere sententiam, penitus uidelicet

ac-continuatim omnem decimationem
infra praescriptos limites, *Anesi* fluuii
scilicet et *Comageni* montis, ante proxi-
mam barbaricam suae desolationis de-
uastationem, in ditione et potestate
praedictae sanctae Patauiensis ecclesiae
sibi praesidentium episcoporum et
fuisse et adhuc iure esse debere, hac tan-
tum excepta decimatione, quam ab ali-
is ecclesiasticis possessionibus ex domi-
nica pertinentia ad partem usus ubique
censuit dari, et eam tantum, quam ex
antiqua regum munificentia constat esse
traditam. Haec sunt nomina sacramen-
talium. *Meginhardt comes. PABO co-*
mes, Pupo, Wernerus, Engeldich, Eigil,
Vtich, Mimilo, Wasigim, Gerolt, Adelfrit
Gerhoch, Hertine, Hacco, Ediram, Ernist,
Azili, Allo, Mazil, Gozil, Volker Gum-
po, Erinpert, Ellip, Dietrich, Ozi, Sala-
man Zakko, Dieze, Gezo, Sinzo, Pezo,
Gotti, Leuzman, Valto, Ello, Wizil Hen-
ro, Vdalger, Reginger, Altman.

Praeterea notum sit cunctis, qualiter
ad *MISTILPACH* habito ecclesiastico
placito, praefatus episcopus *PILGRI-*
MVS populo sacramento obligato, ex
quibus locis decimatio ad baptismales
ecclesias iure pertinere deberet, interro-
gans, sub iurisdictione promulgatum
est. In primis ad *Sirnich*, hanc ex his
locis respicere decimationem. *Gar-*
stina, Sabanich, Strepurch, Rutte, Sua-
mar, Rauueswanck, Tunzendorff.
Dehinc ad *Schonhering*, decimam de
Wilhering ad *Nardin* autem decimam
de *Agest*, et de *Bucchnauwe* et decimam
ecclesiae *Wizmanni* ad baptismalem
ecclesiam *Chrengelbach* pertinere de-
bere. Insuper uero *Piritaschiricha*
cum una dotali *huba*, nec non et prae-
dium ad *Neuuar* ad iam dictam Pata-
uiensem cathedram iure pertinere de-
bere affirmabant. Huius testimonii
sacramentalium nomina haec sunt.
Wernher, Rupo, Eigil, Macil, Hacco,
Dietrich, Marquart, Ernist, Gum-
po, Wolfger, Izo.

Ecclesiae ba-
ptismales.

HI-

HISTORIA
OETINGENSIS
COENOBII
 IN
BOIOARIA
 CVM
DIPLOMATIBVS.

(Bb)

HISTO-

HISTORIA
NON VVLGARIS VETVSTATESQVE
OTINGAE BOIORVM,

EX
ANTIQVIS LITERARVM MONVMENTIS EXCERPTAE

A
IOANNE AVENTINO.

QVAEDAM VETERA MONVMENTA
DIPLOMATAQVE
DE VERBO AD VERBUM EXSCRIPTA.

IOANNES AVENTINVS Thurinomarus

*Christo deuotissimis sacerdotibus, Leonardo Vinomaro decurioni, totique collegio
mystarum OTINGENSIVM. S.*

*Commendatio
historiae
OETINGENSIS
coenobii, a cul-
tu DEIP. A-
RAE.*

Quod superiore anno, patres amplissimi, recepi et proinde tamdiu uti obaeratus debui, summa cura atque industria, ueluti aes alienum, iam iam rependo atque dissoluo. Cum enim *iussu inlustrium principum*, perscrutando excutiendoque publicas Boiariae bibliothecas, ad *Boiorum res gestas* perscribendas, totum hunc annum impenderim: distuli haec hanc rem, non socordia, aut negligentia, sed ut certiora locupletioraque forent, quae adferrem. Alioqui ad id negotii pietatemque suoapte ingenio procliuus. Nihil quippe gratius, acceptiusue, a nobis quidem mortalibus fieri potest Christo domino Deoque nostro: eiusque parenti *uirgini* exuperantissimae et secundum Deum optimum maximum, maxime colendae, quam, si huius augustissimi templi fortunas, originemque non uulgarem perscripsero, unde uelut ex fonte inicia religionis christiana, in Boiorum gentes deriuata sunt. Vbi etiam supremus ille opifex rerum, pater indulgentissimus, Deiparaque uirgo, superum regina, numen suum peculiariter produnt, maiestatem quotidie aperiunt, clementiam quam apertissime indies magis atque magis exhibent. Quamobrem non inmerito, occulta quadam fatorum ferie, hunc locum non solum Boiorum genti, sed etiam toti Europae, perquam celebrem esse conspiciamus.

Loci celebritas.

Galli, Sauromatae, Getae, Britanni.
Hispani, Siculi, Latinus, audax
Cimber, Dalmata, Pannonnes, Liburni,
Moesus, Thrax, Macedo, Scythae, Pelasgi.

Frequentes uotis conceptis, nuncupatis, adsunt, litant, uoti compotes domos abeunt.

Quo aut omnia ad cognoscendum apertiora sint et facilius memoriae haerant, rem ipsam paulo altius, a prima origine repetam et paucis per capita summamque in principio explicabo. Atque, ut mercatores facere solent, tum alliciendi oblectandi, tum emundi causa, lectori harum mercium cupido exponam.

SVMMA CAPITVM.

Summa capitulum.

De 1) situ

a) sub Romanis.

CAPVT I. Dicam igitur primo atque explanabo, de huius regionis uetustate, antiquo cognomine, situ, regibus. Ex Beroso, Chaldaeo, Claudio, Ptolomaeo, Plinio, Veronensi, Strabone, Iulio Caesare, Tito Liui.

II. Quando haec regio subiecta fuerit Romanis, et quod haec ciuitas, quam nunc uulgo uocant Otingam, colonia fuerit Romana, inibi quomodo sit a Romanis nuncupata. Ex Lucio Floro, Eusebio, diuo Hieronymo, Antoni Augusti itinerario.

CAPVT

- CAPVT III. *Quomodo et quando Boii in hanc uenerint regionem, Romanos expulerint ac maxima clade, proxime Otingam, adfecerint. Ex annalibus, publicisque Boiariae bibliothecis. Ex Eratosthene, Cornelio Tacito.*
- IV. *de Otinga, quis condiderit eam rursus et unde hoc nomen sortita sit, quod ibi palatium, sedes regiaque fuerit, principum et regum Boiariae. Ex natali, Boiariae publicis bibliothecis et tabulis uetustis.*
- V. *Quando et a quo sacellum dedicatum fuerit. Ex uita ueteri diui Ruperti et ea, quam Aribo episcopus Frisingensis carmine heroico perscripsit, Thessolono tertio, Boiorum duce.*
- VI. *Quod ibidem monasterium fuerit ditissimum, multorum sanctorum, ibi reliquae sacraque recondita fuerunt, brachium sancti Philippi, S. Maximilianus, S. Felicitas. Ex tabulis monumentisque antiquis.*
- VII. *Ibidem esse sepulturam, mausoleumque ueterum principum et regum Boiariae. Ex uetustis tabulis et monumentis.*
- VIII. *Quod monasterium Otingense, commendatum commissumque fuerit episcopo Bathauino. Ex instrumentis tabulisque antiquis.*
- IX. *Quando Otinga destructa sit ab Vngris, ex annalibus et tabulis Boiariae et publicis rerum Boiarum scriptoribus.*
- X. *Quis conlegium sacerdotum condiderit. Ex monumentis conlegii.*
- XI. et XII. *Referentur diplomata tabulaeque, datae a Carolomanno rege Boiorum. A Carolo tertio, imperatore Romano, fratre eius. Ab Arionulpho Augusto filio Carolomanni. A Litauico tertio filio Arionulphi, quae ego Bathauiae et in Ranisouensi coenobio, de uerbo ad uerbum exscripsi.*

2) Boii.
 3) Otinga
 4) Sacelli
 5) coenobii
 6) mausolei
 7) inuiciditio
 8) casus
 9) collegium
 10) diplomata

CAPVT I.

De regionis Otingensis uetustate situ et regibus.

Vetustissima regionis diuisio.



Regio cis Oenum (in qua sitae sunt Otinga, Iuuauia, hoc est Saleburgium, Burgusium, Brundunum et caetera huiusmodi oppida et urbes) ab orientis ora, Pannoniam (id est Vngariam) excipit: a meridie alpibus ab Italia summo uetur. A Germania magna Danubio: a Vindelicis uero Oeno flumine, separatur. Adpellatur a Graecis Romanisque *Noricum*. Estque duplex.

{ Ripense, nunc Austria uocatur et particula Boiariae, quod in ripa Danubii Oenique protendatur.

Noricum.

{ Primum iam comitatus Tyrolii uocari solet: Oenus a Rhetis, hoc est, Engadinis diuidit.

Mediterraneum.

{ Secundum est nunc *Stiria*, *Carynthia*, episcopium *Saleburgense*.

Caepa est ea regio habitari, paulo post diluuium, fuereque primi reges

A Hebrus et Hyster, filius Hebr, a quo Danubius et Hystria nomen habet. Hi cum Tuiscone conditore Germanorum et Sarmatarum profecti sunt ex Asia in has regiones. Tuisconem Berofus tradit esse filium Noae. Maiores uero nostri indigetem crediderunt ex terraque editum prodiderunt et in numerum Deorum retulerunt. Post hos reges fuisse reperio Tibelimum, peculiarem Noricorum Deum, et Taurum, a quo Taurisci dicti sunt. Seruat adhuc mons Taurus nomen in ea regione. Hunc subsequitur *Panno*, a quo pars Norici, Pannonia dicta adhuc cognomen (Pongeu) retinet. Succedit huic *Penno*, a quo Penninae alpes et mons Penninus (quem Venusticum, hoc est, Venstermons uocare solent) ubi Athesis et Oeni fontes sunt. Praefuit etiam huic regioni *Venno*, a quo Vennonnes, qui ortum Athesis accolunt, dicti hi cognomen retinent (Vensgeu) potitus est dehinc rerum *Noricus*, filius *Herculis*. Item anni regis Germaniae magnae, a quo Noricum cognomen recepit, condidit hic *Noreiam* urbem, supra Aquileiam CL. millia passuum, ubi Carbo dux Romanus, pugnaturus cum Cimbris, sine praelio tamen discessit.

Incolae certa fabulosa erant ex mendacissimo Berofa.

Tempore Iulii Caesaris, paulo ante natum Christum, rex huic regioni praefuit nomine *Voccio*, hic Caesari contra Pompeium in bello ciuili trecentos equites in auxilium misit. Eius quoque sororem duxit *Arionustus*, rex Germaniae magnae. Post hunc fuit ultimus Noricorum rex *Critofirus*, post quem

Reges circa Otingam.

Noricum redactum est in prouinciam Aadhuc possident Boii. Igitur ex regione, quae trans Oenum est, undique Romanos deturbant, plerasque urbes capiunt, quasdam solo aequant, quarum uestigia adhuc adparent, omnia copiose in analibus explanabo. Romani cis Oenum, ad pontes Oeni, ubi nunc Otinga est, uires, praeside Seuero conlegunt, seque muniunt et Boios arcere parant a transitu amnis.

CAPVT II.

Quando facta haec regio prouincia Romana et quot annos Romanis subdita fuerit.

Otinga sub Romanis ad an. 508.

Quintodecimo ante natum Christum anno, imperator Augustus, per priuignos suos Tiberium et Drusum, Noricum subegit in formamque prouinciae redegit. Ea Romani potiti sunt quingentis fere annis, eamque per praesides administrarunt, complures condiderunt urbes, quas Romano milite firmarunt. Inter quas ob opportunitatem loci amoenumque situm, quod longissime, latissimeque ex editiore loco, ad radices alpium prospectus pateat, haec colonia a Romanis deducta est. Ipsi eam pontes Oeni uocitarunt. Condiderunt et plerasque alias Romani in Norico urbes, Romanoque colono oppleuerunt Iuuauiam (Saleburgium est) Laureacum archiepiscopium, nunc in uillas, quae nomen seruant, abiit, sed ea nihil ad propositum.

CAPVT III.

Quomodo et quando Boii in has regiones transitum fecerint et circa pontes Oeni, quae nunc Otinga est, Romanos fuderint.

Otinga sub Boiis ab anno 508.

Boii antiquissimi Germaniae magnae populi, ut qui genus suum ad Herculeum Alemannum referant, primas habuere sedes in Hercynia sylua. Ab ipsis adhuc Boiemia nomen seruat, id declarat lingua Germanica Boiorum patriam.

Imperatore Anastasio procuratore occidentis Theoderico rege Gothorum, Litauico, id est, rege Francorum, anno a nato Christo D. VIII. Boii cum Sueuis, duce Theodone primo, ueteres sedes (quas in Germania magna diu tenebant) relinquunt. Ex Germania magna, traiecto Danubio, in Romanas prouincias transitum faciunt. Nam Rhenus et Danubius, maxima Europae flumina, termini limitesque fuerunt Romani imperii, uti Claudianus quoque poeta eleganter describit. Eius carmina haec sunt.

Prominet Hercyniae confinis Rhetia syluae.

Quae se Danubii iactat Rhenique parentem.

Vtraque Romuleo praetendens flumina regno.

Sedes uero Sueuorum Boiorumque relictas occuparunt Venedi (qui et Sclauii) ducibus Zechone Crocoque, quas

anno Christi DXX. Theodo magnus, qui et secundus, proxime Brundunum, ad ostia Matichae fluminis, Oenum cum copiis transmittit, ibi adhuc campus nomen seruat: nam Theodophorus hoc est Theodonis uadum uulgo uocari solet. Inde in Romanos fortiter arma mouet, insidiis quoque in proxima sylua positus, Romanos nihil tale suspicantes de improviso primo mane ad pontes Oeni, hoc est Otingas, adgreditur grauissimo praelio fundit sternit. Concidere uires eo certamine Romanorum. Extat locus cognomine *Morchouelta*, hoc est caedis campus. Quin etiam uetus huius oppidi insigne est *lupus*, sub fruticeto in insidiis delitescens, monumentum non uulgare huiuscemodi conflictus.

Romani hac clade perculsi, simulque animo omnino fracti, *Pannonias, Moesias, Noricum, Vindelicum*, timore Boiorum relinquunt, in Italiamque non tam transmigrant, quam aufugiunt. Ita posthac hucusque hae regiones a Boiis possessae sunt. Vberius caetera in historia Boiorum referentur.

CAPVT IV.

Quis Otingam ita uocarit et quod ibi fuerit palatium principum regumque Boiarie.

Anno Christi DXXXVII. Theodo secundus fato natureque concessit, reliquit tres filios, *Theodoualdam, Theodonem* tertium et *Otonem*, qui uarie a scriptoribus nostris adpellari solet. Plerique *Otonem*, alii *Vdonem*, alii *Odonem* uocitant. Sunt et qui *Hutonem* nuncupent, sed utcunque nominetur, a custodia hoc nomen apud Germanos deductum esse pro uero constat. Ex quo latini ob elegantiam sermonis fece-

anno 540

Mordfeld.

Anno 137.
Nomen ab
Otone Otinga.

Oto idem quam
pastor et custos.

fecere Otonem. Hic *regiam* suam a
praetoriorumque pontes oeni constituit,
a seque Otingam siue Huodingam aut
Otingam, utrumque enim in uetustis le-
go monumentis, cognominari iussit.
Ego imitatione et analogia auctoritate-
que fretus Vtinum adpellabo, ubi ob
commoditatem situs, quod opportuna
urbe sit aucupiis, uenatoribus, piscatio-
nibus, frequentes reges et principes Bo-
iorum habitauerunt. Ob crebras etiam
Hunnorum, Venedorum, Vgrorum ir-
ruptiones in Noricum, celebres ibidem
fuisse conuentus principum imperii
Romani reperio. Extat adhuc ibidem
ostenditurque in templo medio diui
Philippi sepulchrum imperatorum, reg-
um et principum nostrorum. Id quod
etiam Annales uetusti, uetera literarum
monumenta, antiquae tabulae testan-
tur. Omnia infra de uerbo ad uerbum
ex archetypis summa fide transcripta
offendes.

Palatium
Otingense.

CAPVT V.

Quis facellum condiderit.

De originibus
facelli Oting-
ensis an. 137.

Mortuo Theodone secundo, ut
iam diximus, anno Christi
DXXXVII. ad eius filios Theo-
donem tertium Otonemque, diuus Ru-
pertus, regio Francorum genere prognat-
us, legatus Christi profectus est, eosque
philosophiam christianam, explosa fal-
sorum Deorum superstitione recipere
persuasit. Theodonemque *Reginobur-
gii*, ipsa est Ratisbona, Otonem uero *Vti-
ni*, Otinga est, sacrosancta aqua, more
christianorum, lauit. Duoque templa,
extructa prope a principibus, proxime
praetoria, Christo domino Deoque no-
stro et eius genitrici deiparae uirgini de-
dicauit. Vnum *Reginoburgii*, alterum
Vtini, utrumque uetus uocare solent.
Inaugurauit quoque idem haud procul
ab Vtino templum, diuo Maximiliano
Burgiochiricha nuncupatur, cubatque in
ripa fluminis Matichae. Maiores nostri
religiosissimi mortales sic habuere. Nos
esse templa Dei, quae non auro aut argento,
sed uirtutibus bonisque artibus excolenda
sunt, non ad ostentationem aut uolupta-
tem itaque, sed ad necessitatem extruxe-
runt aedificia, quae iniuriam caeli arce-
rent, proinde perangustis contenti fue-
re delubris.

Prima templa
abhorrent ab
elegantia et
adparatu.

CAPVT VI.

*Quod Vtini monasterium fuerit di-
tissimum.*

Diuitiae Oting-
ae an. 876.

Circiter annum Christi DCCCLXXVI.
Carolomannus rex Boiorum et
Italiae potius est rerum. Hic

Vtini frequens habitauit, ibique sacra-
tis uiris contubernium magnifice ex-
truxit, liberalissime locupletauit, et sa-
cro sancta multorum diuorum ossa, un-
decunque conlegit, maximaque pietate
ibidem condidit. Brachium nimirum
diui Philippi, diuum Maximilianum,
diuam Felicitatem, quemadmodum
haec omnia latius in tabulis infra sub-
iunctis continentur.

Carolomanni quoque frater *Carolus*
tertius Romanorum imperator, muni-
ficientia regia coenobium Vtinense di-
tauit, quae in tabulis comprehendun-
tur, frustra hic referuntur.

CAPVT VII.

*Vtini esse sepulturam regum et principum
nostrorum, quin etiam incunabula.*

Anno christianae salutis DCCCLXXX.
XII. Calend. Aprilis obiit mortem
Vtini, ibique sepultus est *Ca-
rolomannus*, rex Boiorum et Italiae, filius
Litauici regis Boiorum et Franciae, ne-
pos diui Litauici primi, Romanorum
imperatoris augusti, pronepos Caroli
magni, qui primus Germanorum Ro-
mano potitus est imperio. Hic Caro-
lus magnus anno Christi DCCCLXXXVII.
Thessolonum tertium ducem Boiorum,
eius uxorem Litopyrgam, filiumque
Theodonem octauum, cepit et tondi
iussit, ac in coenobium Laureacum,
Rheni conterminum, conclusit. Nam
Carolo obedire detrectabant, datam fi-
dem saepius fregerant, cum Hunnis,
hostibus Caroli, foedus inierant, iuxta
legis igitur Salicae decreta crimine lea-
fae maiestatis condemnati fuerunt Ca-
rolus eiusque posterum posthaec potiti
sunt Boiaria.

Otingae ma-
solum an. 880.
Carolomanni,

Anno a nato Christo DCCCXCII.
Via, uxor Arionulphi imperatoris au-
gusti, enixa est Vtini filium, cui no-
men aui Litauici parentes dixerunt.
Mysteriis religionis christianae initia-
tus est ibidem, ab Hatone archiepisco-
po Moguntino, et Adalperone ponti-
fice Augustensi.

Anno salutis christianae DCCCXCIX.
sexto Calendas Decembris, *Arionul-
phus* imperator augustus pediculari
morbo Vtini perit ibique humatus est
magnifice, apud parentem suum Caro-
lomannum. Ita quidem scriptum re-
liquit regino, praeful Prumensis, qui
ea tempestate praefuit coenobio. Me-
minit quoque et refert Otto Frisiorum
episcopus, filius diui Litoualdae, princi-
pis orientalis Boiariae. Leo tamen no-
nus pontifex maximus, Reginoburgi-
gii eundem sepultum declarat, ubi eius
sepulchrum in diui Hemerii templo de-

Arionul-
phus an. 899.

(B b) 3 mon-

monstratur, et eidem quotannis paren-
tatur, egenisque panes erogantur.

CAPVT VIII.

Quod monasterium Vtinenſe commenda-
rum fuerit epifcopo Bathauino.

Otinga ab an.
898. ſub epi-
ſcopo.

ANno Chriſti DCCCXCVIII. Ari-
onulphus imperator auguſtus in
Ranifouenſi praetorio, quaedam
praedia commutat. Ea enim, quae Vti-
nenſes monachi poſſederant in Italia ad
lacum Benacum, data a Carolomanno
patre Arionulphi, Arionulphus acce-
pit. Aliaque in germania ut uiciniora
magisque utilibilia reddit. Ibi fatetur,
templum Vtinenſe perpetuo ſpectare
ad ius ditionemque epifcopii *Bathauien-
ſis*, quamobrem adhuc ſacerdotes V-
tinenſes, Bathauienſium ritu, non Iuua-
uienſium, quorum municipium eſt, ſu-
peros ſalutant. Huius diplomatis co-
piam mihi fecit Vigileus pontifex *Ba-
thauiae*, opera Philippi Tanzer, ſacer-
dotis et a ſecretis epifcopi, uiri harum
rerum perquam periti.

CAPVT IX.

Quando et a quibus Vinum deſtru-
ctum ſit.

Casus Otingae
an. 907.

POſteaquam Arionulphus imperator
auguſtus uita deſunctus eſt, Vgri,
qui paulo ante ex Scythia, rege
Cuſala, in hanc regionem, quam adhuc
poſſident, tranſitum fecerant atque mi-
grarant, audita morte imperatoris, Ita-
liam igne, ferro, flamma deuſtant, ur-
bes diripiunt, incendunt, conplures
epiſcopos occidunt, obuos quoſque ui-
ginti fere millia uno die trucidant.
Reuerſique deinde domum, dolo lega-
tos de pace ad Boios mittunt. Ipli ta-
men interim de improuiſu impetum in
orientalem Boiariam faciunt, unoque
die plus quam CCL. millia paſſuum lon-
ge, late, igne, ferro, flamma depopu-
lantur. Boii ubi hoc acceperunt, ſubito
correptis armis, obuiam ire hoſti pa-
rant, uindicaturi tam inſignem cladem,
contumeliam atque perfidiam. Vgri
certiores facti, cum immenſa praeda,
captiuorumque ingenti numero, do-
mum redeunt. Pars tamen exercitus
in aquilonari Danubii ripa depopulari
regionem non ceſſat. *Litoualda* dux
Boiorum, qui ſub Arionulpho Litau-
coque eius plio, Boiariam procurabat,
fortiter occurrit cum Boiis, primo im-
petu mille ducentosque hoſtium in
Danubium agit atque ſubmergit, ma-
gnaque gloria de hoſte triumphat.

Paulo poſt tum Vgri reparato exerci-
tu conlectoque milite, arma hoſtili ani-
mo in Boios mouent, Litoualdam du-
cem Boiorum, Theodomarum primum
archiſlaminem Iuuaienſem, Zachariam
Saconenſem, Brixinenſis eſt, Ottonem
primum Friſionum pontificem infelici-
ter occurrentes, et haud auſpicato pu-
gnam cientes, circumueniunt atrociffi-
moque praelio uiriliter repugnantes
(nam treis continuo dies pugnatum eſt)
occidunt, maximam Boiariae nobili-
tatis partem trucidant. Deinde totam
Boiariam, nemine reſiſtente crudeliſſi-
me deuſtant, ſit fuga in tutiora loca,
nemo, niſi in tutiſſimis locis, Vgrorum
praefolatur aduentum. Vgri occifo-
rum ſanguinem potant, foeminas cum
pueris capillis colligantes, ut pecora
captiuas abducunt. Inter alia *uetus
Vinum* cum ſacratorum uirorum con-
tubernio (erat enim tum in his regio-
nibus coeni unicum oppidum) diripi-
unt, incendunt, ſola aedicula deiparae
uirginis, neſcio quo fato, uim hoſtis
non ſenſit. Suburbana in oppidum
poſtea abeunt, quae nunc eſt nouum
Vtinum: ſacra, quae in coenobio ue-
terique Vtino recondita fuerant, aut
alicubi inſoſſa, aut alio translata ſunt.
Hac tam inſigni clade Boiarii laceſſiti,
ne tam facile tranſitus Vgris in hanc re-
gionem pateret, Anaſſum flumen mu-
niunt, ibique nouum oppidum con-
dunt. Ipli Anaſſoburgium uocant,
nunc nomen fluminis ſeruat. Factum
hoc praelium anno Chriſti DCCCXVII.
Imperatores noſtri pacem annuo tribu-
to mercati ſunt.

CAPVT X.

Quis conlegium ſacerdotum con-
ſtruxit.

ANno a nato Chriſto MCCXXXIII. Li-
tauicus primus dux Boiorum
praefectusque praetorio Rhena-
no, conlegium duodecim ſacrorum ſo-
dalibus antiſtitique de integro condi-
dit uiuusque ſibi legit locum monu-
menti, praefecitque contubernio coe-
tuique paſtophorum Fridericum Stri-
phium, quem uulgo praepoſitum uo-
citare ſolent.

CAPVT XI.

**DIPLOMATA VETVSTA LI-
TERARVMQVE INSTRVMENTA,**
quae adhuc Bathauiae extant. Vigileus
pontifex Bathauinus, Philippus quo-
que Tanzer ſacerdos, a ſecretis, ho-
rum

Codicillus dia-
plomatarius

rum mihi copiam fecerunt. CasparA
quoque presul Ranifouensis, uir per-
quam humanus, pleraque huius-
modi monumenta mihi ex-
hibuit.

Omnia summa fide exscripsi.

NVM. I.

Donatio Carolomanni regis
Boiorum.

4
Diploma CA-
ROLOMANNI
anno 867. do-
natio facta
Otingae.

IN nomine sanctae et indiuiduae trinitatis. Carolomannus, diuina auxiliante clementia rex. Si de rebus terrenis, quas diuina consecuti sumus clementia, fidelibus quibuscunque nostris, idcirco adiutoria aeterna praebere contendimus, ut nobis in secularibus negotiis deuotiores existant, quantomagis nobis praemeditandum summopere est, ut etiam de ipsis terrenis rebus, pro amore diuino atque pro aeterna remuneratione, ecclesias Dei, ditare satagamus. Quapropter nouerit omnium fidelium Dei ecclesiae industria, tam praesentium scilicet quam futurorum, quorum diuina inspiratione compuncti, conplacuit nobis tradere pro augmento mercedis aeternae, quandam abbatiam, quae dicitur Mataseo, ad monasterium nouiter a nobis a fundamentis constructum, in loco qui dicitur Otinga, quod etiam in honore sanctae Dei genitricis semper uirginis Mariae, et sancti Philippi apostoli domini nostri Iesu Christi, aliorumque sanctorum plurimorum, quorum reliquias Deo propicio adgregare potuimus, ornatum esse cernitur, ea uidelicet ratione praefatam abbatiam, ad supra nominatum monasterium tradidimus, ut ab hodierna die, cum omnibus ad hanc ipsam abbatiam pertinentibus, tam traditione regum, uel etiam aliorum liberorum hominum, ad iamdictum monasterium a nobis constructum perpetualiter pertineant, sine ullius successoris nostri contradictione. Insuper etiam notum sit tam praesentibus quam futuris, quorum illam capellam ad Otingas et ad illam curtem ad Buoche, ad praefatum monasterium ad Otingas tradidimus, cum omnibus attinentiis, terris cultis, incultis, agris, mancipiis, pratis, pascuis, syluis, aquis, aquarumue decursibus, questis et inquestis. Omnia enim haec, quae supra memorauimus, tam ipsam abbatiam ad Mataseo, quam ipsa duo loca, id est, illam capellam ad Otingas, et curtem ad Buoche, ex integro tradidimus ad iam saepe dictum monasterium, perpetuis temporibus possidendum. Ita ut nullus deinceps, nec de parentibus, nec de filiis, si eos nobis Deus dederit, neque de nepotibus siue de successoribus nostris, hanc traditionem nostram uiolare uel inquietare au-

deat: si quis uero, quod absit, hoc praecceptum donationis nostrae, infringere disposuerit, primum iram Dei sanctorumque eius incurrat, et in die iudicii tremendi, pro hac ipsa temeritate redditurus rationem ante dominum fiat. Sed liceat seruis Dei ibidem Deo famulantibus cunctas res praefatas, ad laudem Dei eorumque sustentationes, perpetuis possidere temporibus, quatinus quiete uiuant, pro nobis, atque cuncta sancta Dei ecclesia, Deum attentius exorent. Et ut haec auctoritas traditionis nostrae firmiter habeatur et uerius credatur, ac diligentius conseruetur, manu propria subter eam firmuimus, et annuli nostri impres sine sigillari iussimus.

C Signum domini (L.S.) Carolomanni
serenissimi regis.

Madalvvinus notarius ad uicem Baldonie cancellarii recognoui. Data sexto Calend. Martii, anno Christo propicio, primo regni domini Carolomanni, serenissimi regis Boiorum. Indictione nona. Actum D Matachouae curte regia, in Dei nomine feliciter, amen. Anno Christi DCCCLXXVI.

NVM. II.

Alia Carolomanni regis Boiorum donatio.

IN nomine sanctae et indiuiduae trinitatis, CAROLOMANNS diuina fauente gratia rex. Si pro amore Dei ac reuerentia sanctorum illius, locis Deo dicatis, nostrisque laboribus, a fundamentis, Christo miserante, extructis et terrenarum praebere satagamus rerum, liquido nobis inde aetera credimus peruenire praemia. Quapropter nouerit industria omnium fidelium nostrorum praesentium scilicet et futurorum, quorum pro redemptione animae nostrae ac coniugis parentumque nostrorum, quasdam res proprietatis nostrae in partibus Carentaniae, Scaluinaeque regionis sitas, ad sanctum Maximilianum confessorem Christi, nec non et ad sanctam Felicitaem, septem filiorum martyrum et matrem tradidimus. Quorum corpora in nouam nostrae aedificationis basilicam ad Otingas, collocare in timore et amore Dei omnimodis curauimus, cui uenerabilis abbas Werinolphus praeesse dinoscitur, quatenus in luminaribus eiusdem ecclesiae et in alimoniis pauperum seruorumque Dei ibidem degentium perpetualiter perficiant in augmentum. Dedimus nan-

II.
Diploma CA-
ROLOMANNI
an. 878.

namque ad praefatas sanctorum Dei reli-
 quias, locumque nominatum, curtem illam
 ad Trebinam cum domibus et uniuersis
 aedificiis, cum mancipiis infra curtem
 morantibus utriusque sexus nouemdecim,
 cum mansis LXX. cum agris cultis, incultis,
 pratis, pascuis, syluis, aquis, aquarum-
 que decursibus, mobilibus, immobilibus, et
 cum omnibus pertinentiis et adiacentiis.
 Termini uero eiusdem nostrae donationis
 ita se concludunt. Tendunt igitur in par-
 tes occidentales sursum per fluiuum
 Traun, usque in eum locum, qui uulgo
 dicitur ad Buochun, in aquilone inter du-
 os lacus, qui ibi sunt, se continent. Et in
 orientem iuxta illum lacum simulque cum
 lacu, usque in eum locum, ubi rubea petra e
 regione eiusdem loci prominet. Et in
 meridiem usque in riuiulum, qui dicitur
 Durrenpach. Et sic usque ad pontem
 Villach. Insuper et montem Sikkouua.
 Ad eundem locum praescriptum dedimus,
 quatinus haec omnia cum omnibus integri-
 tatibus suis, ad praefatos sanctos Dei, per
 hoc praesens praeceptum munificentiae nos-
 trae, sine ulla diminuatione seu molestia
 pertineat. Liceatque praenomi-
 nato abbati suisque successoribus, eas-
 dem res ordinare, disponere per omnia,
 iuxta id, quod ipsis fratribusque sub eis
 degentibus conplaceat. Et ut haec au-
 thoritas nostrae donationis per futura tem-
 pora firmiter habeatur et uerius credatur,
 manu propria nostra subter eam firmaui-
 mus, et annulo nostro sigillari iussimus.

ni regis Boiorum et Italiae
 donatio.

IN nomine sanctae et indiuiduae trinitatis, CAROLVS, diuina fauente clemen-
 tia imperator augustus. Si locis diui-
 nis cultibus mancipatis, aliquid molimen-
 ti contulerimus, praesentis uitae prosperi-
 tatem a Deo nobis donari credimus, et
 aeternae uitae beatitudinem consequi non
 dubitamus. Quapropter comperiat omni-
 um fidelium nostrorum, praesentium scilicet
 et futurorum industria, qualiter nos
 ob amorem Dei, ac pro remedio anima-
 rum parentum nostrorum, genitoris et
 genitricis nostrae, fratrum sororumque
 nostrarum, ac pro nostra et coniugis nos-
 trae aeternae remuneratione nouas res
 de curtibus nostris subternominatis, omni-
 um rerum, ad capellam, quae sita est in
 uilla, quae dicitur Otinga, perdonauimus.
 Id est, de Weles, de Aternhoua, de Ma-
 tachoue, de Rantersdorff. De Munin-
 ga, de Schwindilenbach, de Otingen,
 de Ostermundigen, de Saltzburchoue,
 de Salina de Attila, de Osterhoua, de
 Dingoluingan, de Liuchingen, de Incin-
 gan, de Peringan, de Chreminchhoue,
 de Veldan, de Helfendorf. Et nonam
 partem in uitae ad Rantersdorff et Tabs-
 haim. Ideoque hos nostrae auctoritatis
 apices inde conscribi mandauimus, per
 quod decernimus atque omnino sancimus,
 ut praefatae res, ad praefatam capellam
 deinceps securiter atque inuiolabiliter per-
 maneant, nullo unquam successorum no-
 strorum eas inrumpente. Et ut haec lar-
 gitionis nostrae auctoritas firmiter habeatur,
 manu propria subter eam firmauimus,
 et annuli nostri impressione iussimus insi-
 gniri.

III.
 Diploma Caro-
 li III. ann. 885.

Signum Ca-
 rolomanni

(L.S.)

rolomanni
 regis.

Madalvvinus notarius ad uicem Theoth-
 mari recognoui.

Data quinto idus Septembris, anno Chri-
 sto propicio tertio regni domini Carolo-
 manni, piissimi regis in Boiaria, et primo in
 Italia. Indictione XI. Actum Ranters-
 dorff curte regia, in Dei nomine feliciter,
 amen. DCCCLXXVIII.
 Rantersdorff, nunc est Rannshofen coe-
 nobium, proxime Brundunum urbem,
 ubi quondam palatium regium, et sedes
 iudicum uectigaliumque aerarium fuit
 et publicanorum, uti nunc est Brunduni,
 ita uetera monumenta eiusdem caeno-
 bii indicant.

NVM. III.

Caroli tertii fratris Caroloman-

Signum Caroli (L.S.) serenissimi im-
 peratoris augusti.

Amalbertus notarius, ad uicem Luituardi
 archicancellarii recognoui. Data VIII.
 Kalend. Septembris, anno incarnationis
 dominicae D. CCCLXXXV. indictione III.
 Anno imperii piissimi imperatoris Caroli,
 in Italia quinto, in Francia quarto, in
 Gallia primo. Actum ad Weibelingam
 in Dei nomine feliciter amen.

NVM. IV.

ARNOLPHI imperatoris in-
 strumentum filii Carolomanni
 regis Boiorum.

IN

IV.
Diploma
ARNOLPHI
an. 898.

IN nomine sanctae et indiuiduae trinitatis. **A**ARNOLPHVS diuina fauente gratia imperator augustus. Notum sit omnibus sanctae Dei ecclesiae fidelibus, tam presentibus quoque futuris, qualiter nos pro aeternae felicitatis adipiscenda mercede, necnon per supplicationem Wiching iuenerabilis episcopi cuidam fideli ac religioso presbytero, cui nomen Ellenbrecht, tales res, quales hactenus in beneficium in Rantersdorff muneris nostri largitate tenebat, **B**id est capellam, quam nos in honore Christi et sancti Pancracii a fundamentis construximus, doteque opportuna et ecclesiastico ornatu accumulauimus, cum omnibus que modo pro praecipuum nostrum illuc conlata sunt, uel in futuro conlata erunt, integriter ad proprium diebus uitae suae concessimus, cum curtilibus et edificis, famulis et uiriusque sexus mancipiis, uineis et uinitoribus, censibus, agris, pratis, pascuis, syluis cum foresto ad Hengifte, aquis aquarumque decursibus, piscationibus, molendinis, uis et inuis, exitibus et reditibus, terris cultis et incultis, questis et inquirendis, mobilibus et immobilibus, uniuersisque adpendiciis et adiacentiis suis. Tussimus quidem hoc praesens auctoritatis nostrae praecipuum inde conscribi. Per quod decernimus atque iubemus, ut per nomen hono- **D**rabilis presbyter, ipsam capellam in Rantersdorff consistentem cum pertinentiis suis, omni tempore uitae sub usu fructuario teneat, habeatque atque possideat, absque ullius persone offendiculo, ea uidelicet ratione, ut eadem capella cum uniuersa integritate sua, post obitum ipsius ad sanctum Philippum apostolum, cuius sacratissimum membrum in uilla Otinga uenerabiliter humatum est, in memoriam patris nostri Carolomanni regis, qui ibidem corporaliter requiescit reconditus, necnon pro remedio animae nostrae, conuertatur ita, ut sub iure Otingensis ecclesiae perenniter consistat prouisorumque illius. Et ut hoc praecipuum diligentius nemine inrumpente in perpetuum conseruetur, manu nostra id subtus roborantes, anulo nostro iussimus insigniri.

Signum domini (L.S.) Arnolphi imperatoris augusti.

Engelpero notarius, ad uicem Diotmari archicapellani, recognoui. Datum. XVI. Kalen. Nouembris. Anno dominice incarnationis DCCCXCVIII. Inditione II.

Anno XI. regni Arnolphi regis, imperii autem III.

Actum ad regina ciuitate in Dei nomine foeliciter Amen.

NVM. V.

LVDOVICI tertii, filii Arnolphi imperatoris, donatio.

IN nomine sanctae et indiuiduae trinitatis. **L**VDOVICVS gratia Dei rex. Nouerint omnes fideles nostri praesentes et futuri, quia nos diuina adflati **L**instinctu et per interuentum atque admonitionem Gunzboldi et Megiwardi comitum nostrorum, tradidimus ad capellam sanctae Mariae genitricis Dei, in uilla, que dicitur Otinga, constructam, pro ueneratione sancto Resp. ibi quiescentium nec non diuorum parentum nostrorum aeterna saluatione, nostraeque animae remedio, hobbam unam ad opus nostrum hactenus, que dicitur Hohchrihha, pertinentem, cum habitatore desuper habitante, Rodgrim nominato, suaque uxore nomine Rihhilt ac filiis eorum, cunctisque pertinentiis suis, cum curtilibus et edificis, agris, pratis, campis, pascuis, syluis, aquis, aquarumque decursibus, piscationibus, uis et inuis, exitibus, reditibus, questis et inquirendis, cum omnibus iuste legitimaeque illuc pertinentibus. Unde hoc quoque praesens praecipuum nostrum fieri decreuimus, quatenus memoratae res, nullo inquietante, sed Deo auxiliante, perpetuis temporibus, ad iamdictum sacrosanctum locum, cui uenerandus abbas, Purchardus nomine, moderna tempore, praesse dinoscitur, ad usus fratrum ibidem canonicis degentium integriter pertineat, eo rationis tenore, ut rectores eiusdem basilicae, tam de hac nostra donatione, quamque praedictae domus de causis, **E**liberrima semper utantur potestate, quicquid exinde pro communi decreuerint utilitate faciendum, ut eos pro nobis antecessoribusque nostris, attentius domini misericordiam exorare delectet. Et ut haec auctoritas nostra, firmiorem in Dei nomine obtineat stabilitatem, propria manu nostra, in praesentia procerum nostrorum subtus firmauimus et anuli nostri impressione iussimus adsignari.

Signum domini (L.S.) Ludouici serenissimi regis.

Engilbero cancellarius ad uicem Theodmari archicapellani recognoui.

Data VII. Idus Augusti. Anno dominice incarnationis DCCCCI. Inditione IV.

Anno regni Ludouici serenissimi regis secundo.

Actum Otinga curte regia in Dei nomine foeliciter Amen.


(Cc)

MO.

MONASTERII MURENSIS ORIGINES

CIRCA C. ANNVM CIO C XXX.

ORIGI-

02
MVR
ON
In Hecaque a
ORDIN
SEV FVNDAT
ACTI VNDE
GE
Paberna delera e a nom
dena ca
A TITVARI
D.D.I
Vocatus
LECTOR

ad hoc scriptum
nonne ad hunc
CONCILIUM ACTI
dum. Quam pro
sunt: quod
que in hunc
colunt. Hic
sequitur de
specie hunc
per hunc
ven. ad prim
fuerit
ad hoc
de hunc
zen. de hunc
sunt
SUPPLEMENTUM
regge. de
122. post
nunc referri
de hunc
anno 1220. ubi
anno 1220. ubi

ORIGINES
MURENSIS
MONASTERII.

In Heluetiis atque adeo Europa uniuersa celeberrimi,
ORDINIS S. BENEDICTI.

SEV ACTA FVNDATIONIS, CVM BREVI CHRONICO
SAECVLI VNDECIMI, QVO MAIOR SCRIPTORVM
PENVRIA FVIT.

Cumque uariis priuilegiis apostolicis ac Caesareis, principum, aliorumque fidelium antiquis largitionibus et aliis authenticis eiusdem coenobii monumentis, atque imprimis antiquissima principum fundatorum

GENEALOGIA:

Haecenus desiderata et a nonnullis laudata, ac summopere commendata, nunc demum ex uetustissimo codice Murenfi edita.

AD ILLUSTRISSIMVM et REVERENTISSIMVM ABBATEM

D. D. IO. IODOCVM.

Nunc maxima cum laude coenobii MURENSI praesidentem.

LECTORI BENEVOLO.



*A*ctorum collector, quamuis anonymus, fidelissimus sane ac certissimus auctor, monachus fuit Murenfis monasterii. Vixitque ante annos fere quingentos: nimirum, ut ipse testatur, sub RONZELINO abbate, de quo ibidem agitur in instrumentis annorum 1128. et 1132. Scripsit autem ut uidetur paulo post obitum Adelberti comitis circa annum plus minus 1142. monuitque posteros ut sicut ipse quae uel ante eum uel suis temporibus huic sanctae ecclesiae collata fuerant, descripserat: sic et illi facerent qui post ipsum uenturi erant. Unde non uana forte fuerit eorum coniectura, qui GENEALOGIAM ACTIS praefixam non unius tantum auctoris fuisse dixerint, sed duorum. Quorum prior fuerit uel idem actorum scriptor, uel alius eiusdem coenobii monachus ipsi coaetaneus, qui genealogiam duxerit usque ad Richenzam de Fierrito, quae idem saeculum non longo excessit: ubi stemmatis pars prior non incommode constitui poterit. Recte enim partem alteram seu supplementum conficient quae subsequuntur, ab Alberto marito Itae de Pfullendorff et deinceps, diuerso omnino stylo et speciali loquendi formula conscripta, per Itam, inquit, per Agnesam, per Helwigam, per filiam Lutholdi, etc. quae continuatorem potius redolent, quam primitiuum auctorem, qui priorem partem uerbis diuersa prorsus ratione conceptis tradiderat, foeminas semper maritorum cognominibus potius, quam paternis ac Gentilitiis distinguens. Itam uidelicet de Habsburg, Richenzam de Lentzburg, Itam de Tierstein, Adelheidam de Huneburgi, Richenzam de Chiburg, Gertrudem de Mumpelgard et Richenzam de Fierrito. Quod continuatori non ita placuisse constat, cum aliam dictionis formam usurpare maluerit. Quo uero tempore continuator suum GENEALOGIAE SUPPLEMENTVM attexuerit, hinc colligi uidetur, quod inter liberos Alberti et Helwigae, duos tantum filios Albertum et Hermannum recenseat: omisso tertio, ab anno 1242. passim celebrato: qui tunc uel nondum natus, uel inter huius ecclesiae benefactores nondum referri meruerat, saltem monachis nondum innotuerat. Quam ob rem paulo ante annum 1240. adscriptum fuisse huiusmodi stemmatis supplementum, non immerito conicere licebit. Hoc nolui ut scires. Vale.

Actas auctoris anno 1128.

Chronica talia non auctoris unius.

Continuatoris actas 1242.

DE GENEALOGIA FVNDATORVM MVRENSIS MONASTERII.

Franciscus Guillimannus in Habsburgiacis, libro IV. cap. III. pag. 132.

Genefis Murenfis monasterii fundatorum.

Idem libro V. cap. IV.

Maior apud me fides libelli fundatorum Murenfis monasterii, super antiqua instrumenta. Is libellus expressim, etc. sic genealogiam ducit, etc. *Ita de Thierstein, siue Homberg, genuit Vernerum et Rudolfum de Habsburg, idem Vernerus genuit Adelbertum, Gertrudem de Mimpelgart, Richenzam de Fierrito.*

Idem libro VI. cap. II.

Non solum genealogiae libellus fundatorum monasterii Muri fideliter notauit, sed etiam publica probant aliorum monumenta.

DE ACTIS MVRENSIBVS.

Franciscus Guillimannus in Habsburgiacis lib. III. cap. II.

Liber foundationis Murenfis monasterii, quem ego, praeter instrumenta, uetustissimum et certissimum auctorem super hac re habeo, sequorque.

Idem libro IV. cap. I.

Mihi ante testatum, utcumque se reliqua habeant, acta me in posterum, memoriasque Murenfes praecipue secuturum et proditurum.

Idem lib. V. cap. I.

Atque haecenus quidem acta, siue actorum quod superest fragmentum. Cetera desunt, si quae sunt. Nam uix multo ultra progressum reor. Quae, etsi stilo, qualem tempora ferebant, interferenda putauit, antiquitatis causa, simul in argumentum, contra tot Habsburgiensis familiae et Austriae ducum et archiducum originis novos architectones, qui optimos principes, sua uaniloquentia temere huc usque uariis eorum de ortu et stirpe figmentis et somniis, an adulamentis, induxisse et circumduxisse, quique dum dicerent et gratiam pararent et precium, quae dicerent et unde, susque deque habuisse uidentur. Denique pietatis mercedem uti ostenderem, quando ex hoc Murenfi monasterio et Heremitarum antiquissima, certe tutissima, Habsburgiensium comitum memoria.

Christophorus Hartmannus in Annalibus Heremi DEI, in uita Embricii abbatis Heremi quinti.

Ita in Habsburgiacis, ut alia nonnulla, ex Murenfis actis traditum reperio, quorum haec pauca inde interferere opera e precium putauit. *Sub eodem tempore, cum maximum placitum fieret iuxta pontem fluminis, qui dicitur Glat, uenit illuc comes Radiboto etc.*

Idem in uita Hermanni abbatis VI.

Haec acta Murenfia quorum uerba adposui. *Igitur Reginboldus, per cuncta laudabilis uir, dum monasterium perfecisset etc.*

Idem in uita Henrici abbatis VII.

Vt uero Murenfes et comes Vernerus Habsburgiacus secundo iam ab Heremitis petito praeposito, ueriti, ne ex eo ius sibi aliquod uindicarent, communi suffragio Burchardum ex secundo praeposito abbatem primum salutarunt. Acta Murenfia. *Explicatum est abbatem Hermannum hoc anno mortuum. Timens ergo Vernbarius comes, quod fratres de Heremitis uellent etc.*

ANTI-

ANTIQUA FVNDATORVM
MVRENSIS

MONASTERII GENEALOGIA.

In ueteri Cod. MS. actis foundationis aliisque antiquioribus eiusdem ecclesiae
monumentis praefixa, cum hoc titulo:

ISTA EST GENEALOGIA NOSTRORVM PRINCIPVM.

THEODRICVS dux *Lotharingorum* et Chuono comes de *Rinsfelden* fratres fuerunt. Horum foror fuit ita comitissa de *Habsburg* reparatrix huius Murensis coenobii. Genuit autem Theodricus Gerhardum ducem, ille uero genuit Gerhardum de *Egisheim*, patrem Vdalrici et Stephani. Chuono comes de *Rinsfelden* genuit Ruodolfum regem et ille genuit Agnetem matrem Conradi ducis. Ita de *Habsburg* genuit Wernherum comitem et Richenzam sororem eius de *Lentzburg*. Wernherus genuit Ottonem et Itam de *Tierstein*. Otto genuit Wernherum et Adelheidem de *Huneburg*. Richenza de *Lentzburg* genuit Arnoldum, Chuono comitem, Wernherum de *Baden*. (Ruodolfus genuit Hunbertum, Vdalricum, Arnoldum, Ruodolfum et sorores eorum.) Arnoldus etiam de *Baden* filius Richenzae de *Lentzburg* genuit Richenzam de *Chiburg*. Ita de *Tierstein* siue *Homberg* genuit Wernherum et Ruodolphum de *Habsburg*. Idem Wernherus genuit Adelbertum, Gerdrudem de *Mumpelgard*, Richenzam de *Fierrito*.

Alberctus per Itam comitissam de *Pfullendorff* filiam sororis ducis *Welph*, genuit Ruodolfum et comitissam de *Linigen*. Ruodolfus per Agnesam filiam *Gottfridi* de *Stouffen*, quod est inter *Wormatiam* et *Spiream*, genuit Alberctum, Ruodolfum, Wernherum, Helvvigam, Gerdrudem, uxores *Hermann*i et *Ludvvici* fratrum comitum de *Froburg*. Alberctus per *Heilvvigam* filiam *Vlrici* comitis de *Chiburg* genuit Alberctum, *Hartmannum*. Selt Ruodolfus, frater dicti *Albercti*, per filiam *Lutholdi* de *Regensberg* genuit *Gottfridum*, *Wernherum* et alios quamplures.

CONTEXTVS
GENEALOGIAE
DISTINCTVS IN
TABELLA.

| | | |
|-------------------------|-----------------------|--|
| THEODORICVS D. Lothar. | CHVNO c. de Reinfeld. | ITA de Habsb. com. ux. |
| Gerhardus | Rudolfus rex | Wernher. Richenza Lenzb. |
| Gerhardus Egisheim | Agnes mater | Otto, Ita Thierst. Arnold. Cun. Werner |
| Vdalricus Stephanus | Cunradi D. | Richenza Baden |
| | | Wernh. Adelb. Wern. Rud. Kiburg |
| | | Hunneb. Habsb. |
| | | Adelb. Gertruden Ruhenza |
| | | ux. Ita Pfuld. Mompelg. Fierrito |
| | | Rudolf. - - ux. Linigen |
| | | ux. Agnes de Stauffen |
| | | Albertus Rudolfus Werner. Helwiga Gertnu |
| | | ux. Regensb. uxores de Froburg |
| | | ux. de Kiburg |
| | | Albertus, Hartm. Godofr. Werner. |
| | (Cc) 3 | ACTA |

ACTA FVNDATIONIS MVRENSIS MONASTERII

Privilegiis apostolicis ac Caesareis, principum aliorumque fidelium antiquis largitionibus et aliis authenticis eiusdem coenobii monumentis insignita, atque oculatorum nonnumquam testium relatione firmata.

EX EODEM VETERI COD. MS. ECCLESIAE MVRENSIS.

CAPVT I.

Institutio Murae coenobii et descriptio.



LOCVS iste, qui inde quod inter agrum nostrum et agros rusticorum hic iuxta superiorem vicum subtertanei muri antiquitus constructi inueniuntur, quod uocatur *Muir-lon*, nominatur *Mura*, dum scilicet longe ante tempora *Chunradi* regis, qui post *Henricum*, qui *Pabenberg* construxit, regnavit, habuit baptismalem ecclesiam cum caeteris appendiciis. Cuius parochia fuit iste vicus *Waliswyl*, *Buttwyl*, *Geltwyl*. Nam et alia loca, quae intra Parrochiam continentur, adhuc siluosa erant. Habuerunt uero hic quidam diuites liberique homines *curtim*, quorum et ipsa ecclesia fuit, qui rogauerunt *Kanzelinum* comitem de *Altenburg*, filium *Guntranni* diuitis, ut esset defensor suarum rerum. Qui acquiescens petitioni eorum tamdiu in hoc illis praefuit, quousque totum in suam potestatem tam iuste quam iniuste contraxit. Cuius potentiam caeteri rustici, qui erant liberi et in ipso uico constituti, intuentes, etiam ipsi sua praedia in eius defensionem sub legitimo censu tradiderunt. Sicque factum est, ut ipse comes totum pene locum subiiceret, ac effugatis propriis heredibus, seruos et ancillas suas cum equis et pecoribus et omnibus utensilibus suis hic faceret habitare usque ad mortem suam. Cuius morte audita heredes, cupientesque obtinere possessiones suas, surrexerunt cum multo comitatu et uenerunt huc usque ad locum, quod dicitur *Marpach*, ibidemque iussu *Radebotonis* filii ipsius *Kanzelini*, ab istius loci hominibus cum iniuria repulsi, redierunt in locum suum, nec ulterius huc apposuerunt uenire. Erant enim duae sanctae moniales cum aliis multis, qui eas adiuerunt, sicut *Eppo* de *Stegen*, pater *Franconis*, qui interfuit,

Pabenberg,

Curtis,

Comes de Altenburg plures in suam defensionem accipit.

Marpach.

Stegen.

A nunciauit. Sed nemo sit, qui hic dubiter uel desperet, dicens, qualiter salus animarum hic possit esse uel prouenire, ac qualiter famulatus Dei ualeat celebrari in tam male acquisito loco, quare Deus, cuius iudicia sunt abyssus multa et nunquam iniusta, et qui malo bene scit uti, sicut e diuerso homini bono male nulli imponit, nisi quod ipse meretur, nec alterius malitiam alteri nocere patitur, sicut scriptum est: *anima quae peccauerit ipsa morietur*, et qui semper plus secundum cor iudicat hominem, quam secundum facta, ut scriptura testatur, *homo uidet in faciem, Deus autem intuetur cor*. Nam et filii Israel iussu ipsius occiderunt habitatores Iherusalem, ubi ipse dominus noster postea crucifixus est, et Roma caput mundi, ubi corpora sanctorum apostolorum requiescunt, cum aliis multis sanctis, a pessimis et turpissimis hominibus male constructa esse dinoscitur, nec tamen ipsi peccatis eorum contaminari potuerunt. Domini est enim terra et plenitudo: eius et si plenitudo terrae, tunc et nos ipsi: et si Deus est omnium et ubique et ab omnibus sit famulatus eius, qui omnia iudicat et ordinat et disponit, quomodo uult et per quos uult et quando uult. Quis scit enim, si super hunc locum talia ideo euenerunt, quod ipsi heredes pauperes fuerunt, nec ab ipsis unquam ad talem gloriam perduceretur, etiam si uoluissent: sed in illorum manus datus est, qui hoc perficerent, cum uoluissent? Omnis enim, qui ad inhabitandum istum locum uenerit, primum a Deo, quae sibi utilia sunt, postulet deinde haeredibus ueniam, *expulsoribus indulgentiam*, fundatoribus autem et constructoribus mercedem imploret, sicque nil metuens uel dubitans, sed bene uiuendo ac Dei uoluntatem in omnibus sequendo, laetus diem domini expectet. Repulsis itaque prioribus habitatoribus, quod nemo fuit qui contradiceret, **RADEBOTO** comes, iam pro haereditate possidens locum et omnia ad eum pertinent-

RADEBOTO Comes.

nentia potentius ac firmitus quam pater A
sibi subiecit et in suum dominium con-
traxit, adeo ut sibimet etiam domum fa-
bricaret et cum omni familia sua supel-
lectili hic habitaret. Fratrem autem eius
Otmarsheim. *Rudolfo*, qui cellam *Otmarsheim* constru-
xit, dicente, ut diuiderent locum, sicut
et alias possessiones suas et ipso non con-
sentiente, illo autem fortiter instante,
uenit huc idem Rudolfus, haec omnia
incendio tradidit et praedatus est, quo fa-
cto discessit, sed tamen a fratre suo nihil
obtinere ualuit.

Idem uero *Radeboto* cum sibi congru-
um uisum est, ut uxorem duceret, accepit
de partibus Lotharingorum uxorem
nomine *Itam*, sororem Theodrici ducis,
ac *Wernbarii* Argentinae ciuitatis epi-
scopi, postpositisque aliis praediis suis,
quae rectius tenebat, dedit illi hunc lo-
cum in *dotem*. Quo cum diu usa fuisset

et tandem cognouisset, qualiter erga lo-
cum esset, cogitare coepit, quomodo
eum a se remoueret. Cumque huc et
illuc fluctuaret et cogitaret, ut haeredi-
bus redderet; sed nesciret ubinam es-
sent, uel etiam si adessent, uir suus non
fineret et illi comiti resistere non posset;
tandem inspirata, ut creditur, a Deo, qui
iecit gentes et plantauit uineam suam in

terram repromissionis translata de
Aegypto, cogitauit, ut sibi talem haere-
dem acquireret, cui nullus successor in-
uideret. Inquisiuit ergo consilium a
fratre suo *Wernbario* episcopo, aperuit
que ei cogitationes suas et quam decens
et opportunus esset locus ad congrega-
tionem *monachorum*. Ille gauisus in do-
mino monuit, ut in hac uoluntate per-
sisteret, promisitque illi se in omnibus,
quibus ipse posset, adiutorem existere.

Dixit etiam illi, ut, si uirum eius ad hoc
inclinasset, locum et alia praedia, quae
addere uoluisset, in manus alicuius libe-
ri *potentisque uiri* commendaret, qui
omnia ad altare *sancti Petri Romae* sub legi-
timocensu, pro libertate firmanda con-
traderet. Atque ad hoc comitem *Chuno*,
fratrem suum de matre, patrem autem
Rudolfi regis elegerunt. Iis uerbis in-
structa nunc uicissim nunc pariter comi-
tem aggressi, uix tandem aliquando ef-
frenam atque *auarem mentem* ad hoc in-
clinare ualuerunt. Tunc fecerunt
scribi *cartam firmitatis*, in qua compo-
suerunt, quot et quanta praedia et quot
ministros, uel familiam, uel aliam sub-
stantiam huc delegassent et sic omnia in
manu comitis *Chuno* commendauerunt,
eo pacto ut superius dictum est, con-
firmationis aut iis pactis.

WERNHERVS episcopus, iussione *Cun-
radi imperatoris*, ad Constantinopolita-
nam urbem abiit, ibidemque defunctus

ac sepultus est, anno Domini MXXVII.
Indictione X.

Quod autem alia scriptura narrat, il-
lum solum esse fundatorem huius loci,
hoc propterea sapientibus uiris uisum
est melius, quod ipse in iis tribus per-
sonis potior inuentus est, ut eo firmior
ac ualidior sententia sit, quam si a foe-
mina constructum esse diceretur. Cum-
que comes *Radeboto* cum comitissa

Chunonem monerent, ut suam fidem
perfoluerent, ille pigritia uictus uenit
ad *Takvill* uillam, quae est iuxta *Tur-
ricinum* lacum, et huc sine dubio per-
tinet, sicut in posterioribus scriptura
docet, et illic locum et omnia sibi com-
mendata Deo et sanctae genitrici illius
Mariae et sancto *Petro* ac omnibus san-
ctis Dei tradidit, seque ita pacto, de quo
adiuratus fuerat, absoluit. Sub eodem

tempore cum maximum placitum fie-
ret iuxta pontem fluuii, qui dicitur *Glatt*,
uenit illuc comes *Radeboto*, et accersiuit
de cella sancti *Meginradi* abbatem uene-
rabilem, nomine *Embricum*, et eum ro-
gauit, ut pro Dei amore ipse faceret hic
monasterium construi, et caetera quae
fuisent necessaria habitacula monachis,
et suos fratres ad hoc implendum de-
stinaret. Cui cum ipse abbas uix as-
sensum praeberet, sic sibi a comite et
uxore eius saepedictum locum com-
mendatum in suum *magisterium* susci-
piens, mox huc destinauit *Reginboldum*

monachum, in omnibus actibus
suis laudabilem uirum, qui nuper an-
tea illuc a *Salodoro* castro ad conuer-
sionem uenerat; et ei praecepit, ut ipse
praepositus esset hic, et quicquid utili-
tatis hic ordinare potuisset, facere non
distulisset. Misit et alios fratres, qui
eum adiuuarent, *libros*, quorum quidam

adhuc hic sunt, et missales, uestes, et
alias uarias supellectiles. Et sic primum
huc uenerunt monachi. Inuenerunt
autem hic presbyterum, nomine *Von-
konem*, qui ecclesiam tenebat, cum cae-
teris rebus, quae ad illam pertinebant,
praeter quod ipse comes de *decima* ac-
cipiebat. Tunc comes *Radeboto* cum
domino *Reginboldo* iuit ad episcopum
Constantiensem Vvarmannum, et intima-

uit ei uoluntatem suam et uxoris suae,
rogauitque eum, ut cum eius licentia
monachi ecclesiam et dotem cum deci-
ma obtinere mererentur, ita sane, ut illi
tamen secum secularem presbyterum
haberent, qui populo praecisset. Ille
deuotioni eius congaudens, cum con-
silio prudentum uirorum omnia quae
uoluit concessit, dicens, ecclesiam inde
non destrui, sed potius construi: cen-
tum homines maius seruitium Deo ex-
hibere posse quam unum, se nunquam

uelle

Otmarsheim.

*Ita soror,
Loth. D.*

*Dos pro ni-
talia.*

*Wernerus
episc. Arg.*

Consus Romae.

*An. 1027.
mors Wern.
episc. Arg.*

Fundatoree

*Radeboto
Chuno.*

*Reginboldus
Praepositus.*

Libri missales.

*Warmannus
episcopus Con-
stantiensis
consentit coe-
nobii institu-
tioni.*

uelle laudem Dei minuere, sed magis augere. Hac licentia et consolatione accepta, iterum idem comes *Radeboto*, suadente domina *Ita* uxore sua, eundem presbyterum, cum istam ecclesiam episcopo reddidisset, alio constituit esse, eique alias duas delegavit, unam ad *Etickbouen*, alteram ad *Esickbouen*, sicque domino Reginboldo et omnibus sequacibus eius, qui sunt monachi, episcopo concedente et Radebotone tradente, sine ulla contradictione liber aditus et ingressus patefactus est, ut nemo eis nec in spiritualibus, nec secularibus proficit, nec obsit, nec opprimat, nec oppugnet, sed in illorum potestate omnia consistant et regantur.

CAPVT II.

*Reginboldus
I. praepositus.*

Consecratio.

Advocatus eius

*libertas coeni
nobis*

extructio.

REGINBOLDVS cum esset uir prouidus et praepositus prudens, consilio habito destruxit ipsam ecclesiam et istam, quae superior dicitur, pro ea aedificauit, et fecit eam dedicari nonas Iulii, in honorem sancti *Soaris* confessoris, ob nihil aliud, nisi ut populus illuc ad seruitium Dei conueniens inquietudinem fratribus non faciat. Ad quam tunc ecclesiam siue altare nec monachi, nec ipse *advocatus Radeboto* siue episcopus, quid dederunt uel delegauerunt, sed nec unquam auditum est ab ulla persona, uel spiritali et saeculari, dotem siue decimam datam uel constitutam, nisi solam decimam in *Vvalasvyl*. Nec debet ibi ex constitutione baptismus agi, nec sepultura haberi, nisi ut superius dictum est, sed monachi debent eam habere in sua potestate et prouidentia, in omnibus scilicet utensilibus, quibus indiget, id est in seruitio Dei, cantus et lectionum, in luminariis, in campanis, in libris et renouatione, in pulsatione et omnibus, quibus domus Dei indiget. Qui autem affirmant, quod episcopus *Vvernbarius* construxerit ecclesiam, penitus falluntur, quia nullus inuentus est, qui dixerit, se illum in hoc loco unquam uidisse, sed et alia multa narrantur de eo, quae falsa esse comprobantur. Accersierunt autem monachi quendam presbyterum, nomine *Turing*, et secum tenuerunt, et illi quae necessaria erant praebuerunt, sicut antea et post illum multis aliis fecerunt, et ille nunquam ausus est clericos in locum inducere, uel *calendas* illorum obseruare, sed nec cum populo magnam sententiam habuit sine praelatis loci, quare ipse et monachi unum fuerunt, nec inter eos ulla dissensio unquam surrexit, sicque per annos multos mansit. Coepit inde uir uenerandus *Reginboldus* cellam

ordinare et construere, aedificauitque primum *dormitorium*, subtrus autem *pisalis*. *Jalem*, congruaque habitacula alia fratribus constituit, et sic fundauit monasterium, formauitque illud de *Heremitis*. Quicquid sibi uero in illo displicuit, in hoc emendauit, et pergens circumquaque ad cellas et ad claustra, quicquid ibi acquirere potuit, reportauit, tam reliquias sanctorum quam libros et uestes sacerdotes et pallas, et summo studio ad obedientiam sibi iniunctam, ut modo claret, inuigilauit. Emit etiam hic duo maxima *campana* in Argentina ciuitate, cum X. talentis *Basileae monetae*, cui et episcopus eiusdem ciuitatis dedit *stolam*, cum argento factam, et *cappam*, quae ambo hic sunt. Alias autem quasdam *campanas* hic fundi fecit et *libros* scribi, qui hic notati sunt. *Genesis* cum *prophetis*, *librum regum* cum *Iob*, et *Thobia*, et *Iudith*, et *Hester*, et *Machabaeorum* et *Paralipomenon*, et *Ezra*. Sermones sancti *Augustini* cum actibus apostolorum, et apocalypsin, et epistolas Pauli, et epistolas canonicas. Duos libros homeliarum, expositionem sancti *Augustini* super euangelia Ioannis, uitam sancti Pauli, Antonii, Hilarionis, Malchi. Et quatuor libros dialogorum sancti *Gregorii*, cum uita sancti *Meginradi*, uitam sancti *Vdalrici*, translationem sancti *Benedicti*, inuentionem sancti *Stephani*, *Sebastiani*, *Augustini*, uitam sancti *Syluestri*, *Gregorii*, minorem *Mauritii*. Tractatus sancti *Augustini* super epistolam Ioannis, sancti *Martini*, *Brictii*, *Galli*, *Otmari*, *Verenae*, *Nicolai*, *Soaris*, *Victoris* et *Vrsi*, *Felicis* et *Regulae*, *Pelagii*, cum sermone in assumptionem sanctae *Mariae*, psalterium cum non integris uersibus, missales libros, antiphonarium, partem de graduale, *sequentiarum* quatuor. Hos libros scripserunt pene omnes *Nockerus* et *Henricus*. Acquisiuit autem dominus *Reginboldus* de cella sancti *Galli* *librum sapientiae*, et de *Augia* martyrologium, cum libro beati *Effrem*. *Lectionarius* autem uetustus et cursarius antiquorum, et liber *regulae*, uenerunt de cella sancti *Meginradi*. Propterea acquisiuit dominus *Reginboldus* multa decorabilia, tam in libris quam in uestibus, seu in tapetibus, siue in *pallis*, aut in *cappis*, aut in *albis*, aut in *stolis*, aut in *casulis*, aut in *auro* et *argento*, siue in omnibus, quousque potuit acquirere quod utile ac bonum fuit: quorum aliqua pars iam uetustate defecerunt, ac *furata*, ac quomodolibet dissipata sunt, quaedam etiam adhuc manent. Construxit etiam hanc *capellam* sancti *Michaelis*, et acquisiuit huc istam uillam *Gelivvyl*, quandam partem emendo, *Gelivvyl* *asp* *quant* *quisitio*.

pisalis.
campana.
stola.
cappa.
libri.
Bibliotheca coenobii.
sequentiarum.
asp
quant
quisitio.

quandam autem mutando, nec non et pueros nobiles quamplurimos fecit huc educari, et libris instrui, et aggregauit argentum multum et uoluit altare facere, sed morte praeuentus hoc implere non potuit, tantamque copiam rerum uictus et uestitus praebuit, quantam nullus post eum hic meminit esse. Ad ista autem omnia adiuuit eum satis bene comitissa *Ita* in omnibus quae potuit, tam cementarios acquirendo et illos hic pascendo et mercedem dando, quam in uestibus et in aliis rebus huc dando. Interea uero mortuo comite *Radeboto*, corpus eius translatum est huc, ac sepultum ante altare sanctae crucis. Post cuius obitum filius eius *Otto*, et *Albertus*, et *Vvernharius* diuiserunt sibi locum istum prout eis placuerat. Post multos autem dies occisus est *Otto*, comes ab *Erinliero* quodam milite, sepultus est in *Argentina* ciuitate, ante altare sancti *Laurentii*, pro cuius anima dedit huc comes *Vvernharius* frater eius praedium suum, quod habuit ad *Chusnach*. Frater quoque *Adelbertus* cum moriturus esset ad *Honigen*, remisit tertiam partem suam, quam possederat in loco isto, et sic defunctus est. Cuius corpus huc delatum positum est in sepulchrum patris sui *Radebotonis*, cum cuius corpore etiam uenit *candelabrum* istud magnum huc et fericum pallium, quod in festiuis diebus iacet diuisum super altare sanctae *Mariae*. Igitur *Reginboldus*, per cuncta laudabilis uir, cum monasterium perfecisset, pene usque dum dedicari debuisset, fenestras quoque ex quadam parte apposuisset, die suae uocationis superueniente defunctus est, uero lapidi angulari, id est *Christo*, in aeterna structura, pro suis iustis et magnis laboribus, ut credimus, perenniter coniunctus, amen. Transit autem id ipsum idibus *Iulii*, *Henrici* tertii imperatoris temporibus. Sepultus est in monasterio ipso, in summa parte anguli dexterae absidis.

CAPVT III.

Burckardus
II. Praepositus.

Post huius depositionem *Vvernharius* comes filius *Radebotonis*, qui tunc sibi penitus locum uendicauerat, pergens cum fratribus quibusdam, qui huc congregati fuerant, ad cellam heremitarum, obtinuit ab abbate *Hermann*o, ut huc alius praepositus pro eo mitteretur, id est, *Burckardus* ualde reuerendus uir, qui erat natus de *Gossovva* ad heremitas.

Qui cum huc uenisset, quicquid in monasterio adhuc imperfectum inuenit, scilicet pauimentum ac introrsus cum cemento murum liniendo, et fe-

nestras et laquearia perpetrando, et apponendo, et alia multa perfecit et compleuit et libros, qui nondum per scripti fuerant, perfecit, id est, *Graduale* unum et *librum*, qui incipit cum uita sancti *Vdalrici*. Sed et alios fecit scribi, et quantum boni potuit facere, in omnibus institit et compleuit. Emit etiam praedia quaedam, id est, ad *Alieckon*, ad *Brunuyl*, ad *Vuinhusen*, ad *Reinfridsuyl*. Tunc *Vvernharius* comes et idem *Burckardus* praepositus congregauerunt frumentum et uinum et carnes et omnia, quae necessaria erant, et aduocauerunt episcopum et fecerunt dedicari hanc basilicam quinto idus *Octobris*, feria secunda, luna *xxvi*. *Rumoldo* *Constantiensi* episcopo, anno dominicae incarnationis *MLXIV*. indictione secunda, anno decem nouennalis circuli primo, bisextilique anno primo, concurrentibus quatuor, eodem anno existentibus *Vvernhario* comite, *Burckardo* praeposito, cum aliis plurimis nobilibus uiris et foeminis coram astantibus. Dedicata est autem haec basilica in honore domini nostri *Iesu Christi*, deinde in honorem sanctissimi *Martini* *Turonorum* episcopi. Continentur autem in isto altari reliquiae eiusdem sancti *Martini*, *Briccii*, *Siluestri*, *Stephani* protomartyris, sancti *Vdalrici* episcopi, *Galli*, *Magni*, *Otmari*. In ipsa autem dedicationis die manifestata et collata, ac confirmata et data sunt a *Vvernhario* comite super altare sancti *Martini* omnia praedia, quae dominus *Reginboldus* huc emit et acquisiuit, siue quae ex aliorum donationibus collata sunt, cum dote et decima priorum ecclesiae, quam ipse pater uenerandus *Reginboldus* cum monachis antea destruxit, ac episcopi legitimo banno confirmata cum ministro et seruis et ancillis ac famulis et omnia ad haec pertinentibus. Quorum praediorum summam hic describimus, quantum adhuc posterorum solertia meminit, uel quantum in scripturis habetur, aut quae *Eppo* eiusdem comitis clericus manifestauit.

Praedia ista sunt.

Iste locus *MVRA* cum omnibus iustitiis et constitutionibus legitimis ad se pertinentibus, quamuis idem comes *Vvernharius* noluerit postea admittere suam partem loci istius, quam iniuste sibi primitus uendicauit, nec alia praedia pro ea accipere, deinde *Talkuyl*, *Zelingen*, *Pellickon*, *Vstro*, *Vualaboch*, *Tenzelingen*, *Askebach*, *Schuerzenbach*, *Arestovv*, *Alchuseren*, *Birchi*, *Gruti*, *Hermensuil*, *Vwinterfroyl*, *Vinse*, *Miarchimos*, *Goldlichouen*, *Voolen*, *Vuyl*, *Rordorf*, *Ob-runburck*, *Brugge*, *Biralophon*, *Bollickon*,
(Dd) But-

Ua dotatrix.

Variae donationes pro animae salute.

Reginboldi
mors.

Dedicatio basilicae 1064.

Reliquiae.

Metricula praediorum coenobii Murensis.

But-

quod praesente pontifice uel absente, ad nos referuntur res ecclesiasticae uentilanda, unde quod eo absente eius potestate in nobis per Petrum diuinitus collata praesente omnibus huic rei fauentibus ex parte beati Petri et papae apostolicam mandamus benedictionem, perpetuam orationem contrariis equidem quam promerentur gladii spiritus nullatenus est, notificando, quod egregius comes Vernharius de Habsburg, cum uxore et filiis suis, monasterium, quod Mure dicitur, in honorem sancti Martini constructum, de iuris sui dictione in ius sedis apostolicae emancipauit, ipsumque cum omnibus ad hoc pertinentibus per manus Eghardi nobilis uiri super altare beati Petri, ut moris est, legitime contradidit, uidelicet pro redemptione peccatorum suorum et uxoris suae Regulindae et filiorum parentumque omnium. Ea autem conditione praedictus comes hanc traditionem fecit, ut idem monasterium sub ditione et in defensione sedis apostolicae maneat in perpetuum, omni ea libertate, qua et alia huiusmodi libera sunt monasteria, ita tamen ut singulis annis deinceps aureus denarius in tributum de eodem monasterio apostolicae sedi persoluatur. Hoc factum est nonis Februarii, per comitem Wernharium, in manus praedicti nobilis uiri Eghardi, astantibus uiris nobilibus Vdalrico comite, fratribusque eius Arnolphi et Rudolpho, aliisque quampluribus. Eo quidem pacto facta est haec donatio et traditio, ut iam dictus Eghardus petitionem praedicti comitis adimpleret et eandem traditionem, quam scribi fecerat super altare sancti Petri, quod et factum est, poneret. Notificamus autem omnibus, ut nullus nunquam temerario ausu huic donationi audeat contraire, quod si, quod absit, euenerit, quisquis ille sit, super se omnipotentis Dei iram sentiat et perpetuo beati Petri et nostram maledictionem. E contrario fauentibus et uolentibus per auctoritatem beati Petri, datam diuinitus, mandamus perpetuam benedictionem. Amen.

Murense monasterium ab C. Habsburg conditum,

sub ditione pontificis, pro anno denario.

Mors condito- ris an. 1096.

Otto.

Sic igitur libertati redditus ac confirmatus est iste locus ab ipso Wernhario comite et a diuae memoriae Lutfrido abbate ad regularem uitam perfecte ac decenter ordinatus est. Sed cum ipsi prudentissimi uiri cum suo regimine locum pacatissimum redderent, heu! immatura morte ipse comes Wernharius praeventus, 3 Idus Nouembris uitae finem sortitus est, anno MLXXXVI. dominicae incarnationis, filiusque eius, nomine Otto, in aduocatum pro eo constitutus est, statimque in sequenti natiuitate domini, id est, secundo calend. Ianuarii, idem abbas Lutfridus beato sine quieuit.

CAPVT VII.

Post cuius depositionem electus est a fratribus ad abbatem ipse Ruper-
tus, qui hic ante aduentum Lutfridi abbatis in prioris nomine fuit. Hic ergo cum per XII. annos istum locum rexisset, pro quadam ignaui re apud episcopum Gebhardum falso infamatus, dimisit abbatiam et discessit hinc.

RVPERTVS.

CAPVT VIII.

Vi ad regimen loci successit Vdalricus istius loci monachus, uir satis strenuus in omni bona actione, praefuitque huic loco X. annis et tres menses et totidem ebdomadis et uno die Comes uero Otto cum per aliquot annos aduocatiam teneret, in ipsius Vdalrici abbatis secundo anno, VI. Idus Nouembris, ab Hestone quodam nobile de Vsinberg, in domo sua Butenheim interfectus est corpusque eius, huc delatum, positum est in claustro nostro ante ianuas ecclesiae, ubi pater eius et mater Regulind nomine sepulti sunt. Cui successit in Aduocatiam frater eius Adelbertus. Anno autem MCXIV. dominicae incarnationis uenit Henricus rex, quartus huius nominis, ad Basileam in tertia ebdomada quadragesimae, audiensque hoc abbas Vdalricus, uenit illuc cum fratribus suis et eodem Adelberto et quaeque bonae memoriae Wernharius, comes pater scilicet eiusdem comitis Adelberti, huic loco concessit et ad Wizingiu confirmauit, hoc coram rege et coram principibus satis multis pleniter ac perfecte declaratum ac firmatum est, in carta libertatis, quam ipse rex nobis dedit, etiam manu sua ex quadam parte signauit, cuius cartae textus se ita habet.

VDALRICVS AN. 1108.

anno 1114. Henr. IV.

In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis, HENRICVS diuina fauente clementia quartus Romanorum imperator augustus. Omnium sanctae Dei ecclesiae fidelium praesentium scilicet ac futurorum cognoscat industria, quod in regno nostro regulare quoddam monasterium situm est, in prouincia scilicet Burgundia, in episcopatu Constantiensi, in pago Argowe dicto, in comitatu Rore, quod Mure nuncupatum est, quod tempore CONRADI imperatoris in honorem sancti Martini episcopi constructum est et honorifice Deo dicatum est, a Wernhario Strasburgense episcopo, parente scilicet Wernharii comitis de HABSBERG, nunc autem idem comes, a quo praesatum monasterium siue abbatia hereditario iure possessa est, nutu Dei tactus et instinctus, ipsum scilicet locum MVRE, cum omnibus nunc in praesentiarum illuc collatis institutis

Diploma Henr. IV.

In Burgundiae prouincia.

Argowe pagus.

confirmatio eae nobis Murenfis fundationem.

tis legitimis et pertinentiis praediorum, A
 mancipiorum, censorum, pecuniarum, seu
 quarumcunque rerum, ex toto super altare
 sancti Martini reddidit, delegavit et con-
 tradidit domino DEO, sanctae Mariae, san-
 cto Petro apostolo, sancto Martino episcopo
 et sancto Benedicto, in proprietatem et pote-
 statem praedicti monasterii abbati, nomine
 Lutfrido, eiusque successoribus in disposi-
 tionem liberam monasterioque necessariam
 fratribus sub regula monastica inibi serui-
 turis ad utilitatem. Et ne unquam a pos-
 teris suis Dei seruitium illic destrui possit,
 constituit, idem monasterium cum, omnibus
 suis pertinentiis, nunc collatis et dehinc con-
 ferendis, ab hac die et deinceps non subdi-
 omnino, nec subesse iugo alicuius terrenae
 personae, uel potestatis, nec abbatis solius
 dominationi et potestati et ordinationi. Et
 sic totius libertatis iure et priuilegio illud
 ad ampliauit et ob regni caelestis haeredita-
 tem in Christo omnibus modis stabiliter su-
 blimauit. Dehinc in potestate, seruitio,
 iure, proprietate praedicti monasterii ipse
 cum coniuge sua et filiis et filiabus sese
 omnino abdicauit et per manus Eghardi
 nobilis uiri de Chusnach in ius apostolicae
 sedis mancipauit, ac super altare sancti
 Petri principis apostolorum contradidit,
 hac uidelicet conuisione, ut singulis annis
 ad altare sancti Petri ab abbate praedicti
 monasterii aureus nummus in quadragesi-
 ma persoluantur, eo pacto ut libertatis istius
 et contradictionis statuta tanto perennius
 inconuulsa amodo permaneant et ut praedi-
 dictum coenobium sub Romanae ecclesiae
 mundiburdio et maiestate securum sem-
 per stabilietur et defendatur. Et hoc etiam
 constituit, ut quandocunque patre spiri-
 tuali orbatu fuerint, ipsi habeant liberam
 potestatem secundum regulam sancti
 Benedicti intra uel undecunque, si opus
 fuerit, non solum eligendi, sed et consti-
 tuendi, qui si forte, quod absit, libertatem
 monasterii peruertere, sibi locum sanctum
 subiicere attemptauerit, siue aliquid serui-
 tii statutum sibi inde fieri exegerit, mox
 fratres cum suffragio religiosorum abba-
 tum et certorum Christi fidelium in circui-
 tu manentium, secundum instituta sancti
 Benedicti, hunc accusatum, iusteque ab eis
 conuictum dignitate sua abire persciant,
 aliumque iuxta praedictam libertatem et
 sancti Benedicti regulam fratres sibi eli-
 gant et absque omni contradictione pro illo
 substituunt. Constituit etiam ut maior na-
 tu filiorum suorum, commendante sibi ab-
 bate, aduocatiam habeat, non in BENEFI-
 CIVM ET IUS PROPRIVM, sed ad securioris
 et gratae defensionis suffragium, qui non
 pro terreno commodo, sed pro aeterna mer-
 cede sollicitus et studiosus bona et constitu-
 tam libertatem monasterii et iustitiam de-
 fendere uoluerit: hic denique abbate pe-
 tente a rege accipiat bannum legitimum

et ter in anno, si necesse fuerit, aut in ipso lo-
 co aut ubicunque uel quandocunque abbati
 uisum fuerit, inuitatus ab illo ueniat et ibi
 placitum iustum pro causis et necessitati-
 bus monasterii rite peragat; nullum au-
 tem aliud seruitium, ius aut beneficium
 sibi pro hoc concedi recognoscat, nec
 aeternam Dei mercedem, et tertium ban-
 num et consuetudinaria. Si uero iustiti-
 am et in illorum trium placitorum diebus
 in unoquoque unum maltrum de frumento
 et unum frintfchingum et unum siclum de
 uino et caetera ad hoc pertinentia. Prae-
 terea constituit, quod nec abbate uolente et
 aduocante bona et loca monasterii suis fre-
 quentiis temerarius et sine causa minime
 adeat, uel attingat, nec praesumptuosus in
 eis placitum quodlibet uel pernoctandi li-
 centiam habeat, nec omnino aliquem aduo-
 catum pro se faciat, nec aliquam absque
 ratione calumniam, peruasionem aut iniu-
 riam monasterio, abbati uel familiae faciat.
 Si autem non ut aduocatus, sed potius ca-
 lumniator et peruafor monasterii fuerit,
 omnino potestatem habeat abbas, cum consi-
 lio fratrum hunc penitus reprobare et
 alterum regia adiutus potestate, si aliter
 fieri non possit, sibi utiliore undecunque
 eligere. Ministris quoque et familiae
 sanctuariariae eandem concedit legem, quam
 caeterae liberae abbatiae, quae secundum
 Deum ordinatae sunt, habent, ut tanto fi-
 deliores praelatis suis per omnia seruiant.
 Hoc etiam nos ipsi in imperiali auctoritate
 nostra sancimus et confirmamus, ut nulla
 deinceps persona parua siue magna supra-
 dictum monasterium de aliquo beneficio
 suo inquietare, molestare, disuestire ul-
 terius audeat. Si uero forte, quod absit,
 aliquis aliqua temeritate uel pertinacia
 prae inductus, hanc nostri praecepti pagi-
 nam infirmare uel infringere praesumpse-
 rit, centum libras auri componat, medietatem
 camerae nostrae et medietatem praedi-
 ctae ecclesiae. Ut autem hoc ab omni-
 bus credatur et inuolabiliter conseruetur,
 hanc cartam manu propria corroboratam
 sigilli nostri impressione insigniri iussimus.
 Huius rei testes sunt, Burckardus Mona-
 steriensis episcopus, Rudolfus Basileensis
 episcopus, Wido Curienensis episcopus, dux
 Fridricus, dux Berchtoldus, comes Gott-
 fridus Palatinus, Hermannus marchio, co-
 mes Arnolfus de Lenzburg, Rudolfus fra-
 ter eius, Adelbero comes de Froburg, Adel-
 bertus comes de Hafenburg.

Bannum ter in anno.

consuetudina- ria.

Malter.

frintfchingum.

Aduocato ne- fas perno- tandi in coe- nobio.

aut substituen- di subadoca- tum.

Abbati ius eum deponen- di.

disuestire.

Consensus libe- rorum.

Coenobium in maiestate seu mundiburdio Romanae sedi.

Coenobii colle- gae. Ius depo- nendi abbatem.

Aduocata non 1) feudalis 2) propria

sed admini- stratoria.

(L.S.)

Signum domini Hen- rici IV. Romanorum imperatoris inuictis- simi.

Data IV. Nou. Martii, Indictione VII. Anno dominicae Incarnationis MCV. Anno 1154. regnante Henrico IV. rege Romanorum.

(D d) 3 anno

anno VIII. imperante III. actum est Basileae, in Christo feliciter. Amen.

rum adhuc manent, qui hic siue in ecclesia sancti Goaris usque huc seruantur: et ideo non est necesse, ut inde aliquid scribatur. De iure uero siue legitimis sacrae familiae non possumus nec uolumus pro prolixitate quid scribere, quia in libro, qui uocatur pactum, in quo omnium nostrarum iura conscripta sunt, hoc plenius habetur, siue etiam istae familiae praemonstratum est, unde iura debeat assumere, scilicet de familia sancti Leodegarii ecclesiae Lucernariae, sicut ipsi primitus sibi delegerunt. De constitutionibus autem rusticorum, ne penitus memoriae decedat, necesse est ut scribatur, habeantque semper iuniores nostri exemplaria, quod ab illis exigant. Igitur quod nobis primum et unicum est, scilicet de reliquiis sanctorum, qui hic sunt, dicamus. Quaedam uero matrona nomine Lilia quondam huc multas reliquias sanctorum, * de quibus nihil certum possumus dicere, utrum adhuc hic sint, aut quid de eis factum sit.

(L.S.) Signum publicum.

An. 1114. Summa rerum Murenfis coenobii.

Nunc ergo decet ac ualde necesse est, omnibus qui unquam in hunc locum ad habitandum et manendum secesserunt, ut sciant et cogitent et recordentur, quam uix et quam laboriose iste locus ad hanc gloriam, in qua modo est, sit productus, quam infeliciter omnia euenerunt, quando primum fundari debuit, quando positus est in medio populorum, quam periculosos dominos et circumuicaneos et quam instabiles habitatores tam de interioribus quam de exterioribus semper habuit, quam difficile sit et rarum, religiositatem hic esse uel posse custodiri, quomodo semper in egestate et paupertate fuit et est, ut sic uiuant et se habeant, ac se intra claustra contineant, aspectuque hominum, in quantum possunt, se remoueant et custodiant, tam se quam locum, ne monastica uita, quae uix hucusque hic fuit, dilabatur penitusque defoletur et ipsi periculum animarum suarum proinde sustineant. E contra autem oportet scire, quantam felicitatem locus iste et inhabitatores eius saepe assecuti sunt, ut in multis rebus claret, quam instabiles et infelices semper fuerunt, qui huic loco aliquam iniuriam intulerunt, quomodo semper a domino Deo et eius fidelissimo seruo, scilicet sancto Martino, a magnis laboribus et periculis liberatus et protectus sit locus et habitatores eius, quod nunquam desinat facere Iesus Christus dominus noster, sed nobis miseris famulis suis semper auxiliari dignetur. Amen.

CAPVT IX.

De S. altari

reliquiis,

uestibus.

Prius scripseramus, qualiter locus iste Mura fundatus sit, aut quomodo uel unde monachica uita ordinata hic fuerit, siue qualiter libertatem aut abbates siue alios rectores aut aduocatos acceperit. Nunc autem uolumus, in quantum possumus, annotare substantiam huius sacratissimi altaris, quam consecutum est ab illo tempore, ex quo dominus Reginboldus primum huc uenit, aut in reliquiis sanctorum, aut in uestibus sacerdotalibus, aut in libris et in praediis siue famulis et famulabus. Sane de substantia patronorum ecclesiae, quae hic fuit, antequam monasterium aedificatum esset, multa aut uetustate defecerunt, aut aliter perierunt, sed tamen quaedam pars libro-

CAPVT X.

IN primari itaque altari continentur reliquiae, ut credimus, sancti Martini patroni nostri, Brictii, Syluestri, Stephani papae et martyris, Vdalrici, Galli, Otuari, Magni.

In altari, quod est dedicatum in honore sanctae Mariae, continentur reliquiae sanctae Agathae, Agnetis, Ceciliae, Petronellae, Sophiae, Vualpurgae.

In altari, quod est dedicatum in honorem sancti Petri continentur reliquiae, sancti Iacobi, Bartholomaei, Pauli, Stephani protomartyris, Pelagii, Hermetis.

In altari quod est in cripta continentur reliquiae sancti Mauriti, Sifismundi, Laurentii, Victoris et Vrsi.

In altari, quod est benedictum in honore sanctae crucis et sancti Benedicti, continentur reliquiae sancti Benedicti, Alexandri papae, Gregorii, Sebastiani, Christoferi, Cosmae et Damiani, Leodegarii. In cruce autem argentea maxima continentur reliquiae sanctae crucis et sancti Cornelii. In minori autem argentea cruce sunt reliquiae sancti Martini, Blasii, Mauriti, Benedicti, Cyriaci. In paruissima autem cruciola cum argento etiam facta reliquiae sunt sancti Mauriti. In magno autem lapide, quem Nockerus monachus natus de Basilea huc acquisiuit, continentur reliquiae sanctorum Innocentium, et aliorum quorundam. In cristallo autem, secundum columbae speciem formato, habentur reliquiae sancti Agapiti, et in alio cristallo rotundo sunt reliquiae sancti Simplicii et aliorum.

Liber PACTVM.

Lucernariae constitutiones rusticorum.

Matricula RELIQVIARVM.

In

In ipsa argentea continentur reliquiae A
de sancta cruce seckingen de cruce do-
mini, Martini, Philippi, Bartholomei,
Petri apostoli, Himerii, Eutropiae uir-
ginis et martyris, cuius festum est in na-
talitio sanctae Afrae et obitus secundo
Calend. Maii, Alexandri, de vii. fratri-
bus Theodori, integra pars dorsi et ali-
ud os sancti Vrsi, Augustini, Himetii,
Tiburtii, Mauritii, Billois, Magni, Ri-
chardae, de Manna domini, Vvaldeme-
ris, Trophimi, Georgii, Thomae apo-
stoli, Gurgonii, de puluere sanctorum
Sebastiani, Iulianae, Luciae, Meginradi,
Desiderii, sancti Felicis, Vualpurgae.
In capsula autem quadrata in modum li-
bri cum ossibus composita, quam nobis
comitissa de Lenzburg dedit, habentur
reliquiae sancti Bartholomei, Iohannis
et Pauli, Sixti, Felicissimi, et Agapiti,
de sepulchro sanctae Dei genitricis, de
sancta legione, de sepulchro domini, Al-
bini, Georgii, Scolasticae, Praxedis,
Margaretae, Sebastiani. Item Sebastia-
ni, Georgii, de Petra sanctorum Felicis
et Regulae, de Petra tabularum Moysis,
de sepulchro domini, de columna ubi
dominus flagellatus fuit, de monte Si-
nai, Vvibradi v. de sepulchro domini
Leonis papae, de cera accensa in Ieru-
salem, Sigismundi, Carponii, Euagristi,
Prisciani, de sepulchro Dei genitricis,
Alexandri, Simeonis, Iusti, Galli, Geor-
gii, Adelheidis, Victoris et Vrsi, Megis-
hardi, Petri apostoli, Trophimi, Vdal-
rici, Mansueti, Episcopi, Iulianae, de li-
gno crucis domini, de sanguine domi-
ni, Quinti, Margaretae, Vualpurgae,
Georgii, de sepulchro domini, de mon-
te Synai, de uestimentis duodecim apo-
stolorum, de spongia domini, Maximi-
ni episcopi et martyris apud Augustam,
de dalmatica sancti Cunradi episcopi,
de cathedra sancti Vdalrici episcopi, de
tapete eius et de stola et de sudario eius,
de lapide domini, cum dixit, uade Sa-
thana, Celestini, Cyriaci, de Dalmati-
ca eius, de palma domini, de cappa san-
cti Ceni, de stola sancti Vdalrici, Si-
meonii Heremitaе, Agnetis, Clemen-
tis, Adelhaidae uirginis, Stephani, Ma-
riae, Luciae, Ioannis euangelistae, Ce-
lestini, Eustachii, Augustini, de cruce
domini, Adelheidis reginae, Adolphi e-
piscopi, Theodati, de lapide ubi sanctus
Ioannes decollatus est, de sanguine eius,
de sepulchro domini, Benedicti, de
Dalmatica sancti Cunradi episcopi, G
Cosmae, Vincentii, Pancratii, Vrsi, de
capate sancti Viti, Tegnari.

CAPVT XI.

*Continuatio
matriculae re-
liquiarum.*

In capsula autem lignea maiori, quae et-
iam facta est cum ossibus ad imagines
hominum incisus, quam attulit nobis
quidam *Adelbertus* de *Mauri* monaste-
rio, habentur reliquiae sanctae Afrae,

sanctorum innocentium, Martini mo-
nachi, de panno, cum quo inuolutum
fuit corpus domini in sepulchro, de
monumento Lazari, de monte Synai,
Immerii, Desiderii, Regunfridi, Victo-
ris et Vrsi, et aliorum. Leonhardi,
Meinradi, de lapide ubi Ioannes Chri-
stum baptizauit, de cruce dominica, de
sepulchro sanctae Dei genitricis, de se-
pulchro domini, Adelheidis, Ciphunil-
lae, de fragmentis, quae supererant v.
mille hominibus, de sanguine sancti Io-
annis baptistae, de uestimentis sancti
Martini.

In capsella autem minori cum ossibus
facta, quam dedit nobis Iudenta de
Herznach, continentur reliquiae, de la-
pide, in quo steterunt pedes domini,
de ligno et praesepio, Calixti papae, Al-
bani, Ymerii, de lapidibus sancti Ste-
phani protomartyris, de spongia domi-
ni, Christophori, de ligno domini, de
petra ubi natus est dominus.

In minori autem capsula quadrata ha-
bentur reliquiae Desiderii episcopi et
martyris, Marcelli papae, Fabiani et Se-
bastiani, undecim millium uirginum,
sanctae Mariae uirginis et martyris, di-
ui Petri et Pauli, Andreae, Iacobi, Ioan-
nis apostoli, Hilarii, Martini, Stephani
protomartyris, Clementis, Sixti, Silue-
stri, Laurentii, Iacobi, Thomae, de cri-
nibus sanctae genitricis Dei, Lini pa-
pae, Urbani, Augustini, Ceciliae, Lu-
ciae, Anastasiae, Petronellae, Felicitatis,
Eufemiae uirginis, Agatae, Cyrilli epi-
scopi.

CAPVT XII.

Continentur autem in supradictis *Continuatio
matriculae re-
liquiarum.*
capsulis reliquiae aliorum quo-
rundam sanctorum, cum quibus
breviter non inueniuntur, quas eo ma-
gis oportet caute seruare, quo nescitur
cuius sanctitatis, cuiusue meriti sunt.
Est autem apud nos *stola* sancti *Vdalrici*,
et ciphus sanctae Adelheidis reginae,
quae ambo pro reliquiis sanctorum am-
plectimur et ueneramus, ut dignum est.
Istas autem omnes reliquias sanctorum,
quas largiri dignatus est dominus huic
loco, oportet maxima cura seruare et
augere, undecunque possibilitas admit-
tit, potius quam minuere, et annota-
re cum istis ut sciatur nomen eorum, et
non deleatur nomen eorum. Quia er-
go reliquias sanctorum describimus, iam
de alia substantia, quae est in isto mo-
nasterio, uideamus. Sunt ergo hic qua-
tuor cruces, una aurea, reliquae autem
argenteae, cum pignoribus sanctorum,
ut supra dictum est. Lignae autem
cruces et figurae sanctorum, quae hic
sunt, diuersis temporibus hic factae sunt.
In

siologus. Item Augustinus de sermo-
ne domini in monte habito. Item Au-
gustinus de poenitentia, et alia. Item
occupationes Hugonis et Augustini
epistola ad comitem. Item Isidorus
super quinque libros Mosis. Item ma-
gnus Isidorus. Item liber Isidori, qui
incipit summum bonum, et ipse Cy-
prianus de duodecim abusiuis saeculi.
Item Synonyma Isidori. Item omeliae
Caesarii. Item Paterius. Item mar-
tyrologium et liber Effren in uolumine.
Item aliud martyrologium et nomina
defunctorum. Item liber regulae. Sunt
et hic missales libri v. ex iis tres pleniter
scripti sunt, quartus uero habet gradua-
le cum orationibus, quintus tantum
orationes habet: et duo lectionarii,
unus cum lectionibus habet et euange-
lia. Est et euangelicus libet et quatuor
gradualia, ex his unus Musicen uocatum
est, et duo libri cum uersibus offertori-
orum, ex his unus musice notatus est.
Et tres antiphonarii, ex quibus unus
musice notatus est, et decem sequenti-
narii. Et tredecim psalteria, duo ex his
habent hymnos. Sunt et hic quinque
nocturnales libri, quorum primus ha-
bet tantum lectiones ab aduentu domi-
ni usque ad pascha, secundus autem a
pascha usque ad aduentum domini, ter-
tius uero habet tantum lectiones de
sanctis per circulum anni, alii duo ple-
niter scripti sunt. Sunt et duo Cursi-
narii, et tres benedictionales libri. Ex
his unus habet obsequium mortuorum,
et unus breuiarius. Item duo poeni-
tentialia, expositio super euangelistas,
ordo episcopi, duo libri de consuetudi-
ne monachorum, liber Iob cum glossis,
glossa super epistolas Pauli, glossae su-
per apocalypsin et cantica canticorum,
glossae super Matthaum, glossae super
Priscianum, Priscianus, duo libri Pru-
dentii, et in uno ex his psitomachia,
Sedulius in uno uolumine, tres libri
Aratoris, Prosper, &c. Sunt adhuc hic
multa alia opuscula libellorum satis uti-
lia, quae oportet seruare et meliorare,
et non destruere, quare nos non po-
tuimus nec uoluimus ea hic sigillatim
describere. Libros autem oportet
semper describere et augere et melio-
rare et ornare et annotare cum istis,
quia uita omnium spiritualium homi-
num sine libris nihil est.

At nos, qui aliquantum substantiam
interiorem nostrae ecclesiae descripsi-
mus, libet etiam exteriorem substan-
tiam, quam iste facer locus in praediis
affecutus est intimare: ac primum de
aliis ecclesiis, quae in isto loco constru-
ctae sunt, dicendum est.

CAPVT XIV.

Ecclēsia itaque sancti Soaris constru-
cta est a domino Reginboldo, si-
cut supra sermo retulit, ob nihil
aliud nisi ut populus, ad diuinum offi-
cium illuc conueniens, inquietudinem
monachis non praestaret. Cuius ec-
clesiae reliquiae hae sunt. Reliquiae
sancti Soaris, sanctae Mariae. De san-
cta cruce, de sepulchro domini, de fru-
ctis D. Aristei, Gaudentii, Clementis,
Felicis cum filiis suis, Ambrosii,
Hippolyti, Abdon et Sennes, Simpli-
cii, Faustini, et multorum aliorum, de
Dalmatica domini, de uirga Aaron, de
capite sancti Matthaui, Adriani, Seba-
stiani, Fabiani, Georgii, Theodori, de
lapidibus Stephani, Urbani, Mauriti,
Vrsi, Tiburtii: Gregorii papae, Tibur-
tii, Valeriani, Dignae et Emeritanae.
De mensa domini, quando coenauit
cum discipulis, de panibus domini,
quando saturauit quinque millia homi-
num, de uestimentis sancti Stephani,
Miserae, de stola sancti Desiderii et
thurciboldo eiuā et caligula eius. De
manna domini, de lapide tabularum
Mosis, de petra ascensionis domini, de
luculo Caluariae, de sepulchro sanctae
Mariae, de praeseptio domini, de petra
ubi sanctus Ioannes decollatus est, et de
sanguine eius, de petra ubi dominus ala-
pam accepit, et de petra similitudinis
eius, de petra Synai, et de sepulchro
domini, et de Caluaria ubi dominus fla-
gellatus fuit, de sepulchro sanctae Ma-
riae, de spongia domini, unde accepit
acetum. Sunt et aliae multae ibidem
reliquiae, quae breues non habent. Re-
liquiae autem, quae reconditae sunt in
altaribus, ignorantur, quia breues non
inueniuntur. Libri autem qui ibi sunt,
isti sunt: missalis liber cum lectionibus
et euangelis, nocturnalis plenus, gra-
duale, psalterium, liber regum, quadra-
ginta omeliae, benedictionalis liber,
Ymnarius, Sequentiarius.

CAPVT XV.

Capella autem sancti Michaelis con-
structa esse dicitur a domino Re-
ginboldo, cuius altaris reliquias
ideo non scribimus, quia nusquam bre-
ues possumus inuenire. Capellam au-
tem sancti Ioannis euangelistae con-
struxit quaedam nobilis matrona nomi-
ne Gethild sub abbate Vdalrico, qui fe-
cit eam dedicari xii. Kalendas Maii in
honorem supradicti S. Ioannis, a quo-
dam episcopo nomine Geroldo de Rin-
zin, qui erat monachus factus ad Suan-
winhusen. In quod altare collatae sunt
(E e) etiam

*Descriptio basili-
corum, Soarim.*

*Capellae S. Mi-
chaelis.*

lafvyl, Ifenbretschvyl, Cieltvyl, Buttvyl, Bofsvyl, Vvaltifvyl, Her-
menfvyl, Rotifvyl, Stagen, et Nidren
Stagen, et Nidren Lunckot, usque in
fluum Rusa. Villicus autem in Vver-
da, quamvis intra terminos istos sit, ta-
men huc nihil plus pertinet nisi tertia
pars. Iste est terminus istius loci, vil-
licus tamen noster nihil plus sub sua
terra habet, nisi istum vicum et Ifen-
brechtvyle, et Vyyle et Egga.

CAPVT XIX.

Hic ergo facer locus libere ordina-
tus ac stabiliter firmatus est a suis
fundatoribus et auctoribus siue
dominis, ad monachicam uitam, in quo
omnes regulares officinae habentur, et
obseruari debent et possunt, ne sit mo-
nachis foris uagandi necessitas. Quia
autem hic sunt fratres, qui uocantur
exteriores de cella sancti Blasii, huc ue-
nit ubi primum talis uita laicorum ori-
ri coepit. Quae consuetudo, quia iam
ubique ad regularia claustra est, ideo
oportet et hic eam esse, ita tamen ut
ipsi sub constitutione et obedientia pa-
tris sint, ac sine inuidia, sine dolo et si-
ne aliqua controuersia uiuant in cella
cum monachis.

De consuetudine autem congregati-
di foeminas, quae hic iam multis annis
uiguit, nobis est exemplum uita sancto-
rum patrum, quia et ipsi foeminas con-
gregauerunt ob amorem Dei, quarum
mansio et uita ita perfecte debet esse se-
parata a monachis, ut nulla inter eas
possit esse suspicio, sed a solo abbate et
praepositis, qui eis praelati fuerint, ea-
rum uita et religio ordinetur.

Seruis etiam, qui in cella per officinas
morantur et seruiunt, magna cura
appendi debet a praepositis cellae, ut
possint cum bona uoluntate ac discipli-
na et fideliter seruire fratribus, quia si-
ne uictus et uestitus commoditate non
possunt seruire illis &c.

CAPVT XX.

Constitutio autem rusticorum, qui
huc pertinent, ubicunque ma-
nent, una est, quae ita se habet.
Ubicunque uel quodocunque hic in
terra nostra potestate aliquis abmicon*
faciendus ac constituendus uel iustifi-
candus est, illuc debet dari aratrum cum
ferramentis et plaustrum cum quatuor
bobus, uacca praegnans cum duobus
porciculis, anniculus, gallus cum duo-
bus gallinis, quos ipse qui accepit, de-
bet ipso anno nutrire et reddere quan-
do et alii dant. Debet etiam dari falx,
securis, dolabra et omnia ferramenta,

quae sunt necessaria, et semen omnium
generum, speltae, auenae, lini, rasei, pi-
sarum, fabarum, millii, caeterarumque
rerum, et domus et ligna et omnia alia,
quae sunt necessaria. Boues autem uel
fus si ipso anno moriuntur, alii debent
dari. *Hombarius* autem, qui plenum
habet mansum, debet singulis annis da-
re 4. *maltra de speltra*, et sex de auena
talis mensurae, quae ad hoc constituta
est, quae uocatur fronom. Tanta
quippe mensura ipsa est, ut de modio
Thuregensis mensurae cadat una quar-
ta pars.

In festiuitate sancti Sergii dabunt *Ho-*
barii, qui extra fyluas domos habent,
lineum pannum duodecim ulnarum in
longum et trium in latum. Sed dico, si
datum est eis semen lini. Si autem non
datum est eis linum, dabunt sex ulna-
rum in longum et quinque in latum,
postquam mensis *Augustus* transierit,
quodocunque iussum fuerit, et dabit
Hombarius v. gallinas anno uno, altero
quatuor. In festiuitate sancti Andreae
dabit etiam duos porcos, qui tres soli-
dos fronoehuste appendant, qui solidi
nouem solidos monetae de Thurego
habent. *Nummus* enim maioris pen-
sionis tres nummos de Thurego con-
sequitur. Si autem a pretio porcorum
unus nummus cadit, nihil reddit, si plus
decidet, debet reddere. A festiuitate
etiam sancti Andreae usque ad purifi-
cationem sanctae Mariae debet pascere
bouem unum uel uaccam, uel dare tan-
tum foeni, quo possit pasci.

Ex eo etiam tempore debent *Hobarii*
uicissim omni nocte *uigilare* et damnum
perfoluere, si aliquod contigit, in cuius
euenerit uigilia. Ipsi autem dari debet
dimidius panis et ciatus cereuisiae. Ter
in anno, id est, in Iunio et autumnio et
in uete arabunt quinque iuhert, singu-
lis uicibus sex uirgarum in latum et
triginta in longum, et ipsa uirga habeat
nouem ulnas in longitudine, et interim
non seruiunt in ebdomada, nisi unum
diem, quem ancilla pro eo potest sup-
plere.

Quartam autem *araturam* prouideat
praepositus, nisi forte aliqua de priori
agricultura supersit, etiam debet ad
quartam araturam adiuuare, licet quo-
modocunque illi iubetur suum ius im-
plere.

De festiuitate autem sancti Ioannis
usque ad festiuitatem sancti Remigii
seruiunt quotidie, nisi festiuis diebus.
Alio autem tempore seruiunt tres dies
in ebdomada, nisi per illas sex ebdoma-
das quando arabunt, quod ter fit in
anno.

In autumnio uehitant cum plaustris
uinum de Alfatia siue Brisgoia, aut quo-

Leges congregati-
onis.omiam foemi-
narum.

Seruorum.

Constitutio rus-
ticorum.

abmicon.

tius pro caritate, uel ad solatium uictus, quam pro *iustitia et subditiōe* sanxisse et in potestate abbatis est, utrum *uelit* alio dare aut *sibimet* habere, admonitque sunt a modo omnes, quicumque secesserint huc ad habitandum, ne unquam consentiant, ut clericus curam ab episcopo, sed abbate accipiat, quod istud monasterium est mater ecclesia et ipse sibi postea adiutorem prouideat, quemcumque cum consensu congregationis potuerit inuenire, ne postea dicat, se *presbyterum* et magistrum esse huius loci, nosque *parrochianos* suos. Et ideo cum abbas benedicitur, notam faciat *episcopo* constitutionem istius loci. Populus autem iste uadit ad condictum episcopi, quo et caeteri eius conuicanei uadunt, scilicet ad *Wundesch*, ibique *ecclesiasticum ius* audiat et iudicium sustinebit, sicut constitutum est omni sanctae ecclesiae. Si autem illuc ab ista ecclesia de decimis ad ius episcopi aliquid perfolui debeat, nunquam audiuius; sed nec constitutum esse ab episcopo, quando eum primum dedicauit, cognouimus, nec aliquis episcoporum nostrorum inde requisit: quanquam nos non negemus, quod IV. anno decima episcopi sit, nisi forte abbas cum uoluntate fratrum huc pro caritate eum aduocarit.

Quia uero istius *sacri loci* substantiam summam perstrinximus, superest, ut ad alia transeamus.

CAPVT XXII.

IN *Burwyl* habemus duas curtes, sed tamen melius esset, ut sub uno uillico essent, quam sub duobus, bonae et utiles in agris et pratis et syluis: ad quas pertinent, id est seruiunt, mansus unus et uiginti duo diurnales in ipsa uilla positi et in *Geltwyl* sex mansi et unus diurnalis, omnes seruientes cum eadem constitutione, qua et isti hic in Mure. Quorum praediorum partem habemus de tribus fratribus, quorum duo huc ad conuersionem inde uenerunt, I. *Nocker* et *Wezel*, tertii autem filius nomine *Gerlo* et pater eius uocabatur *Heinricus*. Hic nutritus et eruditus et ad presbyterii dignitatem ordinatus est, alia prorsus mutuata sunt de cella *Meginradi* et illuc datum est praedium, quod habuimus ad *Agregia*.

Quaedam etiam pars mutuata est cum monachis de *cella sancti Blasii* et illis restituta est cum praediolo ad *Sarmenstorf*. Quia autem ipsum praedium, quod nobis dederunt, tunc erat sylua et modo in agrum factum est, cuius pene X. iugera sunt et ideo reperunt illud et dicunt, se *nolle tantum damnum inferre suae ec-*

clesiae, alia pars data est huc a comitibus de *Habsburg*, uel a ministris eorum. Quidam autem ex ipsis, nomine *Buco*, dedit totum quod ipse possiderat, ea conditione, ut quamdiu uiueret, haberet a nobis praebendam. Sunt et ibi quidam liberi homines, qui de praedio suo census huc persoluunt. *Villicus* quoque dat piscem magnum, sicut et caeteri: quod inde adhuc restat, non pertinet ad nos. *Villula* autem *Geltwyl* dicitur a sanctae memoriae *Reginboldo* patre nostro sancto *Martino* esse acquisita.

Periculosum est ea scriptura affirmare uel propalare, quae cum iniustitia et rapina aut uolentia congregata aut acquisita sunt, iuxta illud propheticum, ut qui condunt leges iniquas et scribentes iniustitiam, scripserunt ut opprimerent in iudicio pauperem et uim facerent caesae populi mei, ut essent uiduae praeda eorum et populos diriperent, quid facietis in die uisitationis etc.

CAPVT XXIII.

TAmen uolumus ut in palam ueniant et cognoscant omnes, quicumque uolunt hic exspectare diem domini, quae nos simplices et pueros haecenus latuerunt. In *Wola* habitauit quondam secularis ac praepotens uir, nomine *Guntramnus*, habens multas possessiones et ibi et alibi, uicinarumque suorum rebus inhians. Estimantes autem quidam liberi homines, qui in ipso uico erant, benignum et clementem illum fore, praedia sua sub *censu legitimo illi contradiderunt*, ea conditione, ut sub *mundiburdio* ac defensione illius semper tuti ualere essent. Ille gauisus ac suspiciens statim ad oppressionem eorum incubuit, coepitque eos primum petitionibus aggredi, deinde libera utens potestate pene quasi *mansionarii* sui essent, iussit sibi seruire, scilicet in agricultura sua et secando *foenum* et *metendo* et in omnibus rebus, quibus uoluit oppresit eos. Cumque illi reclamarent, ac uociferarentur, obiecit illis quod nihil ex eorum possessione exiret de casulis ipsorum, nisi quod extirparet praedia sua et hortos et quod ipsi incidere syluas suas. Interdixitque illis qui eis torrentem habitabant, ne ullus intingeret ad incidendum syluam suam, nisi qui sibi daret singulis annis duos pullos, unum de domo sua, alium de sylua et qui citra habitarent, unum tantum. Illi non ualentes resistere, fecerunt inuiti, quae iusserat. Interea uenit *rex* ad castrum *Solodorum*, uenientesque illuc idem ipsi rustici, uociferari coeperunt de iniqua sua oppressionem, sed in tanta *principum multitudine* et propter ipsorum

(Ee) 3 quo

Not. sub episcopo.

Quae ecclesiasticum dicit episcopo.

Villicus

Feuda rustica oblati.

Guntramnus

Mansionarius

curam imperatoris accusata.

Coenabii Murensis uillae aliae.

abstraxit uiolenter, adhuc in dubio stant, A
utrum nos habeamus uel eius haeredes.

Adelbertus, Eberhart, Walter. Adhuc
habemus ibidem tres diurnales et duos
censarios.

CAPVT XXVI.

HErmentswile prima fundatio est
istius loci, ubi habemus curtem et
seruiunt XIV. diurnales et quin-
que mansi et dimidius, mansus enim,
qui est *Alchuseren*, seruit illuc. Rustici
uero, qui habent diurnales, seruiunt bis
in ebdomada: armentum etiam ouium
et uaccarum semper fuit ibi et taberna
debet ibi esse.

Descriptio
fundorum.

Naclerus.

Item dabit *naclerus* modium salis
et dimidium. Qui habet molendinum,
dat quod constitutum sibi est. Ecclesia
autem baptismalis est et sepulturam ha-
bet et decimam uici.

Alchuseren.

Alchuseren primitus sylua fuit, sed
extirpata est ab hominibus, qui uocantur
Winda, et sub Gottfrido praeposito
in curtem ordinata est, ubi sunt XIV. di-
urnales seruientes et duo mansi et unus
et dimidius, in ipsa uilla et dimidius ad
Grute et *Birchi*, exculsa ab ipsis homini-
bus et sub praefato praeposito in cur-
tem composita est, ubi habentur XII. di-
urnales seruientes, sex in uillula et sex ad
Turmulon et unus mansus. Plus autem
cui nomen est *Lutingen* empta est ex ma-
gna parte cum X. talentis, a quodam mi-
lite, qui uocabatur *Mangolt de Eschi-
bach*. Istorum sex locorum, *Mure*, *But-
wyl*, *Wolen*, *Hermanfscuyl*, *Alchuseren*, *Bir-
chi*, siue aliorum qui huc ex toto perti-
nent, uillici, qui sub se habent homines
seruientes ex diurnalibus, quorum uisi-
tationem accipiunt, debent dare pisces
singuli quinque siclorum, alii autem
non, sed secundum uniuscuiusque con-
stitutionem, nam ille qui multos habet
uisitatores * et quoque nullos possunt
coaequari. In *Werda* etiam partem
uici habemus, sicut *Nockerus de Are-
stow* tradidit nobis. *Arestow* etiam
et *Grut* huc ex toto pertinent, quia nun-
quam auditum est ab alia fundatione
esse separata, sed cum plus esset siluola,
iusserunt comites de *Habsburg* uenatores
suos syluam extirpare, domosque ibi
aedificare. Tamen ad *Grute* posside-
mus dimidium mansum, quem *Alcker-
us* dedit sancto Martino. Ad *stegen*
pene tres diurnales. Dicunt etiam qui-
dam quartam partem de fare ad *Lunckot*
huc pertinere. In *Hufen* diurnalem, ad
Wylen sextam partem in ecclesia, sicut
Adelbold de Nunheim huc dedit.

Homines con-
sueti.

Wouelha.

Syluis extirpa-
ti.

CAPVT XXVII.

Descriptio
fundorum et
censuum.

IN *Liela* tantum de agris et pratis et
syluis quod ad unum aratrum suffi-
cit, cuius praedii traditores fuerunt

In *Bercken* diurnalem et dimidium
praedium *Rudolfi*, ministri comitum de
Lenzburg nobis asserunt, in *Zuffikon*
diurnalem et tres censarios.

Ad *Eggenvvyl* quoque, quod *Adel-
bertus* comes ibi habuit, praeter praedia
seruorum suorum aut in ipsa uilla siue
in aliis, id est, *Bibilos*, *Bremgarten*, uel
ubicunque sita in eandem curtem ser-
uantia, scilicet ab alio fluminis usque
ad summitatem montis in aquis et in
pratis et syluis et noualibus et cum ipsa
ecclesia totum delegauit et tradidit san-
cto Martino, ut ipse haeres eius existeret.

Ibi etiam habemus praedium *Lutolfi*,
qui huc ad conuersionem uenit et prae-
dium *Chunzae* matronae, quae ad istum
locum ad conuersionem secessit, cum
tribus filiabus suis etc. Quod praedi-
um si recte per totum diuiditur, sunt
pene V. mansi et adhuc duo molendina.
In *Sulzo* duos diurnales et ad *Chunten*
IV. Ad *Stetten* tres diurnales. In *Bus-
nang* unum et duos censarios. In *Pel-
lickon* quatuor diurnales et VIII. censa-
rii censum persoluentes de auena. Vnus-
quisque enim quartam partem modii
Turricinae mensurae persoluit. In de-
cima ecclesiae, quae est in *Rordorf*,
quartam possidemus et in aliis tribus
partibus octauam partem, quam deci-
mam dedit nobis *Henricus de Salm*.
Porro et abbas *Vdalricus* constituit, ut sin-
gulis annis XIII. talenta pigmentorum
darentur, ad *migma* faciendum in nati-
uitate sancti Martini et in natiuitate do-
mini. Ad *Melligen* tertiam partem ui-
culi, quam dedit nobis *Naugerus de Ot-
telingen* et duos diurnales, quos cum
dedisset *Otto* comes constituit ad lu-
men in dormitorio exteriorum fratrum.

Salm.

CAPVT XXVIII.

IN *Starcholfvyl* IV. diurnales et in
Chindehusen I. In *Vrdorff* dedit
Chuno nobilis de *Borron*, VIII. pro
filiis et filiabus suis et alii sex diurnales
mutuati sunt illuc de *Geppenovv*. Ad-
huc etiam in eodem loco tradita sunt
huc praedia satis utilia pene ad unum
mansum et multo plus continentia a
Wolffgango istius loci monacho, quae
fratres de sancto *Blasio* aliquid iniuste
possident. In *Wirhenlos* sex diurna-
les habemus, quorum traditores fue-
runt, *Rustein*, *Lutprandt*. in *Cellikon*
III. diurnales et in *Poponsol* dimidium,
ad *Hasle* quatuor diurnales et *Nerracho*
unum, quos comites de *Habsburg* ad-
huc possident. Ad *Ezlingen*, *Vstro*,
Rurzenbach, ab initio fuit *Hos* ad pri-
mare

Continuatio
descriptionis
censuum et
praediorum.

mare

mare altare sancti Martini in MurenfiA
coenobio. De quorum etiam numero
uicus Celvvyl cum iniuste ablatu
comes Adelbertus frater Ottonis tradi
dit illum Deo, cuius praedii partes pene
XV. diurnales sunt ubicunque sitae, siue
ad Oldisvvyll, uel ad Obrenrieden siue
alio, siue ad Langenovv.

Ibi quoque potest esse captura pisci
um et etiam satis utilis uinea et pulcher
rima sylua, quae omnino debet caute
feruari. Ecclesia uero, quae ibi est, *baptif
mum et sepulturam et decimam* habet, si
cut et illa ad Egenuyll, ad Birmenstorf
possidemus duos diurnales et ad Ahor
nen dimidium mansum et unum censar
ium. In *Hisboldesberg* diurnalem et
duos censarios, ad Fuglistal quod dedit
nobis Adelbertus de *Strengelbach* pene
ad unum diurnalem et dimidium pertin
gens fratribus de sancto Blasio cum iniu
stia. Ad *Stallickon* tertiam partem
primo in decima, deinde in aliorum, qui
nobiscum decimam accipiunt, parte,
duas partes. Nam primo diuiditur in
quatuor, ex quibus tertia nostra est,
quarta autem pars, quae remanet, condi
uiditur in quinque, partes duae nostrae
sunt, caeterae aliorum. Habemus etiam
ibidem duos diurnales et in Gamlickon
tres. In *Salmbrommen* unum diurnalem.
In Bonstettem tres, ad Lundinaurum
quatuor et in Tachelshouen septem. In
Rifriswyl duos diurnales et dimidium
mansum, ad *Tagebrechtswyl* integrum
mansum. In *Vrzlikon* duos diurnales
et ad *Plickensdorf* unum, in *Hirzvvan
gen* mansum, Thennaton unum diurna
lem, ad Neisidelon minus quam diurna
lem. In *Nidren Terisbach* III. diurna
les. In superiori duos, ad Gangolfs
vvyll et Zvvyeren duos mansos.

CAPVT XXIX.

Lacus, fundi,
census.

IN lacu autem habemus duos tractus
et dimidium. Nomina autem lacus
ubi pisces debent ista sunt, Burruck, F
Huirvvizug, Honzug, Tenrein, der For
huirvvizug, Flehen, an ein Stude, an ein
Grube, Zehorn, Giblungshorn, an Tan
nen, an die fordren Tannen, an die Rie
be, an Steine, an die Nidrengube, an
Obrengube, Zehorn, Vfllangenlon, an
Stuben, an der fordren Stuben, an Slunt,
an Godezug, im Roili. Isti tractus per
tinent ad superiorem partem lacus. Non
possidemus autem eos ex toto, sed dimi
diam partem cum istis de Buchenas, quia
antiquitus mutuatum est sic, uidelicet ut
ipsi nobiscum in inferori parte in hye
me piscarent et nos cum ipsis in aestate.
Quid autem in inferiori parte lacus ha
bemus, dicemus. Wipfling dimidius
noster est et dimidius sanctae Regulae, de

hinc Wida, an Einhorn, an Tannen, an
Grube, an der Obrengube. Isti tantum
pertinent ad nos de integro. Quaedam
etiam pars ibi uocatur Askart, ubi pisces,
qui dicuntur Rotlin, debent nobis in
aestate capi. De Gangolfsvvyll uero
quaedam pars pertinet ad altare sancti
Laurentii, quod est in Argentina ciuitate,
ubi sepultus iacet Otto comes, frater
Wernharii comitis de Habsburg, qui
pro anima eius id ipsum praedium illuc
contulit. Otto uero comes filius eius
dem Wernharii cum quibusdam de fra
tribus nostris obtinuit a praelatis ipsius
altaris, quatenus nos usum illius praedii
habeamus ea conditione, ut singulis an
nis illuc persoluantur, aut in isto loco
XXX. solidi, siue in domo sua XXV. Ba
sileae monetae. Quidam etiam liberi
censarii de Obren Buchenas et de Cap
pel in ipsum locum, id est, in Gangolfs
wyl persoluantur censum de auro, quod
appendit siclum, quo in quinque partes
diuiso nobis dantur tres partes et parti
cipibus nostris duae, sicque aurum no
strum appendit VI. nummos et dimidi
um. In Waltra dimidium mansum ha
bemus et in sylua nouem et adhuc par
tem Sigfridi militis cuiusdam de Huni
gen, quam emimus XXX. talentis Basi
leae monetae et tantundem ipse nobis
sponte dedit et partem Iminonis de
Buchenas, quam huc dedit pro filia sua
Hazecha. Ad Riezla in ecclesia tres
partes. In Immensee VII. diurnales et
piscinam, in Kufnach in ecclesia partem
et de agris quod pene ad aratrum suffi
cit, de pratis autem ad XVI. pondera
foeni et adhuc XVI. diurnales et molen
dina et piscinam et armentum peco
rum. *Consuetudo* autem fuit et utile est
ut maneat, ut ille piscator ad Immensee
a Calendis Martii usque ad medium Ma
ium piscetur, postea ueniat et ad Kus
nach ad piscandum et de grano, quod de
praedicto molendino uenit, alatur, tam
ipse quam adiutor eius, et uillicus cum
bobus nostris adducat illi nauim de Im
mensee. In Hattingin possidemus IV.
diurnales et Watigisso tres. Ad Geri
fow tantum de agris habemus, quod di
midium aratrum potest excolere et de
pratis ad XII. pondera foeni et armen
tum ouium et uaccarum. Ecclesia uero
huc ex toto pertinet, sicut et omnis ui
cus antea pertinuit, sed modo in ecclesia
pars tantum, de qua nobis cum isto, quod
praedictum est, contingunt adhuc tres
et dimidius mansus et VIII. diurnales et
medietas trium piscinarum. Ecclesia
uero baptismalis est et sepulturam et de
cimam habet.

Piscationis
tempora.

CAPVT

CAPVT XXX.

A pene X. censarios, ad Walde unum diurnalem. In Rickenbach tres.

Officium praepositi.

Constitutum est autem ab anterioribus nostris, ut praepositus illuc ueniat in medio Maio et accipiat

lanam, oues, noualia. lanam de ouibus, quae tunc tondentur, et prouideat et ordinet, qualiter ad *Albes pecora mittantur* et ut accipiat censum de *nonalibus* quibusdam, ab illis qui ea habent, id est, V. oues cum agnis. In Septembri autem iterum ueniat illuc et uideat, qualiter pecora de Alpibus ueniant et qualiter hyementur tam ibi quam in aliis locis, quos inter syluas habemus.

Iuxta natalem sancti Andreae ueniat et educat res, quae dantur, siue ibi siue in aliis locis, id est, caseos, feratia, carnes, pisces, pecora quae occidenda sunt, pannos, lanam, cutes, coria, pelles, nummos, nuces, poma.

In ipsa adhuc curte fuerunt multa constituta, quae quod non potuerunt perdurare, ideo non scribimus in ea.

In *Hoptreben* habemus diurnalem et dimidium. Ad *Buchs* possidemus XII. diurnales et capturam piscium, quam dedit nobis Beningerus de Altburren et fuit ibi et utile est ut iterum illuc congregetur armentum pecorum. In ecclesia etiam partem habemus Empnotend quatuor diurnales et ad *Hoffstetten* tres. Quod ad *Wyl* habemus id est VII. diurnales dedit *Wico* monachus istius loci cum uxore sua *Berhta* et filio huc et filiabus *Liebtage*, *Adelheid*, *Mechtild*, *Gertrud* et adhuc alia praedia huc dedit ibi inter syluas.

In ecclesia ad *Stans* possidemus IV. partes, id est, *Lutolfi* unam tertiam partem et *Henrici Richwinique ac Berchtoldi* tertiam partem in uico, V. diurnales et agrum et ad *Stansstad* pene VII. diurnales et in lacu duos tractus. Quidam uero uir de familia *Habspurg* nomine *Arnold*, cum huc ad conuersionem secessisset cum uxore sua *Ita* et filia *Hedewig*, dedit sancto *Martino* ibidem tres diurnales et ad *Engelberg* V. et ad *Obren Eilsen* pratum, quod computatum est per septem diurnales et ad *Nidren Eilsen* pratum minus, cum una piscina, pertinent ad sanctum *Blasium*, ipsi autem habent nostrum praedium ad *Vrdorf* cum iniustitia, sicut et nos illorum. Ad *Fiering* habemus duos diurnales, ad *Engliberg* pratum et ad *Huton* aliud et ad *Falibach* tertium, ad *Wolfenschieffen* duos agros, ad *rore* ex integro liberos censarios, ad *Sarnen* diurnalem, ad *Cherns* quatuor diurnales et decimam in ecclesia. Caetera omnia, quae ibi uel ad *Mercktal* siue *Ellenbrunnen* et *Ramsen* continentur, nostri liberi censarii sunt. In *Schwarzenberg* tres diurnales similiter et *Mutriswanck* cum

CAPVT XXXI.

In Alpibus etiam partem habemus, sed in *Barwen* dimidiam partem, ad *Obrenalp* quartam partem, in *Rigental* dimidiam partem et in alia dimidia parte quartam partem. Ad *Horne* quartam partem similiter et in *Soffelberg*. Ad *EGge* pene dimidiam partem. Ad *Achernalp* per totum. Ad *Furcken* dimidiam partem. In *Sinsgow* pleniter ad duo frusta. In *Trophensee* quantum ad duo officia pertinet, ad *Lucersee* et ad *Furen* et ad *Sageltstal* in unaquaque quod ad unum *sester* pertinet. Si quaeris quid sit *sester*, dictum est quasi dicatur constitutio uel firmiter statutum. Ipsi enim armentarii secundum suam consuetudinem habent nomina inuenta, quibus utuntur, utpote tantum lactis quod seracium possit fieri, uocant *immi* et octo *immi* dicunt *sester*, idemque *sester* nihil est aliud nisi VIII. *seratia*, unumquodque autem *seracium* sequuntur VIII. *casei*. Cumque XII. hominum pecora adunantur in unum, uocatur officium, propterea quod uni magistro committitur. Quicumque autem pecus suum in alium alpem mittat, consuetudo est, ut omne lac, quod sibi de pecoribus in duobus uicibus peruenerit, uel ipsum lac uel formulas quae inibi fiunt, absque recta constitutione illi det circa Cal. Iulii, aut omnes, qui pecora habent in montibus, conueniunt illuc et metiuntur unusquisque suum lac et sicut uiderit ita expectet, ut accipiat in autumnis a magistro pecorum.

Est et alia consuetudo inter illos, quicumque *caldarium* illuc praestiterit, quamdiu eius *caldarium* habent, singulis annis dabunt ei seracium et octo caseos. Igitur quia tanta utilitas de pecoribus potest euenire, necesse est omnibus inhabitantibus hunc locum, ut ipsi utilitati suae de Alpibus prospiciant, uillicosque suos quos intra syluas habent moneant et compellant suae constitutioni prospicere. Isti autem montes in potestate abbatis et praepositi sunt, ut distribuant pecora qualitercunque uelint.

CAPVT XXXII.

In *Meggen* habemus duos diurnales, ad *Alskoluismatten*, de *Offo*, de *Trachselwald* duos diurnales, unde debent dari singulis annis XL. casei de melioribus caseis, ad *Schipfen* VII. diurnales et *Euge* unum, quae praedia dedit *Gerild* matrona cum filio suo *Burckardo*

(Ff)

do

do in dotem ad altare S. Ioannis euangeliſtae, ubi ipſa et uir eius Chuno iacent ſepulti. In Rudisvvyll poſidemus pene X. diurnales et in Mutukingen V. Et in Hirzen Erlen IV. Traditores autem fuerunt, Nockerus monachus noſtrae congregationis cum filiis ſuis Lutoldo, Berinhero et Burcardo, Nockero et filia Richenza. Ad Maſtilhalden III. tres diurnales. In Witranſcuti IV. diurnales, ſicut dedit huc cum matre ſua Alba, ad Knutwyl dedit Reingerus de Viſpach noſter monachus, cuius anniuerſarius dies eſt V. Kalendas Februarii XIV. diurnales cum armento pecorum, ea conditione, ut ſingulis annis in anniuerſario eius ſufficiens miniſterium caterua congregationis habeat et agapes pauperum ipſa die inde fiat.

In GEPNOW,

In Gepnow duos diurnales et in Podenberg duos et Omifal duos. Manſum quem habemus in Eigoldſwyl dedit Ymizo nobilis de Vfhuzen, ut dies dormitionis ſuae cum eo celebraretur XI. Calend. Martii. Similiter et Lutolſus et Chuno nobiles de Burren, dederunt praedium ſuum de Wilberg pro duobus manſis computatum, ad celebrandum anniuerſarium patris ſui Chunonis, qui eſt VI. Kalendas Decembris. Ad Kalpach dedit Arnoldus noſter monachus et Presbyter, una cum matre ſua Walpurga et ſore Irmengart IV. diurnales. Chuno miles noſter uero monachus dedit ad Sempach quinque diurnales et in ſyluis communibus octauam partem, ad Eiche diurnalem, et Mettenvvyll I. ad Tenvvyll III. In Farvvangen habemus liberum cenſarium. Ad Compoldiſat dedit Chuno nobilis de Ruden duos diurnales, et de iis computatum eſt talentum denariorum, et XL. numeratos piſces. In Gernſvvyll IV. liberos cenſarios, et in Apvvyll VI. liberos cenſarios. In Vttinhufen I. diurnalem et VI. cenſarios, ad Sulzvald unum diurnalem et ſyluam, et in Butvvyll duos liberos cenſarios, ad Fare unum diurnalem.

In Alickon cum curte quam ibi habemus, XVI. diurnales ſunt, quod praedium dederunt huc Diethelmus cum uxore ſua, Vdelgart, Vvalfrid, Vverner, Conrad. Sunt et ibidem ſex liberi cenſarii. Ad Ruſtiſvvyll I. manſum, ſicut Nockerus de Areſtovv dedit ſancto Martino, eo pacto, ut die ac nocte ſine intermiſſione lumen ardeat ante primare altare ſuper gradus iſtos. In Vvigivvyll tantum in agris et pratis et ſyluis, quod ad aratrum bouum ſufficiat, et adhuc dimidius manſus eſt cum ſex diurnalibus, quod praedium dedit nobis Gozohelmus monachus noſter et Vdalricus et Bucco. Ad Brunvvyll

quinque diurnales. In Vvinterſvvyll manſum habemus. Seligerus et Alcko frater ſuus dederunt ſancto Martino ad cibarios tres modios et tres nucum, atque nepotes eius unum maltrum et duos modios, de illa parte, quam Heinrichus habet, VII. maltra, V. de ſpelta et de auena duo. Ad Altvvis diurnales, et adhuc duos ibi habemus. In Rudickon tres diurnales, et duos liberos cenſarios, et iu Miſvvangen duos diurnales. In Liela III. liberos cenſarios, et ad inferius Schongovv quatuor, ad ſuperius autem unum, ad Zuilare V. diurnales. In Betvvyll unum cenſarium et minus quam diurnalem, ad Regenfridſvvyll I. manſum et IV. diurnales et decimam in eccleſia. In Endfeld unius diurnalium uſum, nam praedium ſancti Vrſi eſt noſtrum ad pignus. Ad Kulm dimidium manſum. In Vvirticho - - - diurnales et eccleſiam. Ad ſuperiorem Vvyl tres diurnales et ad inferiorem VIII. In Vvalafiril cum ſylua II. diurnales habemus, Erbrechtingen VIII. folios. In Ried IV. modii de grano, V. de auena, duo modii de cibariis, ad Boſvvyll duos manſos in anniuerſarium matronae, nomine Bertha. In Beſenburren manſum, et Bremgartem alium diurnalem et dimidium. Ad Viſpach manſum, et ad Vvilo alium. In Stettin cis fluuium diurnalem. Ad Ruti manſum habemus, quem Heinrichus de Habſpurg huc dedit, ea conditione, ut anniuerſarius obitus ſui cum eo celebretur, qui eſt X. Kalendas Auguſti. In Totickon manſum et diurnalem. Ad Heglingen manſum, in Hentſchickon diurnalem. In Heſlibach dimidium manſum.

CAPVT XXXIII.

In Schinzach manſum habemus et dimidium, alium adhuc habemus ibidem, quem dedit nobis Bernvvard, noſter monachus de Egenvvyll. Sunt item ibi duo diurnales, quos conſeſſit Eglolſus huc de Areſtovv, ut celebretur cum eis anniuerſarius uxoris ſuae Hedvvig, qui eſt V. Kalendas Februarii.

In SCHINZACH,

Praedium habemus ad Chutingen pene tres diurnales, dedit primitus Chunza matrona de Egenvvyll ſancto Martino, poſtea uero uenit quidam probus miles nomine Eglolſus noſter amicus, filius Eglolſi de Lenzburg, et emit ipſum praedium XV. talentis Turricinae monetae, ſtatimque reddidit illud ſuper altare ſanctae Dei genitricis Mariae, eo pacto, ut ſingulis ebdomadis, niſi in natiuitate domini, et in paſcha et in pentecoſte, quando non licet, bis miſſa pro defunctis ad idem altare celebretur: recepitque illud ab abbate Ronzelino

lino in ius *praestationis*, nec aliquid suis filiis uel heredibus inde pactus est, sed quando ipse obierit, in potestate abbatis et fratrum sit, illud concedere cui-cunque uoluerint, ad insuper firmiter statuit, ac illi idem abbas cum congregatione confirmauit, ut census, qui inde uenerit, i. talentum Turricinae monetae, quem ipse debet per singulos annos in natiuitate sancti Cornelii dare, nunquam minueretur, ut anniuersarius patris eius Eglolfi, qui est v. Calendas Octobris, cum eo celebretur. In Eichenon habemus dimidium mansum.

Hic transilimus satis utilia et praeclara praedia, quae antiquitus huc tradita fuerant, et ab haeredibus fundatorum huius sanctae ecclesiae ui ablata sunt hic, sicut scriptura antea docet. Nam Rupertus nostrae congregationis monachus, qui in pago *Turgouie* iacet tumulatus, et alii multi, quod ipsi acciperent decimas ex omnibus ecclesiis, quae iuxta fluuium sunt de *Hermenfvyl* usque ad *Aron* fluuium.

Similiter et Anselmus Nauderus de *Pirsophon* dixit, quod ipse censum iam per multos annos huc de sua praestatione tradiderit.

Ad *Bollickon* possidemus tantum de agris et pratis et syluis, quod ad aratrum boum sufficit, si *Renus* fluuius non subtraxisset.

In uicibus autem habemus xxiv. partes, quae dicuntur *mannverch*, et xiii. rusticos, qui diurnales suos in praestationem ad hoc habent, ut excolerent eos. Cumque unusquisque secundum sibi constitutum excoluerit, remanent x. quos nos ipsi colimus. Si quaeris, cur uocetur *mannverch*, ideo dicitur, quod uni uiro committitur ad colendum, et est tantum terrae, quantum par boum in die arare sufficit.

Quidam autem uir nomine *Albertus* de *Eschibach*, cum huc ad conuersionem uenisset, attulit xx. talenta Turricinae monetae, cum quibus emimus duo *mannverch* a *Beringero* de *Rotwyl*, milite *Adelberti*, comitis de *Habsburg*, quae nos etiam colimus, et sic fit ut nos colamus x. partes, rustici autem quatuordecim, sicque fit, ut omnium partium, quas ipsi habemus, numerus sit, xxiv. partes absque praedio *Eberhardi* comitis.

CAPVT XXXIV.

Anno autem dominicae incarnationis mcccxxii. cupiens abbas *Ronzelinus* augere sumptum potius sibi subiectorum, egit cum consilio fratrum, et comitis *Adelberti*, ut praedia comitis *Eberhardi* de *Nellenburg*,

quae ibi habuit, aut in proprietatem sancti Martini acquireret, uel si hoc non posset, saltem in pignus monasterii acciperet. Quapropter uendidit bona et utilia praedia, et fregit aureum calicem optimum, quem comitissa *Regelind* huc tradidit, deditque illi lx. talenta *Basileae* monetae, et accepit ab eo omnia cum *aduocato* *Adelberto*, quae ibi possedit in pignus ad 12. annos. Facta est autem haec traditio Idus Augusti, iuxta *Rhenum* fluuium, in loco qui dicitur *Rynheim*, comite *Adelberto* et aliis quam plurimis astantibus.

Ille uero comes *Eberhardus* fraudulenter agens et auaritiae studens, quaeque erant optima subtraxit, nobisque alia dimisit, et sic nos ibi nihil plus de eius praediis habemus, nisi quatuor *mannverch*, et de agris et pratis pene ad vi. diurnales. Et haec est nostra possessio, quam illic habemus cum possessione nostrorum rusticorum, qui habent bene ad xvi. diurnales, in praestationem. Quidam etenim habent praedia et uites, et tamen omnia habet possessio sancti Martini.

CAPVT XXXV.

Constitutio aut cultus uitium saepe deposita, est totiens resumpta, quia quotiescunque nos ipsi debuimus incolere, non potuimus perdurare. Vtrum uero nos ipsi uel rustici culturae insistamus, cuncta tamen laboriose proueniunt, ac maxima cura et obseruantia indigent. Si enim nos incolere uolumus, non perdurare possumus. Si autem rustici procurant, omnia negligenter agunt, et fraudulenter ac mendacio defendunt, et cuncta quae constitutione dant, ipsi cum uxoribus et filiis deuorant. Unusquisque ergo debet in suum *mannverch* singulis annis vii. carrades *stercoris* ex sua parte inducere, deinde incidere et ligare, *rastris* bis incolere uitesque, factis fossis, si necesse, e terra plantare et augmentare, sepique uel quocumque alio modo, ut melius possunt muniri ac sepi, circueundo custodire, et ligna quae opus habent ad palos acquirere, deinde cum botri creuerint, uites mundare, speculatorique communi mercedem dare. Quod si in pascha non habet uites incisas et *rastris* excultas, iudicium patitur, sicut in natiuitate sancti *Ioannis baptistae*, si secunda uice non habet excultas et ligatas, iudicabitur. Cum autem uenerit tempus uindemiae, omnia quae necesse habent sui adiutores debet eis procurare, scilicet in uictu et potu ac mercede ac uasis, post uindemiationem et uuarum calcationem in cellarium no-

(F f) 2

strum

Rupertus abbas sep.

uites.

mannverch quid.

An. 1132.

Nellenburg.

Fandi emti, uenditi calices

Constitutio de cultu uitium,

strum mustum importare, sextam aut si-
 culam sibi habere, quae siculae signatae
 debent esse ad constitutam mensuram,
 et custodes ponantur in montibus et
 uineis et uinis, et in cellario qui caute
 portantes custodiant. Cumque hoc
 expleuerit rusticus, uadit domum et re-
 portat ad uicillum duos panes et quar-
 tam partem hydriae de uino, et duo im-
 mi de auena, siue de hordeo. Vnde
 igitur tanta utilitas et talis honor debet
 prouenire, ibi necesse, ut probus ac cau-
 tus et prouidus magister siue uillicus
 constituatur, qui sciat et uelit talem
 curtem regere et custodire. Vicus au-
 tem ipse ad *Bollickon*, primitus fuit, ut
 dicunt, cuiusdam matronae nobilis, no-
 mine Bereklind, de qua fundatores hu-
 ius loci adquisierunt hoc, quod modo
 nos ibi habemus, et dicebatur tunc
 Stabuli-curtis, quia et ipsius perpoten-
 tis mulieris stabulum fuit, et bannus
 totius uici in illam introibat, per mul-
 tos uicos qui prope sunt, nemo aude-
 bat taurum uel uerrem siue arietem praer-
 ter eam habere, et quocumque intro-
 ibant uel exiebant in hortum uel in se-
 getem, nullus ausus est laedere uel in-
 cludere, omnisque uicus in illam refu-
 gium habebat sicut in ecclesiam. Sicut
 autem hoc primitus fiebat ex potestate,
 ita et nunc debet fieri de spe bonitatis
 et sanctitate sancti Martini. Nomina
 autem partium non est necesse ut scri-
 bantur, sed hoc solum, quod uocatur
 sancti Blasii, quod ideo dicitur, quia
 illuc mutuatum est de *Vvetilbrunnen*.
 In *Seueld* habemus duo prata, at ad *Holz-
 zickon* unum. In *Schliengen* pene
 duos diurnales, et de uitibus minus
 quam tria mannverch, quod praedium
 adepti sumus cum praedio, quod ha-
 buimus ad *Rota*, quod *Rudolfus* qui-
 dam liber homo cum uxore sua *Mech-
 tild* contulerat sancto Martino. Nos
 autem mutuauimus aliud cum seruis
 sancti *Leodegarii*, quia ipsi hoc primum
 rogauerunt, unde nemo perturbetur,
 nec aliquam contradictionem excogi-
 tet, quia legaliter et iuste factum est ita,
 ut aduocatus illius ecclesiae comes
Vvernherus huc illorum traderet, et
 caetera noster aduocatus *Adelbertus*
 istud illuc tribueret.

CAPVT XXXVI.

*Praediorum in
 ROTWIL.*

IN ROTVVYL castro, quod est iuxta Fry-
 burg, habemus tantum in agris et
 pratis et syluis, quod sex boues pos-
 sunt excolere, et adhuc duos mansos:
 de uitibus autem, siue quod nos plan-
 tauimus, uel plantatas inuenimus, quan-
 do primum possidemus, quod ad decem
 pondera uini pertingit ad nostram men-

suram. Rustici autem, qui habent man-
 sos, pondera dabunt suae mensurae.
 Praedictus uero *Berinhherus* dedit nobis
 ibidem bonam uineam, pene ad tria iu-
 gera computatam. Hoc ergo praedium
 necesse est, ut firmiter conferuetur, quia
 cum maximo labore huc acquisitum est.
 Comitis quippe *Adelberti* fuit, et con-
 cessit nobis in pignus, pro *L. talentis*
Basileae monetae, et supposuit praedi-
 um suum, quod habuit ad *Goslickon*, ut,
 si ipse in uita sua non redimeret, san-
 ctus *Martinus* in perpetuum utraque
 possideret. Nos autem alacres uendi-
 mus alia bona praedia, et ob hanc ne-
 cessitatem accepimus ad conuersionem
 duas sorores, scilicet *Trutilam* et *Gut-
 tam*, et acquireremus argentum, anno
 dominicae incarnationis *MCXXXVIII.* sub
 abbate *Rozelino*. Praedium autem
 ipsum deuastatum fuit, et ab inimicis
 ipsius comitis, ita ut nec casam, nec ui-
 tes, nec alicuius incolatus solatium in
 eo inueniremus, nisi solam terram.
 Postea uero cum idem comes obiisset
 post annos duodecim, et nos ipsum
 praedium cum magno labore ad bonam
 utilitatem factum uteremur, nepos eius-
 dem *Vvernherius* comes uoluit uim af-
 ferre, et nullo modo potuimus retine-
 re illud, nisi dimitteremus nostra *L. ta-
 lenta* cum praedio ad *Goslickon* et cum
xviii. mansis in *Schaffhusen*, quos si-
 mul tradiderat sancto Martino praedi-
 ctus *Adelbertus*. In *Acherlon* habe-
 mus duos agros. *Vxor* *Adelberti* co-
 mitis, nomine *Iudenta*, dedit sancto *Mar-
 tino* ad *Muschon* *vi. mansos*, quos u-
 trum ille auferat an dimittat incer-
 tum est.

CAPVT XXXVII.

Vicus, qui uocatur *Rusach* in *Alsatia*,
 totus pertinet ad sanctam *Mariam*
 in *Argentina* ciuitate, sicut pene
 et omnis ipsa regio. Inde cum qui-
 dam uiri et foeminae huc ad conuer-
 sionem uenissent, usum patrimonii sui
 aliis conuicaneis suis commendaue-
 runt, sicut mos exigit illius prouinciae,
 quatenus hic de eo solatium uitae ha-
 berent, ubi semper habuimus unum de
 exterioribus fratribus nostris, qui excol-
 lat ipsa patrimonia et prouideat, ut illis,
 quorum fuerunt, de iis hic certius habe-
 ant habitare. Nomina autem uirorum
 uel foeminarum, qui inde uenerunt, ista
 sunt, *Vualcke*, *Einhart*, *Napili*, *Diet-
 rich*. Foeminae autem hae fuerunt,
Tiecilla, *Truca*, *Sulphitia*, *Hedvvis*,
Mechtild, *Berchra*, *Vvendelmut*.

Isti sunt autem uiri, quibus commen-
 datum modo est: nam quibus primum
 commendatum fuerat, uita excesserunt.

Rudol-

Rudolfus filius Emihois, Vvolfhelm filius Bantvigi, Vvelt, Egin, Vvaltherus, Gebino, Ortliep. vii.

Quanta autem substantia ipsa sit in uitis et agris et pratis, dicemus. Duae domus, et LXVI. partes in uitis, quae ibi uocantur Skaza, et est quinta pars illius, quae dicitur manvverch, et xxxvii. iugera in agris, et duo prata, et ad Pfaffenheim xiv. skaza. Nunc ergo sic ut nos substantiam istius sanctae ecclesiae, quae uel ante nos, uel nostris temporibus hac collata est, descripsimus, sic faciant et illi, qui post nos ueniunt.

Conclusio auctoritatis.

Notum sit praesentibus et futuris, quod factus sermo, uenerabili episcopo Hermano Constantiensi et abbate uenerando Chunone praesentibus, et aliis spiritualibus uiris tam clericis quam laicis, in quo decretum est, ut quandocumque plebanus, scilicet Hupoldus, nouissimum clausit diem, superior capella in Bosvyl tam firmiter ac stabiliter in potestate huius coenobii sit, ut nec ipse, qui sacerdos futurus est hic, nec alius omnino, ullam potestatem habeat, ut impleatur ea conditio, pro qua tradita est prius in altare sancti Martini a comite Ottone patre Wernheri comitis de HABSPVRG.

CAPVT XXXIIX.

in Stallickon.

IN Stallickon quartam partem in demis et in alia quarta parte octauam decimam partem census de praedio in Ruti, qui pertinet ad anniuersarium domini Henrici de Arestovv, tres modii tritici, et tres filiginis, et duae aenae, et duo modii fabae, et porcus pretii x. solidorum, et de manso ipsius tres modii speltae, et duo aenae, et quatuor scapulae.

Ea quae gesta sunt a Cunrado monacho monasterii huius cellario, tam in emptione praediorum, quam in requisitione uenditorum, seu aliis quibuscunque structuris, stilo praesenti posteris intimamus. Obtulit ergo in initio conuersionis suae maximum librum missalem, quem habemus, duos calices deauratos, qui usque in praesens in monasterio domini cuncta parent, nec non et brachium sancti Martini, Treuiorum archiepiscopi, caputque sancti Iohannis baptistae, cum licentia domini Anselmi tunc temporis abbatis construxit.

Praedia coemta a coenobio.

Haec sunt autem praedia, quae monasteria coemerunt, quae nec uel ab aliqua suspecta persona, extra quod statuit, ordinantur, quatenus inconuulsa permaneant, imperauit. Triginta ergo talentis praedium in Berchtivvyl emit, ea conditione, quatenus xxiii. solidi, qui

a praedio nostro Vverde annuatim soluantur, in festo sancti Iohannis baptistae cellario dentur, et in ministerium fratrum in feria tertia, quae uulgo Carniuorae dicitur, expendat, et missa pro fidelibus defunctis cum pulsatione campanarum publice cantetur, ut dum corpora carnaliter reficiuntur, animae ex gratiarum actione de poena refrigerentur. Emit quoque praedium in loco, quod dicitur ad paludem, pro nouem talentis, a quo xxxii. solidi in festo sancti Thomae apostoli persoluantur, quos anniuersario suo, iubente domino Anselmo abbate, deputauit. Insuper et praedium in Hovven, quod situm est super Vviguyl xxx. talentis emit, cuius pars x. solidos in festo sancti Martini persoluit, quos fratribus expendendos in domum infirmorum decreuit. Insuper et monasterium xvi. iugera eo loco possidet, hic, si armentum ibi non fuerit, prout abbati placuerit, cellario expendenda reddantur. Praedicti ergo praedii Horvven partem ab Vlrico pro xi. talentis emit, partemque a Cunrado et fratre eius Arnolde pro x. talentis, iugera duo a uidua pro uiginti duobus solidis acquisiuit, a Richvino. Praeterea conquisiuit et aliud praedium Vviguyl, a quo dantur nobis xiv. solidi, vii. in natiuitate domini, et vii. in natiuitate sancti Iohannis baptistae, quos constituit fratribus dare in festo sancti Goaris.

Iuger unum pro talento a Berchtoldo, iugera duo pro tribus talentis, iugera iterum duo ab Henrico et Vdalarico pro xv. talentis emit, a Dictrico iugera uero pro tribus talentis et x. solidis. Et haec liberaliter Deo beatoque Martino tradita sunt, ita ut nulli haeredum suorum liceat ea distrahere monasterio. Gesta sunt autem ea coram stantibus nobilibus Gerardo, Adelberto et Ludouico, cunctisque conciuibus eorum. Syluam quoque super Butvyl clastrum pro xiv. talentis tradiderat, tempora etiam requisit. Decernimus igitur, quatenus nulli praepositorum, cellariorum, aliarum uenerabilium personarum liceat ea alterare extra quam statuta sunt.

De Birchvyl census quatuor fratres decem et octo solidos et quatuor denarios. Item quatuordecim solidos et duos denarios. Item sine duobus denariis tres solidos et talentum. Item sine quatuor denariis x. solidos. Item in eadem uilla ad cellarium xxxii. solidos, quem censum constituit Conradus cellarius anniuersarium suum. Item de eadem uilla sex solidos ad ministerium murorum, ibidem de Binzrein xv. solidos et xxx. pisces, census de Vval-

(F f) 3

trant,

trant, Cunradus decem et octo solidos. A *sexturn decimum dimidium modium aue-
nae et filiginis aridi, et in festiuitate sancti
Thomae III. solidos ad uisitationem: et de-
di sancto Martino ad Mure in mutationem
pro praedio, quod claustrum adhuc in Vi-
tarmis Rut, cum quo inbeneficiaui do-
minum Vvernherum Vvillifovv. Ac-
cepi iterum in Vvaltisvvyll in praedio meo
duos diurnales persoluentes in censum du-
os modios tritici: et dedi sancto Martino,
ut ex ipso tritico fiant oblatae ad diuino-
rum mysteria peragenda, et dentur omni-
bus ecclesiis in prouincia, ut in omnibus
illis ecclesiis fiat memoria patris mei,
et omnium parentum
meorum.*

Item alius sex solidos.
Item alius x. solidos et xx. pisces.
Item Fridericus et sui participes xvi. fo-
lidos, xx. pisces. Item piscatores no-
stri xii. solidos et xx. pisces. Item de
eodem praedio Gangolffsvvyle talent-
um, census de Gangolffsvvyle de pri-
mo praedio C. pisces Scopofae. Item
de Gangolffsvvyle de duobus praediis B
C. pisces, C. in Maio, et C. in natiuitate.

*Libellus dona-
tionis.*

*Notum sit omnibus, tam futuris quam
praesentibus, quod ego Adelbertus comes
accepi unam Hubam in praedio meo Vval-
tesvvyll persoluentem annuatim in censum*

Cum ex originibus MVRENSIS coenobii abbas illius HABSBVRGICAS ORIGINES
clare docuerit, librumque uicinum multis in locis non parum illustrauerit: ui-
sum est, etiam hunc libellum, qui in librariis tabernis non adeo obuius, ob argu-
menti uicinitatem, superiori adiungere.

ORIGO
ET
GENEALOGIA
GLORIOSISSIMORVM
COMITVM DE HABSBVRG,
MONASTERII MVRENSIS ORDINIS S. BENE-
DICTI IN HELVETIA FVNDATORVM.
*Ex antiquis et authenticis eiusdem coenobii monumentis a GVNTRANNO diuite usque
ad ALBERTVM Caesarem, recta et nunquam interrupta linea, succincte
quidem, sed clare demonstrata.*
A V C T O R E
D. D O M I N I C O
DICTI MONASTERII MVRENSIS ABBATE.
AD
S E R E N I S S I M O S
HABSBVRCI AVSTRIACOS
PRINCIPE S.

FACVL-

FACULTAS ORDINARII.

ORigo et genealogia gloriosissimorum comitum de Habsburg, ex antiquis et authenticis Murensis monasterii monumentis impraesentiarum succincte demonstrata, apertam in lucem prodeat, luci ipsi, contra caliginem a nonnullis historicis offusam, lucem datura. Constantiae, 6. Maii, anno 1651.

RATHOLDVS MORSTEIN,
SS. Th. D. cathed. eccl. Constant. cononicus,
libr. censor episcopalis.

AD
REVERENDISSIMVM ET AMPLISSIMVM DOMINVM,
DOMINVM
DOMINICVM TSCHVDI,
SACRI MONASTERII MVRENSIS ABBATEM
DIGNISSIMVM, GLORIOSAE STIRPIS AVSTRIACAE,
CONTRA ERRONEOS HISTORIOGRAPHOS SOLI-
DISSIMVM ASSERTOREM.

P. T. M. Z.

HENDECASYLLABVS.

Quas non ridiculi furor poetae
Obtrudit satuo lyras popello;
Cygnaeam sobolem, deos gemellos
Ex oui catus elicit uitello,
Natas Acrisio maritat auri
Versuta plurima, rapit per undas
Europam Tyrias, louique Tauro
Miscet concubitu, parit puella
Regem Cretibus: ite nugiuendi
Praecones scelerum; referre praestat
Veras historias, at, hei! perinde
Fallunt historici: Quis Incuborum
Non foetus metuat? parentis Vrsi
Berno filius extitisse fertur,
Merlinus Stygia creatus umbra,
Conceptus Merouaeus e marino,
(Reges Gallia sic suos honorat)
Cum litus genitrix obiret, Vro:
Exportate pedes, facessitote,
Mendis historici meris onusti,
Et uel mythologis ineptiores;
Quae fas credere, posterosque scire
Par est, quisque fidem futurus haeres
Tuto commodet, explicare pulchrum est,
Hac cura sed enim uetustioris,
Aeui simplicitas nihil parumue,
(Non culpamus auos) in acta quondam,
Et fastos retulit: uidete, quae so,
Quas regum genitrix, et imperantium

Habs-

HABSBVRGI domus incidat charybdes!

Sunt qui de profugo Petro Leonis,
 Quinto rentur abhinc uenire saeclo
 Maiores comitumque principumque,
 Gentis Austriacae: quis, hem, quis isthaec.
 Non rupto queat audisse splene?
 Num prosapia celsa Pharamundi,
 Sigberti, licet exulis, nepotes,
 Illustris Theobertus, et sequaces
 Orberti, seriem per indireptam,
 Guntranni genus, alta Marcomiri
 Quondam linea Trois, urbe pulsum,
 Proscriptum penitusque perduellem,
 Visum non alias, nec ante notum
 Priscis Teutonibus, manet Quiritem?
 Nolint hoc superi, nec aequa caelo
 Maiestas atauum: Tenebricosos
 Hos clari decoris Lauerniones,
 Exactissime praefulum refellis,
 Non per somnia, non opinionum
 Caluis naeniolis, adire fontes.
 Archiui satius. Notariorum,
 Grandi sedulus excutis labore,
 Cum radicibus, e latente fundo,
 Tablinas, monumenta, testiumque
 A blattis reducem uocas cohortem:
 Euerstae comes Ille Vindonissae
 Guntrannus locuples origo gentis
 Abs te scribitur, inde Canzelinus,
 Quo creuit genitore Radeboto,
 Constans indignatus: hunc secutus
 Wernerus pius, ac dein Otonem
 Wernerus minor, isque liberalem
 Albertum genuit, patrem Rudolphi:
 Post hunc Alsatiae regebat urbes
 Albertus sapiens, ab hoc Rudolphus
 Felix Austriacae domus patrator,
 Aeternam memorandus imperator,
 Contra Sithonii latronis arma,
 Sceptri Teutonici per adnepotes,
 Assertor generosus, arbiterque
 Hoc a progenitore gloriosum
 Succreuit lubar: illigatur isthaec
 Heroum serie, quod intuetur
 Seu sol exoriens, cadensue, regum.
 Hac de stirpe ducesque, principesque
 Censent regificum, thori iugalis
 Nancisci socias. Quis hic Wionum
 Extorres patria, fugaque lapsos
 Occulcabit auos? abi Sifride,
 Subduc te procul, inficete Lazi,
 Et quoscunque iuuant Petri Leones
 Et delirium anile Aniciorum;
 Te, lectissime praesul audiamus,
 Tu uiuam solidamque ueritatem.
 Primaeuas ad origines recensens.
 Habsburgum nisi condidisset olim
 Wernerus, generis corona magni,
 Te, te, posteritas, nec absque caussis,
 Arcis dixerit esse conditorem,
 Gentis dixerit esse ter beatae
 Tutorem: tibi gratitudo sola,
 Et uirtus, animique magnitudo
 Tantum expressit opus, lubensque credam,
 Sic necdum sacra templa Radeboto

Ad MVROS, prece uictus, excitasset,
 FERNANDVS Tibi tertius merenti
 Lauras conderet, aemulas olympo.

E P O S
 IN GLORIOSISSIMAM DOMVM
 HABSBVRGIACAM.

Quae noua sublimi consurgit uertice moles,
 Heroumque domus? Veteris num gloria castris,
 Et nomen, Vernere, tibi uilescere coepit?

Floruit innumera comitum quod prole, suumque
 Vel de Francorum deducit regibus ortum?
 Vel Romanorum generoso stemmate fulget?
 At nihil ista mouent Vernerum, aut prisca moratur
 Nobilitas Altenburgi: sed mente futuri
 Praesaga Habsburgi felici collocat arcem
 Auspicio. Iouis ales erat: sic facta probarunt.

Est locus Argoiae, merito quem cinctus Apollo
 Agmine Musarum petat, ipso Helicone relicto.
 Collis ibi clemente iugo se tollit in altum,
 Perpetuis Phoebi radiis lustratus et unde
 Liber prospectus partes patet orbis in omnes.
 Hinc se diffundunt ridentes gramine campi
 Illinc arboribus syluae, uel frugibus arua.
 Nec procul Vrsa suis piscosis uoluitur undis
 Arola sed placido radicem murmure lambit,
 Qua se praecipiti saxorum uortice collis
 Erigit, atque aditum concisis rupibus arcet.

Ergo noui in summo Radeboto cacumine montis
 Vneri iussu atque opibus, fundamina castris
 Ponit et excelsis muris ac turribus ambit,
 Nec non et fossis, duplici simul undique uallo
 Munit ut hostiles insultus frangat et ausus,
 Simplicis interius structurae habitacula condit,
 Ampla tamen, martisque magis cultoribus apta.

Hinc stirpem et nomen soboles Habsburgia iactat.
 Hic pietas, hic cana fides et auita locauit
 Sedem religio, inuictae constantia mentis,
 Atque Astraea tenax recti, sapiensque Minerua,
 Craesi diuitiae, regnandi summa potestas,
 Hic habuere locum. Res toti cognita mundo est.

Et uelut armatam foecundo uentre cohortem
 Troianus profudit equus; sic diuite partu
 Habsburgi illustres Heroas protulit aedes.
 Et quis Vneros? Ottones atque Rudolphos?
 Albertos? Carlos? Ernestos et Leopoldos?
 Fridricos? Ferdinandos? Maxaemilianos?
 Et numerare alios longo simul ordine possit?
 Pars comites, pars una duces et plurima regum,
 Caesareoque nitens diademate turba, DEOque
 Vel mitra sacratos cinxit, uel purpura textit.
 Tanta sed Habsburgi nequirit munimine castris
 Concludi proles. Vastis Germania campis,
 Pannoniaeque solum et uicina Bohemia, sedem
 Praebuit, Ausonios et mox inuisit Iberos,
 Transmissoque freto, pugnaces arcubus Afros:
 Imo nouum, cum deficeret uetus, impiger orbem
 Quaesit, Antipodes adiens saeuasque Moluccas.

*Felix Habsburgum! plures a numine dotes
 Quas domus in terris accepit? Quaeque uicissim
 Gratiore esse DEO solita est? Dextraque rependit
 Diuitiore, fidem, clerum, miserosque tuendo?
 Si linguae et calami taceant, uel saxa loquentur,
 Imnumerisque locis sacrae, quas condidit, aedes.
 In quibus aut superi noctesque diesque coluntur;
 Aut studiosa bonos mores artesque inuentus
 Imbibit; aut tristis multorum arcetur egestas.
 Has inter MVRI, ueluti Marpesia cautes
 Perstat et Habsburgi comitum non corpora tantum
 Plura tenet, sed uerum ortum seriemque recondit.
 Ergo, age sis, augusta domus uirtute pisque
 Factorum studiis diuinum numen honora.
 Sic tibi semper erit maiestas, gloria, robur,
 Gratia, diuitiae, fauor, immutabile regnum
 In terris. Tandem ipsum, quod tegit omnia, caelum.*

ORIGO ET GENEALOGIA

GLORIOSISSIMORVM

COMITVM

DE

HABSBVRG.

PROOEMIUM.

Quot et quam discordantes opiniones hactenus in lucem prodierint, de origine ac genealogia Habsburgi comitum, uix credo doctiorum est aliquis, qui ignoret. Refutare singulas, quas uel referre piget, superuacuum existimo: illud duntaxat generatim asseuerasse sufficiat, nullum hucusque in tanto numero quantumuis perspicacem indagatorem fuisse repperit, qui hanc materiam absque uitio pertractauerit. Nam praeteritis illis, qui figmentorum et fabularum coaceruatione risum potius et contemptum excitarunt, quam illustrem ac sempiternam Habsburgi comitibus domum: sane *Lazius* cum asseclis suis et originem ignorat et genealogiam haud ex omni parte perfectam concinnat. *Gerardus de Rhoo* genealogiam recte quidem deducit, sed de origine haesitat et in aliis quibusdam impingit, ut facile animaduertet, qui haec nostra cum eiusdem historia Auftriaca contulerit. *Franciscus Guillimannus*, etsi originem in archiuo monasterii nostri Murensis olim deprehenderit, genealogiam tamen adeo infeliciter contexuit, ut Habsburgienses comites stirpitus de terra sustuleris, hodieque nihil eorum supersit, nisi nominis memoria, uelut suo loco perspicue probabitur. Restat igitur, ut quis originem simul et genealogiam demonstraret certam ac ueram. Quod quidem sicut multis ante hac uel maxime in optatis fuit, ita confido me, fauentibus superis, re ipsa praestitutum: nec opus est longinquas terras adire, aut aliunde subsidia conquirere; intra muros domesticos tuto consistere licet, imo intra priuatos musei parietes, ubi tantum authenticorum instrumentorum, aliorumque uenerandae antiquitatis documentorum suppeditatur, quantum satis et super est ad stabilimentum intentae ueritatis; quam quidem uelim lector beneuolens hic unicam quaerat, sine qua uana est studiose polita latinitas.

GVN-

GVNTRANNVS,
Comes de Altenburg cognomento diues.

Vixit *Guntrannus* saeculo decimo: nempe anno nongentesimo quinquagesimo, ut *Gerardus de Rhoo* histor. Austr. lib. 1. consignauit et colligitur ex ipsius nepotibus, qui, ut infra audies, sub initium saeculi undecimi iam arma et militiam exercebant. Notandum hic obiter, quod *Guilliman. Habsburgiac.* lib. 2. de *Altenburgo* tradit. *Altenburgi*, inquit, siue castri *Vindonissensis*, adhuc reliquiae paulo supra pontem *Arulae*, dextra fluminis ripa, quo perfringitur. Eius ambitus, quantum rudera ostendunt, capax quondam et amplus moeniorumque moles incredibilis, latitudo muri

A quibusdam locis, praesertim secundum amnem, ad pedes sedecim, ouali facie, uti ferme omnia Romanorum castra, quorum in *Heluetia* superant uestigia et fundamenta, *Vitoduri*, *Finium*, *Gaunoduri*, *Saloduri*, *Auentici*. Aliquot rusticorum aedes, eodem ambitu et uillae modo includuntur; caetera praeter fructiferarum arborum saecundis coluntur. *Ibidem* passim numi antiqui, lapidesque Romanis literis insignes, aliaque uetustatis et prisca cultus monumenta reperiuntur et quotidie paene eruuntur. Haec ille. *Guntrannus* filium reliquit haereditatem, nomine *Kanzelinum*.

GENERATIO PRIMA.

KANZELINVS,
comes de Altenburg.

DE hoc *Kanzelino*, sicut et de patre *Guntranno*, liber foundationis monasterii nostri *Murensis* expresse testatur his uerbis. *Locus iste, qui inde etc.* Vide originem coenobii *Murcens.* p. 484. At noli, quaeso, indignari, lector. Audisti ab incolis *Murensibus*, liberis alioqui hominibus, *Kanzelinum* fuisse lectum in aduocatum, nec petentem nec cogentem et quidem sub annui census praestatione: at quid hoc aliud fuit, nisi ultro seruituti ianuam aperire? Vbi enim aut quando aduocatus non in dominationem, protectio in iurisdictionem commutata fuisse, aut saltem inclinasse reperitur? Quod illa praesertim tempestate facillime fieri potuit, qua, *Luitolfo* duce *Allemaniae* uel contra ipsum patrem *Ottonem* imperatorem rebellante, turbatum ciuilibus bellis et scissum in partes erat Romanorum imperium. Vnde suspicari licet, *Kanzelinum*, partim aduocatae licentia, partim alterius, cui fauebat, principis uoluntate, ex clientibus, quod a se dissentirent, subditos fecisse. Profecto mihi persuadere non possum, quod uir iste, qui tam insigni pietatis exemplo monasterium *Sulzbergense* fundasse legitur, absque omni causa, suo saltem arbitrio, iusta, locum hunc occuparit. Vt ut sit; si quid, ut ea ferebant tempora, forte cupidius actum a *Kanzelino*, nepotum ipsius iustitia et munificentia pridem ita correctum et compensatum nouit orbis

B uniuersus, ut *Habsburgiacae* stirpis bonitati nihil officere queat.

Monumenta *Murensia* quatuor filios tribuunt *Kanzelino*

RADEBOTONEM.

RVDOLFVM.

De quo liber fund haec habet. *Fratre autem eius (Ratebotonis) RVDOLFO, qui cellam Othmarsheim construxit, dicente, ut diuiderent locum, sicut et alias possessiones suas, et ipso non consentiente, illo autem fortiter instante, uenit huc idem RVDOLFVS, haec omnia incendio tradidit et praedatus est; quo facto discessit, sed tamen a fratre suo nihil obtinere ualuit.*

LANCELINVM.

WERNHERVM seu *WERNHARIVM.*

De his duobus praeclara extat memoria in instrumento foundationis monasterii nostri *Murensis*, quod ob sui dignitatem hic integrum, sed maiori antiquitatis cura, quam *Guillimannus* in suis *Habsburgiacis* recitandum censui. Id ita sonat.

Ne qua ingeniorum pernicacia quae ordinatum peruertantur, uel transeuntibus aetatibus obliuioni tradantur, praesenti testamento tam praesentium, quam succedentium generationum memoriae commendamus, qualiter ego, WERNHERVS Strasburgensis episcopus et castri, quod dicitur Habesburch, fundator, monasterium in patrimonio meo, in loco, qui Mure dicitur, in pago Argoia, in comitatu Rore, in honore sanctae et indiuiduae trinitatis et sanctae DEI genitricis Mariae omniumque sanctorum construxi, quod titulo beati Martini episcopi in perpetuum dicaui, cui praedia, quae hereditario iure mihi contingerant, per manum germani fratris mei

(G g) 2 Lan-

Lancelini, qui, utpote militiae cingulo praeditus; defensor patrimonii mei extiterat, cum legitima possessione uillarum, familiarum, agrorum, siluarum, pratorum, montium, omniumque appendicium contradidi. Statuimus etiam, ut fratres inibi, sub monachica uita, secundum regulam beati Benedicti degentes, abbatem sibi libera electione, siue de sua, siue de alia congregatione praestituant. Quod si in eligendo quandoque, quod DEVS abnuat, fratres discordes fuerint, pars sanioris consilii quem elegerit unanimiter omnes obtineant, qui non superfluitate, uel morum improbitate, seu tyrannica dominatione dissipare, sed prouida ordinatione et industri sagacitate res monasterii, ut fidelis dispensator, studeat disponere. Nec cuiquam in beneficium, sed pro legitimo reditu praestare praesumat. Ipse autem abbas, communicato fratrum consilio, aduocatum de mea posteritate, quae praefato castro Habesburch dominetur, qui maior natu fuerit, tali conditione eligat, ut, si quas oppressiones intolerabiles monasterio intulerit et inde secundo et tertio commonitus, incorrigibilis extiterit, eo abiecto, alius de eadem progenie, qui in eodem sit castro Habesburch, sine contradictione subrogetur, hoc adiecto, ut si masculinus sexus in nostra generatione defecerit, mulier eiusdem generis, quae eidem castro Habesburch hereditario iure praefideat, aduocatiā a manu abbatis suscipiat, quam aduocatiā neque ab rege, neque alia persona, nisi a solo abbate, cuiquam suscipere liceat. Et si quis aliter ad eam accesserit, ipsa, quam illicite usurpauerat, omni modis priuetur. Porro nec ipse abbas, eandem aduocatiā, ut beneficium, sed ut quandam commendationem et monasterii tuitionem cuiquam committat. Sed nec ipse, qui praestitutus fuerit aduocatus, quidquam de rebus monasterii, siue in fundis, siue in mancipiis, siue de ipsa aduocatiā, cuiquam praestare audeat. Ad ampliore etiam eiusdem monasterii honorem et utilitatem, perpetua lege sancimus, ut si quis de nostris ministerialibus cuiusque sexus, quidquam de rebus suis, siue in agris, siue in mancipiis, sanus aut in aegritudine positus, illuc dare uoluerit, sine manu, sine respectu domini sui, sine cuiuslibet personae reclamatione, libera hoc faciat facultate et quod tradiderit postmodum, nec dominus, uel coniunx, aut filius aut filia, aut quisquam aliquo modo abalienare praesumat. Minor autem familia eiusdem monasterii et familia dominorum, qui castro Habesburch praesident, eodem iure ac eadem lege et sua teneant et pensum seruitutis reddant. Si quis demum huic nostrae conscriptioni aliqua temeritate contraire nisus fuerit, eum uinculo anathematis innodatum usque ad condignam satisfactionem pontificali autoritate damnamus, sigilli

quoque nostri impressione hanc cartam, ut quod continet ratum permaneat, signamus. Anno ab incarnatione domini millesimo uigesimo septimo, indictione decima, regnante Conrado imperatore augusto scripta sunt haec.

(L. S.)

Atque hic, ut recte subnectit Guilimannus Habsburg. lib. 4. cap. 3. Habsburgi auctor, haec origo uera certa que, et deinceps qui Vindonifenses se se primo comites, aut Altenburgenses nominauerant, postremo omnes se Habsburgenses dixere, Habsburgensiumque inde et Austriacorum toto terrarum orbe fama et gloria. De insignibus gentis Habsburgiacae C. Cantor Turegi in panegyrico carmine ad Rudolfum Habsburgium regem Romanorum, quod suo loco integrum ponemus, ita cecinit.

*Tu comes in clypeo tuleras insigne leonis,
Quem uelut ad pugnam dissento corpore
ponis.*

Cui concordant antiquiora monasterii nostri Murensis sigilla, aliaque monumenta. Ad colorem quod spectat; credo ego, nisi aliud monstratur, semper fuisse leonem purpurei, clypeum aurei coloris. Illud quaeri potest; an isthaec insignia simul cum Habsburgi castro sint nata et ab eius conditore Venero, uel fratre Radebotone primitus assumpta, an uero sint uetera comitum de Altenburg et in Habsburgenses duntaxat translata? Mihi uerosimilius uidetur, esse uetera: neque enim subest ratio, quare Habsburgenses comites maiorum suorum, ac tam illustri familiae insignia prorsus abiecerint, uel, si Habsburgo noua confinxerunt, saltem ueteribus, ut fieri solet, non coniunxerint. Dimidiato Leoni, qui supra galeam assurgit, plerique pinnulas pauonis adpingunt, sed Aegidius TSCHVDIVS libro de armis nobilium familiarum, quae olim in Heluetia sedem habuerunt, asserit, non pinnulas pauonis antiquitas, sed nolas fuisse.

ENimvero de Venero seu Wernhario Strasburgensi episcopo monasterii Murensis fundatore difficilis admodum atque perplexus nodus restat dissoluendus. In libro foundationis legimus, ipsum quandoque appellari fratrem Itae Lotharingae, quam Radeboto comes, ut mox dicetur, uxorem habuerat.

rat. Mirum profecto: nam idem Wernharius alio in loco uocatur parens Wernharii comitis de *Habsburg*; ita enim habetur in diplomate Henrici quarti imperatoris, alibi describendo. *In regno nostro regulare quoddam monasterium situm est, quod Mure nuncupatum est, quod tempore Conradi imperatoris in honorem sancti Martini episcopi constructum et honorifice DEO dicatum est, a Wernhario Strasburgensi episcopo, parente scilicet Wernharii comitis de Habsburg.* Quod si ergo Wernharius episcopus Itae frater et Lotharingus, quomodo parens Wernharii et Habsburgiacus? Non defuere, qui opinarentur, duos Wernharios ecclesiae Argentinensi praesedissee, Lotharingum alterum et alterum Habsburgiacum genere, idque ostendi posse ex monumentis Murensibus: sed longius aberrarunt isti. Nam esto quidem, duo Wernharii dictam sedem aliquando gubernarint, monumenta tamen Murensia unicum duntaxat agnoscunt et produnt: ubicunque enim in his de Wernhario episcopo Strasburgensi fit mentio, ea certe non est de alio, quam de monasterii fundatore, qui unicus fuit hoc nomine: at uero hunc minime stirpe Lotharingum, ac Itae fratrem, sed Radebotonis Altenburgi comitis et Habsburgiacum, imo Habsburgiacae gentis conditorem extitisse, testimonium ex ipso met audiuius in supra posito foundationis instrumento, cuius initium. *Nequa ingeniorum peruicacia etc.* Deinde Wernharius ibidem Germanum fratrem suum ait esse Lancelinum, cum tamen genealogiae scriptor, quam infra ponemus, inter fratres Itae Lotharingae, nec Lancelinum, imo nec ipsum Wernharium numeret. *Theodricus, inquit et Chuno comes de Rinfelden fratres fuerunt: horum soror fuit Ita comitissa de Habsburg, reparatrix huius Murensis coenobii.* Dicitur autem Ita comitissa de Habsburg, quod Radebotoni Altenburgi primum, ac postmodum etiam Habsburgi comiti matrimonio fuerit iuncta.

Erat enim Radeboto frater Wernharii Argentinensis episcopi, cuius iussu atque opibus arcem *Habsburg* condidit et inde quoque familiae nomen dedit. Quae cum ita sint: neque tamen erroris arguendus est auctor libri foundationis, quod *Wernharium* episcopum *Itae* fratrem appellauerit: non enim eos tantum fratres uocamus, qui eodem patre uel matre, uel utroque parente nati sunt, sed etiam fratrum filios, qui proprie patruales. Velleius Paterc. lib. 2. circa eadem tempora, inquit, duo *Metelli* fratres uno die triumpharunt, cum tamen hi *Metelli* patruales, non germani fratres fuerint. In sacris literis Abraham

et Loth fratres sunt dicti, item Laban et Iacob, cum esset Abraham patruus Loth, Laban auunculus Iacob. Ex D. Augustino in cap. 7. euangel. Ioan. et D. Hieron. aduersus Heluid. Cicero fratrem pro fororis marito usurpauit, pro domo sua, et de respon. Arusp. Quinimo et foror fratris nomine quandoque accipitur, ut apud Modestinum de pact. *Tres, inquit, fratres, Titius, Maenius, et Seia, communem haereditatem inter se diuiserunt; et paulo post. Sed postea duo de fratribus, id est, Maenius et Seia.* Proxime ad nostram mentem Festus uxorem fratris fratrem nuncupauit. Quidni ergo *Wernharius Itae* frater, quando *Ita Wernharii* fratria? Admodum solennis est hodie mos apud Germanos, maxime nobiliores, ut maritus uxoris, et uicissim uxor, mariti fratres ac sorores pro suis agnoscant atque appellent. Pari modo, cum audis in instrumento Henrici quarti imperatoris, Wernharium Strasburgensem episcopum dici parentem Wernharii comitis de *Habsburg*, scias parentem positum pro consanguineo, noto nunc quoque et uulgato Gallis, Italis, Hispanis intellectu: ita quoque auunculus pro quocunque propinquo, patruo etiam, ut Guilliman. *Habsburg*. lib. 5. cap. 3. ad idem instrumentum in margine annotauit. Sic passim in libris feudor. parentes intelliguntur eiusdem gentis, eines *Geschlechts* et inuicem quoquo modo coniuncti. Fuit autem Wernharius episcopus, patruus alterius Wernharii, in iam dicto instrumento nominati titulo comitis de *Habsburg*. Huius autem uerus a thoro parens extitit *Radeboto*, ut non tantum ex genealogia fundatorum, uerum etiam ex libro foundationis perspicue docemur. Sic enim genealogia. *Ita de Habsburg genuit Wernherum comitem &c.* et liber fundat. *Interea uero mortuo comite Radeboto, corpus eius translatum est huc ac sepultum ante altare sanctae crucis: post cuius obitum filius eius Otto, et Albertus, et Wernharius diuiserunt sibi locum istum, prout eis placuerat.* Et paucis interiectis. *Post cuius (Reginboldi) depositionem, Wernharius comes, filius Radebotonis, qui tunc sibi penitus locum uendicauerat, &c.* Denique Wernharium ducta uxore liberos suscepisse, eaque defuncta, sacris initiatum, et Argentinensem episcopum deinceps factum, fabulae propius est et iis connumerandum, de quibus scriptor libri fund. in haec uerba. *Qui autem affirmant, quod episcopus Wernharius construxerit ecclesiam, (loquitur de ecclesia, quam superiorem uocamus,) penitus falluntur: quia nullus inuentus est, qui dixerit, se illum in*

boc loco unquam uidisse; sed et alia multa **A** *narrantur de eo, quae falsa esse comprobantur.* Haec ille. Quod si quis capillum promittere et ariolari uellet, dicere posset, cum Kanzelino plures uxores ab autoribus assignentur, ex prima procreatum esse Radebotonem, ex una sequentium VVernharium episcopum Argentinensem, hancque a morte Kanzelini, quam Guillimannus. lib. 4. in annum Christi CM. XCVI. confert, cum tenerae admodum aetatis esset VVernharius, nupsisse patri Itae Lotharingicae, ita ut Itae frater non Germanus, sed uterinus fuerit VVernarius, nec ullum impedimentum consanguinitatis uel affinitatis intercesserit, quin Itam hanc Germanus frater VVernarii, eodem scilicet patre natus, Radeboto sibi postea iustis nuptiis iungere potuerit. Sane cum actarius noster ait: *ad hoc comitem* **C** *Chuno fratrem suum de matre elegerunt,* coniiciendi praebet causam, Chunonem non Itae duntaxat, sed etiam Wernarii fratrem fuisse uterinum, et Itae matrem trium maritorum fuisse uxorem, Kanzelini puta Altenburgensis, Friderici Lotharingi, ut putat Guillimannus, qui Itam et Theodricum procreauerit, ac denique eius, a quo Chuno sit prognatus.

GENERATIO SECVNDA.

R A D E B O T O,

Comes de Altenburg, primus de Habsburg, cognomento constans.

Liber foundationis monasterii Murenensis de *Radebotone*, praeter ea, quae supra attigimus, haec pluribus narrat. *Morte* (Kanzelini) *audita &c.* uide origines coenob. Murenf. p. 402. c. Et infra. *Idem uero Radeboto &c.* uid. p. 404. b. usque *consistant et regantur.* Et paucis interiectis profequitur de Reginboldo et Ita comitissa Radebotonis coniuge. *Coepit deinde uir uenerandus* **F** *Reginboldus cellam ordinare et construere &c.* uid. pag. 406. g. Ac paulo post. *Construxit etiam hanc capellam sancti Michaelis &c.* uid. pag. 407. g. usque *dando.* Hus usque liber foundationis.

Ab VVernhero etiam Strasburgensi episcopo asserit *Aegidius Tschvdi* in suo chronico, ducentos operarios continue fuisse habitos, ut monasterii structura tanto celerius surgeret. Hinc decipi uidetur Guillimannus, dum Habsburg. lib. 4. cap. 3. ait: Itam ex hac uita migrasse A. D. N. M. XXVI. X. Kal. Augusti. Quippe cum Reginboldus, uti superius iplemet annotauit, et cum eo annales

Eremi in Embricio abbate, fuerit ad constituendum Muri monasterium destinatus eodem hoc anno, uerum non nisi iam magnam partem elapso, quod Embricius, qui Reginboldum huc direxit, primum nono Calend. Mart. eiusdem anni regimen inierit heremitarum monasterii, secundum dictos annales in Virando abbate prope finem. Inde perspicuum redditur, ab Reginboldo tempore illo, quod inter eius aduentum atque obitum Itae supererat, ualde modico, uix monasterii rudimenta poni, nedum habitamenta monachis, aliaque aedificia construi potuisse; multo minus expediri caetera, quae simul ab auctore libri fundat. de eo supra copiosius enarrantur. Quomodo ergo ipsi in his omnibus Ita auxilium atque suppetias suas praestitit, si hoc anno, et quidem mense Iulio defuncta, et illa non facta, imo neque fieri potuerunt? Sane Reginboldum, quoad uixit, laborasse ac defudasse in extructione monasterii, argumento est, quod multa sint a Burckardo successore ac Venelone monacho, quae imperfecta reppererunt, in aedificiis absoluta, et ecclesia monasterii, ut breui audiemus, primum consecrata A. D. N. M. LXIV. qui est tricesimus octauus ab aduentu Reginboldi. Cui proinde ut ope sua in cunctis adesse potuerit Ita comitissa, asserendum est quodocumque tandem decesserit, quod ignorare me fateor, saltem hoc minime anno id contigisse. Mensem et diem ex Eremi tabulis assignatum recipio, sed anni alterius. Illud constat, fuisse Muram sepultam, in aede sacra, ante aram sanctae crucis. Eodem a morte delatus Radeboto comes, Itae maritus, paritumulo reconditur. Ita enim liber fund. *Interea uero mortuo comite Radeboto, corpus eius translatum est huc ac sepultum ante altare sanctae crucis.* Desiit esse iuxta Guillimanni sententiam loco praeadducto A. D. N. M. XXVII. nono Kalend. Aprilis. Ad annum quod attinet, fides esto penes ipsum, dies autem in necrologio nostro expressim notatur alius, nempe tricesimus, et quidem mensis Iunii.

De filiis Radebotonis in eodem lib. fund. isthaec memorantur. *Post cuius* (Radebotonis) *obitum, filius eius Otto et Albertus et Wernharius diuiserunt sibi locum istum, prout eis placuerat. Post multos autem dies occisus est Otto comes ab Erinliero quodam milite, sepultus est in Argentina ciuitate ante altare sancti Laurentii, pro cuius anima dedit huc comes Wernharius frater eius praedium suum, quod habuit ad Chusnach: frater quoque Adelbertus cum moriturus esset ad Hönigin*

nigin remisit tertiam partem suam, quam A
 possederat in loco isto, et sic defunctus est.
 Cuius corpus huc delatum positum est in
 sepulcrum patris sui Radebotonis, cum
 cuius corpore etiam uenit candelabrum
 istud magnum huc et sericum pallium, quod
 in festiuis diebus iacet diuisum super alta-
 re sanctae Mariae. Habuit Radeboto et-
 iam filiam nomine Richenzam, de qua
 auctor genealogiae fundatorum mona-
 sterii Murenfis sic meminit. ITA DE B
 HABSBVRG genuit WERNHERVM comitem,
 et RICHENZAM sororem eius de LENZBURG.
 Et liber fundat. Comitissa RICHENZA de
 LENZBURG, soror comitis WERNHARII de
 HABSBVRG.

Anno millesimo quinquagesimo pri-
 mo Vlrucus comes de Lenzburg et Ba-
 den, ubi is plerumque habitare solebat,
 Richenzam duxit uxorem, ex qua fufce-
 pti liberi, Arnoldus, Chuno et Wern- C
 herus comites de Baden. Arnolde filia
 fuit Richenza de Chiburg, frater autem
 Vlruci comitis etiam Arnoldus nomi-
 ne, qui Lenzburgi degebat, obiit anno
 millesimo, sexagesimo, relicto filio de-
 cenni Rudolfo, cuius tutelam gerebat
 Vlrucus, genuit autem Rudolfus Hun-
 bertum, Vdalricum, Arnoldum, Rudol-
 fum, et sorores eorum, atque anno mil-
 lesimo octogesimo quinto, mense Maio D
 uiuere desit. Caeterum Richenza de
 Lenzburg ante maritum suum Vlrucum,
 qui anno millesimo octogesimo primo
 decessit, ex hac uita migravit, et in mo-
 nasterio nostro Murenfi, ut haecenus
 creditum, tumulo maiorum suorum fu-
 it recondita. Illud sane constat, quod,
 cum uiueret, sacrum hunc locum prae-
 cipuo semper amore profecuta, donis E
 minime contemnendis coluerit. Nam
 inter alia calicem aureum pretiosissimis
 lapidibus et gemmis ornatum, et duas
 argenteas cruces S. Martino obtulit.
 Quae omnia exacte cognoscimus, par-
 tim ex genealogia fundatorum et libro
 foundationis, partim ex monumentis
 collegii nobilium uirginum in Schoe-
 nis, cuius etiam aduocatus extiterat Ar- F
 noldus comes de Baden. Guilliman-
 nus Habsb. lib. 4. cap. 3. pag. 142. Vlr-
 cum Richenzae maritum, Vlruci comi-
 tis de Lenzburg, cognomento diuitis, fi-
 lium, et p. 145. nepotem facit, nec non
 filios Rudolphi eidem Vlrucio patruo at-
 tribuit, quod pag. 177. etiam repetit, et
 duos alios errores adnectit, scribens,
 Vlrucum anno millesimo octogesimo G
 quarto, et ante Richenzam uxorem e
 uiuis esse subtractum.

Radeboto in factis Murenfisibus con-
 stantis cognomento decoratur; credo
 non tantum propter infractum animi
 robur et singularem in re militari forti-
 tudinem, sed multo magis ob perfeue-

rantem in cultu diuino augendo zelum
 atque feruorem. Nam ubi primum, Itae
 coniugis et Wernberi fratris persuasu,
 possessionibus, quas minus tuto tenuisse
 uidebatur, renuntiauit, easque Deo
 consecrauit, illico mutatus in uirum al-
 terum, nullum studium intermisit, nulli-
 que labori uel impensae pepercit, quo
 citius Muri monasterium exaedificaret,
 et uiris admodum religiosis, rebusque
 necessariis, ac praesertim apostolicae
 sedis priuilegio et libertate stabiliret.

GENERATIO TERTIA.

WERNHERVS,
 siue Wernharius I. comes de
 Habsburg cognomento
 pius.

Q Vam iuste Wernharius pii cogno-
 mentum sit adeptus, facile est
 intelligere ex iis, quae liber
 fund. prolixus de ipso in haec uerba
 commemorat. Igitur Reginboldus, per
 cuncta laudabilis uir, cum monasterium per-
 fecisset pene usque dum dedicari debuisset,
 fenestras quoque ex quadam parte appo-
 suisset, die suae uocationis superueniente
 defunctus est, uero lapidi, id est Christo, in
 aeterna structura pro suis iustis et magnis
 laboribus, ut credimus, perenniter coniun-
 ctus amen. Transiit autem idibus Iulii,
 Henrici III. imperatoris temporibus: se-
 pultus est in monasterio ipso in summa parte
 anguli dexterae absidis. Post cuius depo-
 sitionem Wernharius comes filius Rade-
 botonis, qui tunc sibi penitus locum uendi-
 cauerat, pergens cum fratribus quibus-
 dam, qui huc congregati fuerant, ad cellam
 heremitarum, obtinuit ab abbate Herman-
 no, ut huc alius praepositus pro eo mitte-
 retur, id est Burkardus ualde reuerendus
 uir, qui erat natus de Gossowa, ad Heremi-
 tas autem a puero nutritus. Qui cum huc
 uenisset, quidquid in monasterio adhuc im-
 perfectum inuenit, scilicet pauimentum, ac
 introrsus cum cemento murum liniendo et
 fenestras et laquearia perpetrando et ap-
 ponendo et alia multa perfecit et compleuit
 et libros, qui nondum perscripti fuerant,
 perfecit, id est graduale unum et librum,
 qui incipit cum uita sancti Vdalrici, sed et
 alios fecit scribi et quantum boni potuit
 facere in omnibus institit et compleuit.
 Emit etiam praedia quaedam, id est ad Ali-
 kon, ad Brunwil, ad Vimhusen; ad Rein-
 fridswil. Tunc Wernharius comes et
 idem Burkardus praepositus congregaue-
 runt frumentum et unum et carnes et
 omnia quae necessaria erant et aduocau-
 erunt episcopum et fecerunt dedicari hanc
 basilicam V. Id. Octob. feria secunda, lu-
 na

na XXVI. a Rumuldo Constantiensi episcopo, anno dominicae incarnationis MLXIV. indict. secunda. Anno decem nouennalis circuli primo, bissextilique anno primo concurrentibus, Wernhario comite, Burkardo praeposito cum aliis plurimis nobilibus uiris et foeminis coram astantibus. Dedicata est autem haec basilica in honore domini nostri Iesu Christi: deinde in honore sanctissimi Martini Taronorum episcopi. Continentur autem in isto altari reliquiae eiusdem sancti Martini, Briccii, Syluestri, Stephani papae, sancti Vdalrici episcopi, Galli, Magni, Othmari. In ipsa autem dedicationis die manifestata et collata ac confirmata et data sunt a Wernhario comite super altare sancti Martini omnia praedia, quae dominus Reginboldus huc emit aut acquisiuit, siue quae ex aliorum donationibus collata sunt, cum dote et decima prioris ecclesiae, quam ipse pater uenerandus Reginboldus cum monachis antea destruxit, ac episcopi legitimo banno confirmata cum ministro et seruis et ancillis ac famulis et omnibus ad haec pertinentibus. Quorum praediorum summam hic describimus, quantum adhuc posterorum solertia meminit, uel quantum in scripturis habetur, aut quae Eppo eiusdem comitis clericus manifestauit. Praedia ista sunt. Iste locus Mura cum omnibus iustitiis et constitutionibus legitimis ad se pertinentibus: quamuis idem comes Wernharius noluerit postea dimittere suam partem loci istius, quam sibi primitus uendicauit, nec alia praedia pro ea accipere. Deinde Takwil et Zelingen, Pellikon, Vstro, Walaboech, Fenzelingen, Askebach, Swerzenbach, Arestoerw, Althufern, Birchi, Gruti, Hermenswil, Winterswil, Vinse, Miarchimos, Goeslichouen, Wolen, Wil, Rordorf, Obrunburk, Bruggo, Biralophon, Boellikon, Butwil, Geltwil, Zwilare, Brunwil, Regenfridswil, Gersowe, per totum Maswanden, Stallikon, Terisbak. Si plus sit confirmatum uel datum huc in dedicatione, non potuimus uerius inuestigare: sed hoc uerum est etiam, quod decimas omnium ecclesiarum, pene usque ad Windisso sitarum, cis fluuium nos antea accipiebamus. In istis autem locis quid et quantum huc delegatum sit postea dicemus, nunc autem qualiter iste locus abbatem uel libertatem consecutus sit, explicandum est. Abbate Hermanno mortuo, timens Wernharius comes quod fratres de Heremitis uellent postea aliquid, uel potestatem habere in istum locum, consilio habito, electus est a fratribus ipse Burkardus in abbatem: hic fuit primus abbas istius loci, cumque factus fuisset abbas, sicut antea facere consueuit, ita et tunc fecit, locum in omnibus ornando ac confirmando et regularem uitam fratres instituendo, ipsamque congregationem augendo. Qui cum septem annis et aliquid plus huic loco

praesset, Idib. Ianuarii feliciter recessit a saeculo, sepultusque est ante monasterium istud, sicut ipse rogauerat, ut in dominicis diebus fratres cum processione sepulcrum eius circuirent. Post cuius obitum mansit locus iste duobus annis sine abbate, quia Wenelo frater nostrae congregationis petiit hoc a comite, usque dum ipse perficeret claustrum. Quod postquam compleuit, elegerunt fratres Vdalricum, quendam Disertinensis monasterii monachum, in abbatem, qui ibi, id est, ad Disertinense claustrum praepositus fuit. Qui cum constitutus esset, non tamen benedictus ad abbatem, coepit secundum priorem conuersionem suam non tam regulariter uiuere, sicut decebat, sed fratres dimittere secundum suum libitum unumquemque agere. Contigit uero interim, ut fratres de cella sancti Blasii, quae antea uocabatur Alba, de fluuiio qui praeterfluit, mutarent suam priorem consuetudinem, quae ibi docta ab Heremitis erat, et se transferrent ad Fructuariensem consuetudinem, audiensque comes Wernharius multa inde laudabilia, hinc autem, id est, ab isto loco multa quae sibi displicebant, cogitare coepit, ut et hic faceret illam consuetudinem, uocauitque eundem Vdalricum nomine monachum, qui sub nomine abbatis, quamuis non esset benedictus, iam multis annis praefuit, dixitque ei ac consiliatus est, ut et ipse illuc pergeret et duceret secum de fratribus quos uellet, ut ibi discerent illam consuetudinem et hic custodirent. Ille nolens acquiescere tali consilio, timens illam consuetudinem, dimisit abbatiam et omnem potestatem, quam hic habebat, tradiditque in manus eius ac reuersus est in locum suum, unde prius huc uenerat, id est, Disertinense monasterium. Sic ipse comes pergens ad supradictam cellam albam, obtinuit ab abbate illo, qui uocabatur Giselbertus, ut mitteret huc fratres suos, quorum ista sunt nomina. Ruprecht, qui postea factus est hic abbas. Oprecht. Heinrad, Rifrid. Tamen antequam huc uenirent ipsi fratres, rogatu praedicti comitis uenerunt huc duo abbates, id est, Willeberd Hirsaugiae abbas, (fuit is S. Wilhelmus, ut constat ex Trithemii Chronico Hirsaugiensi,) et Sigfridus de Schafhusen et inspexerunt locum, placuitque eis satis bene locus iste, reuersique ad eundem comitem monuerunt eum, ut pro salute animae suae dimitteret locum liberum, ac rusticos et ministros suos separaret a cella: nam quod modo est cella, adhuc erat uicus. Quos ille benigne ac prudenter in hoc audiuit, dixitque eis, ut ipsi componerent et dictarent chartam libertatis, secundum quod optimum et utilissimum fore scirent, ut ipse eam postea coram rege et principibus ac populo corroboraret et confirmaret. Quod cum perfecissent, congregatis principibus suis ac ministris uenit huc in uigilia san-

sancti Martini una cum Gifelberto abba-
 te de cella sancti Blasii et fratribus illis,
 quos supra nominaueram, et eisdem abba-
 tibus, aliis quoque principibus, id est, Ru-
 dolfo de Tierstein, nec non Burckardo
 comite de Nellenburg, multisque aliis
 tam liberis quam seruis, fuitque hic eun-
 dem festum diem, et post festum accessit ad
 primare altare et dimisit locum liberum
 penitus ac perfecte, ut nullus posterorum
 suorum uel haeredum possit ullam ratio-
 nem habere uel excogitare ad istum locum,
 tradiditque domino Deo, sanctae Mariae,
 sancto Petro, sancto Martino, in conspectu
 principum, quos supra diximus, et in con-
 spectu ministrorum ac seruorum, tam suo-
 rum, quam ecclesiae istius, iussitque reci-
 tari eandem chartam libertatis. Quae
 cum perlecta esset, et populo exposita, ipse
 accepit eam et commendauit in potestatem
 Gifelberti abbatis ac fratrum eius, qui
 huc destinati fuerant, ut ipsi seruarent et
 custodirent et tractarent locum et omnia
 pertinentia ad eum: taliter, qualiter uolu-
 issent domino Deo in die iudicii rationem
 reddere. Quae charta quia adhuc in
 promptu est, non est necesse hic eam scribe-
 re, qui uelit accipiat et legat, quia et po-
 stea ipse comes cum petitione fratrum in
 ea aliquid mutauit, et ipse quoque in ipsa
 conscriptione fecit subtrahi de praediis,
 quae in dedicatione huc tradidit et dimisit.
 Postea ergo monuit idem comes seruos ec-
 clesiae ut indicarent sibi, cuius ecclesiae
 liberae ius uoluissent habere, at illi elegerunt
 ius ecclesiae de Lucerna. Quod ille
 eis statim benigne concessit, iussitque fra-
 tribus, ut eligerent sibi aduocatum quem-
 cunque uellent. Iussit deinde libros et
 omnem supellectilem monasterii super ta-
 pete ponere ante altare interrogauitque
 fratres, qui sub anteriori consuetudine hic
 fuerunt, si uellent obedire fratribus, quos
 ipse huc adduxit. Quorum cum quidam
 resisterent et contradicerent, dixit eis, ut
 aut obedirent eis, aut hinc discederent et
 sinerent istos quiete uiuere: et sic commen-
 datis omnibus rebus monasterii infra et
 extra fratribus, qui huc de cella alba ue-
 nerunt, ab altari discessum est. Haec au-
 tem omnia facta sunt anno M.LXXXII.
 dominicae incarnationis, indict. quinta.
 De prioribus ergo fratribus, qui hic fue-
 rant, quidam discesserunt, quidam autem
 remanserunt. Fratres autem, qui huc
 uenerunt, praeposuerunt sibi Rupertum ad
 priorem, ac distinxerunt et separauerunt
 rusticos et ministros comitis VVernheri a
 cella ipsa, VVernbario fideliter eos in hoc
 adiuuante, aut mutuantes praedia eccle-
 siae cum ministris comitis VVernbarii, aut
 rusticos praediis ecclesiae praepo-
 nentes, ordinaueruntque cellam et istos nostros
 tres maximos agros, sicut modo sunt.
 VVernherus autem comes pro sua tertia

A parte uici accepit in suam potestatem Gos-
 lickon et Walteswil. Rupertus uero
 prior, cum uoluisset benedici ad abbatem,
 restitit ei abbas Gifelbertus dicens, quod
 sub sua cum uoluisset esse locum, fecit hic,
 quidquid uoluit, aut huc mittendo fratres
 suos, aut hinc alios tollendo. Eo etiam
 tempore misit huc suos exteriores fratres
 cum sororibus, de qua consuetudine etiam
 adhuc adsunt. Consilio autem inito omnis
 congregatio elegerunt sibi esse aduocatum,
 secundum scita priuilegii, Lutolfum, pa-
 trem Lutolfi de Regensperg et Ottonis,
 commendaueruntque illi locum et omnia ad
 illum pertinentia. Qui cum paruo tempo-
 re in hoc loco praecesset propter bellum, quod
 fuit inter Wernherum comitem et eius
 nepotes de Lenzburg, dimisit aduocatum,
 monuitque fratres, ut sibi alium aduoca-
 tum prouiderent. Illi iterum alium sibi
 accerserunt in aduocatum, scilicet Rich-
 uinum de Affeka (melius Ruffeka, uulgo
 Rüssegel, ut recte aduertit Stumpfius
 Chron. lib. 7. cap. 9.) Rupertus uero mo-
 nachus cum triennium hic fecisset in prio-
 ris nomine, iussu eiusdem sui abbatis Gi-
 felberti discessit hinc et rediit in suum clau-
 strum. Fratres autem, qui hic fuerunt,
 dicentes locum esse liberum, hic debere esse
 abbatem, rogauerunt saepe dictum comi-
 tem, ut adiuuaret eos, quatenus possent
 ipsimet habere abbatem. Cuius obitibus
 uenit huc tunc Lutfridus a cella sancti Bla-
 sii. Hic fuit secundus abbas istius loci uir
 ualde religiosus ac monasticae uitae insti-
 tutor probatissimus. Richuinus itaque
 aduocatus cum non posset admodum tueri
 locum, fratres autem saepissime Wernhe-
 ro comiti suas causas ac necessitates con-
 quererentur, cum non posset eorum ferre
 instantiam, poenitisset quoque eum locum
 a se ita penitus separasse, tam hortatu et ro-
 gatu fratrum, quam etiam sua uoluntate,
 dedit praedium quoddam, quod uocatur
 Svarzenberg, eidem Richuino, recepit-
 que ab eo aduocatum in suam potestatem.
 Deinde cum ad uillam Otuingen conuenis-
 sent pene cuncti comprouinciales princi-
 pes, uenit illuc cum Lutfrido abbate ac
 eius quibusdam monachis, constituitque
 ibidem ac firmavit in conspectu omnium,
 ut qui senior sit in filiis suis aduocatum
 ab abbate accipiat, non pro aliquo proprio
 iure uel hereditate, sed secundum scita pri-
 uilegii cuncta accipiat, cuncta faciat, cun-
 cta defendat. Cumque hoc firmasset, com-
 mendauit idem comes locum et omnia ad
 eam pertinentia in manus cuiusdam nobi-
 lis uiri, nomine Eghardi de Chufnach ca-
 stello quodam, quod est iuxta Turricinum
 lacum, ut ipse omnia super altare sancti
 Petri Romae traderet eo pacto, ut singulis
 annis circa mediam, quadragesimae au-
 reus nummus, qui duos nummos et dimi-
 dium monetae de Thurego appendat, per-

soluatur. Qui cum ad Romam uenisset, nescio quid causae extiterit, quod non potuit adire papam, sed ipse omnia sicut sibi commendatum fuit, impleuit, ac censum persoluit, intimauique cuncta rite ac perfecte cardinalibus, qui tunc Romae fuerunt. Cumque hoc audissent, gauisi sunt ualde, scripseruntque chartam libertatis, et miserunt huc, quae ita se habet.

In nomine patris et filii et Spiritus sancti. Nos cardinales Romanae ecclesiae notum facimus omnibus Christi fidelibus. Quod egregius comes Wernharius de Habsburg cum uxore et filiis suis monasterium, quod Mure dicitur, in honore sancti Martini constructum, de iuris sui dictione in ius sedis apostolicae emancipauit, ipsumque cum omnibus ad hoc pertinentibus per manus Eghardi nobilis uiri super altare beati Petri, ut moris est, legitime contradidit, uidelicet pro redemptione peccatorum suorum et uxoris suae Regulindae et filiorum parentumque omnium. Ea autem conditione praedictus comes hanc traditionem fecit, ut idem monasterium sub ditione et in defensione sedis apostolicae maneat in perpetuum, omni ea libertate, quae et alia huiusmodi libera sunt monasteria, ita tamen ut singulis annis deinceps aureus denarius in tributum de eodem monasterio apostolicae sedi persoluatur. Hoc factum est nonis Februarii per comitem VVernharium in manus praedicti nobilis uiri Eghardi: astantibus uiris nobilibus Vdalrico comite fratribusque eis Arnolfo et Rudolfo aliisque quam pluribus. Eo quidem pacto facta est haec donatio et traditio, ut iam dictus Eghardus petitionem praedicti comitis adimpleret, et eandem traditionem, quam scribi fecerat, super altare sancti Petri, quod et factum est, poneret. Notificamus autem omnibus, ut nullus unquam temerario ausu hoc donum audeat contraire, quod si, quod absit, euenerit, quisquis ille sit, super se omnipotentis Dei iram sentiat, et perpetuo beati Petri et nostram maledictionem. E contrario fauentibus et uolentibus per natoritatem beati Petri datam diuinitus mandamus perpetuam benedictionem, amen.

Sic igitur libertati redditus ac confirmatus est iste locus ab ipso Wernhario comite, et a diuae memoriae Lutfrido abbate ad regularem uitam perfecte ac decenter ordinatus est. Sed cum ipsi prudentissimi uiri cum suo regimine locum pacatissimum redderent, heu immatura morte ipse comes Wernharius praeventus, III. Idus Nouembris uitae sinem sortitus est anno M. LXXXVI. dominicae incarnationis. Haecenus liber foundationis, qui VVernhario etiam duos filios tribuit. Ottonem et Adelbertum, de quibus mox dicemus. Genealogia fundatorum et-

iam filiam his uerbis. VVernherus genuit Ottonem et Itam de Tierstein.

GENERATIO QUARTA.

OTTO,
Comes de Habsburg, cognomento doctus.

DE Ottone liber foundationis continuata serie supra enarratis ista subnectit. Filius eius (Wernharii comitis defuncti) nomine Otto in aduocatum pro eo constitutus est, statimque in sequenti natiuitate domini, id est, II. Kal. Ianuarii idem abbas Lutfridus beato sine quieuit. Post cuius depositionem electus est a fratribus ad abbatem ipse Rupertus, qui hic ante aduentum Lutfridi abbatis in prioris nomine fuit: hic ergo cum per duodecim annos istum locum rexisset, pro quadam inani re apud episcopum Gebhardum falso infamatus dimisit abbatiam et discessit hinc. Cui ad regimen loci successit Vdalricus istius loci monachus, uir satis strenuus in omni bona actione praefuitque huic loco decem annis et tres menses et totidem ebdomadis et uno die. Comes uero Otto cum per aliquot annos aduocatum teneret, in ipsius Vdalrici abbatibus secundo anno, sexto Idus Nouembris ab Hessone quodam nobili de Vfinberg in domo sua Butenhein interfectus est, corpusque eius huc delatum, positum est in claustro nostro ante Ianuas ecclesiae, ubi pater eius et mater Regelind nomine sepulti sunt.

Caeterum comes Otto non tantum aduocati munere fideliter functus est, sed etiam suis beneficiis Murense coenobium haud mediocriter auxit: nam, ut habet liber fundat. Ad Melligen dedit duos diurnales et inde constituit lumen in dormitorio exteriorum fratrum. Item capellam in Bosvil, quae superior uocari solet, cum decimis et pertinentiis suis monasterio tradidit, praesente ac donationem confirmante Hermanno episcopo Constantiensi; qua de re duo extant instrumenta, quae quia breuia sunt, et de Ottonis amplitudine eiusque erga fratres Murense munificentia praeclarum continet testimonium, hic inferenda censemus. Primi tenor talis est.

In Christi nomine notum sit cunctis fidelibus futuris et praesentibus, quia gloriosissimus comes Otto de Habespurch, nobile monasterium Mure olim a parentibus suis constructum donis honorifice augmentauit: nam inter caetera donaria Pohwilo capellam, quae uulgariter nomine suprema dicitur cum decimis et omnibus pertinentiis suis monasterio legitime contradidit, et ut ex praecepto abbatis a fratribus in diuinis et secularibus procurari debeat,

con-

constituit, adiciens etiam hoc, ut omnis usus ad ipsam ecclesiam pertinens in quaesitis et inquirendis, ad aedificia ecclesiae beati Martini melioranda pertineat. Quae traditio a pia memoriae praedeccessore nostro H. episcopo in ipso loco in praesentia multorum banno confirmata est. Vnde auctore domino O. diuina gratia Constantiensis episcopus, rogatu abbatis dilecti nostri VV. et petitione aduocati comitis Adelberti, ratam et inconuulsam in perpetuum statuimus, et eandem traditionem monasterio banno nostro sub anathematis uinculo innodamus, et sigilli nostri impressione roboramus. Alterum ita habet.

In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis. Quia facta mortalium irrememorabili uolubilitate temporum obliuionis nubilo frequenter obfuscantur, ut non longaeuae commendentur memoriae, nisi litterarum apicibus annotentur, praesentis scripti testimonio nouerint tam futuri, quam praesentes Christi fideles. Qualiter illustris comes Otto de Habesburc honorabile caenobium Mure, a parentibus suis olim constructum, in rebus laudabiliter ampliauit et honorifice ditauit. Nam inter plurima illi monasterio collata Pozuulo capellam, quae uulgari nomine suprema dicitur, cum decimis et omnibus pertinentiis suis libere absque omni contradictione donauit. Statuens, ut abbatis prouisione per fratres tam in diuinis, quam in secularibus debeat procurari. Id quoque stabilire curauit, ut eadem capella cum omni usufructu rerum suarum, siue praesentium, siue postmodum aduenientium, ad aedificia ecclesiae beati Martini melioranda pertineat. Vt autem haec donatio scriptis et sigillo et banno Constantiensis episcopi Ottonis firmata, stabilis et inconcussa omni aeuo permaneat; Ego Arnoldus, diuina fauente clementia maior in Moguntia praepositus, auctoritate, quam uice domini Moguntini archiepiscopi dispenso, ex petitione abbatis et fratrum suorum anathematis uinculo praefato monasterio eam stabiliui et scriptis commendatam sigillo ecclesiae beati Martini corroborauit.

Otto comes in factis Murensibus docti cognomentum promeruit, incertum, an ob liberalium disciplinarum scientiam, an uero ob singularem in rebus agendis dexteritatem, uel raram in dandis consiliis prudentiam. De liberis eiusdem genealogia fundatorum sic breuiter. Otto genuit VVernherum et Adelbeidem de Huneburg.

De Adelberto fratre Ottonis liber fundat. refert sequentia. Ottoni successit in aduocati frater eius Adelbertus. Anno autem M. C. XIII. dominicae incarnationis uenit Henricus rex quartus huius nominis ad Basileam, in tertia ebdomada quadragesimae, audiensque hoc abbas

Vdalricus, uenit illuc cum fratribus suis et eodem Adelberto, et quidquid bonae memoriae Wernharius comes, pater scilicet eiusdem comitis Adelberti huic loco concessit, et ad VVizingin firmauit, hoc coram rege et coram principibus satis multis pleniter ac perfecte declaratum ac firmatum est in carta libertatis, quam ipse rex nobis dedit, etiam manu sua ex quadam parte signauit. Cuius cartae textus se ita habet.

In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis. HEINRICVS diuina fauente clementia quartus Romanorum imperator augustus. Omnium sanctae Dei ecclesiae fidelium praesentium scilicet ac futurorum cognoscat industria. Quod in regno nostro regulare quoddam monasterium situm est, in prouincia scilicet Burgundia, in episcopatu Constantieusi, in pago Argouue dicto, in comitatu Rore, quod Mure nuncupatum est, quod tempore Cunradi imperatoris in honore sancti Martini episcopi constructum est, et honorifice Deo dicatum est a VVernhario Strasburgensi episcopo, parente scilicet Wernharii comitis de Habsburg. Nunc autem idem comes, a quo praefatum monasterium siue abbatia hereditario iure possessa est, nutu Dei tactus et instinctus, ipsum scilicet locum Mure cum omnibus nunc in praesentiarum illuc collatis institutis legitimis et pertinentiis praediorum, mancipiorum, censorum, pecuniarum, seu quarumcunque rerum, ex toto super altare sancti Martini reddidit, delegauit et contradidit domino Deo, sanctae Mariae, sancto Petro apostolo, sancto Martino episcopo et sancto Benedicto, in proprietatem et potestatem praedicti monasterii abbati, nomine Lutfrido, eiusque successoribus in dispositionem liberam, monasterioque necessariam, fratribus sub regula monastica inibi seruituris ad utilitatem. Et ne unquam a posteris suis Dei seruitium illic destrui possit, constituit idem monasterium, cum omnibus suis pertinentiis nunc collatis et dehinc conferendis, ab hac die et deinceps non subdi omnino nec subesse iugo alicuius terrenaе personae uel potestatis, nisi abbatis solius dominationi et potestati et ordinationi, et sic totius libertatis iure et priuilegio eam ad ampliauit, et ob regni coelestis hereditatem in Christo omnimodis stabiliter sublimauit. Dehinc in potestate seruitio, iure, proprietate praedicti monasterii ipse cum coniuge sua et filiis et filiabus sese omnino abdicauit, et per manus Eghardi nobilis uiri de Chusnach in ius apostolicae sedis mancipauit, ac super altare sancti Petri principis apostolorum contradidit; hac uidelicet conditione, ut singulis annis ad altare sancti Petri ab abbate praedicti monasterii aureus nummus in quadragesima persoluator, eo pacto, ut libertatis istius et contradictionis statuta tanto perennius

inconvulsa amodo permaneant, et ut praedictum coenobium sub Romanae ecclesiae mundiburdio et maiestate securum semper stabilietur et defendatur. Et hoc etiam constituit, ut quandocumque patre spirituali orbati fuerint, ipsi habeant liberam potestatem secundum regulam sancti Benedicti, intra uel undecunque, si opus fuerit, non solum eligendi, sed et constituendi. Qui si forte, quod absit, libertatem monasterii peruertere, sibi locum sanctum subiicere attentauerit, siue aliquod seruitii statutum inde sibi fieri exegerit, mox fratres, cum suffragio religiosorum abbatum et ceterorum Christi fidelium in circuitu manentium, secundum instituta sancti Benedicti, hunc accusatum iusteque ab eis conuictum, dignitate sua abire persciant, aliumque iuxta praedictam libertatem et sancti Benedicti regulam fratres sibi eligant, et absque omni contradictione pro illo substituant. Constituit etiam, ut maior natu-
 C
 florum suorum commendante sibi abbate aduocatum habeat, non in beneficium et ius proprium, sed ad securioris et gratae defensionis suffragium, qui non pro terreno commodo, sed pro aeterna mercede sollicitus et studiosus bona et constitutam libertatem monasterii et iustitiam defendere uoluerit. Hic denique abbate petente a rege accipiat bannum legitimum, et ter in
 D
 anno, si necesse fuerit, aut in ipso loco aut ubicunque uel quandocumque abbati uisum fuerit, inuitatus ab illo ueniat, et ibi placitum iustum pro causis et necessitatibus monasterii rite peragat: nullum autem aliud seruitium, ius, aut beneficium sibi pro hoc concedi recognoscat, nisi aeternam Dei mercedem et tertium bannum et consuetudinariam iustitiam, et in illis trium placitorum diebus in unoquoque unum maltrum de
 E
 frumento, et unum fruitschingum et unum siclum de uino et cetera ad hoc pertinentia. Praeterea constituit, quod nisi abbate uolente et aduocante bona et loca monasterii suis frequentius temerarius et sine causa minime adeat uel attingat, nec praesumptuosus in eis placitum quodlibet uel pernoctandi licentiam habeat, nec omnino aliquem aduocatum pro se faciat, nec aliquam
 F
 absque ratione calumniam, persuasionem, aut iniuriam monasterio, abbati uel familiae faciat. Si autem non ut aduocatus, sed potius calumniator et peruasor monasterii fuerit, omnino potestatem habeat abbas cum consilio fratrum hunc penitus reprobare et alterum regia diutius potestate, si aliter fieri non potest, sibi uti-
 G
 liorem undecunque eligere. Ministris quoque et familiae sanctuariae eandem concedit legem, quam ceterae liberae abbatiae, quae secundum Deum ordinatae sunt, habent, ut tanto fideliores praelatis suis per omnia seruiant. Hoc etiam nos ipsi imperiali auctoritate nostra sancimus

et confirmamus, ut nulla deinceps persona parua siue magna supradictum monasterium de aliquo beneficio suo inquietare, molestare, disuestire ulterius audeat. Si uero forte, quod absit, aliquis aliqua temeritate uel pertinacia praue inductus, hanc nostri praecepti paginam infirmare uel infringere praesumpserit, centum libras auri componat, medietatem camerae nostrae et medietatem praedictae ecclesiae. Vi autem hoc ab omnibus credatur et inuiolabiliter conseruetur, hanc cartam manu propria corroboratam sigilli nostri impressione insigniri iussimus. Huius rei testes sunt: Burkardus Monasteriensis episcopus. Rudolfus Basiliensis episcopus. Vido Curien-
 sis episcopus. Dux Fridericus. Dux Berchtoldus. Comes Gothfridus Palatinus. Hermannus marchio. Comes Arnolfus de Lenzburg. Rudolfus frater eius. Adelbero comes de Froburg. Adelbertus comes de Habesburg. Data III. Non. Martii. Ind. VII. Anno dominicae incarnationis M. C. XIII. regnante Henrico III. rege Romanorum anno VIII. imperante III. Actum est Basileae in Christo feliciter. Amen.

Nequaquam dissimulanda hic grauis admodum Guillimanni oscitatio, dum asserit, praesens diploma impetratum ab Henrico imperatore per Vernerum comitem, Ottonis ab Hessione de Vsnberg trucidati filium. Ita enim ille lib. 5. Habsburg. cap. 3. Henricus imperator compositis hinc inde Germaniae rebus, ad superiora Rheni rediit, Basileae dies plures substitit. Vernerus comes occasionem ratus, quod pater (Otto) auusque (Wernharius) nequiuert, ille ob breuem uitae terminum et regis absentiam: hic per Germaniae et imperii dissidia, imperatorisque execrationes et bella, ad Henricum adit, utque suum Muri monasterium, quod, ut maiores, ipse quoque super altare sancti Martini DEO opt. max. uirginique matri et apostolorum principi uerae aeternitatis cupidine dedisset dicassetque in suam et imperii tutelam acciperet protegeretque, deprecatus est, &c.

Quae omnia actis supra recitatis, et uel huic inprimis instrumento manifeste repugnant. Siquidem illa expressim Ottoni in aduocata monasterii successisse aiunt, non Vernerum eius filium, sed Adelbertum fratrem, atque hunc cum Vdalrico abbate et monachis concessisse Basileam, ibique ad eorundem supplicationem ab imperatore fuisse confirmata, quae bonae memoriae Wernharius comes, pater scilicet eiusdem comitis Adelberti, auus uero Vneri (de quo Guillimannus) pridem antea, anno uidelicet M. LXXXII. super altare sancti Martini reddiderat, delegarat et contradiderat domino Deo &c. in proprietatem et potestatem monasterii

sterii abbati, nomine *Lutfrido*, eiusque A
 successoribus in dispositionem liberam,
 et cetera quae in instrumento. At
 enim *Lutfridus* abbas, cui haec quoque
 donatio facta, ut et ipse, qui donauit,
Vvernarius comes, iam e uiuis abierant,
 anno M. LXXXVI. decem et octo ni-
 mirum annis prius, quam *Henricus* im-
 perator Basileam aduentarit, memora-
 tumque diploma abbati *Vdalrico* indul-
 serit. Consulat etiam lector, quae su-
 perius dicta de abbate *Lutfrido*.

De liberalitate *Adelberti* comitis eius-
 que uxoris erga Murense monasterium
 liber fundat. testatur his uerbis: *Comes*
Adelbertus frater Ottonis tradidit illum
(uicum Telvvil) Deo, cuius praedii par-
tes pene XV. diurnales sunt ubicunque si-
tae, siue ad Adolgtidifvile, uel Obren-
drieden, siue alio, siue ad Langenovv.
 Ibi quoque potest esse captura piscium et
 est satis utilis uinea et pulcherrima silua,
 quae omnino debent caute seruari. Eccle-
 sia uero, quae ibi est, baptismum et sepultu-
 ram et decimam habet. Et alibi quidquid
Adelbertus comes ad Egenwille habuit,
 praeter praedia seruorum suorum, aut in
 ipsa uilla, siue in aliis, id est *Bibilos, Brem-*
garten, uel ubicunque sita, in eandem cur-
 tem seruentia, scilicet ab alueo fluminis us-
 que ad summitatem montis, in agris et prae-
 tiis et siluis et noualibus et cum ipsa ecclesia
 totum delegauit et tradidit *S. Martino*, ut
 ipse haeres eius existeret. Et rursus.
Vxor Adelberti comitis nomine Iudenta
 dedit *sancto Martino ad Muschon VI.*
mansos.

GENERATIO QUINTA.

WERNHERVS II.

Comes de Habsburg.

DE isthoc *Wernbero* comite in unico
 duntaxat instrumento monaste-
 rii Murenfis, sed expressa sit men-
 tio, quod circa finem libri fundat, exhi-
 betur his uerbis. Notum omnibus sit
 praesentibus et futuris. Quia factus sermo
 uenerabili episcopo *Hermanno Constantien-*
si et abbate uenerando Chunone praesenti-
bus et aliis spiritalibus uiris tam clericis
quam laicis, in quo decretum est in ipsa con-
secrationis die ab ipso episcopo, ut quando-
cunque plebanus, scilicet Hupoldus, nouissi-
imum clauserit diem, superior capella in
Boswyl tam firmiter ac stabiliter in pote-
 state huius coenobii sit, ut nec ipse, qui sa-
 cerdos futurus est hic, nec alius omnino ul-
 lam potestatem habeat, ut impleatur haec
 conditio, pro qua tradita est prius in altare
 sancti *Martini* ab comite *Otone* patre
Wernheri comitis de Habsburg.

Franciscus Guilliman. Habsburg lib.

5. cap. 4. hunc *Wernherum* erronee *Ot-*
tonis nepotem facit, deceptus uno
Wernhero comite de *Habsburg*, qui in
 rerum natura nunquam extitit, ut mox
 audiemus.

Liberi *Wernheri* in genealogia funda-
 torum adnotantur his uerbis. *Idem*
Wernherus genuit Adelbertum, Ger-
drudem de Mumpelgard, Richenzam de
Fierrito.

GENERATIO SEXTA.

ADELBERTVS I.

Comes de Habsburg cogno-
 mento diues.

FRanciscus Guilliman. loco supra ci-
 tato asserit, *Wernheri* comitis fili-
 um fuisse non hunc, de quo agimus,
Albertum, sed *Wernerum*, idque proba-
 re conatur ex monumentis Murenfi-
 bus: sed quam feliciter audiamus;
 "Non me fugit, inquit, qui haecenus
 "Habsburgensium originem, stemma-
 "que prodidere, omnes *VVernerum III.*
 "hunc *Wernero II.* natum ignorasse, aut
 "utriusque nomen uitamque in unum
 "contulisse, patrem filiumque eundem
 "putasse. Maior apud me fides libelli
 "fundatorum Murenfis monasterii, su-
 "per antiqua instrumenta. Is libellus
 "expressim *Vernerum Ottonis* filio non
 "Adelbertum, ut illi, sed *VVernerum*, istum
 "scilicet, quem proponimus et *Rudol-*
 "fum, tribuit filios, hoc eodem porro
 "Vernerum Adelbertum natum. Sic enim
 "genealogiam ducit, cum *Otonem* et ex
 "eo genitum *VVernerum* memorasset.
 "Ita de *Tierstein*, siue *Homberg* genuit
 "*VVernerum* et *Rudolfum* de *Habsburg.*
 "Idem *Vernerus* genuit *Adelbertum*, *Ger-*
 "thrudem de *Mimpelgard*, *Richensam*
 "de *Fierrito*."

Haec *Guillimannus*, quem uirum
 sane praestaret, aut monasterii nostri
 Murenfis archiuum nunquam iustrasse,
 aut ea, quae inde hauserat, maiori stu-
 dio, cura et fide tractasse: nam uel uni-
 co isthoc tam pernicioso errore parum
 abfuit, quin antiqua et authentica scri-
 pturarum documenta, quibus ubique in
 suis Habsburgiacis utitur et gloriatur,
 uiris doctis de ueritate suspecta redde-
 ret. Sed adscribamus hic integram ge-
 nealogiam fundatorum, quam supra
 promissimus, ut *Guillimannus* eisdem,
 quibus alios oppugnat, armis expugne-
 tur. Ea libro foundationis uetustissimo
 praemittitur cum hoc titulo.

Ista est genealogia nostrorum principum.

Theodricus dux Lotharingorum et
 (Hh) 3 *Chuno*

Chuno comes de Rinfelden fratres fuerunt. Horum soror fuit Ita comitissa de Habsburg, reparatrix huius Murensis coenobii. Genuit autem Theodricus Gerhardum ducem. Ille uero genuit Gerhardum de Egisheim patrem Vdalrici et Stephani. Chuono comes de Rinfelden genuit Rudolfum regem. Et ille genuit Agnetem matrem Cunradi ducis. Ita de Habsburg genuit *VVernherum* comitem et Richenzam fororem eius de Lenzburg. *VVernherus* genuit *Ottone*m et *Itam* de Tierstein. *Otto* genuit *Wernherum* et *Adelheidem* de Huneburg. Richenza de Lenzburg genuit *Arnoldum*. Chuono comitem *Wernherum* de Baden. *Rudolfus* genuit *Hunbertum*, *Vdalricum*, *Arnoldum*, *Rudolfum* et forores eorum. *Arnoldus* etiam de Baden filius *Richenzae* de Lenzburg genuit *Richenzam* de Chiburg. Ita de Thierstein siue Homberg genuit *Wernherum* et *Rudolfum* de Habsburg. Idem *VVernherus* genuit *Adelbertum*, *Gerdrudem* de Mumpelgard, *Richenzam* de Fierrito. *Albertus* per *Itam* comitissam de Pfullendorf filiam sororis ducis *Welph* genuit *Rudolfum* et comitissam de Linigen. *Rudolfus* per *Agnesam* filiam *Gottfridi* de Stoffen, quod est inter *Wormatiam* et *Spiram*, genuit *Albertum*, *Rudolfum*, *Wernherum*, *Helwigam*, *Gerdrudem*, uxores *Hermanni* et *Luduvici* fratrum comitum de *Froburg*. *Albertus* per *Heilwigam* filiam *Vlrici* comitis de *Chiburg* genuit *Albertum*, *Hartmannum*. Sed *Rudolfus* frater dicti *Alberti* per filiam *Lutoldi* de *Regensberg* genuit *Gottfridum*, *Wernherum* et alios quam plures.

Pro clariori intellectu huius genealogiae obseruandum in primis est, quod quidam anonymus de eadem accurate notauit in haec uerba.

Actorum, nos librum foundationis nuncupamus, collector, quamuis anonymus, fidelissimus sane ac certissimus auctor monachus fuit Murensis monasterii, uixitque ante annos fere quingentos: nimirum, ut ipse testatur, sub *Ronzelino* abbate, de quo ibidem agitur in instrumentis annorum 1128. et 1132. Scripsit autem ut uideretur paulo post obitum *Adelberti* comitis circa annum plus minus 1142 monuitque posteros, ut sicut ipse, quae uel ante eum, uel suis temporibus huic sanctae ecclesiae collata fuerant, describerat: sic et illi facerent qui post ipsum uenturi erant. Vnde non uana forte fuerit eorum coniectura, qui genealogiam actis praefixam non unius tantum authoris fuisse dixerint, sed duorum. Quorum prior fuerit, uel idem actorum scriptor, uel alius eiusdem coe-

nobii monachus ipsi coetaneus, qui genealogiam duxerit usque ad *Richenzam* de *Fierrito*, quae idem saeculum non longe excessit: ubi stemmatis pars prior non incommode constitui poterit. Recte enim partem alteram seu supplementum conficiet, quae subsequuntur ab *Alberto*, marito *Itae* de *Pfullendorff* et deinceps, diuerso omnino stylo et speciali loquendi formula conscripta. Per *Itam*, inquit, per *Agnesam*, per *Heilwilgam*, per filiam *Lutholdi* etc. quae continuatorem potius redolent, quam primitiuum auctorem, qui priorem partem uerbis diuersa prorsus ratione conceptis tradiderat, foeminas semper maritorum cognominibus potius quam paternis ac Gentilitiis distinguens. *Itam* uidelicet de *Habsburg*, *Richenzam* de *Lenzburg*, *Itam* de *Tierstein*, *Adelheidam* de *Huneburg*, *Richenzam* de *Chiburg*, *Gerdrudem* de *Mumpelgard* et *Richenzam* de *Fierrito*. Quod continuatori non ita placuisse constat, cum aliam dictionis formam usurpare maluerit. Quo uero tempore continuator suum genealogiae supplementum attexerit, hinc colligi uideretur, quod inter liberos *Alberti* et *Helwigae* duos tantum filios *Albertum* et *Hermannum* recenset, omisso tertio ab anno 1242. passim celebrato, qui tunc uel nondum natus, uel inter huius ecclesiae benefactores nondum referri meruerat, saltem monachis nondum innotuerat. Quam ob rem paulo ante annum 1240. adscriptum fuisse huiusmodi stemmatis supplementum non immerito coniecere licebit. Haec ille.

Sciendum praeterea, in hac genealogia ex professo quidem comitum de *Habsburg* originem et successionem deduci, una tamen etiam aliorum quorundam lineam gentilitiam insinuari: nempe comitum de *Lenzburg*, de *Baden*, de *Tierstein*, propter comitissas de *Habsburg*, quae harum familiarum comitibus matrimonio iunctae, eorundem quoque maritorum cognominibus appellari consueuerunt. Sicut enim in hac genealogia *Ita* *Lotharinga* dicitur de *Habsburg*, non quod comitem de *Habsburg* patrem habuerit, sed maritum, puta *Radebotonem*, sic etiam *Richenza* uocatur de *Lenzburg* et alibi de *Baden*, quod *Vlrici* comitis de *Lenzburg* et *Baden* coniunx fuerit: erat autem filia *Radebotonis* et soror *VVernharii* comitis de *Habsburg*. Demum alia *Ita* nominatur de *Tierstein*, a marito uidelicet *Rudolfo* comite de *Tierstein*, ex quo suscepit duos filios *Wernherum* et *Rudolfum* de *Habsburg*, sic dictos a stemmate paterno *Itae* matris, quae fuit filia *Wernharii*, soror autem *Ottonis* comitis de *Habs-*

Habsburg. Ex his quasi digito demonstrari potest Guillimanni lapsus, dum Wernhero comiti de Habsburg Ottonis filio, non Adelbertum, ut nos, sed Wernherum Itae de Tierstein filium supponit, cum tamen Ita de Tierstein soror fuerit Ottonis comitis de Habsburg. Fefellit credo Guillimannum pronomen *Idem*, qui ratus id *V Vernherum* immediate praecedentem indicare, non aduertit ibi ab auctore genealogiam comitum de Habsburg propter comites de Lenzburg, de Baden, de Tierstein interruptam resumit, ac deinceps ordine deduci usque ad Albertum et Hartmannum fratres Rudolphi regis Romanorum, dicendo: *Idem V Vernherus* (id est Ottonis filius) genuit Adelbertum, *Gerdrudem de Mumpelgard, Richenzam de Fierrito* etc. alioqui in *V Vernhero* Ottonis filio Habsburgiaca familiae proles mascula profus defecisset. *V Vernherus* enim iste, quem Guillimannus lineae Habsburgiaca interserit, non fuit comes de Habsburg, sed ut dictum, comes de Tierstein et per consequens, etiam *Adelbertus*, sic eius filius, ceterique omnes, qui longissima serie sibi mutuo succedunt, comites, principes, duces, reges imperatores usque ad Ferdinandum III. nunc Romano orbi gloriosissime dominantem, paterno stemmate ex comitibus de Tierstein descendunt. Quis credat? Imo quis non indignetur? Absit enim, ut Habsburgiaca domus tot inuictissimorum Heroum procreatrix ulla uiridiri possit, aeternum stabit et regnabit, quod quidem promeretur uel innata pietas in DEVM. Cuius eximium profecto specimen hic ipse, de quo tractamus, *Adelbertus* comes dedit et facto docuit, quid posteros suos de sacrosancta eucharistia, de incruento Missae sacrificio, deque animabus in purgatorio existentibus sentire uellet. Cognoscimus haec ex breui instrumento, quod in fine libri foundationis habetur in hanc formam.

Notum sit omnibus tam futuris quam praesentibus. Quod ego Adelbertus comes accepi unam hubam in praedio meo Waltswil persoluentem annuatim in censum sextum decimum dimidium modium auenae et siliginis aridi et in festiuitate sancti Thomae III. solidos ad uisitationem et dedi sancto Martino ad Mure in mutationem pro praedio, quod claustrum adhuc in Vitarmis Ruti cum quo inbeneficiaui dominum Wernherum de Willisow. Accepi iterum in Waltswil in praedio meo duo diurnales persoluentes in censum duos modios tritici et dedi sancto Martino, ut ex ipse tritico fiant oblatae ad diuinorum mysteria peragenda et dentur omnibus ecclesiis in prouincia, ut in omnibus il-*

lis ecclesiis fiat memoria patris mei et omnium parentum meorum. *Adelbertus* cum sacra militia in orientem profectus ibidem decessit, ut non obscure colligi potest ex quadam uetusta scriptura nostri monasterii, in qua ista leguntur. *Vniuersis praesentium inspectoribus. Gerdrudis relicta Burchardi, dicti de Barro, quondam Sculteti in Bremgarten et Iacobus filius ipsorum notitiam subscriptorum. Nouerint quos nosse fuerit opportunum. Quod nos de bonis in Waltswile sitis in parochia Boswile, uidelicet tribus mansibus, quos a monasterio Murenfi ad uitam nostram habemus et habere debemus, qui mansus fuerant quondam Arnoldi militis de Waltswile et quos piae memoriae quondam Albertus comes de Habsburg, qui transmarinis partibus obiit, monasteriis in Mure et in Hermozwile, pro remedio animae suae tradidit et donauit. Has literas multis annis post obitum Adelberti confectas, pronepotes eius Albertus et Hartmannus fratres comites de Habsburg et Kibure sigillis suis comuniuerunt, nempe anno domini M C C L X X I X. nonis Iunii indict. VII.*

Guillimannus tradit, obiisse *Adelbertum* anno M C X C I X. et potest esse, uixisse tamen adhuc eodem anno constat ex notabili cornu nostri monasterii (dentem elephantis fuisse plerique existimant) quo in uenationibus uti solebat, cum hac inscriptione literis grandiusculis.

NOTVM.SIT. OMNIBVS. CORNV. ISTVD. ASPICIENTIBVS. QVOD. COMES. ALBERTVS. ALSATIENSIS. LANTGRAVIVS. DE. HABISPVRG. NATVS. SACRIS. RELIQVIIS. C O R N V. ISTVD. DITAVIT. HEC. ACTA. SVNT. ANNO M C X C V I I I.

Scribit nonnemo, *Adelbertum* ita fuisse opulentum, ut quauis rerum inopia laborantibus ad ipsum aditus pateret, unde diuitis cognomentum accepit. De Vxore demum atque liberis Adelberti Genealogia fundatorum sic notat. *Albertus per Itam comitissam de Pfullendorf filiam sororis ducis VVelph genuit Rudolphum et comitissam de Linigen.*

GENERATIO SEPTIMA.

RVDOLPHVS I. Comes de Habsburg.

Genealogia fundatorum *Rudolphi* uxorem et liberos his uerbis consignat. *Rudolfus per Agnesam filiam Gotfridi de Stouffen, quod est inter Wormaciam et Spiram, genuit Albertum, Rudolphum, Wernherum, Hellwigam, Gerdrud-*

drudem, uxores Hermannii et Ludwici fratrum comitum de Froburg. De hoc Rudolfo comite nulla praeterea mentio reperitur in monumentis coenobii nostri Murenfis.

GENERATIO OCTAVA.

ALBERTVS II.

Comes de Habsburg cognomento sapiens.

Genealogia fundatorum de uxore et liberi Alberti haec habet: ALBERTVS per Helwigam filiam Vlrici comitis de Chiburg genuit Albertum, Hartmannum. Alia monumenta monasterii Murenfis addunt etiam tertium filium Rudolfum. Ita enim in fastis legimus: domina Heidwigis de Habsburg nata de Kyburg, comitis Alberti uxor et regis Rudolphi praedilecta mater quiescit in monasterio Muri. Et in instrumento quodam, cuius hoc est exemplum.

Albertus comes de Habsburg canonicus Argentinensis et Basiliensis uniuersis praesens scriptum inspecturis rei gestae noticiam. Quia labilis est hominum memoria, ea quae fiunt in tempore, ne transeant cum tempore, solent litterarum testimonio commendari. Nouerint igitur, quos nosse fuerit oportuum, quod cum causa, quae super parrochiali ecclesia de Mure inter uenerabilem in Christo Rudegerum abbatem et conuentum Murensem ex parte una et nos ex altera uerteretur, nobis non solum per literas reuerendi in Christo domini et patris Heinrichi Constantiensis episcopi factum nostrum in hac parte redarguentis, uerum etiam per uenerabiles uiros Chunradum Ymbriacensem et Wernherum Thuricensem praepositos, nec non magistrum Rud. de Rumlanc et magistrum Iohannem de sancto Leonardo et magistrum Chunradum de Mure, qui ad inspicienda fideliter et audienda dicti monasterii priuilegia cum aliis ammiculis de consensu partium non solum apud Turegum, sed etiam in Boustetin et alias fuerant deputati, plenissime constaret, quod saepedictum monasterium, etsi super ecclesia praenominata priuilegia, quibus inuenitur competenter munitum, non haberet, praescriptione tamen legitima munitur; nos iuris peritorum usi consilio, omni actioni, quae nobis contra ipsum monasterium quantum ad praesens uel in futurum possunt competere, omnino renunciamus et saepe dictis abbati et fratribus omnia instrumenta contra ipsos impetrata resignamus eisdem nomine monasterii sui ius in ipsa ecclesia recognoscendo: ut autem praedicta renuntiatio nullo unquam ingenio lapsu temporis ualeat irritari, praesens instrumentum de

mandato et consensu uenerabilium in Christo Iudicum nostrorum . . . Scolaſtici et . . . Cellaris ecclesiae sancti Petri Argentinensis est confectum, nobis, qui in hac parte fuimus actores, renuntiantibus omni iuris subsidio ciuilibus uel ecclesiasticis, omni etiam instrumento seu beneficio in integrum restitutionis, iure minoris siue cuiuslibet aliae occasionis uel industriae, quae renuntiationem antedictam rescindere possent, uel huic instrumento uidentur praedudicare et ad maiorem cautelam reuerendorum in Christo Heinrichi Constantiensis et Lutoldi Basiliensis episcoporum, nec non dominae et matris nostrae Heilwigis comitissae, ac etiam fratris nostri Rudolphi comitis de Habsburg landgrauii Alsatae sigillis et nostro exitit roboratum. Testes huius rei sunt, qui praesentes aderant, coram uenerabili domino Basiliensi episcopo. Heinrichus Basiliensis praepositus. Petrus canonicus ecclesiae sancti Leonardi Basiliensis magister Heinrichus de Ostra. Burchardus canonicus Seconiensis. Arnoldus plebanus in Gersowa clerici. Berchtoldus de Rambstein. Heinrichus de Lowunberch. Arnoldus dapifer de Habsburg milites et alii quam plures. Actum in Yssein, anno domini MCCXLIII. In natali sancti Stephani.

GENERATIO NONA.

RUDOLPHVS II.

Comes de Habsburg.

Dehoc Rudolfo, quem Iuniorem et de patruo eius Rudolfo, quem seniorem appellabant, agitur in quadam bulla pontificia, his uerbis.

Innocentius episcopus seruus seruorum DEI. Dilectis filiis abbati et conuentui monasterii de Mure ordinis sancti Benedicti Constantiensis dyocesis salutem et apostolicam Benedictionem. Ad faciendam uobis gratiam specialem dilecti filii, nobilis uiri Rudolphi, senioris comitis de Habsburg deuoti ecclesiae preces et uestra merita et deuotio, quam habetis ad sedem apostolicam, nos inducunt. Eapropter dilecti in domino filii eiusdem comitis et uestris supplicationibus inclinati, ut non obstante quod terra nobilis uiri R. iunioris comitis de Habsburg, monasterii uestri aduocati. Datum Lugduni Kl. Febr. pontificatus nostri anno sexto. Aliud quoque instrumentum sic incipit. Rudolfus comes de Habsburg senior. Vniuersis Christi fidelibus etc. Et infra, testes Gotfridus filius noster, Berchtoldus pincerna etc. Actum in castro Losenburg, anno incarnationis dominicae MCCXLVIII. V. Kl. Februar. Ex quo euidenter demonstrari potest, Rudol-

dolfum seniore[m] fuisse patrum huiusA
nostri Rudolphi: nam genealogia funda-
torum ipsi expresse tribuit Gothfridum
filium, *Rudolfus*, inquit, *frater dicti*
Adelberti, per filiam Lutholdi de Regens-
berg genuit Gothfridum, Wernherum et
alios quam plures.

Rudolfi Habib
memorabile re-
ligionis exem-
plum.

Porro *Rudolfus* exemplum proavi sui
Alberti comitis laudabiliter aemula-
tus, raram atque eximiam erga sacrosan-
ctam eucharistiam eiusque ministrum B
pietatem, reuerentiam, honorem atque
munificentiam ostendit, eaque ratione
sceptrum Romani imperii consecutus
praeclare docuit, quam bonus, quam-
que diues esset Gutrami comitis de Al-
tenburg sextavi sui ramus. Rem non
ita procul a monasterio nostro Muren-
si et ab eiusdem aduocato gestam, hic me-
rito duximus recensendam, uerbis qui-
dem Guillimanni, qui Habsburgiac. lib. C
6. cap. 4. ita scribit.

“Bello Regenspergeni confecto, com-
positis Tiguri utcumque rebus pace
parata, inde ad pontem Arulae et Habs-
burgum *Rudolfus* concessit, paucisque
diebus per requiem sumptis, otii im-
patiens, seu potius diuino nutu, uena-
tum cum aliquot nobilibus iuit. Ea in
uenatione, aliis alio sparsis, dum et ipse D
praedam quaerit, aut premit, tintinna-
buli sonitus ad aures accidit, qualis de-
ferenda sacrosancta synaxi esse solet.
Cognoscendae auidus rei flexo equo,
quo sonus ferebat, eo iter subito uer-
tit, breuique torrentis in ripa sacerdo-
tem exuentem se offendit. Ex quo
percontatur, quid ita et iis locis esset.
Cogit me, inquit, ex proximo amici E
ualetudo compendia sectari, ne mor-
bo superante sacris destituto et uitae,
mortisque arbitro, secus de salute si
eueniat, in me culpa inhaereat. Huc
cum adpuli pontem auulsum reperi, eo
ad trasuadandum uestem pono. Quae
ubi comes intellexit, repente ab equo
in genua procidit, liberatorisque sui
praesentis pacem et gratiam precatus, F
imo uero, ait, hunc a me equum acci-
pe et quod officium necessitasque
monet, festinantius obi. Reuerso post
diuinae rei ministro et equum multa
cum gratia, religionisque et humani-
tatis laude restitente, absit, ego, in-
quit, illum equum inscendam, aut
meorum alius, quem dominum et con-
ditorem meum gestasse certum habeo.

Quod si adeo praeter opinionem, aut G
teque adeo munere indignum, pios in-
usus adhibe. Illi nempe ego dedi et
dicauit, a quo mihi honores et opes, ui-
ta et anima. Postero die, contulit se
Rudolfus ad monasterium Fare, quod
inter Tigurum et aquas situm Linde-

“mago adiacet, ad sanctimoniamalem pro-
pinquam et aetate grandem inuifurus.
“Quae, ubi eum accepit, uultu sereniore,
“uoce contenta et futuri secura, at tibi
“ego, inquit, hesternae luce superos pla-
“catos et beneuolos denuncio, proque
“pietatis et liberalitatis officio, rerum ti-
“bi posterisque summum et supremum
“in terris honorem et opulentiae fasti-
“gium adfirmo; laeta, fausta, incredibili-
“lia promitto, perge, age, uti incepisti,
“uiam porro insequere. Sacerdos ue-
“ro is, de quo diximus, archiepiscopi
“Moguntiacensis a secretis et officiis
“post factus, crebros de *Rudolfo* Habs-
“burgensi sermones miscuit, non solum
“apud Moguntiacensem, sed alios quo-
“que principes eius uirtutes extulit, illi
“per ea tempora paucos pares, neminem
“superiorem. Indeque Rudolphi, super
“alia, toto imperio fama et gloria, donec
“imperator concordantibus suffragiis,
“uti suo loco ostendemus, pronuncia-
“retur. Haec, quae retulimus, in anti-
“quis et probis manuscriptis reperta ob-
“ticere consilium non fuit, rei raritate et
“uaticinii euentu, simul ut benefacto-
“rum pretia ostenderem et quibus arti-
“bus magna saepe imperia parentur re-
“tineanturque. Acta sunt haec A. D. N.
“MCCLXI. Quamuis Wernherus
“Schedelerus tabularius et praetor
“Bremgartinus et Chronicon unum e
“Tigurinis quatuordecim ante annis
“euenisse adnotarint, certa res, de annis
“ut discrepent. Auctor libri de mona-
“steriis agri Tigurini adserit, Rudolfum
“non modo equum, quem insidebat, sa-
“cerdoti tum donauisse, sed bona et pos-
“sessiones simul adsignasse, alendo in po-
“sterum in sacerdotis eius paroeciae
“usum equo, hocque tam clarum et
“commemorabile pietatis et relligionis
“exemplum accidisse inter Fare mona-
“sterium et aquas, cum per praeteritum
“bellum Tigurum proficisceretur. Huc
“usque Guillimannus.”

De tempore, quo Rodolfus in Roma-
rum regem fuit electus, deque eiusdem
praeclaris dotibus et factis extant in
peruetusto codice manuscripto biblio-
thecae nostrae quaedam poemata, a co-
aeuis decantata, quae cum non memi-
nerim alibi me legisse, saltem omnia, ob
antiquitatis uenerationem hic minime
omittenda censui, licet aliquando sub-
obscura.

Versus magistri C. cantoris de Rudolfo Romanorum rege.

In apocalypsi legitur, quod quatuor ani-
(li) ma-

malia, leo, bos, aquila et homo laudant
agnum, horum quatuor animalium pro-
prietates adaptantur Rudolfo regi
Romanorum.

A Gno his duo dant laudes animaliarite,
Regi Rudolfo modulum pingentia
uitae.

In uirtute leo rex est, bos dura ferendo:
Regnans est aquila, sed homo clementer
agendo.

R. caput est regi proprio sub nomine, finis
S. suis relegi, quae sit data norma latinis.
R. si profertur, quod spiritus inde grauat,
Et quasi corrosus lingua crispante notatur.
S. si proferimus, quod eam sine uerbere den-
tis

Sibilus exiguus producit ab ore loquentis.
R. grauitur sonat, S. leuiter, quia quos mo-
do pungit,

Rex clementer eos correctos lenit et ungit.
R. radit, rodit, S. sanat, saluat, habetque
Quod prope se posita mage clarent dissona
quaeque.

Vel quia nunc rigide, nunc suauiter arguit
apte.

Praecipue quia cuncta bono concludere sine
Rex consuevit, in hoc imitans artem medi-
cinae.

Rudolfus proprium si quid uis credere docto.
Litterulis recto quarto quoque textitur octo.
Casibus in reliquis hoc nunquid habere pu-
tatur,

Septem litterulas dum recte syllabicatur.
Rex etenim cui nomen id est fidei bona uere
Scilicet octo beatificanti debet habere.
Vique caput digne possit redimire corona.
Praestet opem Pneuma, cuius sunt septu-
pla dona.

Et sic rex scuto fidei galeaque salutis,
Ac gladio uerbi sit defensor male tutis.
Rudolfus trisyllaba uox in quolibet esse
Vult casu, per quod signari credo ne-
cesse,

Quod rex hic unum trinumque DEum
ueneratur,

Orthodoxus et hunc ullus casus remo-
ratur.

In literis initialibus sequentium
uersuum colligitur.

RVDOLFE GLORIOSE REX ROMA-
NORVM SALVE.

Rex Romanorum Rudolfus mune-
re regis

O. mnipotentis, in ecclesia miseris da-
tur aegris.

D. efensat sibi subiectos et in hoste su-
perbo

O. mne quod est reprobum gladio con-
sumit acerbo.

L. aeta sit et iubilet felix Alemannia tali
Fato, tam miro, tam magno, tam speciali.
E. ximum sidus radios a luce subortum.
G. enti naufragium patienti uult dare
portum.

L. etifer Oryon et Mars, cedat quoque
signum

O. mne quod astrologi decernunt esse
malignum.

R. ugis ecclesia positus hilares sibi uultus

I. nduat, atque probent animos solen-
nia cultus.

O. mnia laetentur et latitiae modo testis
S. it byssus candens, nec non holoserica
uestis.

E. cclesiae columnen rex iste, medela, co-
lumna

R. egula de mendis emendat iuris alu-
mna.

E. xcellentis uir probitatis ad omnia
culmen,

X. po dante fuis est fulgor in hosteque
fulmen.

R. oma diu cum rege iacens moerore
repleta,

O. mine felici redeunt te tempora laeta

M. oestitiam pellas, proscribas signa do-
loris

A. ltitono plausu cane gaudia cordis et
oris.

N. am tua legitima nouus hic te rex re-
parabit.

O. mnia iura simul et honores amplifi-
cabit.

R. ifum Christicolis reddet, quia uir
Machabaeus.

V. ere pacis amans dat ut annus sit iubi-
laeus.

E M. ollis ceu ligni teredo durusque Da-
uidi

S. tat similis, sed ego nondum similem
sibi uidi.

A. ddo tamen quod mors concludit sin-
gula, quare

L. ucis inexhaustae regnum rex debet
amare.

V. tqe dies nocti, sic nox uicina diei

F E. t mors omnia dat uel poenae uel re-
quiei.

Alii uersus.

R. Comes in Kiburg et in Habsburg,
langrauiusque
Alfatiae, merito tituli pollens utriusque.
Frankenfurt festo Michaelis, stemmate
septus

Magnatum, regni Romani culmen ad-
eptus.

Hectora pugnando, Titum bona dan-
do, Catonem

Moribus exuperans, regit omnia sub ra-
tionem.

Ecce

Ecce coronatur leo, surgit, ad alta leua-

tur.

Regno ditatur ceu clara Sybilla profa-

tur.

Bis sexcentos septuaginta tres noto

Christi

Annos, quando rex factus Rudolfe, fuisti.

Te regem procerum fecit etiam ipse

procerum,

Cordeque sincerum, nunc mitem nunc-

que feuerum.

Teque coronat ea procerum collectio

luce,

Quando dies Martis est post solennia

Lucae.

Inclite rex Romae te toto corde fero

me.

Qualis sit pro me bonitas tua regia pro-

me.

Cantor Turegi te Romano noto regi

Si rex ipse regi uis, fac bona consona

legi.

Solenter prudens et fortis in omnibus

horis

Iustitiam sequere moderamen habendo

uigoris.

Papa sedet decimus Gregorius, hic quo-

que primus

Rudolfus rex est si gesta notare uelimus.

Rex Rudolfe tibi titulo dat sanguis auo-

rum,

Forma procera, fides sincera, nitorque

tuorum.

Magnanimus, largus, clemens, uitiusque

molestus.

Legis amans, prudens, fortis, pius, es-

que modestus.

Lenis es et rigidus, prout exposcunt pe-

ragenda,

Interdum seruare studes medium sine

menda.

Illustri prole sexus utriusque beatus,

In Laicis super omne quod est mortale

leuatus.

Castus, amans castam reginam, quae do-

minarum

Castarum speculum sedet exemplar

quoque clarum.

Tu comes in clypeo tuleras insigne

Leonis,

Quem uelut ad pugnam distento corpo-

re ponis.

Sed rex fers aquilam quae transuolat

omnia, claris

Signans indicis quod tu cunctis domi-

naris.

Primae literae sequentium
uersuum efficiunt hanc pi-
am precatiunculam.

Maria gloriosa mater et uirgo conserua

*A famulum tuum Rudolfum regem Romano-
rum, cuius tu es uere certa
spes.*

Magnanimo regi Rudolfo uerficu-
lari,

A. ppeto Turegi cantor uoto famu-
lari.

R. ore salutifero mihi cor Deus imbuat,
unde

I. ndicio uero sensus ditetur abunde.

A. rea compluta diuinitus, arca bono-
rum,

G. loria caelis, gratia terris, regia morum,

L. imen et exemplar, saluandorumque
magistra

O. ptima, nam fugiunt per te de parte
sinistra.

R. os consumptiuus corruptelae geni-
tiuae

I. nclita largitrix deuotis prompta da-
tiuae.

O. brizo melior naturae gloria diuae.

S. cala Iacob simul urbs caelesti praedi-
ta ciue.

A. ula creatoris et uirgo parens Geni-
toris,

M. ater uirginei nihil unquam passa pu-
doris.

A. rca, columba, rubus, lampas praelar-
ga fluore,

T. us et myrrha fugans pestis culpas in
honore.

E. mpyrei fulgor, praesignis oliua nitore,

R. egum Regina caelesti praedita rore.

E. terni praedigna parens et filia patris

T. u praesignis habes bona uirginis et bo-
na matris.

V. as alabastrinum, decor omnis relli-
gionis,

I. nsidiis redimens diri quoque fauce
draconis.

R. adix cuius honos dici nequit ullius
ore,

G. ummi praepollens in odore, sapore,
colore.

O. rtus conclusus, uerum uellus Gedeo-
nis,

C. onca liquorifera, uerique thronus Sa-
lomonis.

O. mnibus optima spes in puncto perdi-
tionis

N. arduus odorifera superans uirus Baby-
lonis

S. pes in naufragiis, splendor sexus mu-
liebris,

G. e uae probra leuans, caelis terrisque
celebris.

R. iuus mellifluus, columen, fiducia uitae.

V. inea fructificans, dulci plenissima
uite.

A. ura suis spirans dulci gratoque tepore.

F. ons et funda Dauid, rosa praecellente
rubore.

(Ii) 2 A.ulae

- A.* ulae diuinae semper promptissima
clauis.
- M.* undi per fluctus homini tutissima nauis.
- V.* irga rubus Moyfi, paradisi publica frata
- L.* ac, mel, uinum dans, Aaron quoque uirga beata,
- V.* rna ferens manna. Vas caeli nectare dite.
- M.* anna cibum uitae plebi dans Israhelitae
- T.* urris et urbs hosti damnosa, tuisque iuuamen,
- V.* mbra salutifera super aestu dans releuamen.
- V.* enter cui duo sunt contraria lite sopita.
- M.* ollitiem fexus proscibens celibe uita.
- R.* egula uiuendi, dux et princeps superiorum.
- O.* rdinis angelici regina decorque bonorum.
- D.* otis inexhaustae gratis plenissima donis
- O.* mnibus optima quos timor angit perditionis.
- L.* apforum reditus, lux inuiolata tenebris.
- F.* racturas nauis fundi non passa latebris,
- V.* eris flos, speculum laicorum, gloria cleri,
- M.* ater honoris, uirgo pudoris, femita ueri,
- R.* itus amoris, planta uiroris, germen odoris.
- E.* ste uigoris, gemma nitoris, stella decoris.
- G.* aza pudicitiae sine menda calliditatis
- E.* xemplar recti pigmenti nobilitatis.
- M.* artyribus longe praestantior, agmiae quorum
- R.* eгна tenes, ope multimoda pollens meritorum.
- O.* rthodoxorum ros, lux, dux, dos, uia, prolem
- M.* ater ceu proles genitorem stellaque solem (idem
- A.* ffidue rogites, quod filius et pater
- N.* ostro det regi successus et dete idem
- O.* mnes imperio Romano subdere gentes.
- R.* eddere pacis opes, heresumque reuellere fentes
- V.* t fructus domino Sabaoth sua uinea tota
- M.* ultiplicans uino perabundet uulpe remota.
- C.* unctipotens etiam bone conditor atque redemptor
- V.* itae collapsae reparator, mortis ademptor
- I.* ustitiae dominus, exterminium uitiorum.
- V.* era quies, medicus, medicina, salus miserorum
- S.* anctorum sancte, pie Christe, Dei patris agne.
- T.* ollens peccata mundi, Iuda leo magne,
- V.* era salus hominis, uerbum patris, unice fili.
- E.* xcellens pastor, arcensque lupos ab ouili.
- S.* plendor, uita, uigor, ouis, anguis, auis, leo, uermis.
- V.* irtus munimen, animusque fidelis inermis.
- E.* xaudire preces digneris, quas tibi regi
- R.* egum fert pro rege tuae plebs subdita legi.
- E.* t quia non poterit sine te rex uiuere digne
- C.* rescere da uires summa bonitate benigne.
- E.* lectoribus electum moderamine iuris
- R.* egem solue malis praesentibus atque futuris
- T.* empora tranquilla sub felici quoque fato
- A.* mplificans claude mundi bona sine beato.
- S.* i quid inest mendae clementi uulneri puni.
- P.* unge, laua, uerte, sustenta, fuscipe, muni.
- E.* rige, flecte, riga, rege, dirige, corrige, plana.
- S.* erua, praeserua, conserua, collige, fana.
- Item alii uersus cuiusdam in laudem Rudolphi regis, ex quorum primis literis colligitur haec sententia.*
- Rudolfus diuino nutu Romanorum rex semper augustus uiuat in aeternum, amen.
- R.** oma tacens, depressa iacens, caput erige, uultum
- V.* erte polo, confurge solo, tristemque tumultum
- D.* espicias, nec deficias, tibi fert bona plura
- O.* rta dies, dedit ecce quies, fugit anxia cura.
- L.* aude uirum cane per gyrum, qui gaudia praestat
- F.* ortis herus, qui sincerus diademata gestat.
- V.* nde fatus sit praegratus, uel quis uocitetur
- S.* i quaeratur, mox narratur, clarus habetur
- D.* e primis est sublimis uir nobilitate,
- I.* llustris, pius, industris morum probitate.
- V.* rbes *Habsburg* nec non *Kyburg* hunc genuere.

- I. lla patrem dedit, haec matrem, sed u-A
triusque fuere
- N. obilitas, fulgens bonitas, praeclara
potestas.
- O. rnatu uirtute status, pietatis hone-
stas.
- N. omen ei dat causa rei si lingua nota-
tur
- V. oxque loquentis nostrae gentis di-
scutiatur
- T. unc rodit *Rudolf*, odit, prauosque
nocentes
- V. index punit, colligit, unit regnaque
gentes.
- R. ex electus prudens, rectus noscitur
esse.
- O. rbis ei uirtute Dei datur ecce subesse.
M. undi princeps iste deinceps iure uo-
catur,
- A. rdua temperat, omnibus imperat, ac
dominatur.
- N. unc implentur, quae censetur dicta
Sybillae
- O. stendunt et portendunt haec somnia
mille.
- R. ex Babylonis ui rationis sollicitatus
V. iderat omnia per sua somnia quae
modo latus
- M. undus cernit, qui non spernit, sed
ueneratur,
- R. egem credit, feruit, obedit et famu-
latur.
- E. cclesiae pax cottidie per eum reno-
uatur
- X. ps Xpm. mira per istum sic opera-
tur.
- S. candit in altum, dat leo saltum, fum-
ma petendo
- E. quo stemmate cum dyademate sce-
ptru tenendo
- M. ulta Leo praestante Dso sibi regna
subegit.
- P. rauorum, peruersorum qui cornua
fregit.
- E. ximiis cum praesidiis aquilae societur
R. egna duo sibi iure suo retinere uide-
tur.
- A. erium quod rex auium conatur ha-
bere
- V. ultque Leo regnans in eo terrestre
tenere
- G. loria talis tam regalis forma duorum
V. is, audacia sunt insignia regia quorum
S. igna gerit rex, namque terit sublimia
quaeque
- T. radant cuncti reges iuncti cor, sua,
seque
- V. t breuiter dicam leuiter sibi climata
mundi
- S. umma potentia subiugat omnia re-
gnaque mundi
- V. rbis et orbis machina, morbis ecce
carere
- I. ncepit rex cum coepit dyadema te-
nere.
- V. nde patet quod multa latet sapientia
corde
- A. uguusti diui, iusti, quamuis sine corde
T. antus talis dux generalis lumine men-
tis
- I. nsignis dignus dignis extat monimen-
tis.
- N. auis Petri uentis tetri turbinis acta
E. cce per illum stat tranquillum iam
mare nacta
- T. utaque pergit quam non mergit fae-
ua procella,
Et rursus coeptum cursum peragit du-
ce stella.
- R. ex duris est in curis adamas quoque
durus
- N. on parcens uitiiis, arcens mala cun-
cta futurus
- V. t speratur, famaue fatur, Caesar in
urbe
- M. ille modis laudent odis hunc carmi-
na turbae,
- A. mplecti normam recti rector quia uo-
uit,
- M. enteque gaudia rex coelestia quae-
rere nouit.
- E. rgo sibi precor hic et ibi coeleste iu-
uamen
- N. on desit: uiuat, praesit feliciter, amen.
- D** Superfunt et hi pauci uersus:
- R**udolfus reprimens propriis con-
traria telis
Frankenfurt rex eligitur festo Mi-
chaelis.
- Vngit Aquisgranum regem sub poste-
riore
- Luce Seuerini, sub Cuispinique priore
E Cum semel M. bis, C. stat et L. semel X.
bis et I. ter.
- Sed tu qui dubitas super his fac ista legi-
ter.
- Rudolfus ex hac uita migravit A. D.
M. CC. XCI. relicto inter alios liberos
filio *Alberto*.
- GENERATIO DECIMA.
- ALBERTVS III.
Comes de Habsburg.
- A**lbertus ex Habsburgi comite,
dux Austriae ac tandem etiam Ro-
manorum imperator factus, non
longe ab *Habsburgo* interficitur. Rem-
gestam, ut manuscriptis nostris consen-
tit, exacte describit Gerardus de Rhoo
Auftr. histor. lib. 3. quem adi.
- Mortem *Alberti* caesaris Rudolfus de
Liebegge, scholasticus Beronensis, uer-
sus planxit, quos ex peruetusto codice
manuscripto bibliothecae nostrae hic
describendos censui.

Fle, geme, plange, dole, moerens Al-
mannia digne

Orba tuo sole, torrere doloris in igne.

Fle flos interiit, geme gemmam morte
cadentem,

Plange placens obiit, uirtute dole redo-
lentem

Mors inimica ferit, Romae rex nempe
fidelis

Et tuus ecce perit, implentur scripta Io-
helis.

Sol tenebris tegitur, mutantur sanguine
luna,

Albertus moritur regni lux totius una.
En dolus immensus, maclatur rex sine
lege,

Et dolor intensus, calcatur lex sine rege.
Rex sine lege iacet, nunquam tamen im-
perialis

Lex pro rege tacet, sed eis manet exi-
tialis

Qui maiestatis fecerunt crimina laefae.
Damnantes sese cum femine posterita-
tis.

Quomodo fraude carens rex defrauda-
ris inique

Fide fide clarens fidei defensor ubique
Quem timuit Rhodanus, Trax, Phryx,
Dacus atque Bohemus

Rhenus et Erydanus, Nilus, Tyberisque
supremus,

Qui nullum timuit, quem nulla potentia
fregit.

Qui sine fraude fuit, fraus hunc inopina
subegit,

Ergo pie lethum gemat hoc Germania
tota.

Digne commota, tamen hinc Ergoia fle-
tum

Non consolandae, quia non est, da spe-
cialem,

Quondam Iherusalem, Babylon modo
iure uocanda,

A te processit summo tibi munere natus,
In te decessit cognato uulnere stratus,

Est tibi conclusa binis fluuiis, ubi Rusa
Confluit ac Araris, quam iure modo ue-
neraris.

VVindensch, nunc uilla, quondam ca-
thedralis in illa,

Inclitus hic cecidit, manus hunc ubi di-
ra cecidit.

Anno milleno post Christum bisque
quaterno

Atque trecenteno, Iacobi sub tempore
uerno.

Inque *Maristella* tumulatus nunc requi-
escit,

Oro *Maristella*, quod ei per te requies
fit.

Postea translatus est in Spyra tumulatus
Cum patre *Rudolfo*, iunctus, quem uicit,
Adolfo.

Ab hoc *Alberto* caesare deinceps or-
dine recto duces Austriae descendunt,

quorum genealogiam, quia certa atque
indubitata reperitur, apud alios aucto-
res, ego texere superfedeo, ne serenissi-
mam domum rudi penicillo deformem
potius, quam illustrem. Vnum nisi in-
gratus esse uelim, omittere nullatenus
possum, nempe *Habsburgi-Austriacos*
principes Murense monasterium multis
magnisque beneficiis auxisse, eiusque
aduocatiam sine uitio et priuilegiorum
corruptela tenuisse, usque ad annum
Christi M. CCCC. XV. quo cum *Fride-
ricus* dux Argouiae ditone spoliatus
fuisset, Sigismundus imperator Georgio
abbati et conuentui Murenfi posteris-
que in suam et imperii Romani specia-
lem tutelam et saluum conductum re-
ceptis potestatem fecit alium aduoca-
tum undecunque libere deligendi, et
quotannis pro libitu mutandi. In eo-
dem diplomate Sigismundi imperatoris
praeter caetera nominatim etiam con-
firmatur liber foundationis, quem in
praesenti genealogia magna ex par-
te descripsimus.

HISTO.

HISTORIA
 EPISCOPATVS
 CAMINENSIS
 IN
 POMERANIA
 AB ORIGINE
 AD ANNUM MDCXVIII.

B. C. D.

B. C. D.

Occasio scripti.

Desiderium hi-
storiae Pome-
raniae an. 1516.expletum a
Bugenhagio
ab origine ad
annum 1528.Scriptores ve-
rum Pomeraniae
Kamzouius
Klempzius.
Valentinus ab
EICHSTEDT.D. D. CRAME-
RVS, qui com-
mendatur.Gretseri virum
in Cramerum.

Welfer.

CENTENARIVS, Deo dante et iuuante, iam peractus est annus, et quidem noster IVBILAEVS, illustrissimi DVCES, reuerendissime DVX et EPISCOPE, illustris, reuerendi, nobilissimi et amplissimi uiri, domini clementissimi et obseruantissimi, centenarius, inquam, annus praeteriit, quo serenissimus elector Saxoniae FBIDERICVS III. ex consilio Georgii Spalatini, ad illustrissimum et potentissimum principem atque dominum, dominum BVGISLAVM X. ducem, Pomeranorum uestrorum celsitudinum abauum, uestrumque quondam clementissimum dominum patronum, conseruatorem et defensorem longe dignissimum, scripsit et contendit, ut epitomen rerum Pomeranicarum transmitteret, id quod optumus princeps optuma atque laudabili opera fieri curauit, per M. Iohannem BVGENHAGIVM, rectorem scholae Treptouensis ad Rhegam eo temporis, et D. Valentinum STOIENTINVM e nobili familia oriundum, quod opus eiusmodi manuscriptum adhuc ostenditur, distinctum in IV. libros, quorum PRIMVS de Pomeranorum antiquitate, SECVDVS de Pomeranorum et Rugianorum ad Christum conuersione, TERTIVS de principum Pomeraniae gestis et sanguinis propagine, a primo christiano principe Wartislao, nobili radice et totius Pomeraniae Cassubiaeque duce, usque ad annum cl. lo. XIX. QVARTVS de congerie quarundam antiquitatum, seu obiter annotatorum gestorum. BVGENHAGIVS ergo primus, qui prima rerum Pomeranicarum rudimenta delineauit et glacem fregit. Secundarii exstiterunt Thomas KAMZOUIVS et Nicolaus KLEMPTZ, secretarii et consiliarii Wolgastenses, qui magna rerum Pomeranicarum uolumina consignauit, et ex his magnificus et nobilissimus quondam uir Valentinus ab EICHSTEDT, cancellarius illustrissimi domini Philippi I. uigilantissimus, compendium quoddam historicum siue genealogicum satis ingeniose et industrie collegit. Et hi omnes sparsim et quasi saltuatim de EPISCOPATV CAMINENSI atque episcopis agunt. Qui uero integram praedicti episcopatus historiam particulariter hucusque consignarit et publicauerit, nec inter ueteres Alb. Cranzius, Caspar Bruschius et alii, nec inter recentiores D. Dauid Chytraeus aliue reperiuntur. Solus adest reuerendus et clarissimus D. Daniel CRAMERVS, qui chronicon Pomeraniae ecclesiasticum diuulgauit, editum primo Francofurti ad Moenum, anno 1602. et denuo impressum Sedinii Pomeranorum orientalium metropoli, anno 1603. lectu dignissimum, cum propter antiquitatem iuste recensitam, tum propter continuam rerum ecclesiasticarum feriem, quae in Pomerania contigerunt. Ideoque non solum ab exteris et catholicis, utpote Iohanne PISTORTIO Niddamo, mihi his auribus audienti et ex incluta Basilea per Friburgum Brisgoiae, uia paulum deuia, ad Pomeranos redeunti, an. 1608, ipsa Veneris die omnium merificentissima de meliori nota commendatum fuit, audiente Ioachimo Erichen I. V. D. et canonico Magdeburgensi: sed etiam a patriotis maxime principibus, nobilibus theologis et aliis magni aestimatur. Sunt autem libelli in uulgus emissi diuersi, modo accipiuntur ab his bene, ab his male et pro capru lectoris habent sua fata libelli. Ita post octennium insignis ille Lutheromastix Iacobus GRETSERVS a societate Iesu in lib. 3. de funere christiano, per crines quasi inseruit aut inferi uoluit pag. 136. u. 15. Quod CRAMERVS in chronicis Pomeraniae studiose, si non superflue, annotet, quo quisque Pomeranicorum praedicantium anno et die obierit, nec obliuiscitur liberorum, quibus quisque ex isto grege mundum adauxit, et tam beata prole beauit. Hoccine male factum bone Gretseri, de facie ad faciem mihi note! non dices puto, alias peius fecissent, qui tot tantosque pontificum Romanorum nothos satis notos studiose, si non superflue, annotarunt. An non praestantiores legitimi et orthodoxi theologi uxorati Valentinus KRUGERVS, praepositus et pastor Gryphenbergenensis per 48. annos? Iacobus RVNGIVS superintendens et professor Gryphisvaldensis per 48. annos, et plures alii tam ueteres, quam moderni ecclesiarum nostrarum theologi. Regium ergo bene facere et male audire: sicut et christianum, benedicere et male audire. Vnde Gretserus non immerito gratas egit gratias et ueritate conuictus subticuit. Forsan admonitus ab illustri domino Antonio VVELSERO recolendae memoriae, cui utraque pars suas scriptiones dedicauerat. Ut uictoria Cramerum, ita et historia eiusdem ecclesiastica sufficeret, nisi nouus et anonymus Lutheromastix dubio procul ex eadem schola prodiiisset, qui turbatum imperii Romani statum prostituit et inter episcopatus post pacem religionis occupatos siue inuafos, ut iniuriose loquitur, Caminum mendacissime retulit, quod utique nunquam fecisset, si praedictum chronicon ecclesiasticum, a reuerendo domino D. Cramero paulo ante duo lustra publicatum, leuiter aut breuiter

uiter inspexisset. Quia uero hoc neglectum, particulariter hanc synopsin de *episcopatu Caminensi* consignandam esse duxi: partim quia utile secundum Augustinum, ut diuersi libri de rebus iisdem fiant atque conscribantur; partim quia a generali rerum ecclesiasticarum historia, ad specialiore[m] et episcopalem recte fit transitus; partim quia exempla eorum monuerunt et muniuerunt, qui praeter generalem episcopatum omnium notitiam, siue codicem prouincialem Germanorum particulariter *episcopatus* descripserunt. Vt archiepiscoporum et electorum Moguntinensium, Treuirensium et Colonensium succinctam narrationem instituit F. Petrus MERSEVS, *Argentinesium* episcoporum res gestas scripsit et edidit F. Gvillimanvs, publicus historiarum professor Friburgi Brisgoiae, anno 1608. *Salsburgensium, Frisingensium, Ratibonensium, Patauensium* et *Brixiensium* episcoporum catalogos scripsit Viguleius Hvndivs Ictus et supremi Boiorum senatus Monachii praefes. Hermannus HERPENBROCK de episcopis *Paderbornensibus* et bello Monasteriensi libros aliquot uulgauit; *Treuirensium* archiepiscoporum historiam scripsit Christophorus BROVVERVS; *Vltraiectionum* antistitum res gestas scripsere Hadrianus BARLANDVS et Petrus CORNELISSONIVS Bockenbergius; *Tungrensium, Traiectensium* et *Leodicensium* res gestas scripsere NORTGANS et Iohan. PLACENTIVS: omnium latissime Caspar BRVSVCHIVS, qui Moguntinensium archiepiscoporum *Curiesium, Spirensium, Constantiensium, Argentinesium, Wormatiensium, Augustanorum, Herbipolensium, Aystetensium, Hildesheimensium, Paderbornensium, Halberstatensium, Verdensium, Bambergensium*, series et res gestas uno libello comprehendit et inquit cap. 7 n. 58. Matthaeus CRACOVIANVS, ex Poloniae regno natus, (in quo scriptor errat et suspicatur, quasi praedictus episcopus Cracouiae Polonorum metropoli oriundus) qui ex nobili et antiquissima Cracouiorum familia in Pomerania procreatus fuit, patre quondam dicto a Vickerod in Franconia et posteris a pago Chochoue dictis: quod prius et Onuphrius Panuinius in part. 3. Rom. pontif. affirmat, et expresse Germanum uocat: MATTHAEVS, inquit, Germanus, episcopus Wormatiensis, theologus, orator imperatoris Ruperti presbyter cardinalis tit. S. Cyriaci in Thermis, creatus est a pontifice Gregorio XII. doctor sacrarum scripturarum, academiarum Parisiensis et Praagensis rector, multa scripsit, quae in Franckenthalensi monasterio asseruantur et ostenduntur, fuit cancellarius imperatoris Ruperti palatini, cuius intercessione consecutus est episcopatum Wormatiensem. Haec obiter propter raritatem unius Pomerani, qui ad cardinalitiam rubri galeri dignitatem peruenit: ad pontificiam Germani rarissime peruenerunt, et adhauc perueniunt: adeo ut inter 235. tantum X Germani pontifices recenseantur. Sed ad nostros Saxoniae episcopos, quos Dauid CHYTRAEVS post Crantziuum descripsit, intermixtis ecclesiae Caminensis episcopis. Ne quid dicam de exteris, Britanniarum sedes episcopales explicarunt Guil. CAMDENVS et Parckerus; Tarentinorum archiepiscoporum seriem recitauit Iohannes IUVENIS lib. 8. de antiq. Tarent. Trecensium in Gallia res gestas annotauit Petrus Pithoeus; de Bononiensibus episcopis libros 5. scripsit Carolus Sigonius: et quis omnes archiepiscoporum et episcoporum scriptores particulatim recensere possit! Horum exemplo monitus et adductus particulatim episcopatus Caminensis historiam delineare uolui, potissimum ut autor tractatus de turbato imperii statu se corrigeret, meliora edoceret de hoc episcopatu, et rectius in posterum sentiret. Denique causa huius synopses non minima est, ut talis qualis rerum Pomeranicarum prodromus in ecclesiasticis omnium primis et praecipuis exhibeatur, quae cum placeat, si non omnibus, uti placere impossibile, saltem illustrissimis celsitudinibus et reuerendis dignitatibus uestris candidisque patriotis, rerum patriarum amantissimis; breui plura earundem rerum patriarum Pomeranicarum monumenta et documenta sequentur. Hinc etiam causa dedicationis in propatulo est. VOBIS illustrissimis et clementissimis meis ducibus, haec synopsis inscripta, cum quia ueri et uni huius episcopatus patroni, defensores et conseruatores estis, ueri uerae religionis et fidei assertores, nutritii, defensores et propagatores: tum quia potissima huius synopses pars ex ARCHIVIS et illustri bibliotheca VESTRA, diuersitate librorum historicorum, conspicua, authentice deprompta est. VOBIS, illustrissime dux Pomeraniae, reuerendissime domine EPISCOPE, domine clementissime, quia caput et sidus huius episcopatus agitis dexterimum et archiepiscopus uestrae dioeceseos non immerito auditis, quia nec ulli metropolitanano, nec archiepiscopo, nec ipsi pontifici Romano, utpote cuius iurisdictio hodie suspensa est, ullam subiectionem debetis, sed solos Pomeraniae duces fratres, patronos, amicos, patronos, defensores et conseruatores agnoscitis. Tanto idcirco melius, tanto cordatius gratulandum uobis esse duco et animitus precor, ut praefens homagii episcopalis hostimentum cedat in nominis diuini gloriam, patriae et episcopatus incrementum, nostrumque omnium BONVM. VOBIS denique, illustris, admodum reuerendi et nobilissimi domini capitulares, quia summam

Scriptores epi-
scopatum
Germaniae,

Cass. Brunshia

Cracouii,

Cardinalis Po-
meranus.Franckenthalen-
sibus coenobii
M&C,Fini libri noti-
tia Pomer-
niae sacrae.Historia haec
fidem habet ta-
bularii princi-
pium.

mam ecclesiae cathedralis curam geritis, bona ecclesiastica administratis, episcopum eligitis, et alia dexterime agitis, quae ad capitulum spectant: Vobis igitur omnibus et singulis, singulare huius episcopatus et ecclesiae *Caminensis* interesse, ut ita loquar, habentibus, hanc synopsis historicam *do, dico, addico*, humillime et officiose supplicans, ut aequi bonique consulatis, et auctorem clementia, gratia et fauore prosequamini, quo coepta generalis historiae tela eo felicius pertexatur, id quod faxit *sancta Trinitas* et illustrissimas celsitudines et reuerendas dignitates VESTRAS diutissime incolumes conferuet, defendat, fortunet, in secula. *Dabam* in dioecesi *Caminensi*, *Calendis Martiis*, anno, quo *Deus Coronat annVM bonitate* sVa, 1616.

ILLVSTRISSIMARVM CELSITVDINVM

ET

REVERENDARVM DIGNITATVM VESTRARVM

humillimus seruus

P. WVIA, dioeceseos *Caminensis*
canonicus irregularis.INDEX CAPITVM
HVIVS LIBRI.

- CAPVT I. De ratione et occasione huius synopses historicae.
 II. De variis Pomeranorum et Rugianorum idolis.
 III. De conuersione Pomeranorum ad fidem christianam et catholicam.
 IV. De conuersione Rugianorum ad fidem catholico-christianam.
 V. De fundatione episcopatus Pomeranensis.
 VI. De confirmatione episcopatus Pomeranensis.
 VII. De translatione episcopatus Pomeranensis uersus Caminum, unde *Caminensis* dicitur.
 VIII. De dotatione episcopatus *Caminensis*.
 IX. De exemptione episcopatus *Caminensis*.
 X. De situ episcopatus *Caminensis*.
 XI. De dignitate episcopatus *Caminensis*.
 XII. De electione episcoporum *Caminensium*.
 XIII. De serie episcoporum *Caminensium*.
 XIV. De S. Ottone Pomeranorum apostolo.
 XV. De ADELBERTO primo Pomeranorum episcopo.
 XVI. De CONRADO I. et monasteriis ab eo fundatis.
 XVII. De SIGEFRIDO I. et monasteriis ab eo aedificatis.
 XVIII. De SIGEVINO I. et templariis.
 XIX. De CONRADO II. et monasteriis ab eo consecratis.
 XX. De CONRADO III. et monasterio ab eo consecrato.
 XXI. De WILHELMO episcopo *Caminensi*.
 XXII. De HERMANNO et Ebersteiniis comitibus.
 XXIII. De IVROMARO principe Rugianorum et chori episcopo suo Petro.
 XXIV. De PETRO chori episcopo.
 XXV. De HENRICO episcopo.
 XXVI. De CONRADO IV. et exemptione episcopatus *Caminensis*.
 XXVII. De WILHELMO II. et monasteriis Pomeraniae.
 XXVIII. De FRIDERICO ab Eikstedt electo *Caminensium* episcopo.
 XXIX. De IOHANNE episcopo *Caminensi*.
 XXX. De PHILIPPO episcopo.
 XXXI. De IOHANNE II. episcopo.
 XXXII. De IOHANNE III. s. Hincone Pseudo-episcopo.
 XXXIII. De BOGISLAO episcopo *Caminensi*.
 XXXIV. De IOHANNE episcopo *Caminensi*.
 XXXV. De NICOLAO episcopo et controuersia ab eo inita.

CAPVT

- CAPVT XXXVI. De MAGNO episcopo.
 XXXVII. De SIGEFRIDO II. et contractu ab eo inito.
 XXXVIII. De HENNINGO episcopo et academiae Gryphiswaldensis fundatore.
 XXXIX. De LVDOVICO comite et episcopo.
 XL. De MARINO episcopo et controuersia ab eo mota.
 XLI. De BENEDICTO, qui Pomeraniam absente Bogislao gubernauit.
 XLII. De MARTINO I. et reformatione religionis.
 XLIII. De ERASMO episcopo et controuersis continuatis.
 XLIV. De Iohanne BVGENHAGIO nouo Pomeranorum apostolo et episcopo Caminensi designato.
 XLV. De BARTHOLOMAEO episcopo, qui certas ob causas resignauit.
 XLVI. De MARTINO II. episcopo.
 XLVII. De Ioh. FRIDERICO duce Pomeraniae nominatissimo et episcopo Caminensi.
 XLVIII. De CASIMIRO duce Stetinensi et episcopo.
 XLIX. De FRANCISCO I. duce Pomeraniae et episcopo Caminensi adhuc feliciter gubernante.
 L. De mutatione religionis in Pomerania longe ante transactionem Passauiensem et pacificationem.
 LI. De specialiori immutatae religionis methodo et modo.
 LII. De progressu religionis in Pomerania et protestantium nomine.
 LIII. De his, quae post religionis pacem in ecclesiis Pomeranicis acciderunt.
 LIV. De Iubilaeo Lutherano in Pomerania celebrato.

CAPVT I.

De ratione et occasione huius synopsos historicae.



Allatus et oblatuſt mihi ante paucos annos ex agris Noricis, ab amico quodam certo, incertus et anonymus scriptor, qui *Dauus* in comitiis turbatum S. R. I. ſtatum confarcinauit et turbationis fabam affabre in *Lutherum* eiusque aſſeclas, ſectarios et proteſtantes, uti uocat, cudit et excudit, lingua prius *Gallicana*, deinde *latina*, *Teutonica* et aliis. Non aliter atque gentiles mala reipublicae, hoſtium irruptiones, limitum inuaſiones, defectiones populorum, bella ciuilia, breuiter, omnes lites publicas, nouae christianorum ſectae imputabant. Poſterius an uerum uel falſum, aequo lectori, remoto omni affectu et praeiudicio, diiudicandum relinquo. Tempore Caroli M. inquit CRANTZ *libr. I. Metropol. c. 22.* nouos praedicatores malorum incensores uocabant: ubi tunc Lutherani reformati et alii? *Nicolaus Bellus* non adeo belle fecit, imo bello occaſionem dare uoluit, quod ſuo *rerum politicarum* tomo 4. diſcurſ. XXII. turbatum I. R. ſtatum colophonidis et triumpho loco inſeruit et falſa falſiſſimis immiſcuit, contra brocardicum.

Omnia tum bona ſunt, clauſula quando bona eſt.

At hoc in auctore, uti finis, ita principium ſuſpectum, quia *tom. 1. diſcurſ. 2.*

A ſimiliter corruptiſſimae Germaniae ſtatum uaticinatur et triplex eiusdem diſſidium adſcribit, quorum ultimum inter catholicos et proteſtantes praeiudiciali annexo iudicio ebuccinatur. Verendum non eſt, ut ab uniuerſis Germaniae principibus pontificis proſtigitur unquam auctoritas; non ſolum quod ipſi inter ſe diſſentiant, ſed etiam quod eccleſiaſtici a pontifice dependant. Catholicus quidam nouo-antiquus aut antiquo-nouus hunc turbatum R. I. ſtatum reprehendit et nouioribus ſymmiltis aut extremiſtis chriſtiane ſuadet, ut a uerſipelli Hiſpanorum parte et arte ſibi caueant et miſſarios eorundem miniſtros, *Ieſuitas*, turbatores omnium regnorum, principatum et reru publicarum turbatiſſimos fugiant, *Et cauſam et fontem irritamenta malorum.* uti et autor *der Spaniſchen Sturm-Glocke, und der Deuſchen Warngloecklein.* Sed hic turbator omnium turbatiſſimus informando circa praesentis ſaeculi diſcordias S. R. I. deformauit et Auguſtinae confeſſionis principes inſimulauit, quaſi *infideliter contra pacem egerint, episcopatus inuaſerint et praeuaricati ſint;* cum ſimilibus eiſmodi calumniis, ſugillationibus et iniuriis, quos optimi principes meliore iure uindicabunt et accuſatorem eiſmodi publico exemplo denigrabunt, litem non faciam meam, nec in alienam ſegetem falcem immittam. Licet hunc auctorem turbatum imperturbate ſequatur, uel idem uel eiſdem farinae auctor informatiuus, de famoſo negotio conpoſitionis diſſiden-

*Eorum in hae
argumento a-
pologia.*

Occaſio libri.

*Euangelica ſa-
era non cauſa
turbatum et
calamitatum.*

Exempla moderatum principum in dissensu sacrorum

dentium inter se principum et statuum S. R. imperii *Cosmopoli* editus. Summus interea S. R. I. monarcha modernus, diuus MATTHIAS, moderatissima praecessorum, imprimis *Caroli V. Ferdinandi, Maximiliani et Rudolphi* reuerendisimorum beatissimae memoriae consilia adnutantem eiusmodi scriptorum et turbatorum Hispanicolarum nutum minime gentium intermitteret, sed imperatoris *Rudolphi I.* sententiam laudabilem laudabiliter potius insequetur, qui semper in ore habuit: *Seuerum et immitem fuisse, me aliquando poenituit, lenem et placabilem nunquam.* Quid aliud *Carolus V.* Heldouico cancellario suo respondit, quum, *Caesarem decretum*, aduersus haereticos in comitiis factum, exequi decreuisse, etiamsi uastanda esset *Germania*, incogitanter eructaret: *haec non iussi te dicere*, inquit, *nolo enim uastari Germaniam, quia et patria est et summum ab ea imperii decus accepi et imperator saluti orbis terrarum, quantum potest, Deo iuuantem, consulere debet.* FERDINANDVS, inquit *Thuanus lib. 58. hist. post exhaustos tot per se, et sub Carolo Caesare fratre, ad sedandas Germaniae turbas et religionis dissidia, labores, cum ARMIS IRRITATVM POTIUS, QVAM CVRATVM MALVM DOLERET,* magno omnium ordinum imperii consensu *Germaniae pacem reddidit.* MAXIMILIANVS II. nullum grauius esse peccatum grauius edixit et censuit, quam uelle *dominari conscientis*, teste *Iohanne Cratone a Krassheim*, in oratione funebri *Maximiliani II.* e quo *Gilmannus part. I. supp. cam. imp. lit. 3. Volum. I. n. 26.* Et *HENRICO III.* Galliarum regi idem suasisit *Thuanus d. lib. 58.* RVDOLPHVS II. pietissimae memoriae usque ad extremum uitae curriculum eandem conscientiarum libertatem liberrime concessit et sancte obseruauit. Nec haec moderatissima antecessorum consilia et laudatissima historicorum testimonia carent ratione et mystico intellectu.

Plerumque enim ciuiles dissensiones, sine ciuili sanguine, mansuetudine et moderatione multo facilius, quam *seueritate et armis* sedari possunt, ut apud *Euripidem* rex *Menalaus* inquit:

*Si uela tendas, nimium nauis mergit:
Sed si relaxes, rursus uebitur tutius.
Odit Deus nimis uehementes impetus,
Odere ciues: gratior est MODERATIO.*

Hanc supremus rerum omnium moderator et arbiter benigne concedat, praecipitem publicae calamitatis notam uirtute diuina sufflaminet, mentes electorum et principum uniat, flectat, dirigat et omnia ad opatum pacis finem et imperii salutem reducat.

aminum

Vnum ego *Caminensis* patriota in praef-

fato autore deprehendi falsissimum, quod inter episcopatus, post *auream de pace* sanctionem occupatos, seu potius inuasos, ut ille loquitur, CAMINVM referat.

euangelicum ante pacem religionis.

Hoc falsum non speciosis aliquot argumentis, sed ipsa rerum recensione historica demonstrabo. Quod cum faciam, incidit mihi forte fortuito in mentem, dum praeterlapsis duobus lustris, duas peregrinationes ad antiquum orbis caput instituerem, dotarius moderni pontificis simile pronuntiatum ad conuiuas quosdam edidit, principes *Germaniae episcopatus inuasisse, se uero fructus exacturum, a tempore inuasionis.* Conuiuis etiam catholicis, hac de re *παχυλως* discurrentibus, circumspicte, in muscipula Romanensi detentus, innui: *episcopatum Caminensem omnimodo exemptum, nec imperatori neque pontifici nec archi-episcopo, neque primati parere, sed solos Pomeraniae duces fundatores patronos et conseruatores existere*, quod admirabantur et pleniorum informationem desiderabant. Historici enim, ut *Albertus Crantzius* in metropoli et *Caspar Bruschius* de episcopatibus *Germaniae*, parum aut nihil de hoc episcopatu tradiderunt: *Chytraeus* Saxoniae suae pauca inseruit, quae partim uera, partim dubia, ne dicam falsa, utpote quod *lib. 31. in metropoli* adscripsit: *Bremensi uero in Saxonia inferiori Lubecensis, Raceburgensis, Suerinensis ac fortasse etiam Schlesuicensis CAMINENSIS, Lebusiensis olim suberant.*

Post Deum pareat nemini quam ducibus Pomeraniae.

Hoc posterius a uero alienum, quia *Caminensis episcopatus* semper ab omni archi-episcoporum iurisdictione liber, immediate Romano pontifici paruit; cuius iurisdictione quum in S. R. I. aliquantisper suspensa sit, nulli quid iuris in hoc episcopatu competit, quam *solis Pomeraniae ducibus.* Viden? scriptorculum, fortean a *Chytraeo* seducte, quomodo a uero deuiaris, hallucinatus sis et uerum huius episcopatus statum ignoraris! Candoris ergo studium, ueritatis patrociniū et patriae desiderium suaferunt, ut episcopographiam *Caminensem* breuiter consignarem et dubios eiusmodi scriptores rectius informarem, qui parum aut nihil de hoc episcopatu scriptum fide dignum reliquerunt.

Haec episcopographia consistet in praemissis *Pomeranorum Idolis*, conuersione episcopae *Pomeranensis*, fundatione, confirmatione, translatione uersus *Caminum*, dotatione, exemptione, situatione et aliis priuilegiis, electione episcoporum et electorum serie continua, tam catholicorum, quam euangelicorum. His loco coronidis pro obtinenda ueritate et demonstrando nouae turbationis errore, subnectentur primor-

Libri huius conspectum.

Handwritten marginal notes on the right edge of the page, including fragments of text from the adjacent page and other annotations.

mordia mutatae siue reformatae RELIGIONIS in Pomerania, diu ante transactionem Passauiensem, anno 1552. et pacificationem anno 1555. constitutam. Lector aequi bonique consulat et ueritatem falsitati praeferat.

CAPVT II.

De uariis Pomeranorum et Rugianorum IDOLIS.

Vandaliae diuise.

CVM Pomerania sit Vandaliae pars et Vandalia diuidatur in inferiorem, quae continet *Holsatiam* et ducatum *Megalopolitanem*: atque superiorem, quae *Pomeraniam* et *Rugiam* comprehendit, ut ex CRANTZIO *lib. 3. Vand. cap. 29.* per totum patet: nullum est dubium, quin antiquiores *Vandali* omnes idololatriae addictissimi fuerint et, si aliquando ad fidem christianam conuersi, statim desciuerint. Ita Arnoldus MEXMANNIVS in theatro conuersi gentium, quod habet in *chronico chronic. tom. I. p. 164.* *Pomerani*, inquit, et *Stetinenses*, quum e *Vandalis* sint egressi, non dubium est, quin cum illis fidei sint consecrati olim. Omnium antiquissimum, tam Pomeranorum quam Rugianorum idolum, descripsit antiquus et fide dignus historicus Corn. TACITVS, *lib. de Germania* his uerbis: *est in insula oceani latum nemus, dicatum in eo uehiculum, Vestae consecrum, attingere uni sacerdoti concessum. Is adest Penetrati* (Deam intelligit) *uestamque bobo faeminis multa cum ueneratione prosequitur etc.* Et paulo post: *fnitis diebus festis mox uehiculum et uestis et, si credere uelis, numen ipsum secreto lacu abluitur. Serui ministrant, quos statim idem lacus haurit. Arcanus hinc terror sanctaque ignorantia, quid sit illud, quod tantum perituri uident: quae uerba tribus quaternis uicibus et ultra recitat doctiss. dn. CLYVERVS amicus noster *lib. I. de antiquitate Germaniae cap. 27. et eodem libro cap. 34. et lib. 3. cap. 27.* ubi particulariter ad Rugiam, oceani insulam in mari Balthico, Pomeraniamque refert.*

Retra i, e. terra.

Terra transpositis literis *Retra* dicitur, quae sedes idolomaniae fuit et magna quondam Pomeraniae ciuitas, imo metropolis Slauorum, ut testatur HELMOLD. *lib. I. c. 2. 21. et 23.* Vnde HERTA dea terrae facile originem trahere potuit: quum in dubiis coniecturare liceat. *M. Andreas ANGELVS lib. 2. Annal. March. p. 63.* nulla, ait, *Retrae* uestigia hodie extare. At in Peninsula *Iasmund* ad promontorium, cui uulgare uocabulum *die Stuben-Kammer*, sylua densissima, quam indigenae *the Stubbenitz* appellant, quasi dicas, *truncorum, arborum ac lignorum*

Acongeries, adhuc conspicitur et in ea profundissimus atra aqua lacus, qui licet piscibus mirum in modum scateat, opinio tamen tenet, retia eum et scaphas non ferre. Quinimo cum superioribus annis audaculi quidam piscatores scapham intulissent, postero die redeuntes, uti lacum retibus tentarent, scapham non inuenerunt: quod cum attoniti admirarentur et quoquo uersum circumspicerent, mox unus illorum animaduertit, scapham procerissimae fago impositam, quumque suo more ac lingua exclamasset: *quis omnium diabolorum linternem arbori imposuit?* e propinquo uox, nemine conspecto, audita est: *non omnes id fecere diaboli, sed solus ego, cum fratre meo Nicolao.* Ita scilicet nunc etiam malignus ille spiritus, in loco antiquissima idololatria contaminato, hominibus illudere non desinit; haud dubie dolens, priscum sibi cultum uenerationemque ademtam. Idolum illud antiquissimum fuit HERTA dictum siue HERTHVM, ut ex Cornelio Tacito de Germania, constat, qui, quum septem *Sueuorum* nationes ad oceanum Balthicum, sinum Codanum, inter Albim Chalufumque, hodie *Trauen* et *Viadrum* amnes, residentes nominarit; *nec quicquam*, inquit, *notabile in singulis, nisi quod in commune HERTHVM h. e. terram matrem colunt, eamque interuenire rebus hominum, inuehi populis, arbitrantur.* In haec Taciti uerba licite et sollicite inquirunt uarii commentatores, quid HERTHVM significet. Lipsius HERTHVM coniecturatur et alii aliter. Quia uero Tacitus ipse terram uocat *Erde*, tanquam custodem negotiorum humanorum aspectricem, facile omnes omnium nominum deriuationes coincidere possunt, fuisse *Deam terrae* et *maris*, praecipue Balthici. Quo loco autem constiterit, inquit *lodochus* WILlichivs in *commentariis ad Tacitum de Germ. fol. 133. lit. S. 2.* *Colebatur in loco, quem costum, forsan ob Deae reuerentiam nominarunt, in oceano absque dubio Balthico, cuius nomen et Tacito incertum est.* *Rugia* scilicet: *feriae* quoque eidem dicatae sunt, quarum obseruantia nihil rerum agebatur, cuncta erant tranquilla, non aliter ac Romae, cum Iani templum clausum erat. Postea consuetudine hominum sacerdos interiore quodam lacu et Deam et uehiculum cum uestitu abluabat, sed lacus ministros statim in ipso lauacro hausit, quod prorsus fatanicum uisum est, in tantis tenebris mentis, quae puritate et doctrinae et religionis non perpoliebatur. Lacus igitur haurientis causas ignorant, utique uenerantur *ειδωλομανεις*. Caeterum tanta dicti nemoris lacusque fuit celebritas, tantaque religio, ut et postea *Sarmatae*

Illusio diabolica. circa lacum.

Hertha uel Herthum idolum.

Herthi etymon.

et costum.

Nemoris celebritas.

(sive ii Sclati sunt) quum expulsis Germanis omne hoc litus ad Cimbrorum usque peninsulam, simulque praedictam insulam, nempe Rugiam, occupassent, pari locum superstitione uenerati sint. GLVVERVS dicto lib. 3. Germ. antiq. c. 27.

Anno Christi
770 ccc xiiii.
De S. VITO,
unde uulgo
credunt
SV ANTEVI-
TVM,

DE RUGIANIS Helmoldus, presbyter Lubecensium antiquissimus, lib. I. chr. Slau. c. VI. uerbotenus ita refert: tempore Ludouici II. monachi de Corcia egressi sunt et, peragratis Slauorum prouinciis, peruenerunt ad eos, qui dicuntur Rani s. Rugiani et habitant in corde maris, ibi fomes est errorum et sedes idololatriae, praedicantes uerbum Dei cum omni fiducia, omnem illam insulam lucrati sunt, ubi etiam oratorium fundauerunt, in honorem domini ac saluatoris nostri IESV CHRISTI et in commemorationem S. VITI, qui est patronus Corciae. Postquam autem permittente DEO et mutatis rebus, Rani a fide defecerunt, statim pulsus sacerdotibus et christicolis religionem uerterunt in superstitionem. Nam S. Vitum, quem nos martyrem ac seruum Christi confitemur, ipsi pro Deo uenerantur, creaturam anteponebant creatori. Nec est aliqua barbaries sub coelo, quae christicolas ac sacerdotes magis exhorreat. Solo nomine S. VITI gloriantur, cui etiam templum in simulacrum dedicauerunt, illi primatum deitatis attribuentes. De omnibus quoque prouinciis Slauorum illic responsa petunt et sacrificiorum exhibentur annuae solutiones. Sed nec mercatoribus, qui forte ad illas sedes appulerint, patet ulla facultas uendendi uel emendi, nisi prius de mercibus suis Deo ipsorum pretiosa quaeque libauerint et tunc demum mercimonia publicantur. Flaminem suum non minus quam regem uenerantur. Hucusque Helmoldus, quem sequitur uerbotenus Alb. CRANTZ lib. 2. Vandal. c. 25. et lib. 5. c. II. uerbis paululum immutatis. Hanc Rugianorum idololatriam repetit copiosius Helmold. lib. 2. chron. c. 12. iisdem fere uerbis: De omni natione Slauorum, quae diuiditur in prouincias et principatus, sola Rugianorum gens, durior caeteris, in tenebris infidelitatis usque ad nostra tempora perdurauit, omnibus inaccessibleis, propter maris circumiacentiam. Tenuis autem fama commemorat, Ludouicum Caroli filium olim terram Rugianorum obtulisse S. Vito in Corbegia, eo quod ipse fundator extiterit coenobii illius: inde egressi praedicatorum, gentem Rugianorum s. Ranorum ad fidem conuersisse feruntur, illicque oratorium fundasse, in honorem VITI martyris, cuius uenerationi prouincia consignata est. Postmodum uero ubi Rani, qui et Rugiani, mutatis rebus a luce ueritatis aberrarunt, factus est error peior priore. Nam S. Vitum, quem nos seruum DEI confitemur, Rani pro DEO colere coeperunt, fingentes ei simulacrum maxi-

mum et seruierunt creaturae potius quam creatori. Adeo autem haec superstitio apud Ranos inualuit, ut Zuanteuit, Deus terrae Rugianorum, inter omnia numina Slauorum primatum obtinuerit, clarior in uictoriis, efficacior in responsis. Vnde etiam nostra adhuc aetate, non solum Wagriensis terra, sed et omnes Slauorum prouinciae, illum Deum Deorum esse profitentes. Rex apud eos modicae aestimationis est, comparatione flaminis: ille enim responsa perquirat et euentus sortium explorat. Ille ad nutum sortium et porro rex et populus ad illius nutum pendent. Huc usque Helmoldus, e quo communiter annalistsae nostri referunt, Thomas KAMPZOVIVS, Nicol. a KLEMPZEN lib. I. Valentinus

Suantenit
sumum Ru-
gianorum
men;

abeIKSTEDT, Ioh. BVGENHAGEN, Pomeraniae euangelista, lib. 2. chronic. c. 3. et reu. noster CRAMERVS lib. I. histor. Pom. ecclesiasticae c. 38. Notandumque 1) quod idololatriae confirmatio ex similitudine nominum Suantewitz et sancte Vit enata fuerit. Nam S. Vitum, patronum coenobii Corfeiani in Westfalia, Christi seruum, relicto et contempto Christo domino, pro Deo coluerunt, quem corrupto nomine Suantewitum appellarunt: memorabili exemplo,

Flaminii die
gnitas.

sanctos cum Christo in honore et cultu minime coniungendos esse. 2) Quod ordo hierarchicus ut plurimum a gentibus originem suam traxerit, quae flamines, archi-flamines et proto-flamines habuerunt, ut hic Rugiani et Romani, de quibus POLYD. VIRGIL. lib. IV. de inuentoribus rerum c. 14. ubi nimis superstitiose auguratur, urbem Romam postremo perinde pontificia maiestate gentibus moderaturam, atque potentia olim imperasset. Quod euentus sortium in omni gente Germanica plurimum inualuerit olim, tradente Tacito. Flamen sortibus, flamine rex parebat. CRANTZ lib. 5. Vand. c. II. Denique Rugiani nostro tempore, ductu illustrissimi Pomeranorum principis, domini PHILIPPI, sinceram euangelii doctrinam amplectuntur et profitentur, ut annotat ad Helmoldum M. Sigismundus SCHORKELIVS Naumberg. lib. I. c. 6. Hoc de idolo sequentes Rhythmi circumferuntur:

Suantouiticae
idololatriae
occafio.

Hierarchiae
origo.

Felix Saxonia gaude, per pignora sacra
Vito dicata, quae dat tibi Francia grata.
Abbas Warinus regali semine primus
Francorum natus, Viti uenerabile corpus
Transtulit e Francis Corbeiam, ceu patet
istis.

Romano fretus pius imperio Ludouicus.
Hoc, Hildevvire, donat, te patre fauente.
Quando Dionysi rexisti lumina claustris,
Quo tam praeclaro gaudebas ante pa-
trono

Ex tunc translatum fuit a te Francia
sacrum Im-

Imperium diui, quod gaudent nunc Ale-
mami.

Chronica Martini dant haec, ueteres
quoque libri,

Ex qua re sanctum ueneremur carmine
Vitum

anne 822.

Odingentenus tum uicenusque secun-
das

Annus erat Christi. Claustro fundum
dedit iste

Filius iste pius Magni Caroli Ludouicus
Quas septemue puer foueas sancta prece
semper

Et benefactores omnesque tibi famulan-
tes

Conserues Vite, duc nos ad pascua uitae.

Rugia falso
creditur Corbe-
iae donata.

Quibus e rhythmis constat origo et
adductio S. Viti, ex ueteri Galliarum in
nouam Corbeiam et exinde noua fidei
plantatio in Rugia deriuatur. Quod
autem haec nobilissima insula et princi-
patus, imo regnum eo temporis anno
Christi 889. Corbeiae donatum fuerit,
aut minime aut imaginarie factum, cre-
dendum est, quia historici uariant in
donatore. HELMOLD lib. I. c. 6. et CRANTZ.
lib. 2. Vand. c. 25. Ludouicum II. statuunt,
Ludouici imperatoris filium. At Hel-
moldus, sibi contrarius, lib. 2. c. 12. te-
nuem famam commemorat, Ludouicum
Caroli filium olim terram Rugianorum ob-
tulisse B. Vito in Corbegia, eo quod ipse fun-
dator extiterit coenobii illius. Ioh. LETZNE-
RVS Hardeffianus in chronico Corbe-
iensi c. 7. et 9. LOTHARIVM, Ludoui-
ci pii filium, donatorem Rugii existi-
mat. Sicut in donatoribus, ita et in an-
nis uariat HONDIVS in Atlante minori,
ubi Rugiam explicat, ad annum Christi
813. refert, quo tempore Carolus ipse su-
peruixit, ut ex epitaphio patet Aquis-
granensi:

Caroli M. epi-
taphium.

Sub hoc conditorio situm est corpus Caroli
M. atque orthodoxi imperatoris, qui re-
gnum Francorum nobiliter ampliauit et
per annos XLVII. feliciter tenuit. De-
cessit septuagenarius anno domini 814.

Corbeiensis coe-
nobii initia.
anno 819.

Nec dum Corbeiese monasterium
fuit, quod anno sequenti a Ludouico
inceptum, in fylua Sollinger et anno 819.
ad Visurgim demum translatum, unde
LERTZNERVS p. c. 19. ad annum 889. re-
fert. Quod superest, Rugia proprios
suos ab initio reges deinde principes
habuit, donec ad illusterrimos Pome-
raniae duces peruenerit. Ita plus iuris
in alium transferri non potuit, quam
quisque habuit. Haec igitur Rugiae
donatio aut nulla aut prorsus imagina-
ria est. De Choreia S. Viti uid. SCHENCK.
lib. I. obseru. uar. med. 270. ubi eam
Graecorum entusiasmo confert: Fie-
ri solet annuatim, in festo Ioannis baptistae
in Biessen, in Beisgarn et Wasen, bey
Speyer, ubi scamna in circum, quae tran-

Chorea S. Viti.

siliunt, proferunt; et serio cautum, ne quis
rubro amictus conspiciatur, quem inua-
dunt §. n. inst. de oblig. quae ex del. ibi
panno rubro. Toto mense, praecedente
Iohannem, sunt timidi et choreas du-
centés timore liberentur. Add. Bodin.
lib. 5. de rep. c. 5. Nunc ad descri-
ptionem idoli, his obiter insertis, pro-
grediemur. Inter multiformia Slauo-
rum et Vandalorum idola excelluit

Suantewiet, Rugianorum deus, oraculis
habitus clarior, cuius comparatione
caeteri semidei habiti sunt. Idolum au-
tem erat quadriiceps, humanam statu-
ram adaequans, resecta barba et capil-
lis, oblonga ueste talari amictum, dex-
tra poculum instar cornu efformatum,
liquore plenum, sinistra arcum cum sa-
gitta tenebat et stabat in templo, cuius
tanta erat reuerentia, ut, qui proximi
erant, ne intrarent quidem et illud tem-
plum cum suo ambitu pro fugientibus
esset asylum. Huic idolo trecenti equi
pascabantur, inter quos unus candidus,
in quem nemo nisi summus sacerdos
seu proto-flamen ascendebat, et illo tan-
quam diuino ad res futuras praedicen-
das, utebantur, quem matutino tempore
pulvere et sudore undique diffluentem,
in stabulo saepe ostendebat sacer-
dos, mentiens, Swatouitum in pugna
contra Rugianorum hostes illo esse
usum. Hoc idolum non solum indigenae,
sed et extranei uenerabantur. Hinc
tempore Heinrici Leonis, ducis Saxo-
num et Bauarorum, qui Pribislaw Ni-
caloti filio, armis strenuo, sed impio
christianorum persecutori, Obotritorum
terram abstulerat et Slauis imperabat,
tota Wagriorum terra et omnes Slauo-
rum prouinciae, Suanteuito tanquam
Deo deorum tributa pendebant. Ioh.
BUGENHAG. lib. 2. Chron. Pom. in 5. cap.
VI. D. CRAMER lib. I. hist. Pom. eccles.
c. 45. et Gerh. MERCATOR in Atlante mi-
norip. 453. Archi-Flamen, christianoro-
rum hominum sanguine litans, dicere
solebat, suo deo illud apprime acceptum esse.
Homicida homicidis cultoribus et in-
noxii sanguinis effusione gaudebat. HEL-
MOLD. lib. 2. chronic. c. 12. Inter uaria,
inquit, libamenta sacerdos nonnunquam
hominem christianum litare solebat: hu-
iusmodi cruore deos omnino delectari iacti-
tans. Accidit inter paucos annos, maxi-
mam institorum multitudinem eo conue-
nisse piscationis gratia. In Nouembri enim,
stante uehementius uento, multum illic ha-
lec capitur, et patet mercatoribus liber ac-
cessus, si tamen ante Deo terrae legitima
sua persoluerint. Affuit tunc forte Gote-
scalcus quidam, sacerdos domini de Barde-
uick, inuitatus, ut in tanta populorum fre-
quentia ageret ea, quae Dei sunt. Nec
hoc latuit diu sacerdotem illum barbarum

Suantewiti de-
scriptio.

Equus candi-
dus Suanteuiti.

Suantewito tri-
butarii.

Sanguine chri-
stianorum de-
lectabatur.

et,

et, accersitis rege et populo, nunciat irata uehementius numina, nec aliter placari posse, nisi cruore sacerdotis, qui peregrinum inter eos sacrificium offerre praesumpsisset. Tunc barbara gens attonita conuocat infitorum cohortem, rogatque sibi dari sacerdotem, ut offerat Deo suo placabilem hostiam: renitentibus christianis, centum marcas offerunt in munere: sed cum nihil proficerent, coeperunt eruclare uim et christianis bellum indicere. Tunc infitores, onustis iam de captura nauibus, nocte illa iter aggressi et secundis uentis uela credentes, tam se quam sacerdotem atrocibus ademere periculis. Ita odium christiani nominis et superstitionum fomes plus omnibus Slauis apud Ranos innaluit. Huc usque Helmoldus antiquissimus, e quo referunt reuerendi uiri D. CRAMERVS lib. I. hist. Pom. ecclesiae c. 34. CRANTZ. lib. 5. Vandal. c. II. et Ioh. BVGENHAG. lib. 2. chron. c. 6. ubi addit: *Donum capiendarum halecum in Rugia et Treptoa ad Rheugiam migrasse, una cum uaticinio: tam diu apud Danos hoc donum mansurum, donec princeps aliquos, ut et alibi factum est, piscatores nimio censu grauarent.* Tunc enim fore, ut nec ipse nec alii, Dei iudicio, qui talia uult esse omnium, multum commodi ex halecibus sit capturus. Sed ad Swantewitum, de quo aliter CRANTZIUS lib. 3. Vandal. c. 37. Praepollet, inquit, *Zwantewit Deus terrae Rugianorum: utpote efficacior in responsis, cuius respectu caeteros quasi semideos aestimauere. Huic ueluti peculium honoris annuatim hominem christicolam, quem fors acceptauerit, litare quaesuerunt, et quae sequuntur deinceps.* Erat oculis et labiis aureis, cidari tectum, quasi coecum et mutum peccata hominum dissimularet. Erat praeterea caballus mira magnitudine pinguis, ferox, niger, fessoris impatiens. Hunc tempore uel praedae agenda uel pugnae ineundae sacerdos, equi custos, per hastas, distincto ordine humi positas, ter ducebat atque reducebat: quarum si nullam pedem attigisset, uictoriae signum id esse putabatur, *Zwinger.* lib. IV. Theatr. Vol. 27. Erant quoque quatuor Sedini *fana* seu contubernia, uariis auium, bestiarum et hominum imaginibus, tam sculpta, quam picta, adeo artificiose, ut mireris istius seculi ingenia. In uno prisca consuetudine offerebantur *decimae partes* opum et armorum, ex hoste terra marique quaesitorum: crateres aurei et argentei, in quibus augurari solebant et ex iis potabant nobiles, si quando lux festa uenisset: *Cornua* quoque bubulorum uel urforum *deaurata* et gemmis intexta, quibus pro buccinis et poculis utebantur: mucrones quoque et cultri

multaque supellex pretiosa, rara et uisu pulchra in Deorum honorem asseruata. Quae omnia Stetinenses, paulo post conuersi, suo apostolo *S. Ottoni*, *Bambergensium* episcopo, largiri uoluerunt; sed episcopus, ne bonis eorum inhiare uideretur, ut hoc nostro seculo omnium pessimo, aqua lustrali expiata, inter sese ciues diuidere iussit, accepto solo *TRIGLAVI* simulacro tricipite, quod in trophaeum abductum. *Monumentum conuersionis Pomeranorum* Romam misit ad *Honorium II.* pontificem maximum et ubi quondam *Triglauius* stetit, ibi templum in honorem *Adelberti* aedificari curauit, quod breui dirutum est. Praeter haec insigne idolum fuit *RADIGAST*, in antiqua *Vandaliae* urbe *Rhetia*, cuius nulla hodie uestigia extare inquit *M. Andreas ANGELVS* lib. 2. annal. March. p. 63. At *HELMOLD* lib. I. chron. c. 23. *Slauorum metropolin* uocat et eodem lib. I. cap. 2. *sedem idololatriae, templum ibi magnum constructum daemonibus, quorum princeps est Radegast*, simulacrum eius auro tectum ostro paratum. Et cap. 21. describit pugnam inter *Kycenos* atque *Circipanos*, circa *Panem*, nec non *Riuduros* siue *Tolenzos* cis *Panem* habitantes, omnes antiqui *Pomeraniae* populi, quorum hi propter antiquissimam urbem et celeberrimum illud sanum, in quo simulacrum *Radigast* ostenditur, regnare uolebant, adscribentes sibi singularem nobilitatis honorem, eo quod ab omnibus populis *Slauorum* frequentarentur, propter responsa et annuas sacrificiorum impensiones. Huc usque *Helmoldus*. *Christianismus* equidem anno 938. imperante *OTTONE M. Heinrici filio*, in *Vandaliam* introductus et primo conuersa est, *Oldeburgae* constituto *Marione* episcopo, cui diuus *Otto* omnem *Vandalorum* prouinciam, usque ad *Oeminum* oppidum, et *Panem* fluuium subdidit. Qui cum annos ferme 70. credidissent, abiecta fide effreni furore grassantes, multos christicolos martyrio coronauerunt, utpote *Godefridus* *Slauorum* princeps *Leontii* (*Lenzen*) a paganis occisus anno 1060. *Ansuerus* monachus *Raciburgae* lapidatus: *Iohannes* episcopus, post uaria ludibria, manibus et pedibus truncatus et occisus est, proiectoque corpore caput abscissum, contoque affixum, pro signo uictoriae, ad idolum *Radegast*, circa *Panem*, ultra *Deminum*, 4. Idibus *Novembris* allatum est. *Ecclesiae* *Hamburgensis* et *Idibobe Scheswigensis* funditus excisae sunt, cruces in *Christi* crucifixi derisionem truncatae passim sunt et omnes *Slauis*, conspiratione facta, ad paganismum relapsi, perseuerantes in fide deleuerunt. Tum multa *Holsatorum* fami-

Equi albi hostilium.

Fana Sedinensia.

Praedia idolorum oblata.

S. Ottoni alibi nentia.

Triglav idolum sublatum.

S. Adelberti templum.

Radigast.

Vandalorum conuersio anno 938.

primus episcopus Mar. o.

defectio a fide anno 1060. et in christianos conuersio.

familiae ad *Harcinios* montes fugerunt *A* *an den Haartz*, ubi adhuc eorum est posteritas. Hinc constat, quod idolum *Radigast* tempore conuersionis etiam Pomerani coluerunt. D. Ioh. *BUGENHAG.* lib. 2. chron. Pomer. lib. 5. c. 2.

Wolgasti siue *Hologasti* duo idola fuerunt, quorum unum *Barbuit* siue *Mercurius*, deus mercaturae; alterum *Harouit* siue *Mars*, deus belli dicebatur, quo praeuio in omni pugna se uictores admodum superstitiose confidebant. Tempore conuersionis ad hoc *Martis* siue *Harouiti* fanum clericus quidam confugit et circumspiciens uidit clypeum pendentem in pariete mirae magnitudinis, operoso artificio auri laminis obtectum, quem cum nulli mortaliu contingere liceret, nec a loco moueri nisi tempore belli fas esset, attonitus clericus arripuit laeuaque loris inserta, in medium turbae furentis profiliit. Pagani uero prodigiosam armaturam uidentes, partim in fugam conuersi, partim quasi exanimes facti, in terram ceciderunt, sic diabolus diabolum fugauit. Iucundam hanc narrationem narrat *autor uitae S. Ottonis* lib. 3. c. 5. e quo *Zwinger.* uol. 17. theatr. lib. 4. fol. 3158.

Plura Vandalorum idola erant *Prone* *D* deus terrae *Oldeburgenfis*. Hoc nomen a Graecis traductum, qui *Prone* uocant prouidentiam, qua gubernabatur mundus, *CRANTZ.* lib. 4. Vand. c. II. *Sirwa* dea *Polarorum* siue *Raceburgenfisum* *Venus*; et in *Rugia* *Carentii* tria idola in uno templo sistebantur, quae inter *Rugeuitus* s. *Rugeman*, ut *CRANTZ* uocat lib. 5. *Vandal.* c. 15. septem faciebus atrox, informis et horrendus emicuit.

Sub uno capitis apice, et septem gladiis accinctus, unum euaginatam manu dextra tenuit, caeterum hirundines ore nidificantes pectus stercore turpabant, inquit *Crantz* d. I. c. 15. Deus itidem belli ut *Harouitus* credebatur: amputato uero idolo exire ab eo conspectus est diabolus, specie nigrae bestiae: ex opposito uisus est Deus pacis quinque facies uno capite gestans, longa talarum indutus, signa pacis utraque manu ostendit. *Tertium idolum* dormitans *quatuor facies* habebat, trinas in capite et unam in pectore, manu tricipiti supposita, cui *Poreuiti* nomen indiderunt, quasi dormitet *Homerus*, de quibus *CRANTZ* d. I. lib. 5. c. 15. His et aliis idolis, quae omnia enumerare taediosum et auditu horrendum, dicati erant *flamines*, sacrificiorum libamenta et multiplex nefariae religionis cultus. Solennitates autem diis adulterinis et idololatricis dicandas atque dicendas sacerdotes fortium nutu denuntiabat, aduola-

bat omnis uirorum, foeminarum et paruulorum multitudo, quae cruentas ouium et bouium hostias maclabat, plerique christianorum hominum sanguine litabant et eo gaudere Deos suos iactabant. Ita *Pet. MATTHAEI* lib. 2. *histor. Henr. IV. narratione* 3. inquit, *Daemones gaudere libaminibus et nitore, quibus eorum corpusculum pinguescat. uid. PORPH. de abstinent. Caesa hostia sacerdos, quo percipiendis miraculis esset aprior, effusi cruoris partem litabat.* Daemonia sanguine facilius inuitari uulgi fert opinio. Nec mirum christianorum sanguinem in deliciis illos habere, quod hoc genus hominum tanquam hostile magis execrentur. Student enim subuersionibus falsae religiones. Consummatis ex more omnium pessimo nefariis sacris s. sacrilegiis, populus ad epulas, plausus et hilaritates conuertebatur. Fuit ea tempestate insignis *Wandalorum* error, ut in conuiuibus et comotationibus *pateram* circumferrent, in quam non consecrationis sed execrationis uerba ingerebant, sub nominibus *Deorum BONI* et *MALI*, quorum alteri bonam, alteri malam sortem adscribebant. Unde malum deum *diabol* et *ZERNEBOG* h. e. nigrum deum, bonum uero *BELBOG* h. e. album deum, appellitabant, iuxta immanem *Manichaeorum* errorem, excaecati a principe tenebrarum diabolo. Haec e *Crantzii* lib. 3. *Vandal.* c. 37. reuerendi uiri *D. Ioh. Bugenbag.* lib. II. *chronic. Pomer.* lib. 5. c. 8. et *D. Cramerus* lib. V. *hist. Pomer. eccles.* c. 45. fideliter retulerunt. Imo forma eiusmodi idoli in peninsula *Rugia Wittouiae* lapidi incisa adhuc conspicitur et uulgariter *Wietold* uocatur, quasi *Vitus* antiquus, magno capite, proluxa barba, pedibus distortis, uentre uentoso, adeo ut portentum potius quam deificum commentum uideatur.

O caecas hominum mentes, o pectora caeca!

Tanto princeps ille tenebrarum, tetratralis caliginis auctor et diuinae lucis osor, corda hominum uariis superstitionum et errorum nebulis occaecauerat, ut magis tenebrosum et exosum diaboli regnum, quam pellucidam Christi claritatem amplecterentur. Delectati enim specie uisibili aut ignem aut spiritum aut citatum aerem, aut congeriem stellarum aut monstra etiam rectores orbis terrarum atq; Deos putarunt, quia sic speciosa et formosa apparuerunt. Quanto dominator et creator eorum speciosior formosior? Omnis enim speciei *GENERATOR* haec omnia constituit. Interea non mirum, quod a lege naturae aberrarint, qui naturae fontem non agnouerunt, quia *conclusit Deus omnia* *lib* *inre-*

Paterologium

Manichaeismu ethnico-

Poreuiti fontina.

Caecitas gentilitium.

Prone

Sirwa

Rugeuitus

Poreuitus.

Idolorum nefandus cultus.

incredulitate, ut omnium miseretur, ad Rom. XI. u. 32. Consideranti ergo idola et historiam conuersionis gentium manifestum erit, Pomeranos mitius in praedicatores Christi fauuisse, quam gentes alias Romanas uel Graecas, quae manus martyrum Christi sanguine tingentes horribiliter debacchatae sunt, ut inquit reu. dn. Ioh. BYGENHAG. lib. 2. chron. Pom. in 1. §. cap. 2. ubi confert uicinorum impietatem cum Pomeranis, non opprobrii causa, sed praecedendae calumniae gratia: Pomeranis enim aequae ut aliis christianae lucis gratia affullit. Persecuti sunt quidem euangelistas Christi, per ignorantiam, non tanquam Dei nuncios, sed opinatos patriae euerfores. Olim nulli non ethnici persecutione suos manus commacularunt: Pomerani uero omnium mitissime egerunt, nec Bernhardum nec Ottonem occiderunt. Boleslaus equidem dux Poloniae ad Ottonem dixisse legitur: miramur, o pater, inter feros homines te perstitisse incolumem, qui nuper apud Osmanenses quendam Christi nuncium adegerunt in crucem; uerum retulit hoc Boleslaus, ut ex rumore forte accepit, qui uanus esse potuit, quia nulla eius rei gestae aut nomina aut circumstantiae uel in D. Ottonis historia uel ullis aliis monumentis continentur.

Pomerani gentiles mitiores fuisse erga christianos, quam Romani et Graeci.

Pomeranorum defectio puniuntur.

Crebra Iulinensium, Stetinensium et Rugianorum defectio non probatur, cum melius sit uiam ueritatis non cognouisse, quam cognita fidei ueritate ad idola relabi et tanquam canes ad uomitum reuerti; uerum mox Iulinenses igne coelitus immisso perierunt: Stetinenses uero a S. Ottone in semitam ueritatis reuocati, diuina misericordia crediderunt. Haec de prisca Pomeranorum gentilitate et idololatria: ubi si naturam sacrificulorum gentilium et nostratium quorundam patrum catholicorum diligenter conferas, in multis conuenire uidebis, astutia rebus externis uisa, speciosis fanis, imaginibus, persecutionibus, regicidiis et aliis. Adeo ut quidem hoc nostro seculo nonnulli inter catholicos extremistas clamitant et scribunt, turbatum imperii Romani statum ex Lutheri doctrina prouenisse et adhuc prouenire: ita etiam antiquitus nostri paganorum sacrificuli tempore conuersionis pestilentia ingruente dixerunt: id malum propter abiurationem et neglectum idolorum accidisse, quibus nisi decus suam restitueretur, omnes perituros esse. Nec mora adest, fana aperiuntur, profani ritus reuocantur et idola coluntur. Ecce ut antiquitus omnia mala propter christianismum: ita hodie propter Lutheranismum euenire ab utrisque sacrificulis falso demonstratur. Vide per otium ARNOBII lib. I. aduers. gent. in pr.

TERTVLLIAN. in Apologet. AVGVSTIN. lib. I. de ciuit. Dei lib. 1. et 7.

CAPVT III.

De conuersione Pomeranorum ad fidem christianam et catholicam.

Pomerani omnium gentium nouissimi ad fidem conuersi sunt anno 1124. sub HENRICO IV. imperatore et CALIXTO II. papa, cum caeteri gentes omnes iam dudum suauissimo saluatoris iugo colla subdidissent. Vbi sub initio conuersionis Pomeraniae cogitanda et miranda Dei omnipotentia, iustitia, misericordia, qui creat lucem et format tenebras, qui saluat et condemnat, nemini faciens iniuriam. Iustus est dominus et rectum iudicium eius: non dicat figmentum figulo, cur ita me fingis? Deus enim multa longanimitate tulit uasa irae, et alia fecit uasa misericordiae, caueamus saltem ne frangamur. Laudemus Dei clementiam. Quomodo Pomerani potuerunt prius credere, cum non audierint? quomodo potuerunt audire, nemine praedicante? quomodo praedicarent, non missi? quod ergo non prius uocauerit, incomprehensibilia sunt Dei iudicia et imperuestigabiles uiae. Tu qui es, homo, qui cum Deo contendas? Ita inquit et incipit conuersionem Pomeraniae enarrare reu. dn. Ioh. BYGENHAGIVS lib. 2. chron. Pom. m. 5. cap. 1. PIPINVS quidem Frisones Vandalorum uicinos ad religionem christianam compulit, quorum princeps Radboldus siue Ratpotus baptizandus quaesuit, quid fieret de maioribus non baptizatis? audito responso, illos damnatum iri, pedem e baptisterio retraxit et dixit: se maiori cum parte sortem habiturum. P. DIACONVS Long. lib. 6. c. 37.

Anno 1124. Pomerani omnium pestremiti ad fidem conuersi.

Anno Christi 719. secundum Baronium. Radboldus stolido respuit baptismum.

Saxonum conuersio.

Pipinus Nanus fieri rex inde meretur, Quod post Martellum papalia iura tuetur. Gothofr. VITERB. chronic. pag. 17. Hisce temporibus Saxones christianam religionem amplexati sunt, post continuum 33. annorum bellum. SLEID. lib. 3. de monarch. AVENT. lib. 4. CRANTZ. lib. Sax. c. 2. Antea tota quasi Germania a fide Christi alienissima fuit, sicut et Vandalia. Vandalia degens olim in litore maris Balthici potentissima et urgente Slauorum impressione Megapolin et Marchiam usque ad Albim complens, permittis Slauis uano idolorum et daemoniorum cultui pertinacissime inhaerens, christianum nomen, fidem et religionem abhorruit, donec a uicinis regibus et principibus suae gentis Pomeranis coacta, armis fidem christianam amplexa est. S. Bonifacius, Richardi Angliae regis frater, primus Germanorum apostolus, quos conuertit et ad

Bonifacium Germanorum apostolum.

ZACHA-

ZACHARIAM pontificem de episcopatu-
um in Germania fundacione literas de-
dit *tom. I. concilior. H. MVTIVS lib. 7. SA-
BELL. Enn. 8. lib. 7. ANTON. lib. 14. c. 1. §. 7.
percipimus 16. q. 1. Franc. IREN. lib. 3. c. 35.*
Vtrum uero Pipinus aut Bonifacius ad
Vandalos Balthici maris, et quidem Po-
meranos peruenerint, nihil certi ex hi-
storicis constat: illud certissimum, quod
antiquiores Pomeraniae incolae non-
nulli eorumque duces christiani fue-
runt, utpote *Wilzan*, dux Wilforum seu
Vandalorum, anno Christi 789. tempore
Caroli M. *Wilzan*, inquit M. Hie-
ronymus HENNIGES in tabulis genealo-
gicis, *imperatorem postea secutus fidem
christianam suscepit, cum baptismo, et so-
rorem uxoris Caroli Fastradae duxit, ue-
rum ad idololatriam rursus delapsus est.*
C *Wilsi* ergo Vandaliae pars, uti uocantur
a CRANTZIO *lib. 2. metropol. cap. 4.* et ex-
pressius ab HELMOLD. *lib. 1. c. 2.* inter ua-
rios Pomeranorum populos recensentur,
ad flumen *Panim* et ciuitatem *Dem-
min*, qui religionem christianam, a CA-
ROLO M. domiti, susceperunt. Horum
posteriores et reguli, nempe *Milegast* et *Ce-
lendrag*, uti uocat *abbas Vrspereg. in chro-
nic. 1. q. 3. in annal. Val.* ab EICKSTEDT,
Mucislaus et *Ratiborus* ethnici reman-
ferunt et imperatorem LVDOVICVM, Ca-
roli M. filium, accesserunt, qui muneribus
donatos et sacramento confirmatos in
patriam remisit. CRANTZ. *lib. 2. Vandal.
c. 24.* Hic intermedius ab H. MVTIO *lib.
II. de Germ. ad LVDOVICVM balbum*, re-
gem Germaniae uenisse scribitur, omisso
nomine, quod a Paulo Constantin. Phrygione
Raslitzius indigitatur, qui ethnicus remansit,
donec ab una parte a Polonis, ab altera a
Saxonibus, bello fatigaretur, ita ut CRAMERVS
lib. 2. rer. Polon. p. 29. asserat, uehementer diuexatos
et attritos esse Pomeranos. Deficiente
uero Caroli M. linea anno 933. in LVDO-
VICO III. Arnolphi filio, teste HELMOL-
DO *lib. 1. chronic. c. 7.* fastigium imperii
Romano-Germanici ad Saxones peruenit,
et simul religio christiana introducta
fuit, quo tempore plures episcopatus
fundati, et Pomeraniae duces facti
religiosiores, uti *Barnimus* et *Wartislaus*
anno 935. in primis torneamentis ad-
missi fuerunt, et quadraginta galearum
insignia portarunt, teste MVNSTERO *lib.
3. Cosmogr. Fr. MODIN in pandectis trium-
phalibus: (ubi Barnimum ducem Wini-
darum uocat.) Magdeburg. cent. 10. cap. 16.
p. 708. et aliis.* Ergo dubio procul christiani
fuerunt, quia leges palestricae habent,
*ne quis, qui una certare uelit, sentiat
contra trinitatem.* POMARIVS *p. 110. chron.
Saxon.* At horum posteriores *Mestiborus*,
Bogislaus et *Suantiborus* rursus ad
ethnicismum deflexerunt, uti scribunt

A *M. Caspar SCHVLTZ lib. 1. chronic. Poruff.
MVNSTER. lib. 3. Cosmogroph. p. 1148. et
Wolffg. IVSTVS ex. genealog.* Tandem
WARTISLAUS ex professo religionem
christianam introduxit, fouit et propa-
gavit, a quo communiter historici gene-
alogiam ducum Pomeraniae incipiunt.
CRANTZ. *lib. 3. Vand. c. 28. CHYTR.
lib. 1. Saxon. Antonius ALBICIVS, nobilis
Florentinus, in Genealog. fol. 34.* Priores
enim Pomeraniae duces seu reges magis
belli-potentes, quam sapientipotentes
fuerunt, ut *Ennius* de suis loquitur, et
allegat *Pom. part. 1. q. 7. n. 31.* Quomo-
do denique Pomeranos omnium ultimi-
mos diuus OTTHO, *Bambergensium* epi-
scopus VIII. comes in *Andechs*, ad fidem
christianam conuerterit et auctor extiterit,
ut illustrissimi Pomeraniae duces
episcopatum aliquam fundarent, funda-
tissimi et antiquissimi testantur histori-
ci, HELMOLDVS, qui uixit ante annos 452.
*lib. 1. chronic. Slauor. cap. 41. Clauit, in-
quit, in diebus illis, uir insignis sanctitatis
OTHO Bambergensium episcopus, qui
inuitante pariter et adiuuante BOLIS-
LAO, Polonorum duce, Deo placitam adiit
peregrinationem, ad gentem Slauorum,
qui dicuntur Pomerani et habitabant inter
Oderam et Poloniam, omnemque gentem
illam, cum principe eorum Warzizlao
conuertit ad dominum. Similiter NAV-
CLERVS uol. 2. cosmographiae gener. 38. p.
822. ait: Othonem episcopum a duce Polo-
niae uocatum, insuper domini Callisti bene-
dictione directum ad gentem Pomeranorum,
quos idem uenerandus pater plene conuertit
atque in fide catholica firmavit. Ita enim
CRANTZ. lib. 3. Vandal. cap. 24.
per eadem fere tempora, inquit, cum Hen-
ricus imperio teneret omnem prouinciam
citra Panim, Warcislaus princeps erat in
orientali Wandalia: qui, instante sanctissimo
uiro Othone Bambergenfi episcopo, sponte
sibi praedicationis officium in Wandalos
adsciscente, fidem Christi cum proceribus
et urbibus accepit, perurgente a mari
Nicolao Danorum rege, inde a terra Bo-
lislao Poloniae duce &c. Ex hoc refert
Mart. CRAMERVS *lib. V. et VI. rerum Polo-
nicarum, Wartislaum Boleslai Criuosti
opera cum gente sua ad religionem
christianam conuersum fuisse. Philippus
MELANCHTHON siue Peucer. lib. IV. chro-
nic. p. 209. Huius, inquit, Henrici seculo,
circiter annum Christi 1124. OTTO epi-
scopus Bambergensis gentem Pomeranicam
conuertit ad fidem christianam, ducibus
Bertislao et Casmiro christianis sacris ini-
tatis, unde cognominatus est apostolus
Pomeranorum. CHYTRAEVS lib. I. Saxoniae
p. 9. Cum Boleslaus III. Poloniae rex
Wartislaum et Ratisborem fratres citerioris
Pomeraniae principes ad christianae reli-
gionis cultum adduxisset, Otto episcopus*
(L) 2 Bam-*

Anno 1150. et
1056.
Wartislaus
christianus.

Otto diuus
Bambergensis.

Historicorum
testimonia de
apostolatu S.
Othonis.

Wilsii primitiae
Vandalorum
fidelium.

Sacra christiana
in Pomerania
iam uiguerunt
sub imp. Saxonibus.

Anno 969.

Bambergensis VIII. Henetae linguae peritus, ad doctrinae et rituum christianorum institutionem in Pomeraniam euocatus est, qui Vratislaum patrem et filios, Casimirum et Bogislaum, sacro fonte initiatos ecclesiae christianae inseruit. Hartman SCHEDELIVS, medicus Norimbergensis, in *chronico magno* huius conuersionis Pomeranicae mentionem facit. Vid. etiam BARON. tom. 12. p. 194. ubi satis prolixè haec tangit et tandem se refert ad *uitam Othonis a Carisio editam.* Add. ZWING. uolum. 5. theatr. lib. 4. uolum. 1b. 1. ex Helmold, Vrßberg, et Auentino. Haec consona tot historicorum testimonia satis indigitant, quis, quomodo et quando primordiale Pomeranorum conuersionem a gentilismo ad christianismum instituerit, diuus nempe Otto Bambergensium episcopus. Hallucinatur ergo dn. Eberus in calendario suo, qui Pomeraniam ab Ottone conuersam anno 1104. ultima Septembris asserit. Contrarium rhythmici uulgares testantur praeter historicos:

Anno milleno, centeno, bis duodeno

Otto de sanis fit apostolus in Pomeranis.

Occasio conuersionis Pomeraniae.

Occasio conuersionis Pomeraniae eiusmodi fuit. Hispanus quidam, nomine BERNHARDVS eremita, cum Pomeranos paganis erroribus adhuc implicitos comperiisset, animum induxit, ut animas Christo lucraretur, et in itinere a duce Poloniae honorifice acceptus, cum audiisset, tantam Pomeranorum esse feritatem, ut ipsum occisuri sint prius, quam uerba salutis admissuri, nihil teritus, sed uitae prodigus, accepto a rege interprete, coeptum iter persequitur et humili accessu nudis pedibus *Iulinum* intrans, euangelium praedicauit et se nuncium Dei appellauit. *Gloriosus*, inquit, *Deus, non tam despectos habet ministros, ergo tibi consule et reuerte-re, unde accesseris.* Prouocauit eremita ad ignis iniunctionem, quod ethnici respuerunt, ne similis calamitas accideret, quae fratribus Prutenis paulo ante acciderat, ob occisum *Adelbertum*. Cuius enim potest accidere, quod cuiquam accidit. Interea uir zelo plenus arreptam securim in *statuam C. Iulii Caesaris*, in medio foro erectam, fortiter impexit et exegit, ut se conuerterent. Hunc duriusculum conuertendi modum omnino respuentes ethnici Pomerani, fortean ex naturali regula, quod *religio docenda non cogenda sit*, Bernhardum et interpretem nauiculae imposuerunt, ut in *suetum praedicandi ardorem et piscibus et uolatilibus, quibus otium esset, communicaret.* Hoc gentili responso accepto, nouus uates ad regem Poloniae reuersus est et exposuit, quae acciderunt; sicut et *D. Othonem* de toto

Bernhardi x-lus.

Pomeranorum statu diligenter informauit, opponendo feritatem, quae secundum faciem tantum iudicaret homines et omnem humilitatem abiiceret. Ergo diuus otto pro *Bernhardo* opus continuauit et splendidius nobiliori, cum comitatu Pomeranos accessit, inuitatus a *Bolisla*o Poloniae duce, ut ex literis patet uitae diui Othonis insertis lib. 2. cap. 5. Vnde diuus otto tanto facilius iter hoc aggressus est, quia iuuenis in aula *Vladislai Hermannii*, ducis Poloniae, uixerat, iuuentutem ibidem instituerat et adfinitatem cum imperatore conciliarat, linguae gnarus licentiam a Caesare HEINRICO V. et papa Callisto II. uel ut alii uolunt, Honorio II. impetrauit, per Bohemiam et Poloniam, uenit ad castrum *Tutzda*, quod Polonorum et Pomeranorum confinia iungit.

Comes *Paulitius* a duce Ottone comes itineris datus, nuncios ad *Wartislaum* Pomeranorum ducem praemisit, ut apostolo in salutem hominum uenienti cum suis occurreret et diuinis monitis obtemperaret. Adest igitur *Wartislaus*, quingentis equitibus stipatus, qui nouum hospitem libenter admisit et excepit, quia iam ante in pueritia sua captiuus erat in Teutonicas regiones adductus, atque in oppido *Mersburgensi* baptismi gratiam consecutus, saluum conductum liberaliter concessit, ita ut diuus Otto plures in pagis iuxta stagnum occurrentes conuerteret et baptizaret. Deinde *Pyrisicum* primae Pomeraniae oppidum appulit, sed non ingressus est, eo quod circiter 4000. hominum conuolarant ad prophanum festum, luxu, cantu, uociferatione celebrandum: tandem oppidum intrauit, praedicauit et 7000. homines baptizauit. His ita conuersis, *Caminum* profectus est, ubi praedicationi et baptismatis collationi similiter operam dedit. Deinde *Iulinum* traiecto flumine contendit et ciues ibidem inciuiles, impios, atque crudeles reperit, qui sine consilio *Stetinensium* nihil acturi, nouos hospites ferre occidissent, ut ex elogio *Ruffico* constat, qui postea baptizatus suo idiomate dixit: *bogdal iehemnie sabbiel* h. e. *Deus dabat ne te occiderem.* In templo *Colbazensis* monasterii adhuc extant uersus sequentes, cum inscriptione: *nomina eorum qui percusserunt D. Othonem episcopum Bambergensium cum doceret et baptizaret in Wollino* anno 1124.

CISTEMIL, TREDEGRAS, BOYDAN, KNIPS, IESSE, GOLIAS,

Hi sex dant plagas o OTHO diue tibi.

Quare *Stetinum* properauit et ciues initio difficiliore reperit, sub hac tamen conditione lucratus est, ut tributum

Anno 1069. S. Otto in Pomeraniam inuitatur.

Paulitius comes itineris.

Dux Pomeraniae obsidiam prodedit.

Pyrisenses baptizati.

ut et Caminenses.

Iulinensium furias.

Stetinenses conditionate sacra christiana amplectuntur.

tum a Polonis nuper indictum remittiA curaret, quod Otto curatum dedit et exemplo probauit, *quomodo Deus in opere alieno suum opus conficiat et quae a corrupta et mala uoluntate nostra proficiuntur, ad gloriam suam et in bonum uertat*, inquit S. August. *THVAN. lib. I. histor. p. 21.* Hinc antequam Iulini rediret, *Garzenses et Lubicensis* conuertit, sicut et Iulini maiori ueneratione receptus, aliquot mille homines nouis sacris initiauit.

Omnibus ex uoto peractis, Bambergam reuocatus est, ut ex literis et uersiculis constat:

Salue magne pater dic littera, dic reuerenter

Dic rogo uersifice: inclyte praesul aue.

Expectate redi: populi spes, optio cleri.

Digne dator legis, certa medela regis.

Colbergensium item a Belgardensium.

Nec in reditu coeptum conuersionis opus intermisit, sed tam *Colbergenses* quam *Belgardenses* ad fidem christianam redegit. Rebus domi compositis cogitauit optimus praesul, Pomeranos nondum plane et plene conuersos, nec episcopatum ibi fundatum, ad cuius aedificationem consilium et auxilium suum promiserat et realem promissi exsolutionem praestiturus, denuo Pomeranos per aliam uiam, *Magdeburgensem* et *Hauelsburgensem* dioeceses accessit, *Wartislaum* cum *Lutitiis* pugnantem religionis ergo animaduertit, inopinatam religionis ergo animaduertit, inopinatam *Stetiniensium* et *Iuliniensium* defectionem rescuiuit. *WARTISLAUS Lutitios* deuicit et ad obedientiam redegit, oppida *Lutitium*, *Vsedomium*, *Demminum* et reliqua occupauit. Deuictos Otto uerbi diuini telis denuo uicit, imbuit et abluit S. baptismatis fonte, tam *Vsedomae* quam *Demmini*. Deinde *Gützkorwium* perrexit, ubi a legatis marchionis Brandenburgici salutatus est, comitem ibidem una cum liberis et aliis quam plurimis baptizauit, *VVolgasto* aliquantum retinente. His Pomeraniae anterioris populis etiam conuersis, ad *Stetinienses* et *Iulinienses* reuersus est et in uiam salutis reduxit. Haec breuius et specialius de prima Pomeranorum conuersione ad fidem christianam praemisisse sufficiant: qui plura expetit, legat integram Ottonis historiam latine impressam: *centuriatores Magdeburgenses* cent. 12. cap. 10. col. 1502. et reuerendos Pomeraniae doctores *Bugenbag. lib. II. chronic. Pom. m. 5. c. 9. 10. et seqq. per tot. D. CRAMERV. lib. 1. chronic. Pomer. ecclesiast. cap. 1. 2. 3. et seqq. per tot.*

Priscorum Pomeraniae ducum de erigendo episcopatu consilia.

Quibus ex omnibus patet, quod illustrissimi Pomeraniae duces non solum ante diu Ottonis aduentum in Pomeraniam Christi fidem susceperint, uti

Wartislaus et praedeceffores sui antiquiores, sed et episcopatum fundare uouerint, propagandae religionis ergo, ne semel bene aedificatum facile corrueret.

CAPVT IV.

De conuersione Rugianorum ad fidem catholico-christianam.

HUc usque de prima eua Pomeranorum conuersione ad fidem catholicam. Quia uero *Rugiani* illustrissimis Pomeraniae ducibus ultra annos trecentos subiecti fuerunt et idolaeorum praemissa, nunc etiam conuersionem adiiciam. *Rugiani* longe ante Pomeranos conuersi sunt et euangelicam fidei tesseram susceperunt, ut ante dixi, tempore *LVDOVICI* imperatoris, per *monachos de Corueia*: sed monachorum superstitione fecit, ut pluris fieret *Suantouitus*, quam *CHRISTVS*. *Rugiani* enim *Suantouitum* pro *DEO* summo et *Barouitum* syluarum Deum colentes, annos dehinc 250. in errore paganico perseuerarunt.

Slauis uero et *Vandalis* intra *Vistulam* et *Albim* diffusis, in marchia Pomerania et *Megapoli* fide christiana imbuendis impedimento fuit tumultuatio *Normannorum*, *HELMOLD. lib. I. cap. 7.* *Causae* cur *Vandali* praedicato sibi per *Ansegarium* et *Rempertum* *Hamburgenses* episcopos euangelio tam aegre assentientes, christianos tam obstinate profecuti sunt, haec fuerunt: *rei nouitas, idololatriae inueteratae assuetudo, latrociniarum studium et iugi ac immodicorum onerum seu exactio-num Saxoniarum seu nimiorum tributorum impatientia.* *CRANTZ in Dan. Vand. et Saxonia.* *Relapsi* itaque ad idolomaniam tanquam sus ad uolutabrum, caeteris duriores longissimo temporis spatio, in densis erroribus et infidelitatis tenebris haeserunt, donec altissimus fidei plantator, non dulcem praedicationis admonitionem, uti prius, sed duris dura medicamenta adhibendo, ignem et gladium misit, ut corporalis mortis metu, aeternae mortis cauerent pericula et quasi coacti ueritatem Christi amplecterentur, quam ante desperatissimis daemonum erroribus dementati persequebantur. *HENRICVS* enim *LEO*, *WOLDEMARVS* rex *Daniae*, *CASIMIRVS* et *BUGISLAUS*, *Pomeranorum duces* et *PRIBESLAUS* *Obotritorum dux*, coniunctis uiribus *Rugianos* inuaserunt, oppugnarunt, deuicerunt et eo redigerunt, ut fidem christianam amplexarentur et idola destrui paterentur. *HELMOLD. lib. 2. chron. Slau. cap. 12.* inquit: *fecit WOLDEMARVS produci simulacrum idol antiquissimum SWANTEWIET, quod colebatur ab omni natione Slauorum et iustum.*

(L1) 3

fit

Rugiani diu ante S. Othonem sacris christianis imbuti.

Vandali cur difficulter Christo uocati dederint.

Anno 1119. Rugiani ad sacra christiana amplexanda compulsi.

Suantouit idolum combustum.

fit mitti funem in collum eius et trahi per medium exercitum, in oculis Slauorum et frustratim concisum in ignem mitti. Et destruxit fanum cum omni religione sua et aerarium locuples diripuit et praecepit, ut discederent ab erroribus suis, in quibus nati fuerant, et adsumerent cultum ueri Dei, et dedit sumtus in aedificia ecclesiarum et

XII. ecclesiae erectae sunt 12. ecclesiae in terra Rugianorum et constituti sunt sacerdotes, qui gererent populi curam in his, quae Dei sunt. Et assuerunt illic pontifices ABSOLON de Roschilde et BERNO de Magnopoli. Erat autem tunc temporis princeps Rugianorum uir nobilis IARIMARVS, qui audita uera Dei cultura et fide catholica alacriter ad baptismum conuolauit, praecipiens etiam omnibus suis, secum sacro baptismo renouari. Ipse uero factus christianus, tam in fide firmus, tam in praedicatione erat stabilis, ut secundum Paulum iam a Christo uocatum uideres, qui fungens uice apostoli gentem rudem et beluina rabie saeuientem, partim praedicatione assidua, partim minis ab innata sibi feritate ad nouae conuersationis religionem conuertebat. Hucusque Helmoldus. Paulo taliter CRANTZ lib. 5. Vandal. c. 11. Rex Daniae Waldemarus in Rugiam parabat expeditionem, foederatus christianis principibus Pomeraniae, quibus cordi erat christianam religionem ad eos suos contribules propagari. Arcona Rugianorum metropolis quondam obsidione cingitur, expugnatur et conditiones pacis praescribuntur, inter quas prima et praecipua, ut simulacrum foras producat, exurendum, captiui christiani sine ullo redemptionis impendio laxentur, RELIGIO CHRISTI suscipiatur et stipendia sacrorum, imo sacrilegiorum sacerdotibus Christi impendantur. CRANTZ dict. l. 5. c. 13. et seqq. ubi demolitionem idololatriae describit e SAXONE Gram. lib. 14. Rerum Daniae. Orta luce proceres primi, EBERNVS et ZANO ingressi urbem, simulacrum euertere a rege iubentur. Circumstabat expectantis exitum populi densa corona, arbitrati uiolationem sui numinis non impune Danis cessuram, famuli ferro excindere aggressi monentur, prudenter circumspicere, ne festinando capiant quid detrimenti casu molis, quod incolas, Dei sui uiribus, si accidat, ascripturos, detineat in perfidia. Ingenti strepitu conuulsa statua percussit terram. Tum oppidani educere iussi, detrectant numinis a se culti triste peragere ministerium, aduenas et qui in oppido locarant operas, adigunt educere molem. Interim alios religio terruit, alios risus excepit, prudentiores rubor corripuit, tanta se ueneratione coluisse Deum, qui nec sibi adesset. Concurrunt omnes spectatum exercitus, proceres non ante adiere, quam plebs expleta uidendo discederet. Principum scribae, sacerdotum uice in urbe, do-

Rugianae.

Esbarnus et Zano simulacri destructores.

centdae plebis et deinde baptizandae peregerunt officia: fanum concrematur et ex lignis, quod rex faciendis machinis aduererat, instruitur basilica. Thesaurus numini pridem consecratus ad praefinitam horam iubetur afferri, ut inde rei diuinae in reliquum consulatur. Huc usque CRANTZ et SAXO, e quibus constat, quod Arconitani ciues inter Rugianos primarii fidem catholicam amplexati et sacro sancto baptismatis fonte primitus ablu- ti fuerint. TECISLAUS rex gentis, IARIMARVS et STOISLAUS fratres, una cum caeteris terrae proceribus, praenominatas pacis conditiones inierunt, abiecta idolomania fidem susceperunt et baptizati sunt ab ABSOLONE Roschildensi episcopo, destructis tribus idolorum fanis Carenthii repertis, uti recenset idem Crantz dicto saepe loco lib. V. Vandal. c. 15. Ex Helmoldo et Crantzio repetunt Magdeburgenses cent. 12. c. 2. „Haec portenta conuellere ag- gressi famuli, imprimis cauerunt, ne, quid subirent discriminis, maiore per- fidiae in populo, quam suorum corpo- rum periculo. Facile enim superstitiosi homines sui numinis irae casum tribuerent: urbe media iussi concre- mare, rogabant, ut educi iuberent, ne, flamma proximas aedes corripiat per- angusta uiarum. Admirati primum incolae numinum suorum inertiam: inde, iridentibus, ipsi quoque ridentes suam, superstitionem damnauere. Horrenda, tantum ferebantur daemonum praefugia, quod adulteri mulierculis alienis, quasi canes cohaerendo, dirimi diu non poterant, ridiculo saepe spectaculo in publicum producti cernebantur. Sed tunc, purgato simulacri loco sacras aedes erigi iussere regii commissarii digressusque urbe tria locis opportunis Absolon coemeteria consecrauit, scribas iussit docendo, baptizandoque sacerdotum uices implere. Hoc inter euangelicos si factum fuerit, statim haeresis esto, e pistore pastorem, e lanista sacristam fieri. Sed ad nostram Rugianorum conuersionem, quam praecipuetres praecipui episcopi eo temporis curarunt, procurarunt, ABSOLON nempe Roschildensis, qui primas conuersionis primitias sibi soli uendicare uoluit, uti bellator eximius, exclusis reliquis et aliquid obtinuit iure uictoriae, non doctrinae, de quo SAXO GRAMMAT. regem Woldemarum non sine acerbitate uerborum, hortatus est, ut bellum in Rugianos susceptum prosequeretur, cui et ipse interfuit, caedibus, incendiis et direptionibus plurimum damni dans hosti. BERNO Megapolitanus omnium doctissimus et uenerabilis, ut inquit HELMOLD. lib. 2. chronic. Slauor. c. 3. quem CRANTZIVS mutuator Helmoldi lib. 6. Vand. c. 36. prae-

Arconitani primi omnium conuersi.

Rex Iarimarvs et Stoislavvs baptizati.

Scribae sacerdotum mittere iussi.

Rugianorum apostoli ABSALON.

BERNO,

34
 p...
 cu...
 det...
 ment...
 res et...
 ven...
 10...
 11...
 12...
 13...
 14...
 15...
 16...
 17...
 18...
 19...
 20...
 21...
 22...
 23...
 24...
 25...
 26...
 27...
 28...
 29...
 30...
 31...
 32...
 33...
 34...
 35...
 36...
 37...
 38...
 39...
 40...
 41...
 42...
 43...
 44...
 45...
 46...
 47...
 48...
 49...
 50...

praecipuum Vandalorum apostolum uocat, cui postea illustrissimus Pomeraniae dux Bugislaus illustres suos filios commendauit, ut pie et christiane institueret et instrueret. Reuerend. dn. CRAMER. lib. I. hist. Pom. eccl. c. 47. et lib. 2.

Et Sveno indo-
rior.

C. 3. 5. 7. Tertius SVENO episcopus Archauensis, aliquantum indoctor, pro rege famulo suo regem malum suum protegi dixit, et ab auditoribus irrisus fuit. Non mirum igitur, quod scribae forsan doctiores ad docendum et baptizandum admissi fuerint, ipso necessitatis tempore, quae non habet legem et alias omnes christiani sacerdotes Dei non immerito dicuntur. Hi tres episcopi coniuncta opera non solum omnium idolorum fana destrui, sed et ecclesias XXX. christiano more aedificari curarunt, quibus orthodoxi pastores e Dania missi, scribaeque dimissi populum gentilem docuerunt, baptizarunt et conuerterunt, adeo ut princeps ipse

XXX. ecclesiae
aedificatae.

Princeps doctor
enangulii.

Iaromarus, cui rex Rugianorum Tecislaus gubernationem commiserat, suo docendi et praedicandi officio sat exemplare lumen illuminandis suis subditis non deesset, sed unum et alterum imo mille praesentia sua conuerteret. Casimirus et Bugislaus Pomeraniae principes, cum spe cecidissent, potiundae in suam ditionem Rugiae, accepta licentia ex foederatis hostes fiunt. Addit

Rugiani acci-
piunt legitimos
sacerdotes.

Crantz. lib. V. Vand. cap. 15. Rex in sua regressus legitimos sacerdotes immisit prouinciae, cum opportunis comitatibus, ne populum eodem initio grauare uiderentur, reuocatis, qui eam diu impleuerant, scribis. Hucusque de Pomeranorum et Rugianorum con-

Fides catholica
qualis fuerit
tunc temporis.

uersione ad fidem catholicam: quam cum uocem, certum doctrinae genus comprehendo et uoco, quod in fundamentis bonum et orthodoxum, sed pedetentim multis humanarum traditionum fermentis contaminatum est. Veratis domum, uertetis gentes, nec illud audietis, quod FVNCCIVS lib. 10. comment.

in chronologiam suam allegat et inquit: Vt lector uideat, qualis religionis formula circa haec tempora apud celeberrimos episcopos fuerit, historiam ex abbate recensendo, qui conuersionem Pomeranorum ad Christum explicat. CALIXTO II. inquit, Romanae sedi praesidente, OTTO Dei gratia Bambergensis ecclesiae episcopus, diuino admonitus instinctu, praedicti apostolici auctoritate et assensu roboratus, partes Po-

S. Othonis re-
gulae uitae.

meranorum paganorum, cum quibusdam ciuitatibus terrae Luticiae aggressus est, ut eos ab errore suo reuocaret et ad uiam ueritatis et agnitionem filii Dei perduceret. Quibus baptizatis et conuersis ecclesias construxit et conseruauit et haec secundum sanctorum patrum instituta eos seruare do-

cuuit, scilicet ut sexta feria abstineant a carne et lacte, more christianorum caeterorum, dominica die uacent ab omni opere malo et ad ecclesiam diuinum officium audituri ueniant, ibique orationibus studiose insistant, solemnitates sanctorum cum uigiiliis, uel secundum quod eis indicatum fuerit, cum omni diligentia obseruent, sacrosanctam quadragesimam ieiuniis, uigiiliis, elemosynis, et orationibus diligentissime obseruare studeant. Infantes suos sabbatho S. paschae et pentecostes cum candelis et cappa, quae est uestis candida, et patri-

Cappa uestis
innocentiae.

nis comitantibus ad baptismum deferant, eosque ueste innocentiae indutos, singulos dies usque in octauum diem eiusdem sabbathi ad ecclesiam deferant, et celebrationi diuini officii interesse satagant. Hoc etiam iniunxit, ne filios suos necarent, quod nefas maxime inter eos uigebat: nec etiam

filios suos et filias ad baptismum teneant, patrilios quaerant, patrilios etiam fidem et amicitiam, ut carnalibus parentibus, seruent. Interdixit etiam, ne quis commatrem suam ducat in uxorem, neque propriam cognatam suam, usque in sextam et septimam generationem, et unusquisque contentus sit una uxore: ne sepeliant mortuos inter paganos, in syluis aut in campis, sed in coemeteriis, sicut mos esset omnium christianorum, nec fustes ad sepulchra eorum ponant, omnem ritum et prauitatem paganam abiiciant, domus idolorum non construant, Pythonissas non adeant, sortilegi non sint, ne quid immundum comedant, non morticinium, non suffocatum, neque idolothytum, neque sanguinem animalium, neque communicent paganis, nec cibum aut potum cum eis, aut in uasculis eorum

sumant, nec in his omnibus consuetudinem paganam repetant. Iniunxit etiam eis, ut dum sani sint, ueniant ad sacerdotes ecclesiae, ut confiteantur peccata sua et corpus domini accipiant. Iniunxit etiam, ut de periuriis, de adulteriis, de homicidiis et de caeteris criminalibus secundum canonum instituta poenitentiam agant, et in omni christiana religione et obseruatione obediens sint. Mulieres post partum ad ecclesiam ueniant, et benedictionem a sacerdote, ut mos est, accipiant. Haec abbas, quem sequitur Iacobus GRETSER. lib. 2. de S. Henrico et Kunegunde Bamberg. lib. 2. c. 16. et seqq. Haec religio eius seculi, ubi de Christo et meritis eius nihil dicitur: addit FVNCCIVS dicto lib. X. comm. in chronolog. Philipp. Nicolai tom. 2. opp. Lat. de antichr. Rom. c. 12. fatetur, a papistis Pomeranos ad christiani nominis fidem conuersos, sed admixtae fuerunt densae traditionum nebulae. Et ante eos Phil. MELANCHTON, communis Germaniae praeceptor, seu potius Petrus VINCENTIVS Vratislauen-

sis p. 363. tom. 3. declamat Wit. de uita Bugen-

Bugen-

Bugenhagii: *Legimus, inquit, ab Otthone Bambergensi initio constitutas esse ecclesias Pomeranicas, quem constat fuisse uirum nobilem &c. non constat, quod docuerit.* Hoc illud est, quod Funccius admonuit, de Christo aut meritis eius parum aut nihil dixisse S. Ottonem: seu ut noster reuerendus Cramerus in remuneratione ad Gretserum, quod Melanchthon non ἀπλῶς sed in collatione locutus fuerit, inter S. Ottonem, et D. Bugenhagium, quod ille certum doctrinae genus in scriptis non reliquerit, ut hic ordinationem ecclesiasticam, agenda et alia ecclesiae nostrae monumenta, nec mirum, inquit *CVSANVS* epist. 7. *Si praxis ecclesiae uno tempore interpretatur scripturam uno et alio tempore alio modo.* Gratias interea immortales nos Pomerani agimus omni omnium gentium conuersori Deo, simul Ottoni nostratum apostolo, quod a barbarie et idolomania ad sacrosanctam trinitatem, a gentilismo ad baptismum peruenerimus. *Dei enim cognitio perfecta felicitas, inquit IAMBlichivs* protr. cap. 3. *Benedictus Deus et pater domini nostri Iesu Christi, qui secundum misericordiam magnam regenerauit nos in spem uiuam, per resurrectionem Iesu Christi ex mortuis, in haereditatem incorruptibilem, incontaminatam et immarcescibilem, reseruatam in coelis, 1. Petr. I, 3. Quod e tenebris reuocauit nos in admirabile lumen suum, 1. Petr. II, 9. Erasmus enim aliquando tenebrae, nunc autem lux in domino ad Eph. V, 8. Curemus ergo, ut uocati in lucem tanquam filii lucis ambulemus.* Et haec de Pomeranorum et Rugianorum conuersione.

S. Ottoni etiam nunc habentur gratias.

CAPVT V.

De fundatione episcopatus Pomeranensis.

Fabulosa episcopatus Caminensis antiquitas.

Mathias quidem de Mechoia lib. 2. chron. cap. 1. inquit, anno 665. *MIESKE princeps Polonorum cum maioribus sui regni sacrum baptismum Gnetznae suscepit, pro MIESKA nomen MICESLAI accipiens. Hic fundauit nouem episcopatus, duas metropoles Gnetznam et Cracouiam, septem suffraganeos, Posnauensem, Vratislauensem, Vladislauensem, Plocensem, Cubinensem, Caminensem et Lubecensem sub IOHANNI XIII. pontifice maximo.* Sequitur Ioh. HERBVRTVS lib. 2. histor. Polon. c. 1. ubi *Camienensem* uocat episcopatum. At hoc temporis episcopatus Caminensis nondum in rerum natura extitit, neque Pomerani ad fidem christianam conuersi fuerunt, ut historia S. Ottonis euincit, et exemptio huius episcopatus testatur, quod nunquam fuerit suffra-

ganeus, sed ἀκέφαλος, nec ulli unquam capiti subiectus. Archiepiscopo quondam Gnesnensi sibi ius quoddam arrogante, in curia Romana decifum fuit, episcopatum Caminensem ab omni archiepiscoporum iure liberum et immunem esse. *Episcopatum domini papae uocant rerum pontificiarum scriptores, qui papae in spiritualibus, ut loquuntur, immediate subest, et a iurisdictione metropolitana siue archiepiscopali liber est seu exemptus, ut uulgo loquuntur.* Aubert. *MIRAEVS* in notitia episcopatum orbis Romani tom. I. chron. chronicorum p. 19. Idem codex prouincialis Romanus inter episcopatus Poloniae refert CAMINENSEM, sed recte in notis addit *Miraeus: Caminensis et Culmensis hodie Gnesnensi non subsunt, teste Cromero Polon. et episcopo Varmiensi, qui lib. II. de ritu et republica Polonorum; Nunc, inquit, Caminensis episcopatus in ducum Pomeraniae, Lubecensis in Marchionum Brandeburgensium faucibus est.* Hic error, quem etiam sequitur Iohannes Antonius *MAGINVS*, in tabulis geographicis tab. 19. p. 156. ut honesto lectori totus eximatur, placet inferere uerba cuiusdam monachi de Stargard, qui ante 200. fere annos in scriptis reliquit: *Idco, inquit, se offerunt descriptiones terminorum parochiae siue ecclesiae Caminensis existentium extra et non de, aut intra metropolin Gnesnensem.* Quod ex superabundanti et adhuc ad ampliorem efficaciam dictorum lucidius patere septicem poterit, I. ex ipsorum spiritualium principum inuestitura et confirmatione. Quod omnes et singuli successiue, ut pro tempore leguntur, de facto et de iure ac de congruo confirmationem et inuestituram a dignissimo principe apostolico receperunt et ad perpetuam memoriam immediatae subiectionis ac apostolicae protectionis episcopi, Pomeranorum. Alii hoc ab apostolicae ecclesiae praedictae fundatione usque ad pauca tempora, scilicet domini Iohannis XXII. et Caminensis ecclesiae episcopi, ut fertur, *Arnoldi*, exclusiue. Confirmationis tempore in uno albo et solenni palafredo pro ipsomet domino papa et deinceps singulis annis in uno fertone auri et secundum taxationem modernam et, si fas est dicere, immoderatam, cum redditus praedictae ecclesiae non ad XIII. millia florenorum se extendant, episcopus iam dictae ecclesiae confirmandus duo millia et cum 12. florenis et 12. grossis intra primum annum, in duobus istis terminis arbitrariis, sub poena, camerae apostolicae papae persoluet. Puta nomine seruitii papae mille, nomine uero seruitii dominorum cardinalium totidem, centum autem et LX. nomine fami-

Fuit olim ἀκέφαλος.

et episcopatus domini papae.

Monachi de STARGARD. testimonium de hoc episcopatu.

Argumenta pro exemptio episcopatus Camin.

a) ab inuestitura a pontifice facta.

Taxa annatarum ecclesiae Caminensis in camera apostolica soluentur.

Fragmentary text from the adjacent page, partially visible on the right edge of the image.

familiarum dominorum cardinalium; A
12. uero ex literis utriusque camerae et
totidem grossos principales pro scripto-
ribus, quos omnes oportet sic esse *ele-
ctos*, quod nullus eorum sit, qui non tri-
plex examen transeat ponderis et mo-
netae, *prout me non sine maximo taedio
docuit rerum magistra ipsa experientia,
anno domini 1345. in solutione praedicti
seruitii communis sic dicti uenerabilis
in Christo patris ac domini, inclyti principis* B
domini IOHANNIS, filii domini *Erici* illu-
strissimi ducis Saxoniae digna Dei ac
sedes apostolicae prouisi episcopi Cam-
inensis. Praeterea hoc idem doceri
poterit authenticis *instrumētis princi-
palibus*, quibus praedicta ecclesia a pri-
ma sua fundatione ostenditur exenta et
foli Romanae ecclesiae esse subiecta et
sub protectione apostolicae sedis non
solum de facto, sed de iure et congruo
assumta.

nostrae edit.
cap. 3. p. 45.

b) ex instru-
mentis authen-
ticis.

c) de equitate
naturali.

Congruitatis enim erat et diuinae
aequitatis, eam sic assumi immediate:
primo ex eo, quod autoritate principum
primorum fides christiana a S. Ottonem
Bambergenſi episcopo et apostolo Pome-
ranorum praedicata est et suscepta.
Insuper et eadem autoritate cathedra-
lis ecclesiae fundata est et pro uiro *Adel-
berto* desponsata etiam. Nam in *secun-
do libro uitae S. Ottonis in capite primo*
legitur, quod beatus et S. Otto, sciens,
omnia quae in domo sunt sine dispensa-
tione summi patrisfamilias nihil esse,
opus hoc praedicationis in Pomerania
non absque Romani pontificis auto-
ritate inchoandum praeuiderit. Missis
que ad apostolicum legatis licentiam ad
euangelizandū Pomeranis impetrauerit.
Et infra *eodem libro c. 7.* legitur, quod
postquam S. Otto terris Bohemiae et
Poloniae per transitum prospero itinere
usque ad fines terrae Polonorum pro-
cessisset, cumque ad castrum quoddam,
Vzda nominatum, quod est in confinio
utriusque terrae, cum suis uenisset,
comes Paulitius ductor eius ad Wartis-
laum ducem Pomeraniae praemiserit
nuncios, qui seruum Dei Ottonem, fama
apud eos celeberrima uulgatum, fines
euangelizandi gratia adire insinua-
rent, eique, tam pro sanctitatis reueren-
tia, quam coram autoritate apostolici
domini *Calixti*, cuius missus erat, omni
deuotione occurrerent et monitis eius
ac praeceptis per omnia parerent. Ecce
bis ponitur autoritas delegantis et sta-
tim subditur, quantum ad ducis et populi
Pomeranici obedientiam, mandatum
siue legationem papalem super se susci-
piendas. Quo audito, dux *Wartislaus*
in castro, *Zitarigroda* nuncupato, ei
occurrit, ut angelum DEI illum excipiens
etc. Ex quibus

nostrae edit.
c. 7. p. 46. l. D.

euidētissime patet, quod, si dispositio
terrae Pomeraniae aliquo modo ad re-
gem *Poloniae* ut ad archi-episcopum
Gnesenensem pertinuisset, ipsi cum S. Ot-
tone operam christianae religioni sem-
inandae impendissent, et permaxime,
ut dicit alia quaedam editio uitae S. Ot-
tonis l. 2. c. 5. quod *Polizlaus* dux Polo-
niae, omnes episcopos terrae suae con-
ueniens nullum persuadere potuerit, ut
in Pomeraniam ire uellent, pro lumine
uitae spargendo, singulis suas excusatio-
nes magis magisque praetendentibus, ut
ad minus *S. Otto*, sciens non esse bonum
falces mittere in alienam messem, uel
aratrum in agrum non proprium, sine
eorum, quorum interfuit, expressa licen-
tia petita et obtenta, Pomeranis uerbum
salutis et potissime sacramenta ecclesiae
minime impendisset. Et adhuc est ar-
gumentum euidētissimum, sed alterius
editionis, quo scribitur, quod *S. Otto*, ad-
epto sine optato, opus sanctum in Pomerania
continuare disposuerit in *Ruthenos*. Sed
audito, quod *Rutheni* archi-episcopo
Danorum subiecti esse debuerint, spe-
rans episcopus *Otto*, gratum fore
illi, si conuerti possent, simulq; attendens
congruum esse, quod per eius licentiam
ac permissionem ad praedicandum in
eius parochiam ueniret, quendam ue-
nerabilem presbyterum, de latere suo,
cum literis et familia decenti, ac mune-
ribus pro licentia direxit. Archi-epi-
scopo autem legationem cum effectu et
gratitudine non acceptante et expres-
sam licentiam S. Ottoni non prabente,
ipse, quantumcunque ad hoc affectus, il-
lo iure distulit et *Ruthenos* in anima
perfidiae se uoluntate permisit. Ac et-
iam adhuc per amplum facit principium
7. capituli libri eiusdem ubi sic legitur:
*Anno dominicae incarnationis 1124. indi-
ctione secunda, CALIXTO papa secundo Ro-
manae sedi praesidente, Otto Dei gratia
Bambergenſis ecclesiae episcopus, unicus
igne diuini amoris succensus et praedicti
apostolici autoritate assensuque roboratus,
partes paganorum Pomeranorum cum qui-
busdam terrae lustrare aggressus est, ut eos
ab errore gentilitatis reuocaret et ad uiam
ueritatis, agnitionem quoque filii DEI IE-
SV Christi perduceret etc.* Quantum au-
tem ad fundationem et primaeuam in-
stitutionem sedis episcopalis Pomer-
anorum, VIII. capitulum sic incipit: apo-
stolus itaque Pomeranorum, duas illic ec-
clesias constituit, unam in ciuitate *Iulin*,
sub honore sanctorum *Adelberti* et *Wen-
ceslai*, qui magnae opinionis apud barba-
ros erat, in loco, ubi profani daemoniorum
ritus agi solebant et ubi pridem spurca
commercia, Christi deinceps frequentaren-
tur mysteria. Alteram in campo mirae
latitudinis et amoenitatis, in uenerationem

d) Quid S. Otto
Pomeranis
euangelicum
praedicaturus
nullius archi-
episcopi licen-
tiam sibi expe-
tuit, quod tam-
men fecit, cum
et Ruthenos
conuertere
meditaretur.

(M m)

prim-

tur mox in eadem ciuitate bonitatis principibus uniuersis, binos et binos presbyteros ad alias urbes ante faciem suam praemisit, ut populo conuersionem principum suumque aduentum pronuntiarent. Haec ibi.

Autoritate imperatoris
S. Otto conuertit Pomeranos.

Quod etiam autoritas imperatoris simul cum autoritate tunc praesidentis interuenerit, patet primo manifeste ex principio eiusdem capituli, quod sic incipit: *electus DEI pontifex Otto audiens, inimicum hominis bono semini superseminasse zizaniam, non est passus, Stetinenses claudicare in duas partes, domino et idolis seruando, sed petita benedictione, a domino apostolico Honorio et gloriosissimo rege Lothario, barbarorum fines rursus adire disposuit, tam pro apostatis ad sinum ecclesiae reuocandis etc.*

B. Otto Henrico IV. imp. in timus, ob merita sua Bambergensibus commendatur.

Nec dubium, quamuis non expressum, quin B. Otto in prima eius praedicatione, autoritate HENRICI IV. imperatoris, praedecessoris LOTHARII regis, super praedicto negotio fidei, ita in remotis terris et in gente imperiali gerendi, ut praemissum est, licentiam habuerit. Cui B. Otto, ita familiariter dilectus fuit, ut etiam suis meritis digne exigentibus ipsum quasi unum e millibus electum, prout in primo libro uitae suae cap. 5. agitur et legitur, ecclesiae Bambergensi praefecerit. Et est argumentum ualidum adhuc ex chronicis communibus Slauorum, ubi in fine capituli 38. descriptis euentibus eiusdem Henrici imperatoris, sic subditur. *Nec tamen praetermittendum reor, quod in diebus illis claruit uir insignis sanctitatis, Otto Bambergensis episcopus, qui inuitante pariter et adiuuante Bolizlao Polonorum duce, placitam peregrinationem adiit ad gentem Slauorum, qui dicuntur Pomerani et habitant inter Poloniam et Oderam, praedicauitque barbaris uerbum DEI, DEO cooperante et sermonem confirmante sequentibus signis, omnemque gentem illam cum principe eorum conuertit ad Deum et permanet sanctificatio laudis diuinae usque in hodiernum diem.* Haec ibi. Nec obuiat praedictis, quod hic dicitur, quod beatus Otto a rege Polonorum inuitatus ad officium praedicationis fuerit et ad iutus, unde cum nulla potestas temporalis regis Poloniae amplior super Pomeranos annotetur, talis inuitatio non fuit, nisi ea, ad quam christianus quilibet obligatur ex dilectione DEI, quae in cultu diuino ampliando, et in dilectione proximi, quae in uerbo diuino seminando sperabatur. Nam primo pio Bernhardo de Pomerania propter paupertatem eiecto, ut in consequentibus latius dicetur, et ipso transeunte per Poloniam et suae eiectionis causam indicante; uerisimiliter ex gestis, quae sequuntur, quo-

Inuitatio duci Pomeraniae nullam arguit episcopatus Caminensis dependentiam.

tidie creditur, quod de aptitudine B. Ottonis in collatione mutua B. Otto ipsis incidit et sic ex charitate utriusque ad istud officium inuitatus fit et persuasus. Et huic dicto fati alludit, quod pius Bernhardus in primo capitulo libri uitae eius legitur, post regressum suum de Pomerania, quem Deo permittente de uoto suo minus prosperum fecerat per Poloniam, ipso rege consulto super his omnibus, quae sibi euenerunt, ad B. Ottonem pium episcopum declinasse: et B. Otto, persuasionibus piissimi Bernhardi, ueluti praecursoris diuini uerbi Pomeranis profuturi, acquiescens, etiam legitur ibidem, licentia papae et imperatoris petita et obtenta, officii euangelizandi illic gaudiose inceptasse. Nec obstat illud, quod in principio 15. capituli chronicae communis Sclauorum, legitur, quod BOLIZLAUS rex Polonorum confederatus cum OTTONE imperatore tertio, omnem Slauiam, quae est ultra Oderam, tributis subiecit, cum ipsa Pomerania per comparationem ad Poloniam sit non ultra Oderam, sed citra, inter mare Balthicum et ipsam Poloniam sita, ut patet ex terminis utriusque terrae posituae et priuatiue descriptis. Ex hoc antiquo monachi protocollo abunde constat, quod episcopatus Caminensis nec in regno Poloniae sit, nec a regibus eiusdem fundatus aut dotatus sit.

Circa B. Otto praec aliis fit inuitatus.

Pomerania non fuit tributaria Polonorum.

Ergo episcopatus Caminensis est a rege Polonorum fundatus.

Wartislaus enim, primus inter christianos rex Slauiae, uti expresse uocatur a SAXONE GRAMMAT. lib. III. hist. Dan. fol. 212. et dux Pomeraniae, sedem episcopalem Iulini, in aede D. Adelberti, quod nunc D. Michaelis dicitur, constituit: sedem uero suam Wolgastum (S. Iulii augustam, a conditore, ut Helmold. lib. I. chron. Slau. c. 39. opinatur,) transtulit. Ratio cur eo loci fundaretur episcopatus, quia Iulinum in meditullio Pomeraniae situm, urbs populosa et durae ceruicis, ita ut episcopi praesentia gens aspera mansuesceret, nec ad pristinos errores rediret. Deinde ut in uicinis locis episcopus ecclesiastica eo rectius curaret. Itaque duas Iulini S. Otto ecclesias condidit, alteram inter moenia, in honorem Adelberti et Wenceslai, ibique primum episcopum ordinauit Adelbertum: alteram extra ciuitatem, in campo mirae magnitudinis et amoenitatis, in honorem principis apostolorum, quae nunc diui Georgii dicitur. Antiqua Slauorum chronica testantur, Vznamensem episcopatum fundasse, ut HELMOLD. inquit lib. 2. chron. c. 4. Ille (scilicet Wartislaus) primus inter duces Pomeranorum, conuersus est ad fidem christianam per manus sanctissimi Ottonis Bambergensis episcopi, et ipse fundauit episcopatum Vznam (hodie Vsedom) et admisit

Wartislaus primus rex Slauorum christianus.

Iulini cur primam erecta sedes episcopalis.

Duae ecclesiae Iulini.

(Mm) 2 sit

fit cultum christianae religionis in terra Pomeranorum. Fortasse quod ob bellorum incommoda, a Danis illata, apud Iulinenses minus tuta sedes uideretur. Sed non diu hic mansit sedes episcopalis. Monasterium enim GROBE ibi statim fundatum est, ut ex uersiculis lapidi insculptis et ad Vfnamenfis templi chorum translatis constat:

Grobe monasterium.

M. C. uice quarto tunc Ratiborum pius Otto Cum patre baptizat, post Ratiborus Grobe fundat

Sacras Adelbertus primus praesul Caminensis.

Wartislaus episcopus Pomer. conditor ac conseruator.

Hic primaeuum et originarium episcopatus Pomeranensis fundamentum Iulini factum atque iactum esse adseritur, a WARTISLAO I. duce Pomeraniae, non LYMONISLAO Polonorum rege, ut etiam erroneum scriptum reliquit Nicol. LVTINGERVS Pseudo-historicus part. VII. comm. p. 24. Nullibi enim hoc apud egregios et complures rerum Polonicarum scriptores traditum reperitur, quod dubio procul, si uerum, non omisissent. Deinde pugnat cum literis foundationum, confirmationum, pontificiarum annalibus et aliis documentis, in authentica forma conspicuis, quibus episcopatus Pomeranensis uocatur et Wartislaus, dux Pomeraniae, huius episcopatus fundator et defensor et conseruator innuitur et adstruitur. Neque solum Wartislaus hanc Pomeranorum conuersionem et episcopae fundacionem fieri procurauit: sed et proprio martyrio utrumque confirmauit et approbavit, secundum communes rhytmos:

Sanguine fundata est ecclesia, sanguine creuit

Sanguine succreuit, sanguine finis erit.

Vandali enim sacrificuli, adhuc idololatrae, dolentes sibi quaestum idolorum ereptum, uarias Wartislao insidias struxerunt et, multis conatibus frustrati, sicarium quendam conduxerunt, qui se huic glorioso principi seruitio addixerat et aliquot annis fidelem operam nauauit. Tandem optimum principem uenatione defatigatum et ad Panim fluuium sub frondosa quercu meridie recubantem, in somno proditorie gladio confodit. Princeps lethalem ictum sentiens, e somno profiliit, ficarii et homicidae inferiorem mandibulam forti manu apprehensam euulfit et ita regicidam currens secum extinxit, eo loci, ubi postea monasterium Stolpe, in memoriam fratris interfecti, Ratiborus fundauit. HELM. l. II. chron. c. 4. Paulo aliter, illic Ruzemarus, inquit, et Buggizlaus iam olim fundauerunt abbatiam, in memoriam patris sui VVartislai, qui ibidem et occisus et sepultus est. Ita sanguis martyrum semen christianorum et

martyrio coronatus.

Stalp monasterii fundatio.

Sanguine Wartislai fundata ecclesia primum est.

Felix martyr is est, quem sacra ferta manet.

Fallitur ergo communis Germaniae praeceptor et historicus excellens Philippus MELANCHTON, lib. 4. chronic. ubi ait: CASIMIRVS Ottonis suafu episcopatum condidit, in celebri emporio gentis Iulino, quo a Danis deleta, sedes episcopi translata est Caminum. Non enim prima fundatio, sed translatio episcopatus, annis insequentibus a Casimiro facta est, ut infra longius. Et haec de prima episcopatus Pomeranensis fundacione.

Melanchtonis lapsus.

Iulino sedes episcopalis transfertur Caminum.

CAPVT VI.

De confirmatione episcopatus Pomeranensis.

Quoad confirmationem episcopatus Pomeranensis, INNOCENTIVS II. papa, post CALIXTVM et HONORIVM, quorum temporibus Pomerani fidem susceperunt, omnia D. Otthonis acta grata et rata habuit, Iulini episcopalem sedem confirmauit, Adelbertum cooperarium pastorem episcopum praefecit et presbyteris clericisque, instar aliarum cathedralium ecclesiarum, ornauit, non Iulinensem, sed Pomeranensem episcopatum uocauit, in Petri et apostolicae sedis protectionem suscepit et exemit, ut soli Romano pontifici subesset, ut ex ipsa pontificis bulla latius constat:

INNOCENTIVS episcopus, seruus seruorum Dei, uenerabili fratri ADELBERTO, Pomeranorum episcopo eiusque successoribus canonice substituendis in perpetuum. Ex commisso nobis a Deo apostolatus officio, fratribus nostris, tam uicinis quam longe positis, paterna nos conuenit prouisione consulere et in ecclesiis, in quibus domino militare noscuntur, suam iustitiam conseruare, ut, quemadmodum domino disponente PATRES uocamur in nomine, ita nihilominus comprobemur in opere. Huius rei gratia, uenerabilis frater, ADELBERTE episcopo, tuis iustis postulationibus clementer annuimus et commissam tibi Pomeranensem ecclesiam sub B. Petri et nostram protectionem suscipimus et praesentis scripti priuilegio communitimus, statuendo, ut in ciuitate VVollinensi, in ecclesia B. Adelberti, episcopalis sedes perpetuis temporibus habeatur. Praeterea quaecunque bona, quascunque possessiones eadem ecclesia in praesentia iuste et legitime possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum, uel principum oblatione, fideliter uel aliis iustis modis Deo propitio poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus et illibata permaneant. In quibus haec propriis duximus explicanda uocabulis, uidelicet ciuitatem ipsam VVollin

B. Innocentii bulla confirmationis episcopatus Pomeranensis.

535
Wartislaus
episcopus
Pomeraniae
conditor
ac conseruator
martyrio
coronatus
Stalp
monasterii
fundatio
Nardam
episcopus
Pomeraniae
conditor
ac conseruator
martyrio
coronatus
Stalp
monasterii
fundatio

VVollin cum foro et taberna et suis omnibus appendiciis. Castra haec sunt. Dymmin, Trebofes, Chozk, VVollgast, Huzon, Großwin, Pyritz, Stargard cum uillis et eorum appendiciis omnibus, Stettin, Camin cum taberna, foro et eorum appendiciis de tota Pomerania usque ad Lebam fluuium, de unoquoque arante duas mensuras annonae et quinque denarios, decimam, fori, quod dicitur Sychem. Decernimus ergo, ut nec regi, nec duci seu alicui hominum liceat praefatam ecclesiam temere perturbare, aut eius possessiones auferre, aut oblatas retinere, imminuere seu quibuslibet fatigare molestiis: sed omnia integra conseruentur, eorum, quorum gubernatione et subtestatione concessa sint, usibus omnimodis profutura. Si qua sane imposterum ecclesiastica secularisque persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere uenire tentauerit, secundo tertioque commonita, nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit, priuationem honoris potestatisque suae patiatur, reumque se diuino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat et a sanctissimo corpore et sanguine DEI ac domini nostri IESV CHRISTI aliena fiat, atque in extremo examine districtae subiaceat ultionis. Cunctis autem eidem sua iura seruantibus, sit pax domini nostri IESV CHRISTI, quatenus et hunc fructus bonae actionis accipiant et apud districtum iudicem praemia aeternae pacis inueniant. Datum trans Tyberim, per manum Emerici S. Romanae ecclesiae diaconi, cardinalis et cancellarii, secundo idus Octobris, indictione quarta, incarnatione domini 1140. pontificatus V. domini INNOCENTII papae secundi 10. undecimo. In hac confirmatione papali nonnulla Pomeraniae oppida exprimuntur, partim uersis nominibus, sicut etiam ab historicis communiter peruerso et manco ordine recensentur, abbate VRSPERGENSI Iohann. Anton. MANGINO in tabulis geographicis tab. 19. p. 155. Mart. CROMERO, libro 2. rerum Polonicarum. NAVCLERO uol. 2. chronic. gent. 38. Matth. QUANTO in descriptione Europae p. 8. et HONDIO in Atlant. mai. p. 250.

Vnicus tantum
in tota Pome-
rania episco-
pus.

Notandum, quod omnia Pomeraniae oppida, unum duntaxat episcopum in spiritualibus recognouerunt, fecus ac in Italia, ubi non habetur locus, qui episcopo caret, c. in illis dist. 80. PANORM. in c. 1. no. 1. de priu. et excess. Et haec de confirmatione primaeva.

CAPVT VII.

De translatione episcopatus Pomeranensis uersus Caminum, unde Caminensis dicitur.

QVia uero Iulinum quondam nobilissimum Pomeraniae oppidum, ubi D. OTHO 22000. personas baptizauerat, uariis Danorum bellis attentatum et attenuatum fuerat, utpote anno foundationis 1128. a NICOLAO rege Danorum, et BOLESLAO duce Poloniae, teste Martino CROMERO lib. 5. rerum Polon. deinde anno 1171. a WOLDIMARO et eiusdem filiis plane destructum et desolatatum, uti scribunt CRANTZ. lib. 3. Vand. cap. 29. FRIDEBORN. lib. 1. chronici Stetinensis: hac bellorum ingluuie commotus CONRADVS, primus episcopus, fugam adornauit et inconsultius suasit, ut incolae, incensa urbe, secum Caminum contenderent, uicinum trans Diuenoam oppidum, ubi postea tanquam ad locum tutiorem et remotiorem sedes episcopalis translata et fundata est, in aede S. Iohannis baptistae, et confirmata a CLEMENTE III. literis apostolicis anno 1188. VI. Idus Martii, indictione sexta, pontificatus sui anno 1. ut ex ipsa bulla constat, cuius tenorem adscribam:

CLEMENS III. seruus seruorum Dei &c. Auctoritate apostolica sancimus et ordinamus, ut Camini in ecclesia S. Iohannis baptistae, sedes episcopalis perpetuis temporibus inuiolabiliter permaneat; similiter priuilegia, bona et possessiones eiusdem ecclesiae confirmamus. Ciuitas nempe Camin cum taberna et foro, uillis et omnibus eorum appendiciis. Castra haec sc. Demin, Trebofes, Crozbo, Wollgast, Hutznoim, Großwin, Pyritz, Stargard, Prentzlau cum foro et taberna et suis omnibus appendiciis: tota Pomerania usque ad Lebam fluuium cum foris et tabernis, decimam fori Sichem &c.

Eadem continentur in bulla innouationis GREGORII papae XI. super translatione facta, per dominum Clementem, cuius datum est apud uillam nouam VII. Idus Iulii, anno pontificatus eiusdem Gregorii quinto, non addita anni dominici expressione. In codice prouinciali Romano MSC. uocatur hic episcopatus Mazomensis uel Caminensis. CAMINI nomen Vandalicum a dictione facrum Viti, quae Vandalis significat Melanau, cuius generis pisces ibi imprimis capiuntur. Ideoque haec nominis notatio omnium uerisimilior uidetur. Nec insimiliter a Camenicia deriuari posset, quae significat domum lapideam, ut arcem natura loci munitam, ut e Martino CROMERO lib. 1. de situ Poloniae constat, qui testatur: Habet et ipsa suum episcopum. Vnde error historicorum quorundam Polonorum facile nasci potuit, inter episcopatum Caminensem Pomeranorum et Caminensem Polonorum, quo correcto, corrigentur et alia.

(Mm) 3

TELIVS

Iulinum bellum
necatum

ac destruentum.

Clementis III.
papae bulla
confirmationis
translationis
episcopatus Po-
meranensis.

Camini uocis
erymon.

Camienensis
episcopatus
male confundi-
tur cum Cami-

nicensi in Polonia.

TELIVS thesauro geograph. uerbo *Chamand* et uerbo *Rugium*. VOLATERANVS p. 158. ait: *Caminum amplissima urbs, cui praesul dominatur, non minor Moguntiaco, ac tantum Romano pontifici subiectus. Vrspergensis uel autor Paralipom. corrupte ponit: Vangemen, cum legi debeat Iulin, Camin, utraque quondam episcopatus Pomeranensis fede.*

eius initia.

Caminensis episcopatus initia traduntur in uita *S. Othonis lib. 2. c. 29.* ubi habet: *Et ut ueritas proferatur, multoties toto conamine eos iugiter apud se retinere moliti, dn. episcopum, ut episcopatum ibi gubernaret, ardentissime rogabant: sed ipse omnia sua uoto suo tum ordinare non potuit, sed de prudentia ducis confisus, ei ex otio commisit ordinandum.* Haec episcopatus translatio Caminum uersus facta est a *Casimiro*, primo duce Pomeraniae, *Wartislai* filio, fundatore, patrono, defensore et conseruatore eiusdem, qui deuotionis ergo arcem siue castrum, quod Camini fere insuperabile habuit, rei sacrae consecrauit et ecclesiam cathedralem inde fieri permisit, qui adhuc uigente episcopatu uiget. Nec enim soli Romani pontifices, sed et illustrissimi Pomeraniae duces hanc episcopae fundationem et translationem confirmarunt et priuilegiis insignibus adauxerunt, quorum unum propter antiquitatem recensebo, super primaeva fundatione ecclesiae, cum libertate eligendi episcopum, confirmatione bonorum et exemptione ab exactionibus:

Casimirus translator episcopatus Pomeranensis.

Castrum in ecclesiam conuersum.

Prinilegium episcopatus impertitum. Casimiri gaudium de sua conuersione et suorum

CASIMIRVS Dei gratia dux Slauorum. DEVS omnis consolationis, per sollicitudinem et fidele studium felicitis memoriae *Wartislai* patris nostri, eduxit nos, et populum terrae nostrae de tenebris et umbra mortis, in admirabile lumen suum, ut, qui prius per idololatriam et spurcitas daemonum eramus serui satanae et populus perditionis, nunc per ablutionem baptismi facti sumus filii adoptionis Dei, populus acquisitionis, funiculus haereditatis ipsius, consecuti gratiam et expectatam gloriam cum caeteris christianis. Cogitantes itaque ut pro tanta gratia aliquid retribuamus domino pro omnibus, quae retribuit nobis, ipsi uolumus deuote idque possumus obsequium exhibere ministris eius, qui in hoc mundo ipsius beneplacitum exequantur et in eius seruitio perseuerant, concessis nobis a Deo temporalibus honorando, ipsoque paterne fouendo, ut absqueurbationis defectu aliquo super ministerio exequantur. Nos igitur Caminensem ecclesiam, quam pro salute nostra et parentum nostrorum in honorem domini nostri *IESV CHRISTI*, beatae *Mariae* semper uirginis sanctique *Iohannis* fundauimus et in qua canonicos duximus collocan-

dos, cum personis, tam nunc in ea Deo militantibus, quam in posterum legitime substituendis, in nostram recipimus protectionem, liberum eis eorumque successoribus perpetuo concedentes, ut in beneficiis, quae ecclesiae suae tam in denariis, quam etiam in uillis et praediis, caeterisque bonis et commodis temporalibus, sunt collocata et in posterum conferenda, tranquille et absque omni secularis domini iugo uel oppressione domino famulentur, habentes liberam electionem post decessum episcopi sui uel praelati, seu cuiuscunque canonici, ecclesiae suae loco ipsius alium statuendi, quem dignum uiderint statuendum. Ad instar quoque *Coloniensis* ecclesiae praedictis canonicis eorumque successoribus, omnem conferimus libertatem, qua in genere caeterae cathedralis ecclesiae debent temporaliter gratulari. Praeterea quaecunque bona, quaecunque possessiones ecclesia eorum in praesenti possidet, uel in futuro largitione principum, concessione pontificum seu oblatione fidelium, aliisque iustis modis, Deo propitio, possit adipisci, ipsis et eorum successoribus praesenti pagina confirmamus. Ipsius quoque liberum concedimus, ut iusto titulo possideant uillas et praedia, seu quoscunque redditus uiri nobiles terrae nostrae de suis haereditatibus eidem ecclesiae duxerint conferenda. Praeterea decernimus, quod nullas urbium curias eorum, nulla persona, seculari munita potestate, praesumat intrare, pro exactione aliqua, uel qualibet causa molestiae hominibus ecclesiae faciendae. Volumus tamen, ut iidem homines castrum, ad quod pertinent, et pontem aedificent generalem et, si quis pro his promouendis in commune fuerint ab iisdem colligenda, ea nullatenus per secularem exactorem, sed per ministrum praepositi colligant, homines etiam ipsius ecclesiae iuri ecclesiastico, non iudicio subiaceant seculari, eosque ab omni exactione, insuper *NARAZ*, *OSZEP*, *GOZTVAE* unctione uel per terram uel per aquam et domorum nostrarum aedificatione, caeterisque seruitiis et rebus dandis, secundum morem gentis nostrae, penitus uolumus esse absolutos, itaque solis canonicis nullique seruiant domino seculari, sed cum necesse fuerit ad defensionem terrae suae procedere, sint parati intra terram ipsam, cum eam hostiliter inuaserint inimici. Hanc igitur donationem nostram et concessionem libertatis uolumus inconcussam perpetuo ab omnibus obseruari, eam praesenti scripto sigillorum munimine confirmantes. Huius itaque rei testes sunt *Cunradus* episcopus, *Sigfridus* praepositus, caeterique canonici *Caminenses*, *Eberhardus Colbazensis*, *Henningus Stolpensis*, *Wolterus Vsniamensis* abbates, *Hermannus praepositus Colbergen-*

Electio canonica capituli.

Immunitas episcopatus ab omni exactione

Seruitia missaria.

Episcopus...
Wartislai...
Henningus...
Wolterus...
Sigfridus...
Cunradus...
Eberhardus...
Hermannus...
Episcopus...
Wartislai...
Henningus...
Wolterus...
Sigfridus...
Cunradus...
Eberhardus...
Hermannus...
Episcopus...
Wartislai...
Henningus...
Wolterus...
Sigfridus...
Cunradus...
Eberhardus...
Hermannus...

gensis: de laicis Barfa uir nobilis in Collberg, Zamst castellanus caeterique nobiles de castro Lamgen, Priba castellanus in Woltzkow, Disba, Bodeni, Georg Vlurck, Radislaus Epol, caeterique nobiles nostri castri Dengen, circa annum 1182.

Hoc priuilegium stabilitum est per BVGISLAVM IV. et filium eius WARTISLAVM IV. anno 1308. et anno 1321. 8. Idus Mart. Confirmatum etiam per BVGISLAVM, BARNIMVM ET WARTISLAVM fratres, filios Wartislai IV. anno 1346. feria tertia proxima Mariae Magdalen. Et ipsa foundationis uerba satis indigitant praecipua priuilegii concessi capita, quorum primum est *exemptio a iurisdictione seculari.* 2) *Iura cathedralibus ecclesiis concessa confirmantur.* 3) *Liberrima eligendi episcopos potestas,* ut in ecclesia Coloniensi permittitur. 4) *In protectionem ducalem recipitur.* 5) *Dotatio a nobilibus facta aut facienda confirmatur.* 6) *Liberatio ab omni exactione* NARAZ OSEZP GOETITHAE, etc.

Anno 1346.

Episcopatus Caminensis iura singularia.

CAPVT VIII.

De dotatione Caminensis episcopatus et confirmatione priuilegiorum.

DOtatio huius episcopatus ut plurimum et principaliter a ducibus Pomeraniae facta, inter quos WARTISLAVS primus fundator decimas per Pomeraniam et neo-marchiam liberaliter concessit. CRAMERVS lib. 1. chronic. Pom. eccles. c. 32. et annalistae communes. CASIMIRVS filius arcem seu castrum, in quo ecclesia fundata est, donauit, quod priuilegium BVGISLAVS IV. et filius WARTISLAVS confirmarunt et innouarunt. BARNIMVS I. partim decimas, a maioribus datas, confirmauit, partim sibi reseruauit et episcopo Conrado II. districtum Stargardensem una cum oppido et arce assignauit, anno 1240. non sine blandissima episcopi persuasione. Ita moris antiqui, ut clericus secularium bona emendicet. Anno 1248. 9. Octob. optimo Barnimo VVilhelmus episcopus persuasit, ut tractum Stargard cum nobili Collberg et praefectutam Coruinum usque permutaret: in quam permutationem etiam Corlinum uenisse nonnulli arbitrantur. Sic aurea aeneis permutanda, et quia duplex funiculus fortius ligat, emtionis titulum addiderunt et illustrissimo BARNIMO 1500. marcas soluerunt, circa annum 1276. Quid dicam de exceptione doli, quem ecclesiastici minus ecclesiastice et conscientiose in-

decimae.

Stargardensis districtus assignatus episcopi. priscus mos clericorum, Anno 1248.

Exceptio doli. minose inserta

A feruerunt. Huius oppidi donationem BVGISLAVS filius et Wartislai nepos confirmauit anno 1321. Donauit eodem anno et uillam Granstow Bugislaus IV. proprietatem uillarum Soldin et paruae Stensow, alias Rauensberg 1277, anno 1279 proprietatem uillae Beggerou nono Septembris anno 1281. medietatem uillae Koselitz. Sicut et uillam Burrentis in insula Gustrow, cum aquarum tractibus pascuis et paludibus: de qua Matth. QVADVS, Calchou. nom. 8. capud Caminum insula est CHRISTOA.

Hae concessiones a subsequentibus Pomeraniae ducibus diuersimode confirmatae sunt, utpote WARTISLAVO anno 1321. 8. Idus Martii, et huius filii Bugislaui, Barnimo et Wartislao 1346. Wartislauus ipse uillam pro augmento diuini cultus liberaliter concessit, anno 1321. Et paulo post Conradus a Mandurel partem suam in praedicto pago uendidit anno 1368. Deinde Otto et Vartislauus, nec non Barnimi filius eiusdem Othonis, dono gratuito erogarunt proprietatem uillarum Fritzou, Radauke et Schartou anno 1321. Hoc temporis bellum satis acre inter illustrissimos Pomeraniae duces et marchiones Brandenburgenses, OTTHONEM et filium fratris sui WOLDEMARVM, subortum est, quo terra Caminensis adeo deuastata et turpiter polluta fuit, ut episcopi et canonici unanimiter de translatione sedis inter se cogitare et tractare inciperent. Sed Dei gratia bello bellissime finito, Bogislaus et filius VVartislauus, duces Pomeraniae, omnium dioeceseos Caminensis bona, a praedeceffloribus collata, non solum confirmarunt, sed et propriis uocabulis expresserunt, et ab omni exactione siue precaria exemerunt, utpote Soldin, Grabow, Pruzenow, Stresow, Granstow, magnum et paruum Luchten- tin, Pistekow, Namin, Kalant, Zelin, Niclas, Wostentin, Borrentin, Rosenitz, Koselitz, Tumbur, Dreuitz, Bussentin, Pempelow, Reuenow, Darfow, Polchow, Grifstow, Radancke, Kuffim et alia eiusmodi. Anno domini 1308. Wartislauus etiam iurisdictionem ciuilem colli et manus anno 1321. 8. Idus Martii concessit.

con-

Haec egregia episcopatus Caminensis dotatio incrementum successiue accepit diuersis dignitatibus, canonicatibus, praebendis, uicariis et beneficiis, priuilegiis, bonis, emolumentis, iuribus, possessionibus, concessionibus, donationibus et piis largitionibus, ut ex diuersis literis et monumentis plenius constat, quae WARTISLAVS iunior, Bugislaus et Barnimus fratres, Dei gratia Stetinensium, Slauiae, Cassubiae, Pomeraniae duces et principes Rugianorum,

Anno 1321. Granstow, Soldin, Stensow 1277. 1279.

Koselitz, Gustrow.

1321, 1346.

1368.

Fritzou, Radauke et Schartou. Bellum inter duces Pomeraniae et marchiones Brandenburg.

Soldin, Grabow, Pruzenow, Stresow, Granstow.

Iuridictio colli et manus.

con-

Brandenburgenses dotaverunt Caminensium.

Neugarden

Walmon.

Ducatus totus ad episcopatum uoluit transferri.

Nimia liberalitas in clericis taxatur.

Contentio principum cum episcopis.

confirmarunt anno 1387. Sicut et concessionem WOLDEMARI marchionis Brandenburgici, super terra Nesth anno 1309. et castrum Tharbus, quod ALBERTVS OTTHO et CONRADVS fratres marchionis Brandenburgici restituerunt, anno 1280. idem castrum et ciuitatem Neugarden cum oppido Germis anno 1298. quod OTTO dux Pomeraniae redemit, anno 1305. Contulerunt etiam praedicti marchiones 13. mansos in uilla VValmoro, anno 1283. in restaurationem 20. tabularum, quae episcopo annis singulis dare tenebantur. Sed quid omnes omnium ducum largitiones, concessiones et dotationes ad longum recensere? OTTO et BARNIMVS Dei gratia duces Slauorum, Cassubiae et Pomeraniae atque domini Stetinenfes, totam Pomeraniam ad episcopatum masculis haeredibus deficientibus transferre et infeudari uoluerunt ordinatione testamentaria anno 1320. At ista donatio siue donatio extra communes liberalitatis terminos, contra dispositionem iuris currere uidentur, nec unquam in usu uenit, neque Deo uolente siue conditionem prohibente unquam ueniet, ut in simili NOTOM. illustr. quae st. 1. decisionem facit ex L. ult. C. de praedict. curial. Hinc illi, qui reipublicae commodo magis, quam libertatem ecclesiae et ecclesiasticorum attendunt, res immobiles, ne dicam integros ducatus, in ecclesiasticos transferri prudenter uentant, ne, omnibus huiusmodi bonis ad ecclesiasticos peruenientibus, tandem respublica necessariis collationibus et neruis destitatur. BODIN. lib. 5. de republ. c. 2. POLYD. VIRGIL. lib. 7. histor. ANE. ROBERT. 2. rer. ind. 2. THVAN. lib. 3. histor. fol. 79. per Authen. ingressi C. de SS. eccles. ibi ultra modum ditauit ecclesias et monasteria. Crescentibus ita bonis creuit etiam aemulatio, discordia, contentio inter illustres Pomeraniae duces et episcopos, quod contra Bugislaum VIII. Sophiam coniugem et Bugislaum IX. filium reliquosque praetensos detentores castrorum Masore, Poluoro, Arnshausen, Gülzou et Bublitz brutum fulmen excitarunt et bannum imperiale impetrarunt, sub poena mille marcarum auri puri anno 1434. Sed hi duces etiam catholici fulminales eiusmodi literas parum curarunt, non solum quia sub- et obreptitiae extractae fuerant, sed et episcopatus ab omni imperatoris iurisdictione exemptus, ne quid SIGISMVNDI aduersus clerum nimium fauorem et aduersus principem laicum consanguineum, utpote ex sorore Elisabetha in Pomerania natum, nimium feruorem animaduertam. Haec controuersia tandem amicabiliter composita, ita, ut episcopi et capitulum, illu-

stres Pomeraniae duces, patronos, fundatores, conseruatores et protectores recognoscerent atque consueto debita deuotionis affectu prosequerentur sicut haec concordia inita est inter BVGISLAVM ducem et HENRICVM episcopum Belogardi anno 1304. Renouata inter OTHONEM et WARTISLAVM duces Pomeraniae, nec non CONRADVM IV. Henrici successorem, Tanglamii anno 1321. ubi haec uerba: praefatum uenerabilem patrem dilectum et specialem nostrum et omnes et singulos suos successores, una et ecclesiam Caminensem et personas cum omnibus bonis ad eam pertinentibus, tam nobilibus quam immobilibus, omnibus et singulis, cuiuscunque conditionis aut ualoris fuerint, in NOSTRVM et NOSTRORVM SVCESSORVM et HAEREDVM PROTECTIONEM, DEFENSIONEM et TVTELAM perpetuam recepimus et recipimus per praesentes etc. lidem Oitho Wartislaus et Barnimus coniunctionis uinculum et perpetuae pacis unionem inierunt et promiserunt Conrado his uerbis: in omnibus suis necessitatibus et contra quoscunque, cuiuscunque conditionis, status aut praeminentiae uel dignitatis fuerint, eundem et Caminensem ecclesiam totis nostris uiribus in perpetuum defendendo. Gryphiswaldae anno 1321. Restaurata est haec concordia s. liga inter ELISABETHAM Bugislai, BARNIMI et Wartislai matrem, nec non FRIDERICVM episcopum, anno 1330. die Luciae et Neo-Tretoiuae anno 1334. ubi haec uerba: caeterum dictus dn. episcopus aut eius ecclesia nullam unionem uel confoederationem cum aliquo etiam quoruncunque post hanc diem faciet, nisi de nostro consilio fecerit et consensu.

Duces Pomeraniae patroni et protectores episcopii Caminensis.

In specie quoad BVGISLAVM episcopum Caminensem concordia inita est inter fratres Wartislai et Barnimum, duces atque ecclesiam Caminensem, anno 1387. tandem omnimodo sopita lis est inter Bugislaum X. et capitulum, quod erroris poenitens banni absolutionem promisit anno 1436.

lis inter episcopum et ducem sopita.

Nec illustres Pomeraniae duces hunc episcopatum tantum fundarunt, dotarunt, defenderunt sed etiam spontaneae, non coactiuae, iuramentum super conseruatione libertatis ecclesiae praestiterunt, uti Bugislaus et VVartislaus anno 1340. et Barnimus, anno 1356.

VVartislaus et Ericus duces Pomeraniae similes unionis literas reliquerunt et omnia omnium praedecefforum suorum priuilegia confirmarunt, anno 1452. Sicut et Bogislaus Pomeraniae monarcha, respectu fidelitatis et officiorum, ab episcopo et capitulo praestitorum, confirmauit omnia et singula antecessorum ducum priuilegia anno 1490. denique

Confirmatio priuilegiorum de anno 1452.

de an. 1490. Geor-

de anno 1524.
Georgius et Barnimus haec eadem episcopatus priuilegia eodem modo confirmavit et approbavit anno 1524. Haec illustris illustrissimorum ducum Pomeranorum dotatio atque donatio, in episcopatum Caminensem collata, non fuit mutata, immutata religione, sed potius haereditariis pactis constitutum inter Barnimum et Philippum, ut episcopatus una cum praelaturis, canonicatibus et praebendis integer conseruaretur anno

de anno 1532. post reformationem.

1532. sicut hucusque integer conseruatus est, recepta solummodo religione et confessione Augustana, et confirmatus a Iohanne Friderico, Bogislao, Ernesto, Ludouico, Barnimo et Casimiro anno 1569. nec a praesentibus illustrissimis Pomeraniae ducibus praedicta maiorum priuilegia, episcopatu liberaliter concessa, nullatenus infringuntur, sed illaesa atque sancta conseruantur. Haec de dotatione ab illustrissimis facta. Inter nobiles

Donationes nobilium de Heidebracke.

anno 1303. Gulzo castrum emptum.

1304.

1306.

Mansi in Bismark, arx Massou cum pagis.

Molzani fundatio praebendae capitalis 1424.

Nikou uilla 1424.

Slein, Rual.

Henningus miles et Bertramus famulus, fratres de Heidebrake, praesentarunt castrum Dumetzin et episcopos quietarunt ab omni impensione anno 1303. Castrum Gulzo coemit HENRICVS episcopus a nobilibus Smelingis et Vvedelstedis, exsoluto 1200. marcarum pretio, anno 1304. Arnoldus Ramele uendit episcopo Friderico uniuersa sua bona feudalia et haereditaria, quae habuit et possedit ultra Seuinam. Anno 1306. Henningus Dubislaus et Barnimus, dicti de Erckstede uendiderunt canonicis et ecclesiae Caminenfi aliquot mansos in uilla Bismarck. Anno 1324. Henningus Krankspare uendit episcopo Philippo arcem Massou cum pagis, Byzecker, Kralgecke, Nigemühle, Nassou et Steterou an. 1370. In quo contractu episcopus promisit Colbergensibus et Cussalinenfibus, se arcem demoliturum neque permitturum, ut clausurae in fluminibus Persante et Radduge reaedificentur. Iochimus Molzan archidiaconus Dyminensis ac iuris doctor et camera apostolicae per Brementem prouinciã ac Caminensem, Verdenfem, Schlesuicenfem ciuitates et dioeceses debitorum collector generalis, nouam praebendam fixam et capitularem fundauit anno 1424.

Inter oppidanos Iohannes Abteshagen, proconsul in Treptou, uillam Nickou, emptam a Nicolao Ninchowen, cum pertinentiis, tertia parte in Sleuin et taberna Rual, uendit canonicis Caminensibus 600. aureis Rhenanis, cum consensu Bugislai magni anno 1490. Alias capitulum siue ecclesiam Caminensem illustrissimi Pomeraniae duces similiter dotarunt et episcopi de bonis sibi largiter concessis matrem omnium aliarum dioeceseos ecclesiarum et sponsam suam nõ immerito cohonestarunt et locu-

apletarunt. In hac sunt *quindecim praebendae maiores*, fixae et capitulares: si plures reperiantur, de gratia dominorum canonicorum factae sunt, ideo possessoribus defunctis et ad alias praebendas discedentibus, ad bona communia deuoluuntur. Ita statutum est a primaeua fundatione ecclesiae. Prima inter praebendas uocatur *S. Iohannis* et ad structuram pertinet, cui quilibet possessor defunctus unius anni redditus debet et adhuc debet. Altera ad episcopum: tertia ad praepositum: quarta ad decanum spectat. Reliquae inter reliquos canonicos aequabiliter et amabiliter distributae fuerint, Hodie *collatio* fieri solet atque debet ab illustrissimis Pomeraniae ducibus, uti primaeuis fundatoribus, in nobiles qualificados et *doctores, aequiparatos* secundum pacta haereditaria anno 1569. *Demnach wollen wir zu ieder Zeit, wenn dignitates, praebendae oder canonicate erlediget etc.*

Quindecim praebendae maiores fundatae a ducibus Pomer.

Praebenda S. Iohannis.

Collatio praebendarum a quo fiat ex quibus.

Nam praepositurae Bugislaus, Leotitiae et Pomeraniae dux, nec non frater Casimirus, castrum Lubbini cum pertinentiis, uillis, agris cultis et in cultis, pascuis, syluis, aquis et clausuris liberaliter contulerunt. Quod priuilegium Barnimus et VVartislaus confirmarunt anno 1243. sicut et VVartislaus anno 1321. Nec non Bugislaus, Barnimus et VVartislaus fratres anno 1356. Thesaurariae siue custodiae Otto, Wartislaus et Barnimus uillam *Dammitz* attribuerunt, cum pertinentiis anno 1308. quod anno 1321. renouarunt atque confirmarunt. OTTO praepositurae *Diminensi* uillas *Lutzeran* et *Wurstefeld* appropriauit anno 1321. et etiam antea *Wartislaus* uillam *Wusterhusen* archidiaconatui *Vsnaniensi*. Anno 1303. archidiaconatus *Caminensis* s. praepositura maiora 2. archidiaconatus *Dymenensis*, 3. archidiaconatus *Vznaniensis*, 4. archidiaconatus *Stetinensis*, 5. archidiaconatus *Stargardiensis*, quorum postremus thesaurariae est incorporatus a SIFRIDO episcopo anno 1440. Idem Henricus archidiaconatum *Stolpensem* constituit et anno 1304. Sifridum de *Rhibou* per annulum inuestiuit. Haec obiter.

Lubbini castrum donatum a ducibus.

Dammitz uilla.

Wusterhusen.

Archidiaconatus Pomeraniae constituti.

Omnia capituli bona Otto, Wartislaus et Barnimus, Othonis filius, non solum confirmarunt, sed et propriis uocabulis expresserunt, ut *Soldin*, *Grabou*, *Grambzon*, *Strissou magnum*, *Strissou paruum*, *Luchtentin*, *Pustekow*, *Schonenwald*; *Cusfin*, *Nausen cum stagno*, *Warstlaufhagen*, *Collermanshagen*, *Calort*, *Sickur*, *Wuffentin*, *Nostenitz*, *Köselitz*, *Pemplow*, *Buffentin*, *Renenow*, *Zarsow*, *Polkow*, *Wrisauw* et *undecim mansi* in uilla *Raddauke*, *Doemnitz*, anno 1381. Ne quid adiciam, de diuersis uicariis a diuersis episcopis, ca-

nonicis, nobilibus et ciuibus fundatis: A quorum memoria ut pie recolatur, non impie nomina et tempus foundationis recensebo.

Vicariae fundator.

Anno 1383. PHILIPPVS episcopus Caminensis uicariam fundauit, redivitibus e uilla *Karentze* adsignatis (*Fridericus* ab *Eickstedt* episcopus incepit fundare et saepius transferre redivitibus anno 1336.) quam *Martinus* successor mensae suae incorporauit. IOHANNES episcopus Gardensis tres uicarias fundauit anno 1432. quarum ultimam *Benedictus* ad organa deputauit anno 1489.

Inter canonicos, nobiles et plebeios utriusque sexus uicarias fundarunt et ius patronatus aliquot uicibus retinentes, capitulo donarunt, utpote *Iacobus Prutze* Scholafticus; anno 1322. cuius redivitus consules *Belgardenses* de *pyxide ciuitatis* exfoluant, secundum tenorem priuilegii. *Gottfridus* decanus *Collbergensis* contulit 3. manfos in *Volcecau* anno 1324. *Iohannes Erthmarus Seefurth* ciuis *Collbergensis* uillam *Szicher*, prope *Grypbergam*, in feudum a capitulo possedit et ex redivitibus uicarias constituit anno 1359. *Hermannus Snatou* testamento quid legauit anno 1396. *Theodoricus Sassen* Caminensem capellam et altare fundauit anno 1350. Cui *Conradus Beuenhusen*

Capella Caminensis et altare fundata.

aliquot redivitus consecrauit anno 1383. *Nicolaus Schriener* uicarius *Collbergensis* anno 1391. *Walpurgis* relictæ *Henrici Schefferten*, ciuis Caminensis, anno 1390. *Iohannes Molner de Cussalin* anno 1394. *Iohannes Ludewig* presbyter in noua *Treptou* anno 1395. *M. Nicolaus Wodarch* rector scholaris in *Cammin* anno 1395. Has tres uicarias ordine praecedentes IOHANNES episcopus et dux *Oppeliensis* confirmauit. Ergo ad episcopatus dignitatem maxime peruenit, de quo nonnulli dubitant. *Engelcke Thobrinck* oppidanus *Cussalin* anno 1397. *Bernhardus Berfer* redivitus legauit, ad comparandam

Legatum pro comparanda cera.

singulis annis ceram pro luminari uno, quod ante corpus Christi, iuxta summum altare, in choro Caminensis ecclesiae, uersus septentrionem in pelui pendeat et die nocteque indefinenter ardeat. Hoc legatum *NICOLAUS* episcopus confirmauit anno 1402. *Berferus Salou* uicariam fundauit anno 1406. Eodem anno *VVoldecke*, *Ioh. Fribus*, consulis *Camin.* relictæ, redivitus assignauit. *Henningus Lanche* presbyter Caminensis anno 1409. Eodem anno *Iohannes Knochenhauer* uicarias fundarunt, *M. Iohannes Lauenköper* archidiaconus *Dymin.* anno 1427. *Henricus Lipel* presbyter *Collbergensis* anno 1425. et 1430. *Bernhardus Knibe* et *Catharina, Ludouici Schönebecke* relictæ anno 1434. *Ludolphus Kule* pro-consul Caminensis anno 1434.

Henningus de Dossa uice-dominus binas uicarias instituit et 4. manfos cum molendino in *Lettenin* et 3. in *VVarnitz* legauit anno 1437. *Nicolaus Darfow* de bonis suis contulit anno 1444. *Bertholdus* et *Otto* fratres, dicti *Arendt* ciues, *Camin.* 1454. *Andreas Borcka* archidiaconus *Dymin.* an. 1460. Eodem anno consulatus Caminensis liberalis extitit, *Petrus Garin*, uicariam instituit, quam *HENNINGVS* episcopus confirmauit 1460. *Iacobus STYMEKE* uicarius nouam uicariam fundauit anno 1481. *Nicolaus Rauen* et *Bernhardus Plötze* *Camin.* dotarunt anno 1482. Eodem anno *Vlricus Westral.* decanus uicariam fundauit, cui *Martinus Keinerer* et *Iohannes Slutow* consules Caminenses quasdam domunculas appropriarunt anno 1487. Seniores et operarii artis futoriae in *Camin* anno 1486. *Bartholdus Mildebrade* uicariam quandam adauxit anno 1495. Eodem anno *Hermannus Rosschade* consul *Cuslin.* Vicariam *Ioachimus Jordan* scholafticus *Collbergensis* ultimo dotauit anno 1500.

Claudite iam riuos pueri, sat prata biberunt. Hucusque de dotatione episcopatus Caminensis, canonicatibus, praebendis, uicariis, concessionibus et piis largitionibus, quibus pontifex Romanus ne teruncium addidit: multo minus sacra Caesarea maiestas aliquid liberalitatis exhibuit, sed soli Pomeraniae duces una cum suis subditis, fidelibus et religiosis episcopatum et capitulum fundarunt, fundatum aedificarunt, aedificatum dotarunt, dotatum hucusque conseruarunt et ulterius conseruabunt, donec stet gloria GRYPHI. Ergo indubitate et infallibiliter uel ipse *Aristarchus* et nouus imperii turbator concludet, quod soli Pomeraniae duces sint ueri et meri huius episcopatus patroni, domini superiores DEFENSORES, protectores, conseruatores et manutentores; suspensa summi pontificis iurisdictione et declinata sacratissimi imperatoris praetensione, qua exemptus est episcopatus et *Adalbertus*, peregrinus ne glebam quidem in Pomeraniam attulit, sed omnia, uti demonstratum, ab illustrissimis Pomeraniae ducibus obtinuit.

Caminensis episcopatus nihil debet imperatori aut pontifici.

CAPVT IX.

De exemptione episcopatus Caminensis.

EXEMPTIO huius episcopatus et capituli duplex est generalis et specialis. Generalis ab initio concessa uideatur per INNOCENTIVM II. papam, qui saepe dictam ecclesiam nouiter instauratam Pomeranensem tunc nuncupatam, sub *B. Petri*, sanctaeque sedis apostolicae protectionem suscepit et exemptit, ut expresse in

Exemptionis generalis ratio commentitia.

matri-

matricula Caminensi legitur. Id quod factum an. 1140. Ratio et occasio huius exemptionis *ridicula*, ne dicam superstitiosa assignatur a Nicolao *Leutingero* part. VII. commentariorum, quod Innocentio IVto. pontifici Romano magna intercesserit familiaritas atque coniunctio cum *Engelrico Daniae rege in academia Parisensi*. Nam cum ad dignitatis pontificiae culmen ascendisset, ut recoleret, ad regem crucis Christi particulam, cum aliis reliquiis sacris, benevolentiae ergo perferendam decreuit per legatum, qui a *Suentopoldo* captus, dissimulanter, paucis consociis, foedo carceri inclusus est. Tunc forte episcopus Caminensis, ducis consobrinus, locum praeteriens accinentem audiuit: *salue regina*: sagaciter igitur inuestigatum intercessione sua liberauit. Hinc pontifex *Romanus episcopatum illum nulli alienae*, nec quidem *Gnesnensis* censurae ecclesiasticae obnoxium aeterna sanctione esse iussit, ecclesiamque Caminensem *liberam et exemptam* pronunciauit, quae *soliis pontificis Romani* auctoritatem sequeretur. In capite *Barbarae*, quod regi amicitiae ergo donabat, haec erant literis aureis notata: INNOCENTIVS pontifex maximus fratri et filio *Engelrico hoc munusculum sacrum, Dei uirginis Barbarae caput, ut regi catholico transmittit*. Huc usque *LEVTINGERVS*. At multa occurrunt, quae dictam exemptionis rationem et occasionem infringunt, utpote quod ab initio episcopatus fuerit exemptus secundum matriculam et historiam, qua *ADELBERTVS* primus episcopus *WARTISLAVM* fundatorem et *Ratiborum* dominos suos uocat, sicut et reliqui episcopi *Cunradi tres, Sigefridus, Sigeuinus* et *Wilhelmus* debita deuotione sua seruitia et officia exhibuerunt. Deinde nullus a primo Danorum rege *DAN* usque ad praesentem *CHRISTIANVM IV*. heroem laudatissimum, inter 107. reges, qui *Engelicerus* uel *Engelricus* fuit dictus, nisi forsitan *Ericus* sit intelligendus. Denique Caminensium episcopus ducis consobrinus non nominatur, nec eo temporis existere potuit, quo *Suantopoldus* dux Pomeranorum bellicosissimus uixit an. 1242 et grauissimum bellum cum Teutonico cruciferorum ordine gessit, cui *INNOCENTIVS IV*. papa ablandiens, legatum misit, episcopum Mutinensem *Guilhelmum*, qui postea pontifex factus *Alexander IV*. dictus est, ut motus bellicos bel-

factum an. 1140. Ratio et occasio huius exemptionis *ridicula*, ne dicam superstitiosa assignatur a Nicolao *Leutingero* part. VII. commentariorum, quod Innocentio IVto. pontifici Romano magna intercesserit familiaritas atque coniunctio cum *Engelrico Daniae rege in academia Parisensi*. Nam cum ad dignitatis pontificiae culmen ascendisset, ut recoleret, ad regem crucis Christi particulam, cum aliis reliquiis sacris, benevolentiae ergo perferendam decreuit per legatum, qui a *Suentopoldo* captus, dissimulanter, paucis consociis, foedo carceri inclusus est. Tunc forte episcopus Caminensis, ducis consobrinus, locum praeteriens accinentem audiuit: *salue regina*: sagaciter igitur inuestigatum intercessione sua liberauit. Hinc pontifex *Romanus episcopatum illum nulli alienae*, nec quidem *Gnesnensis* censurae ecclesiasticae obnoxium aeterna sanctione esse iussit, ecclesiamque Caminensem *liberam et exemptam* pronunciauit, quae *soliis pontificis Romani* auctoritatem sequeretur. In capite *Barbarae*, quod regi amicitiae ergo donabat, haec erant literis aureis notata: INNOCENTIVS pontifex maximus fratri et filio *Engelrico hoc munusculum sacrum, Dei uirginis Barbarae caput, ut regi catholico transmittit*. Huc usque *LEVTINGERVS*. At multa occurrunt, quae dictam exemptionis rationem et occasionem infringunt, utpote quod ab initio episcopatus fuerit exemptus secundum matriculam et historiam, qua *ADELBERTVS* primus episcopus *WARTISLAVM* fundatorem et *Ratiborum* dominos suos uocat, sicut et reliqui episcopi *Cunradi tres, Sigefridus, Sigeuinus* et *Wilhelmus* debita deuotione sua seruitia et officia exhibuerunt. Deinde nullus a primo Danorum rege *DAN* usque ad praesentem *CHRISTIANVM IV*. heroem laudatissimum, inter 107. reges, qui *Engelicerus* uel *Engelricus* fuit dictus, nisi forsitan *Ericus* sit intelligendus. Denique Caminensium episcopus ducis consobrinus non nominatur, nec eo temporis existere potuit, quo *Suantopoldus* dux Pomeranorum bellicosissimus uixit an. 1242 et grauissimum bellum cum Teutonico cruciferorum ordine gessit, cui *INNOCENTIVS IV*. papa ablandiens, legatum misit, episcopum Mutinensem *Guilhelmum*, qui postea pontifex factus *Alexander IV*. dictus est, ut motus bellicos bel-

cus noster *lib. 3. hist. Pol.* et *M. Caspar schütz lib. I. chron. Pruss. p. 39.* ubi refert ex monumentis Oliuae monasterii quondam Pomeraniae.

Postea uero circa annum domini 1243. tempore coronationis *INNOCENTII* papae IV. humani generis persecutor, apostata ueritatis, pacis et concordiae inimicus, diabolus grauissimam inter duces *Suantepoldum* et fratres de Prussia excitauit, permittente domino, discordiam, quae fere ad annos XI. stetit.

Ceterum de commentitia episcopalis exemptionis ratione ne uerbum quidem, nisi quod de reliquiis S. Barbarae, in castro *Sartowitz* repertis, mentio fiat. *NAVCLER. p. 929.* et *M. Casp. schütz in in chron. Pruss.* Verior ergo et euiden-

Verior exemptionis ratio.

fundationis, confirmationis et dotationis primaeua huius episcopatus *illustrissimi Pomeraniae duces nullum superiorem in temporariis recognouerunt, nisi solum Deum et a Deo concessas prouincias* manu regia gubernarunt, usque ad annum 1181. posteaquam *WOLDEMARVS* rex *Daniae* et *HEINRICVS LEO*, coniunctis uiribus *Pomeranos inuaserunt, et re infecta discesserunt*, ut ex *HELMOLD. lib. 2. cap. 5. et seqq. CRANTZ. lib. 5. Vand. c. 32.* et aliis patet historicis, qui addunt de *HENRICO LEONE*: *Notate principes exemplum hoc, cum dux hic excidisset e gratia Caesaris, a Woldemaro rege etiam derelictus est, cuius amicitia tamen plurimum imitebatur ac confidebat. Ob id autem quandoque principes magnos Deus deiicit, ut caeteri discant, ne in simile aliquod prolabantur.* *FRIDERICVS* enim, I. cognomento *barbarossa* *Lubecae Henricum Leonem* ob-

Henricus Leo
κυνόφαγος.

sedit, uicit et coegit, ut canem humeris portaret, *per mille passus*, dicente *Conrado RITTERSHVSIO* in *orat. de Frid. barbaross. p. 32.* et *HELMOLD. lib. 2. cap. 7.* in *pr. Gloria patitur inuidiam.* Hac in obfidione praedictus imperator *Pomeraniae duces in castra uocauit, foedus pepigit, et ob praestitam fidelem operam in ordinem senatumque principum S. Romani imperii cooptauit, et summam ducum dignitatem, datis solenniter aquilis, in praesentia totius exercitus obtulit, neque quicquam de praecementiis, dignitatibus, episcopatibus, aut aliis competentibus iuribus minuit, adeo, ut, quod SAXO grammaticus lib. 15. dicit: Veterem atque haereditariam patriae libertatem, uanis atque fucofis dignitatum titulis uenditarunt, de suprema libertate intelligendum sit, intermediam sicut electores et alii principes sibi referuarunt. Alb. CRANTZ. lib. 6. Vand. c. 14. in pr. et fin. legatur. Hinc ipse Aristarchus et nouus imperii turbator indubitate concludat, quod illustrissimi Pomeraniae duces, re-*

ligionem per se, et omnia per Caesarem aut pontificem introduxerint, introductum episcopatum confirmarint, confirmatum per se et omnia per pontificem aut Caesarem dotarint, diu antequam S. Romani imperii duces creati fuerint.

Vicini archiepiscopi ecclesiam Caminensem sibi subiacere laborarunt.

Hoc respectu summi pontifices hunc episcopatum ab initio exemerunt: at circumuicini episcopi, quorum gratia rara est, aut inuiderunt aut illubenter uiderunt nouam uouit episcopatus exemptionem. Ideo archiepiscopus Gnesnensis anno 1321. ad suum molendinum siue primatum episcopatum trahere uoluit: archiepiscopus Magdeburgensis ad suum archiprimatum: archiepiscopus Bremenensis ad suam dioecesin, adeo ut CHYTRAEVS lib. 31. metropol. non dubitet Bremenensi adscribere. Sed ignari forsitan huius exemptionis, deuiarunt, aut cupiditate adducti alienum ad suum iniquiores transferre uoluerunt: quibus omnibus et singulis CVNRADVS IV. Caminensis episcopus egregie contradixit et deduxit in curia Romana exemptionem huius episcopatus primaeuam, simulque sententiam obtinuit a IOHANNE pontifice latam, ut episcopatus denuo eximeretur, nec episcopus ullum primatum aut archiepiscopum recognosceret. AENEAS SYLVIVS postea pontifex PIVS II. testatur in sua Germania c. 30. hunc Caminensem episcopatum exemptum esse. Hac non procedente uia, praedicti brachium seculare implorarunt, partim regis Poloniae CASIMIRI, qui decimam omnium ecclesiasticorum prouentuum et reddituum in Gnesnensi, Cracouiensi, Pofnaniensi, Cuiauenfi, Plocensi, Lubecensi et Caminensi ciuitatibus et dioecesibus sibi uendicauit et obtinuit, contradicentibus uero solis et unis Pomeranis. Ita a CLEMENTE papa decisum fuit anno 1356. uerbotenus: quodque postmodum pro parte dictorum episcopi Caminensis et praelatorum et personarum ecclesiasticarum dictarum ciuitatum et dioecesis Caminensis coram nobis expositum, quod licet ecclesia Caminensis eidem immediate subiecta et etiam ciuitas et dioecesis CAMINENSIS non in regno seu de regno Poloniae consistere, praefatus tamen archiepiscopus Gnesnensis eundem episcopum Caminensem, et omnes de capitulo ipsius ecclesiae Caminensis, nec non personas ecclesiasticas quascunque exemptas, et non exemptas, redditus et prouentus ecclesiasticos in dictis ciuitate et dioecesi Caminensi obtinentes monuerat, ne ipsi in praefatis terminis eandem decimam persoluerent, Reinige Pfenning oder Petrinische quasi nummum S. Petri (de quo POLYDORVS VIRGILIVS lib. 4. de Angl. p. 372. et frater Magnus de Stargardt in protocollo.)

Clementis papae noua exemptio.

CASIMIRVS Boleslai II. filius in monasterium Cluniacense detrusus erat: quem subditi ad fastigium regni cum promouere uellent, non solum receperunt tonsuram rotundam, uestium amplitudinem, temporaneam carniuum abstinentiam, sed etiam censualem S. Petri nummum anno 1046. quo tempore duces Pomeraniae cum gente sua sub infidelitate laborantes nullo modo huiusmodi censum S. Petri (Petrinichen) persoluerunt; ergo multo minus ad decimam a rege postulatam obligati fuerunt, de omnibus redditibus et prouentibus ecclesiasticis. Quae quidem solutio decimae, absque scandalo principum illarum partium, in quorum districtibus ecclesia praedicta Caminensis consistit, ac sine periculo ipsius ecclesiae nequibat sortiri effectum. Ac propterea dictorum episcopi et capituli CAMINENSIS ac praelatorum et personarum ecclesiasticarum, ciuitatis et dioecesis Caminensis praedictorum nobis humiliter supplicarunt, ut prouidere eis super his de opportuno remedio dignaremur. Nos uolentes huiusmodi scandalis et periculis salubriter obuiare, autoritate apostolica declaramus, nostrae intentionis tempore, concessionis eiusdem decimae dicto regi factae, seu ex tunc nequaquam fuisse, nec esse, quod concessio dictae decimae seu literae praefatae nostrae uel processus se extendissent aut extenderent ad episcopum et capitulum Caminense, ac praelatos et personas ecclesiasticas dictarum ciuitatum et dioecesis Caminensis praedictos, quoad redditus et prouentus, quos in eisdem ciuitate et dioecesi Caminensi obtinent, ut praefertur. Nisi ciuitas et dioecesis praefatae in regno essent, seu de regno existerent Poloniae praelibatae. Cum autem, (sicut eorundem, episcopi praelatorum et personarum ecclesiasticarum dictarum, et dioecesis CAMINENSIS iterata non sine querela nobis insinuatio patefecit,) praedicta ciuitas et dioecesis Caminensis in regno Poloniae non existant, ipsisque episcopo et praelatis et personis dictarum ciuitatum ac dioecesis Caminensis, occasione dictae concessionis, post et contra declarationem nostram huiusmodi, multa damna, molestiae ac iniuriae sint illata, ac similia inferri dubitent in futurum: pro parte ipsorum nobis humiliter supplicatum, ut prouidere eis super his paterna diligentia

gentia curaremus. Ne igitur ex apostolica sedis gratia eidem regi, ut praefertur, concessa, praefatus episcopus praelati et personae dictarum ciuitatum et dioecesis Caminensis, contra iustitiam praegrauentur uiolenter, eos de opportuno remedio providere, discretioni uestrae per apostolica scripta mandamus, quatenus uos, uel duo uestrum, per uos seu alium, seu alias uocatis, qui fuerint euocandi, si praemissis ueritas suffragetur, eisdem episcopo, praelatis et personis dictarum ciuitatum et dioecesis Caminensis, facientes super huiusmodi damnis, molestiis et iniuriis iustitiae complementum, non permittatis, eos occasione dictae concessionis, contra declarationem nostram huiusmodi, quomolibet molestari. Contradictores quoslibet et rebelles, cuiuscunque praeminentiae, dignitatis, status, ordinis uel conditionis extiterint, autoritate nostra per censuram ecclesiasticam appellatione propo-
sita comescendo.

Huius concessionis ad aspectu et respectu nec non habita foundationis ratione, antequam Pomerania sacro Romano imperio obnoxia fuit, diui imperatores nihil iuris in hoc episcopatu praetenderunt aut praetendere potuerunt, nisi quod Wenceslaus imperator Iohannem cancellarium suum obtrudere uoluit, quem nonnulli Hanneum seu Hincnem Bohemi uocant, sicut et pontifex maximus Iohannem Wilcken praesentauit, sed illustrissimi Pomeraniae duces et capitulum Caminense neutrum admiserunt, postulato interea BYGISLAO octauo BYGISLAI V. filio, ut episcopatum administraret. Vitiosa igitur inuestitura, quam de facto attentauit, et Iohannem principem suum et episcopatum principatum uocauit, sicut et Sigismundus in literis Brachii secularis, modo declaratur, ut HELMOLD. lib. 1. chron. c. 4. declarauit et episcopos principes coeli uocauit. Deinde WENCESLAUS non fuit coronatus, sed abrogatus imperio, et carceri inclusus, quo ut liberaretur, Suantiborus III. dux Pomeraniae 1600. equis suppetias tulit. Acta et gesta Wenceslai omnino cassa et inutilia reddita fuerunt, nec obtrusus episcopus unquam receptus, quia intrusio contra ecclesiae Caminensis priuilegia ex falsis praesuppositis facta, quasi episcopatus immediate ad sacrum Romanum imperium spectaret, cum omnes episcopi illustrissimos Pomeraniae duces semper patronos superiores dominos et protectores recognouerint, et anno insequenti renoua-

tionem et confirmationem priuilegiorum petierint, quam etiam obtinuerunt a VVartislao, Bogislao et Barnimo anno 1387. Vitiosa ergo radice, quidni uitiosum, quid inde subsequentibus annis subsequutum fuit 1) adscriptio episcopatus in registratura imperii, 2) contributio et collectio, 3) conuocatio ad comitia, et similes eiusmodi actus praeiudiciales: registratura enim non est authentica, nec eadem cum matricula, et si plenam fidem obtinuit, illustrissimi Pomeraniae duces, per lapsum temporis ultra hominum memoriam, episcopatus superioritatem praescripserunt. Contributio et conuocatio ad comitia non fuit ab initio introducta, sed de facto intentata, tempore episcoporum Erasmi et Martini VVeiger, nec unquam auditum, quod per eiusmodi conuocationem et collectionem status imperii stabilietur; alias nescio, qui conuocarentur arg. e quo ausu 23. q. 8. c. si summus defent. excom. in Dan. et L. non epistolis c. 1. probat. Edictum Caesareum, anno 1548. 6. Febr. sub- et obreptitiae impetratum, per prouocationem suspensum fuit, et incidens religionis mutatio, et quod episcopatu uxoratus praerant, cum quo singulares factae erant transactiones et pacta, causam difficiliorum reddiderunt, adeo, ut nonnulli status Pomeranici conquererentur, sibi auferre electionem contra priuilegia antiqua, et electam fuisse personam inhabilem. Inde sequebatur, quod Colbergenses in protectionem Caesar recipe-
ret, et mandata ad status capitulares mitteret, ne obedirent episcopo. Hinc an episcopus Caminensis immediate imperio uel Pomeraniae ducibus subesset, pessima malorum hominum instigatione, contra manifesta ducum Pomeraniae iura, et ecclesiae fundationem, in controuersiam uocabatur. Sed causa principali composita, iudicio camerae hoc negotium per publicum decretum decidendum commissum est. Durante autem controuersia, capitulares mitebant syndicum ad Caesarem maiestatem, significantes, ducem suum tractatum eum episcopo ante celebratum non ualde urgere, se quoque, modo Caesar mandata emanata cassaret, iuxta statuta alium electuros episcopum. Consentit Caesar et prioribus mandatis sublatis, Pomeraniae quoque principibus sub-
sequentibus annis publico decreto ius patronatus et alia iura antiqua in episcopatu Caminensi salua et intacta seruauit secundum ordinationem imperii anno 1507. Constantiae, et anno 1512. Coloniae: dass die Staende, so dem Reiche nicht ohne Mittel zustuendig oder verwandt, oder nichts vom Reiche haben, bey ihren Land-

Wenceslaus
imp. frustra
praesentat
cancellarium
suum.

An pariter
imperio.

in patronatus
duibus confir-
matum.

schafften gelassen werden. Vero ergo non fit consentaneum, quod Nicolaus LEVTINGER *part. 4. comment. lib. 1. in pr. scriptum reliquit, Ferdinandum Caesarem in initiatione S. baptismi episcopatum Caminensem literis obsignatis Casimiro gubernandum contulisse, quamprimum sede uacante per aetatem posset. Quod enim iuris quis ipse non habet, quomodo in alium transferre potest? Vnde confectarium ducitur firmissimum, quod in hoc episcopatu preces primariae nunquam pondus et locum obtinuerunt, ut in speculo consiliorum docet et deducit, allegato per Christophorum SCHWAMMAN. et Matth. STEPHAN. p. 3. de iurisd. lib. 3. c. 4. quod Gerh. BVXTORF. super auream bullam c. 5. con. 65. recte LIC. WILLERO adscribit, quia multis annis illustrissimorum Pomeraniae ducum consiliarius fuit, ut rationibus satis praegnantibus demonstraui, quod preces primariae ad beneficia in territorio principis alicuius Augustani sita extendi minime posset. Caeterum uide de precibus primariis *specul. tit. de praeb. restat n. 7. marg. FREHER. in not. ad Pet. de Adlo l. 2. c. 6. Iohannes SPRING. in diss. 1. pac. relig. concl. 31. Diploma precum primariarum e GOLDASTO tom. 3. D. constit. imp. fol. 406. refert. GAIL. 2. obseru. 85. n. 7. Denique ridiculo quodam responso hanc exemptionis narrationem concludam, quod LVTHERVS tom. 1. Latin. Witteberg. in praefatione recenset: Plebecula, inquit, in his oris olim respondit legato pontificio Carolo Miltitio, sollicite quaerenti, quid harum gentium stauerent de sede Romana papae? quid nos scire possumus, qualis uos Romae sellas habeatis, ligneas aut lapideas. Nobis hic nihil curae est, an papa Romae uel in sella, uel in scamno, uel in scabello sedeat aut cubet.**

Precibus primariis nullus locus.

Lapidum responsum legato pontificis datum.

Exemptio specialis.

Et haec de exemptione generali: specialis est priuilegium per BONIFACIUM papam IX. ecclesiae Caminensi concessum, quod in causis pro tempore inter canonicos et personas ipsius ecclesiae, uel quoscunque alios contra eos exortis, ad capitulum et non loci ordinarium, pro tempore dictis canonicis seu personis notis ad praefatos capituli recursus haberi ipsumque capitulum causas huiusmodi iudicialiter et sententialiter definire similiter consueuerunt. Quam consuetudinem auctoritate apostolica confirmamus. Datum Romae apud S. Petrum 6. Idus Augusti, pontificatus nostri anno 13. Quod priuilegium repetitur in literis conseruatorialibus apostolicis, eodem anno et loco datis. Et haec de exemptione; nunc ad situm.

De situ episcopatus Caminensis.

Inter Saxoniae episcopatus Magdeburgensem, Bremensem, Mindensem, Hildesheimensem, Paderbornensem, Lubecensem, Osnabrugensem, Halberstadiensem, Monasteriensem, Verdensensem, Suerinensem, Razeburgensem et alios neque primus neque postremus est Caminensis episcopatus, in territorio et medullio quasi Pomeraniae citerioris situs. Dioeceseos enim fines putant conformes finibus territorii temporalis. RAVDEN. *conf. 32. nom. 79. lib. 2. Et in specie CRANTZ. lib. 4. Saxon. cap. 17. Maritima reliqua Vandaliae necdum ad fidem Christi peruenerant, in quibus Suerinensis, Razeburgensis, Caminensis dioeceses terminos suos habent longe postliminatos. Antiqua dioeceseos documenta cummuniter testantur, episcopatum Caminensem in ducatibus Pomeraniae situm, uti bulla CLEMENTIS papae anno 1356. LEONIS papae in bulla prouisionis: ad petitionem, inquit, ducis Bugislai, in cuius temporali dominio ecclesiae Caminensis sita est. Denique MARTINVS episcopus Caminensis et coadiutor ERASMVS coram LEONE papa assertiue posuerunt, quod ecclesia Caminensis in dominiis et ducatibus Pomeraniae sita sit.*

Episcopatus Saxoniae.

Caminensis dioeceseos termini.

Huius episcopatus primaria sedes et summa cathedralis ecclesia Camini fundata est anno 1321. a VVartislao IV. Pomeraniae duce muris et fossis cincta. Praeter hanc sedem continet in suo districtu oppida non intimi nominis Colbergam, Coslinum, Corlinum, Frienualdum, ex parte Bublizium, Gulzouium et alia, quae in confirmationibus ducalibus exprimuntur, usque ad montes Coslinenses et mare Balticum, ita ut amplissima sit dioecesis, quae cum reliquis quibuscunq; certare possit. LEVTINGER. *part. 4. comment. l. 1. in pr. hunc episcopatum describit, et inter oppida Freinwaldum et Caminum refert, quorum primum mixtae est iurisdictionis, alterum ad Stetinensem ducatum pertinet. Bugislaus enim Barnimus et VVartislaus fratres oppidum Camin cum pertinentiis redemerunt, anno 1355. 5000. marcis denariorum usualium. Colbergum antiquitus Colobrega dictum, lingua Vandalica, ut innuit D. CRAMERVS lib. 1. chr. Pom. eccles. c. 24. et Mart. CROMER. lib. 5. rerum Polon. uocat frequens et opulentum oppidum: Parsanta fluuius illud praeterfluit et optimum maris portum conficit, ita ut negotiatio cum uicinis Daniae et Sueciae regnis, nec non Hollandiae populis aliisque commode exercere possit.*

Sedis cathedralis conditor.

oppida dioeceseos.

Colbergum olim Colobrega.

possit, sicut et terra cum in clyto Pomeraniae regno, cum salinarios contineat, fatis iusti saporis et alia Dei beneficia non parui aestimanda, ut in *poliographia Pomeranica* latius deducetur.

Coslinum.

Coslinum et hodie et antiquitus satis elegans oppidum fuit, ut inscriptio literarum an. 1397. testatur: *nos consules noui et ueteris oppidi Cussalin Caminensis dioecesis etc.* Nomen a castello inditum nonnulli suspicantur et castellanum aliquando inhabitasse praefagiunt, sed absque certo ueritatis fundamento. Hodie communiter episcoporum residentia et aula ibidem frequentatur, sicut et olim *Corlini*, quod oppidulum diuersis fluuiis alluitur et situ admodum iucundum, sed quod a *Corte lini* pontificis datur, antiqua monachorum fictio est.

*etymologia
fictitia Corlini.*

Freienwaldum.

Freienwaldum praetereo, quia mixtae iurisdictionis, nec ad solam dioecesin pertinet. *Bublizium* et *Gulzouium* quomodo ad episcopatum peruenerint, partim supra attigimus, neque crambem bis cotam apponemus.

*Bublizium et
Gulzouium.*

*Episcopatus
limites uariarunt.*

Limites episcopatus aliquando latiores, aliquando constrictiores fuerunt. Limites terrarum *Stargardi* et *Massow*, *Pyritz* et *Lippen* anno 1269. concordati in oppido *Demmin*. Contulerant enim *IOHANNES* et *OTTO* marchiones *Brandenburgenses* proprietatem terrae *Stargard* et medietatem terrae *Collberg* a domino *Barnimo* consanguineo pro decimis permutata, anno 1255. Non multum temporis effluxit, anno uidelicet 1277. *Barnimus I.* cognomento *magnus* et *bonus Colbergum* episcopatu adsignauit et permutauit cum *Stargardia* 146. post foundationem.

*Schwellein et
Valckenburg.*

Woldemarus marchio ultimus, non putatius ille, uendit *Heinrico* de *Wachholtz*, episcopo *Caminensi*, oppida *Schwellein* et *Valckenbourg* pro 10000. marcis argenteis, cum pacto retrouentionis intra 14. annos an. 1317. Sicut et uillas *Rassou* et *Batitz* anno praecedente;

Rassou et Batitz.

*Borkiorum
familia.*

sed insequentes marchiones praedicta oppida reluerunt et occuparunt, quorum alterum adhuc ad nobilissimam *Borkiorum* familiam spectat, quod a *Woldinis* certa contractus specie et consensu superioris acceperunt. *LEVTING. part. 4. comment. lib. I.* Denique sicut *Pomeraniae*, ita et episcopatus limites olim diffusiores fuerunt, quia integram *Pomerelliam* ultra *Dantiscum* comprehenderunt, nobilem certe tractum, quem *Mestiuius Sobislai* pronepos, cum sine liberis maribus decederet, praeteritis agnatis ceterioris *Pomeraniae* principibus, *Praemislao* maioris *Poloniae* duci et ex sorore pronepoti, circa annum 1295. testamento reliquit, ut indicant monumenta *Oliuensis* abba-

tiae, a ducibus fundatae. *Primilaus* dux regni *Poloniae* in *Gdanzk* ueniens et ducatum totius *Pomerelliae*, sibi per ducem *Mestouinum* resignatum, suscipiens, ipsam ciuitatem *Gdanzk* plancis muniri procurat, ut historici testantur *M. Casp. Schürz. l. I. chron. Pruss. et Jac. Aug. THUANVS lib. 65. histor.*

Gdanzk ciuitas munitur.

Hinc usu uenire uidemus, ut episcopus *Cuiuinae* se quoque episcopum *Pomeraniae* nominet, scribat et intitulet, quod *καταχρηστικῶς* siue abusiue intelligendum, de antiqua et nobili *Pomeraniae* parte, *Pomerellia*, hodie incluto *Poloniae* regno, uigore praedicti testamenti incorporata: alias episcopus *Pomeraniae* solus et unus *Caminensis* praeful atque pontifex recognoscitur. Quamuis etiam *Rugia* *Pomeraniae* ad annos trecentos incorporata et fertilis eiusdem pars sit, de qua *HELMOLD. lib. I. chron. cap. 2. et MVNST. l. 3. cosmogr.* non tamen ad episcopatum *Caminensis*, sed *Rotschildensis*, limites ultra marinos antiquitus pertinuit et adhuc sub certis conditionibus atque pactis pertinere uidetur, uigore contractus *Kiloniae* initi, anno 1543. insequentis tenoris:

Episcopus Cuiuinae cur se uocet episcopum Pomeraniae.

Rugia quo pertinet.

D I N T E R *BARNIMVM* ET *PHILIPPVM* *Pomeraniae* duces et *CHRISTIANVM III.* *Daniae* regem *controversiae de rebus, de iurisdictione ecclesiastica episcopi Rotschildensis in Rugia, aliquot iam annis agitatae, tandem ineunte Septembri compositae atque transactae sunt.* Cum enim *Rugiae* princeps olim per *WALDEMARVM I.* *Daniae* regem a mari et *Heinricum LEONEM* *Saxoniae*, ducem a terra oppugnati, religionem christianam primum amplexi essent: *Daniae* rex insularum *Rugiae* dominum sibi ac successoribus suis; ecclesiasticam uero iurisdictionem *Rotschildensi* episcopo *Danico*, qui expeditioni una intererat, illiusque successoribus reseruauit. *Heinricus Leo* uicissim continentis *Rugiae* seu *Bardensis* ducatus imperium supremum sibi, ecclesiarum uero inspectionem *Suerinensi* episcopo attribuit.

Contractus Kilonensis.

Facti species.

F I C I D E N T E autem circa annum 1535. in *Pomerania* religionis mutatione, eodem fere tempore, quo *Daniae* rex *CHRISTIANVS* bello occupabat, cum passim praedia et bona episcoporum et coenobiorum ecclesiastica in fiscos principum redigerentur, *Pomeraniae* duces inter caetera episcopi etiam *Rotschildensis* in *Rugia* redditus et quod coenobium *Holsatiae* *Reinfelden* ex praefectura *Treptouieni* ad Regam annuatim percipiebat, sibi deinceps pendi uolebat. *CHRISTIANVS* *Daniae* rex, cum episcopae *Rotschildensis*, ut caeterarum in regno *Daniae*, patronus et defensor esset, frumentum episcopi et caeteras pensiones ex *Rugia* debitas episcopo per solui flagitabat. *Pomera-*

mera-

meraniae duces, abrogata iam ueterum episcoporum iurisdictione pontificia, aequum esse censebat, ut praedia etiam et redditus illorum penes illos manerent, qui officium episcopi et sumtus in constituendis et alendis euangelii ministris sustinerent. Viuebat autem in aula Danica miles Rugianus, ducum Pomeraniae uasallus, Iohannes Barnicouius, qui de iure, redditibus et praediis episcopi in Rugia regem edocebat eaque ut antiquitus nobili alicui Rugiano administranda conferri ab episcopo solita sunt, sibi a rege concedi obtinuerat. Aduersantibus uero Pomeraniae ducibus Rugiae principibus, cum tranquille frui bonis illis Barnicouius non posset, ac subinde praefecti illius pellerentur et frumentum caeterique redditus arresto detinerentur; tandem a rege Christiano impetrat, ut uicissim ciuitatum Pomeranorum naues et merces in portibus regni Daniae ipsi arresto detinere liceat. Pomerani a coniunctis nomine religionis foedere Smalcaldico principibus auxilium petunt, qui, cum Daniae regem, foederis foetum, offendere nolent, Pomeranis respondent, causam illorum non ad religionem, cuius defendendae societatem inierint, sed alia negotia, a casu mutuae defensionis, quo ad mutua auxilia aduersus hostes euangelii ex foedere obligati sint, aliena, pertinere. Pomerani igitur iniuste se deserui confederatis iudicantes uicissim contribuere ad sumtus foederis et auxilia, ad electionem ducis Brunswic. et alia mittere desinunt ac cum Daniae rege uicino in gratiam redeunt Kielae in Holsatia, controuerfiam illam de bonis episcopi Roschildensis in Rugia his conditionibus componi patiuntur, ut ducibus Pomeraniae episcopi Roschildensis bona a se in Rugia occupata episcopo ante Calend. Nou. restituant, eumque aut illius oeconomum deinceps tranquille iis uti finant, ut antiquitus solebant: uicissim onera uetusta ipsius, uti Rugiae principis debita (*die Folge- und Steuer*) et hospitii iure (*Ablager-Geld*) 33 fl. 16. solidos et praefecto Rugiae in redditibus colligendis episcopum adiuturo sesquialtium frumenti pendant. Iohannes Barnicouius illiusque haeredes, bona illa deinceps administrent et in gratiam ducum Pomeraniae, omnibus pristinis offensionibus condonatis, integre redeant. Officium episcopi in insula administrabat pius superintendens, a ducibus Pomeraniae uocatus et nominatus et ab episcopo Roschildensi confirmatus, cui, ex redditibus episcopi, praefectus annuos centum florenos et quatuor frumenti lastas, ineunte Februario, exsoluet. De habitatione commoda et stipendii accessione deinceps Pomeraniae ducibus suprintendenti prouidebunt. Quod si in illis et necessariis de causis episcopus Roschildensis superintendentem Rugiae

ab officio remouendum esse iudicabit tempestiue de sua uoluntate duces Pomeraniae, docebit, ut alium idoneum a se conductum et nominatum statim substituere possint. Si uero Pomeraniae ducum negligentia superintendens nullus conducetur, stipendium illius ad episcopum Roschildensem interea recidet. Damna uiriusque compensantur. Nec quicquam haec transactio caeteris iuribus Daniae regis, ut patroni et protectoris ecclesiae Roschildensis, in ecclesiae illius bonis: nec ducum Pomeraniae et principum Rugiae superioritati et iuribus, quae haecenus habuerunt, nec aliis iuris aliquid se habere existimantibus, praeiudicabit.

CAPVT XI.

De dignitate episcopatus Caminensis.

Hucusque de situ episcopatus Caminensis: dignitas et excellentia eiusdem nulla opus habet hederi, sed partim ex commemoratis priuilegiis, partim ex foederibus constant, quae reges Poloniae, electores Brandenburgenses, duces Pomeraniae et alii cum praedicto episcopatu inierunt, licet postea capitulum una cum episcopo promiserit, se nunquam confederationis rationem initurum, dissidentibus Pomeraniae ducibus. 1) Priuilegia dignitatem et excellentiam episcopatus in his testantur, quod fundatus eo temporis, quo illustrissimi Pomeraniae duces nullum superiorem recognouerunt, sed omnes suas prouincias manu regia administrarunt. 2) quod nulli archi primati neque metropolitano obnoxius unquam fuerit, nec adhuc sit, nisi pontifici quondam Romano et, abrogata huius iurisdictione Pomeraniae ducibus. 3) quod antiquitus uniuersalem ecclesiasticam iurisdictionem atque censuram in tota Pomerania exercuerit, ut in bullis pontificalibus insigniora Pomeraniae oppida exprimuntur, non quod episcopo unquam subiecta fuerint, sed quod episcopus iurisdictionem ecclesiasticam inibi obtinuerit. Hodie limitata est haec iurdictio et censura ecclesiastica, ita, ut episcopus in omnibus dioeceseos suae limitibus, oppidis, uillis et pagis integram, plenariam et illibatam iurisdictionem et censuram hucusque conseruarit: sed in reliquis Pomeraniae oppidis atque locis illustrissimi duces ius episcopale sibi uendicarunt, non solum iure superioritatis, sed et uigore transactionis Passauensis, ad exemplum alienorum, christianorum principum; nec unquam eiusmodi ius episcopale, ut antiquissimum et sacris literis fundatum, abolitum esse uoluerunt, quia prudenter animaduertent, Ratum

contra huc conditiones;
a) ratione bonorum in Rugia occupatorum.
b) ratione onerum uetustorum,

c) ratione salarii superintendenti soluendi.

Episcopatus priuilegia.

Ius episcopale a ducibus usque dictatum.

statum publicum ex sacerdotio et impetio constare ; uelut constat ex *nouell. 6. in pr. et can. duo sunt dist. 96.* Sicut adhuc status Pomeraniae in *ecclesiasticos* et *seculares* non inconcinne diuidi possunt : licet proprie consistant e *praelatis, nobilibus* et *ciuitatibus.* In ecclesiastico statu caput hierarchiae episcopatus omnium supremus et absolutus permanfit, una cum collegiis canonicorum Caminensium, Stetinensium et Colbergensium, quae suas antiquas immunitates, praeeminentias, iura, priuilegia, possessiones et redditus conseruarunt et ad posteros in canonicatibus successores huc usque propagarunt.

Abbatibus sponte euangelio nomen dedere.

Abbatibus partim aufugerunt et renuntiarunt officio, semetipfos reformantes, uti *Belbugensis* sub initium reformationis et successu temporis etiam reliqui, ut infra latius deducetur. Abbate ergo reformationis a se iam iacente, totus religiosorum conuentus insecutus fuit, sacerdotes, diaconi, subdiaconi, uicarii et omnes ordines reliqui. Hinc illustrissimi duces siue neglectam siue derelictam iuris episcopalis partem sibi uendicarunt et ad ueros praedicandi euangelium et administrandi sacramenta limites restrinxerunt, constituendo

Superintendentes constituti.

duos superintendentes, qui ius episcopale debito et legitimo modo administrarent, unus in *Stetinensi*, alter in *Wollgastensi* ducatu. Episcopus in episcopatu possessiones, iura, redditus et iurisdictionem suam in subditos tam nobiles, quam

Vasalli episcopatus Caminensis.

ignobiles, illustres comites *Ebersteinios* et nobilissimas familias retinuit, uti sunt *Adabahr, Blanckenburg, Heidebrecken, Kamicken, Bonitz, Budden, Bulgarin, Damitzzen, Glasenap, Kleist, Lettomen, Manteuffel, Monnichau, Paploff, Parsow, Podewelf, Pustar, Ramel,* qui sunt haereditarii episcopatus marschalli, *Ristow uon Sayer, Schmelinck, Schnellen, Somnitzzen, Tornowen, Vargenim, Versen, Wedel, Wedelstedte uon Wolde, Zarten* et aliae familiae praecipui nominis, honoris et existimationis. Vtrum *Landsassii* Pomeraniae uocari possint, in medio relinquo. Haec non minima episcopatus nostri dignitas et excellentia, cum praeeminentia dignitatis ex subditorum dignitate cognoscatur, adde

Ius episcopale superintendentium peshyietum.

KNICHEN *de iure territ. c. 1. n. 4.* et iurisdictione muniatur. Dignitas est quaedam principalis, inquit *ARVMAEVS disp. F. 3. thes. 17.* Quamuis enim omnium personarum ecclesiasticarum praesentationes antiquitus episcopo fierent, ut ab eo confirmarentur et inuestirentur : tamen hoc ius episcopale ita restrictum et immutatum, ut optimi principes, optimo iure, sibi arrogarent confirmationem, inuestitionem, degradationem et poenam etiam acerbissimam

in delinquentes, secundum *THEODORET. lib. 1. hist. eccles. c. 19.* ubi *CONSTANTINVS M.* ad *Nicomedenses se ministrum DEI appellat, qui habeat potestatem episcopos improbos coercendi.* Id quod auctores Constantinianae donationis benotent et conferant *ANTONINO* episcopo Florent. *part. 1. hist. tit. 8. cap. 1.* *NICOL. DE CASA lib. 3. de concil. cathol. lib. 2.* *AENIAM SYLVIVM* et *LAURENTIVM Vallengem.* Episcopos in ecclesia ordinis et discriminis gratia atque inter eos ipsos ordinem et discrimen aliquod esse decet, prout in nostris ecclesiis constituti sunt *superintendentes, praepositi* et *sacerdotes,* qui in causis religionis, sponsaliorum, matrimoniorum et similibus iurisdictionem nomine principum exercent, qualitates personarum ecclesiasticarum diligenter considerent, uitia inquirant et puniant, implorato brachio seculari, secundum praescriptam instructionis formam et publicatam ecclesiarum ordinationem. In eum finem *consistoria* introducta sunt, alterum *Sedini,* alterum *Wollgasti* et tertium in episcopatu *Colbergensi* constitutum, omnia sub rectore et directore consiliario aulico, quem a loco iudicii consistorialem uocant et directorem, adhibitis superintendentibus, pastoribus, nec non consiliariis aulicis, qui nomine et autoritate principum lites matrimoniales determinant et decidunt, in gradibus dispensabilibus dispensant. Pastores a laicis conuentos iudicant, poenitentiam publicam (*Kirchen-Busse*) imponunt et alia peragunt secundum normam et formam in instructione praescriptam, quam uocant *consistorial-instruction,* uid. *CYPRAEVM de sponsal. c. 14. §. ult. VMMI de process. disp. 4. no. 74.* Suspensa enim uel potius abrogata pontificis Romani iurisdictione, in his et similibus casibus, ius illud episcopale magistratui legitimo cessit, ut in simili refert *CONSULT. SAX. const. part. 1. c. 15. n. 113. SCHOENB. lib. 4. polit. cap. 6.* Et recte dixit *OPTATVS Mileuitanus l. 3. ad Parmen. Rempublicam non esse in ecclesia sed ecclesiam in republica.* Hinc optimus ille *DAVTH. de testamentis an. 93. Doctrina,* inquit, *haec, qua ordinaria magistratum iurisdictione ex iure canonico iam olim circumcisa fuit, iam pridem in ecclesiis reformatis Germaniae sublata est, suspensa per recessum Augustanum anno 1555. iurisdictione spiritali institutisque ab electoribus principibus atque statibus imperii, consistoriis, et ita ad ius uetus reditum est, quo sacramentorum dispensationes a praetore uel imperatore fiebant.* Illustrissimi ergo Pomeraniae duces duplicem iurisdictionem in suis ducatibus exercent, *secularem, iure territorii, aus Landesfürstlicher hoher Obrigkeit ; et ecclesiasticam, una cum*

Consistoria introducta.

Consistorial instruction.

Duplex auctoritas iurisdictionis.

iis, quae sunt legis dioecesanae atque ordinis, per eorum superintendentes, uigore dicti secreti Passau. MYNS. conf. 4. dec. 13. Sicut olim ueteres Romanorum reges simul pontifices erant, EVSEB. lib. I. hist. eccles. cap. 5. et THEODOR. lib. 2. c. 30. Consistoriales proprio utuntur sigillo, quo citationes, mandata, edicta et recessus communiunt. Superintendentes tanquam uice-episcopi pastores in Pomerania recipiendos diligenter examinant, ordinant, instituunt, confirmant, ecclesias sibi commissas uisitant et expiscantur, quid pastores, quid auditores agant, quomodo bona ecclesiastica administrarentur et, si quas deprehenderint diffensiones, schismata, errores aut malam bonorum administrationem, fideliter corrigant, quem in finem in posteriori uisitationis actu consilarii aulici adiungi solent, ut rite et recte omnia peragantur, dicti uisitations - Raethe. Quaecunque igitur sunt ordinis, per superintendentes et alios theologos, quae sunt legis dioecesanae et iurisdictionis, per consistoriales et officiales expediri solent. Nec haec consistoriorum introductione dignitati episcopali quicquam derogatum est, sed episcopus integram et uniuersalem iurisdictionem in subditos totius dioeceseos retinuit per l. omnes basilicae 16. quod 1. Primus et praecipuus inter praelatos remansit, ad comitia provincialia uocatus, primum semper uotum habuit et adhuc habet, una cum magistro ordinis Iohannitici siue Melitenis per Saxoniam, Marchiam, Pomeraniam et Lusatiam, commendatoribus et reliquis praelatis. Sublatis enim templariis, ut hoc obiter addamus, illustrissimi Pomeraniae duces non, ut reliquis catholicorum ordo, nescio quo iuris ordine, bona confiscarunt, sed equitibus Rhodiis, hodie Melitensibus, destinarunt et contulerunt, quibus adhuc magister certam aeris nominati summam dependit. Hic habuit sedem quondam templarius Ordo

Ordo sacer, qui diuinis se cultibus addens, Diuinos iuuat studiosos et auxit honores. Vid. MELANCHTHON. lib. 4. chron. PLATIN. in uita Clementis V. et CRANTZ. lib. 9. Metropol. c. 6. Raphael VOLATERANVS Anthropolog. lib. 21. c. 6. POLYDOR. VERGIL. lib. 7. de inuentoribus rerum c. 5. Caeterum nota dignitatis episcopalis quondam PALLIUM fuit, quod DVAREN. lib. 5. de sac. Benef. c. 11. palladium uocat, quo archiepiscopi ab episcopis distincti fuerunt et Caminenses praesules illud ipsum acceperunt, adeo ut dignitate archiepiscopis parum aut nihil cederent. Nec haec episcopalis dignitas immutata fuit, quia idem episcopatus pallium conferunt, tribuunt, induunt illustrissi-

mi Pomeraniae duces, non fecus ac Galliarum rex et curia Parisiensis sibi hoc palladium reseruarunt, teste eodem DVAREN. lib. 8. de sac. eccles. ministeriis in f. dignissimo ut legatur: ne quid addam de Hispania, Anglia, Vngaria, Bohemia, Polonia LEOP. a BEHEM. de zelo uet. princip. Germ. c. 8.

Et quid aliud haec pallii petitio et oblatio fuit, quam uera et mera prouinciarum consecratio, quia hodie nimis care solet pontifex uendere suum linum. SLEIDAN. lib. 13. Res aspectu uilis tanto aere 25000. constitit, inquit R. D. CRAM. lib. 3. hist. Pom. cap. 6.

Et haec de prima dignitate. Deinde non minima huius episcopatus dignitas inde elucet, quod cum serenissimo Polonorum rege Casimiro confoederationem inierit, ut ex tenore patet.

Notum sit omnibus, tam praesentibus, quam futuris, ad quorum notitiam deuenit praesens scriptum, quod nos CASIMIRVS, Dei gratia rex Poloniae, terras nostras in optima pacis amoenitate cupientes obseruare, et nunc cum uenerabili in Christo patre domino episcopo Caminensi et terris suis ac incolis eorum ueras pacis et inuiolabiles facimus, constituimus et ordinamus perpetuo ac irrefragabiliter duraturas esse, permittentes pro nobis et omnibus, qui causa nostra faciunt et dimittunt: in quorum omnium testimonium et euidentiam plenior praesentes dari facimus nostri sigilli munimine roborari. Actum et datum in Brest, feria quarta an. 1349.

Ita etiam Fridericus Brandeb. et Lusatiae marchio, comes palatinus Rheni, dux Bauariae, S. Romani imperii archicamerarius, cum FRIDERICO de Eickstedt episcopo Caminensi foedus inuit hoc modo: Quod nos, inquit elector, sibi ecclesiaeque praedictae uolumus, tenemur et debemus, pro ipsius iuribus contra omnem hominem, cuiuscunque conditionis extiterit, iure contendi nolentem, inuictissimo dn. LVDOVICO, Romanorum imperatore et progenitore nostro carissimo S. Romani imperii, dumtaxat exceptis, nostris auxiliis, consiliis, iuuaminibus, toties quoties necessum fuerit, nosque requisierit fideliter suffragari. Quod et nobis ab ipso ecclesiaeque sua praedicta sub uniuersis modis et conditionibus, ut praemittitur, e conuerso uolumus responderi. Datum Templin an. 1304. Cum patronis, Pomeraniae ducibus, episcopi diuersas confoederationes, pactiones et transactiones inierunt: nec absurdum, ut dominus cum subditis se uniat, utpote anno 1304. cum BUGISLAWO: si fortasse quispiam nostrum ac successorum nostrorum in suo dominio ciuitatem ac munitionem, quocum-

Superintendentum officia.

Consistoria non derogant iurisdictioni episcopali.

Pallium Caminensis episcopi.

Hodie tribuitur a ducibus.

Foedera summorum principum cum episcopo inuita.

Casimiri reg. Pol. 1349.

* Inferenda forsan uox conditiones aut subulas aut alia eiusmodi.

Friderici elect. Brandeb. 1304.

1304. Cum Pomeraniae ducibus Bugislao.

que duxerit construendam: ad hoc facien-
dum alter alterius nostrum erit fidelis co-
adiutor, cum suis ciuitatibus, munitio-
nibus et uasallis. Hoc obseruatione manu ad
manum data, fide duximus promittendum,
testes Hermannus comes de Eberstein, Io-
hannes dictus Romulo, Henricus dictus de
Wachholtz, Heyno dictus de Lyuenow,
Iohannes de Heidebracken, Vlricus dictus
de Osta Staga, Conradus dictus Versem,
Iohannes dictus Behre, Tessen dictus de Ha-
ue, Otto dictus draco, milites et alii cleri-
ci et laici fide digni. Paulo post perpetua
confoederatio sancita est inter il-
lustrissimos Pomeraniae duces Ottonem,
Wartislauum et Barnimum, et ecclesiam
Caminensem anno 1321. ubi causa con-
foederationis eiusmodi inferitur, cum
CONRADO episcopo facta.

Propter suae fidelitatis constantiam, in
nostris necessitatibus nobis quamplurimum
exhibitam, renouata est haec unio, siue con-
cordia status laicalis et clericalis; in noua
Treptouia anno 1334. ubi clausula in fine
adiicitur. Caeterum dictus dominus epi-
scopus aut eius ecclesia nullam unionem uel
confoederationem cum aliquo etiam quo-
cunque post hanc diem faciet, nisi de nostro
consilio et consensu. Nec etiam possunt
absque superiorum licentia ligae uel
confoederationis fieri, l. 15. c. de episc. et
cler. et l. 5. c. de his quae ad eccl. conf.
CLAPM. lib. 3. de arc. rerum publ. c. 13. BÖ-
DIN. l. 3. de republ. c. 7. et alii, nisi pro pub-
lico religionis et pacis bono fiant.

Sed his omissis non postrema episco-
patus Caminensis dignitas in eo confi-
sit, quod episcopus Academiae Gryphs-
waldensis cancellarius tanquam dioece-
sanus perpetuo habitus fuerit et habeat
adhuc, ut ex bulla erectionis et
confirmationis almae uniuersitatis
Gryphiswaldensis cum conseruatorio
patet his uerbis: *Ac uenerabilis frater
noster nunc et pro tempore existens episco-
pus Caminensis praefati studii cancellarius
existat, qui legentes et studentes ibidem,
omnibus et singulis priuilegiis, libertatibus,
honoribus, exemptionibus et immunitatibus
concessis, magistris, doctoribus, studentibus,
commorantibus seu residentibus etiam aliis
studiis generalibus quibuslibet gaudeant et
utantur, ac illi, qui successu temporis bra-
beam meruerint in facultate illa, qua stu-
duerint, obtinere ac licentiam, ut alios eru-
dire ualeant, nec non magisterii seu docto-
ratus honorem petierint, eis largiri per do-
ctorem siue doctores, magistrum siue magi-
stros facultatis eiusdem, in qua examinatio
facienda fuerit, episcopo Caminensi pro
tempore existenti et Caminensi ecclesia pa-
storis solatio destituta, uice domino ipsius
ecclesiae tunc et pro tempore existenti praesentetur, cum quo episcopus uel uicedomi-
nus aliis doctoribus et magistris ibidem le-*

gentibus conuocatis, promouendos eosdem
in his, quae magisterii uel doctoratus ho-
norem quemlibet requirunt, per se aut ali-
um examinare studeant, eisdem si adhuc
sufficientes et idonei reperti fuerint huius-
modi licentiam tribuant, et doctoratus siue
magisterii impetrent honorem. Datum
Romae apud S. Petrum anno 1456. 4. Idi-
bus Iunii, pontificatus anno 2. sub CALIXTO.
Hanc episcopatus nostri dignitatem al-
legat Laurentius OSIN. in tract. de iure
episc. thes. 17. et tom. 2. iuris publ. Insi-
gnia fortean insigniter dignitatem adau-
gere possent. In Galea consuetus est
pileus episcopalis, pedis episcopalibus
transuersim affixis et conis rubro colore
depictis. In clypeo una est areola siue
quadra et in eadem crux rubra.

Haec sunt insignia, quae gestat episcopa
Camin

Crux sola atque ipsa sub cruce floret
honos.

Sub cruce religio floret, nec mergitur
unquam

Sub cruce iustitia et sub cruce floret
amor.

Breuiter: episcopatus non est sola sim-
pliciter dignitas, sed dignitatis hono-
rumque culmen, apex, fastigium c. ue-
nerabilis extra de praebendis c. si per or-
dination. dist. 63. Vnde constitutio lo-
quens de ecclesiastica dignitate, non
comprehendit episcopalem: nam quia
haec est in culmine honorum et digni-
tas dignitatum, non debet a gradu po-
sitiuo comprehendi. Haec de dignita-
te episcoporum Caminensium nunc ad
episcoporum electionem et feriem pro-
grediar.

CAPVT XII.

De electione episcoporum Caminensium.

IN electione non generalia axiomata
longius ad naufragam praelibabo, de
officio, qualitate, aetate, confirma-
tione, inuestitura, consecratione et or-
dinatione episcoporum: inspiciat le-
ctor si uelit D. Paulum 1. Tim. 3. et ad
Titum 1. u. 5. et seqq. Canonizatum di-
stinct. 25. usque ad distinct. 48. neque gra-
uetur obiter notare, quae quondam lu-
sit poeta, et alludit ni fallor Ioh. GIHAS:

Scire cupis qualis perfectus episcopus esse
Debeat? haec memori carmina men-
te legas.

Publica neglecto conseruat commoda
Marte,

Quaque pacem possit dote inuare inuet.

Fidos ex omni tueatur parte ministros,

Quin statuunt uera pro pietate mori.

Sobrius et constans, casus sit fortis ad omnes,

Et sibi commissas pascere curet oues.

(O O) 2

Prae-

Ottone, Wartislauo et Barnimo
1321.

Clausula, de
non in eundo
foedere absque
consensu ducis.

Episcopus Camin. academie Gryphiswald. cancellarius per po-
tatem.

Insignia episcopalia.

qui electionem episcoporum sibi attri-
buerunt, ut de imperatoribus testantur
HELMOLD. ONVPH. PANVIN. *in uita Greg.* 7.
FRISING. *l. 7. c. 16.* MART. *Patau. in def.*
pac. parte 2. c. 26. CRANTZ. *in metrop. l. 5.*
c. 24. NICEPHOR. *lib. 2. hist. eccles. c. 2.* et
alii. De regibus Galliarum CHASS. *in*
catalog. gl. mund. par. 5. conc. 24. no. 194.
De regibus Hispaniae CONAR. *praedict.*
tom. 2. §. 10. DVAR. *lib. 5. de sac. benef. cap.*
11. ROBERT. *l. 3. rer. iud. cap. 1.* Hae
rationes cum sint praegnantēs, non im-
merito Pomeraniae duces etiam Roma-
no-catholici sibi ius istud uendicarunt,
imprimis ERICVS dux Pomeraniae et tri-
um regnorum Sueviae, Daniae, Norwe-
giae rex et desuper concordiam inie-
runt cum Sigefrido episcopo et toto
capitulo anno 1436. ubi uerba: *So schall*
dat Capittelneuen Bischof kesen, men al-
lein einen redelicken ehrlichen Herrn uth
dem Capittel, de en düncket, der Kercken,
dem Lande und der Herrschafft nutte we-
sen, und schelen deme dat verkündigen der
Herschop, wo denne Hertogk tho Pomern
is, de so karen is, fragende, efft er desul-
uen ock behag und gedeilich is; do er den
behaeglich, so schall die Herschap mit dem
Capittel vor den ienen schriuen und den vor
einen Bischof upnehmen, düncket aver der
Herschop er benoemet, dat he er nicht ga-
delich ist und behaglich, tho der Kercken
und der Lande Bestandicheit, so schall der
Herschop dat Capittel underwiesen und an-
richten mit redelicken Sachen, wo nun hat
dar nicht muth tho is, scholen sie denn ein
andern bidden, mahn uth dem Capittel na
der Herschap Rade und Willen, welches sie
alsden eins werden, den schallen sie an bey-
den Siden verschriuen, und dabey thon als
solckes hoeret tho donde, dat he Bischof
werde und bliet e.

Pactio Erici
Sueciae, Dan.
et Norvv. reg.
cum episcopo.

Haec est illa pactio, cuius CHYTRAE-
VS ante natiuitatem meminit, et reno-
uata est inter BOGISLAVM magnum et
MARINVM de *Fregeno* episcopum anno
1480 Sicut et in pactis haereditariis
anno 1541. 9. Febr. initis haec pactio
ita extensa, ut illustrissimi Pomeraniae
duces ius nominandi, praesentandi et con-
firmandi episcopum Caminensem sibi ex-
presse reseruauerint. Ad haec fortean
respexit Matth. STEPH. *lib. 3. cap. 9. no. 9.*
sed ista a posterioribus limitata anno
1569. Denique in contractu *Coslinensi*
inter BARNIMVM et PHILIPPVM Pome-
raniae duces et BARTHOLOMAEVM Suaue-
nium episcopum totumque capitulum
confirmata, et denuo sancita est anno
1545. inserta et pactis haereditariis, quo-
ad electionem episcopi. Conquesti
equidem sunt nonnulli, apud inuicissi-
mum CAROLVM V. an. 1548. supplicem
exhibendo libellum, sibi licentiam eli-
gendi episcopum auferri et manda-

Contractus Cos-
linensis.

tum impetrarunt, ne obedirent epi-
scopo electo. Hinc otiosa et odiosa
nata est controuersia, de qua etiam
antea: *an episcopus Caminensis imme-*
diatē imperio, uel Pomeraniae ducibus
subesset? Quod cum contra expressa Po-
meraniae ducum iura et ipsam ecclesiae
fundationem, eo temporis factam, quo
praedicti duces et fundatores superio-
rem non recognouerunt, hoc negoti-
um iudicio camerae decidendum per
publicum decretum commissum est.
Illustrissimi libellum articulatam in ca-
mera obtulerunt; Rei exceperunt et
ita primo iudicii praeparatoria institu-
erunt. Durante uero controuersia, ca-
pitulares Caminenses miserunt syndi-
cum ad Caesaream maiestatem, signifi-
cantes, illustrissimos Pomeraniae du-
ces tractatum cum episcopo iam ante
celebrato non adeo urgere, se quoque,
modo Caesar mandata emanata cassaret,
iuxta statuta alium electuros episcopum.
Consentit Caesar et prioribus manda-
tis sublatis, Pomeraniae quoque duci-
bus, subsequenter annis, publico de-
creto ius patronatus et alia iura antiqua,
superius commemorata, in episcopatu
Caminensi salua et integra reseruauit.
Ita de iure suo aliquid remittere et pub-
licae tranquillitati illud condonare,
semper utile existimatum est, inquit
THVAN. *lib. 59. hist. sui temp.*

Origo quaestio-
nis: num epi-
scopus Camin-
immediatē im-
perio subest.

Ius patronatus
ducibus sal-
uum permansit

Imo *Vigilius* CAROLI V. consiliarius
dixit: *Imperatorem nihil aliud egisse,*
quam ut et imperium sua praerogatiua
potireretur, contra papam, et principes
Pomeraniae ius suum in episcopatu reti-
nerent, ipsi quoque subditi legitimis prae-
sidiis adiuuarentur et episcopatus denique
ipse dignitatem suam in prouincia et con-
cilio retineret. Electio igitur episcopi
Caminensis, ut antiquitus, ita et adhuc,
penes capitulum relidet, et adhibitis
certi temporis, loci et personarum cir-
cumstantiis in ecclesia cathedrali fieri
solet, canonice et legitime. *Postulatio*
etiam non est inusitata in hoc episco-
patu, uti BVGISLAVS ante reformatam
religionem postulatus fuit, neque po-
stulati ab electis differunt, nisi sola con-
secratione Ioach. STEPH. *lib. 4. de iurisd.*
c. II. n. 51. Quamuis etiam illustrissimi
Pomeraniae duces de competenti et
acquisito coeligendi episcopi iure spon-
te aliquid remiserunt; non tamen ipsis
inuitis displicens obtrudi potest, cum
merito inuestiturae, inthronisationes et
protectiones episcopatum ad reges et
principes pertineant, sub quorum do-
minio episcopatus sunt, inquit WAL-
TIAM episc. Naumb. *de inuest. episc.*

Postulatio usi-
tata.

Ecclesia, capitulum et totus distri-
ctus episcopatus Caminensis, castra, op-
pida, uillae, praedia et alia bona sunt

immediate sita in territorio et ducatuA
Pomeraniae, uti omnes ueri Pomerani
uere et sincere iudicabunt.

*Episcopus com-
paret in con-
uentibus pro-
uincialibus.*

Quodsi ius patronatus non uocetur
in dubium, uti nunquam reuocatum est,
absque dubio obsequia et seruitia omni
iure debentur illustrissimis Pomera-
niae ducibus, ut, si episcopus conuoce-
tur ad concilia et conuentus prouincia-
lium, comparere teneatur et huc usque
comparuit, non tam uigore iuramenti, B
quam paetorum a praedecessoribus in-
itorum et ipso foundationis primaeuac di-
ctamine. Ad comitia imperialia ad-
huc uocatur et uocatus fuit nuperrimis
comitiis, quorum te Dauum agis, sed il-
lustrissimi Pomeraniae duces semper
exemerunt et adhuc eximunt, ne uocem
uel sessionem in congregationibus pu-
blicis habuerit aut adhuc habeat; licet C
antehac imperator episcopum pro statu
imperii agnoscere, adeoque uocem et
sessionem in comitiis imperatoriis habe-
re uoluerit, ut ex SCHVRF uideri est con-
sil. 72.

Quia uero res in uado et quieta posses-
sione, ad seriem episcoporum Cami-
nensium progrediar.

CAPVT XIII.

D

De serie episcoporum Caminensium.

IN recensenda serie episcoporum Ca-
minensium autores dissentiunt, ali-
qui plures, aliqui pauciores nume-
rant. M. Caspar SCHÜTZ in *chron. Prussiae*
triginta quatuor recenset. Nicolaus
LEVTINGERVS in *commentariis suis* 32. E
CHYTRAEVS *Sax. lib. I. reu. D. CRAMERVS*
lib. 2. hist. Pom. eccles. 30. tantum refert et
reconciliat, quod reliqui numerarint
praesentatos uel designatos, neque ad
episcopatum submotos atque promo-
tos. De hac episcoporum serie et ordi-
ne antiqui uersus circumferuntur:

*Ordine pontifices hic cernuntur Cami-
nenses,*

*Primus ADELBERTVS, CONRADVS erat-
que secundus,*

*SIGFRIDVS ternus huic SIGVINVSQUE qua-
ternus,*

*CONRADVS quintus, CONRADVS postea
sextus,*

*Post hunc septenus WILHELMVS regnat
amoenus.*

*HERMANNVS sequitur, hic octauus perhi-
betur:*

*Princeps Germanus nonus regnat Ru-
gianus.*

*Praedicat hunc PETRVS antistes in ordi-
ne denus,*

*Post hunc undenus HENRICVS et duodenus
Ordine CONRADVS sequitur praesul ue-
nerandus:*

ARNOLDVS frater tredenus praedicat
acer;

Postea magnificus quartus decimus FRI-
DERICVS,

Princeps quindenus IOHANNES mente
serenus.

Post hunc PHILIPPVS Rheeberch, cogno-
mine dictus.

Hinc confirmatus IOHANNES, non coro-
natus,

Praeuentus morte praetenditur inui-
diose.

Octauus decimus HANEKOW natione
Bohemus.

Postea IOHANNES regnat dux Apoliensis,
Quem cruce signatus Prussiae sequitur

NICOLAUS.

Saxoniae post dux retinet moderamina
magnus

De Buck SIGFRIDVS uicesimus atque se-
cundus.

Post hunc HENNINGVS Iuen uicesimus
ternus

Quem de FREGINO sequitur Italusque
marinus

Vicesimus quartus comitatur, at hunc
BENEDICTVS

Qui fuit Morauus, uicesimus ordine
quintus

Carith. MARTINVS de Collberg perdit
opimus

Virtuti nexus serie uicesimus sextus.

In hac uersifica episcoporum Cami-
nensium serie IV. exprimuntur, qui uel
ad episcopatus dignitatem non perue-
nerunt, uel si peruenerunt, ab illustris-
sime Pomeraniae ducibus, uti ueris et
unicis episcopatus huius patronis, non
admissi, sed suo iure dimissi sunt. Pe-
trus enim ordinis praedicatorii (cuius
professores merito omnes Petri succes-
sores et quidem primipilos se praedica-
re deberent) non fuit episcopus Cami-
nensis, sed episcopi uicarius siue chori-
episcopus, contra C. chor-episcopi distinct.
68. quod sicut in aliis Germaniae locis,
ita nec in hoc episcopatu receptum fuit,
cessante nimirum prohibitionis ratio-
ne, quia Germani sunt honestiores, quin
uicariae istius operae uelo episcopalem
honorem uelent. PETRVS ergo non fuit
episcopus inter Caminenses decimus,
uti uersus sonant et innuunt:

*Praedicat hinc Petrus antistes in ordine
denus.*

Sed episcopi Caminensis noni IARO-
MARI principis Rugiae uicarius siue suf-
fraganeus anno 1299. constitutus. Vnde
non minima huius episcopatus dignitas
elucescit, quod alias in Germania archi-
episcopi Treuirensis et Coloniensis
tantum suos chori episcopos habuerunt
et adhuc habent. Anno 1386. alter 10-

HAN-

*Series episcopo-
rum uariis
penes autores.*

*Petrus antea
chori-episcopus*

1299.

1386.

HANNES WILCKEN electus quidem Caminensis episcopus fuit, sed penes quos eligendi, penes eosdem etiam remouendi potestas remansit licet uersus prodant, eum inuidia aut insidiis ad episcopatum non peruenisse, quod iis locis peregrinū nec unquam probatum, sed praetensum fuit.

Hinc confirmatus IOHANNES non coronatus

Praeuentus morte praetenditur inuidiose.

Tertius HANNEVS siue HINCO Bohemus, Wenceslai imperatoris cancellarius, eandem fortunae fabulam cum domino suo lusit et ab imperatore obtrusus ad episcopatum, non admissus fuit. Interea BVGISLAVS VIII. dux Pomeraniae etc. postulatus episcopatum administrauit, quem optimum principem et episcopum uerificator ille omisit, cum tamen postulati ab electis episcopis parum aut nihil differant, *Hinc onem allegando*

Octauus decimus Hanckow natione Bohemus.

Sicut et LVDOVICVM comitem de Eberstein similiter postulatam anno 1479. omisit; non tam quod episcopatu resignauerit, quam quod postulatam fuerit, inquit Brocardicum, quem nonnulli praesentatum, sed non legitime electam aut inuestitum fuisse dicunt, cuius tamen contrarium ex ipsa ecclesiae Caminensis matricula constat. Absoluta et paululum explicata episcoporum Caminensium serie uerifica, sequitur uno atque altero excepto, legitimus episcoporum euangelicorum ordo, Quia uero historicis commune est, ut communem imperatorum et pontificum seriem recensendo, omnes dinumerent non solum, qui electi fuerint, sed et designati, postulati, remoti: ita et ego integram episcoporum Caminensium seriem recensendo, ad euitandam confusionem, siue episcopi canonice electi, siue postulati, siue intrusi, siue remoti, siue chori-episcopi siue suffraganei fuerint, adiecta cuiusque dignitate, electione, postulatione et aliis consideratione dignis: incipiendo ab Ottone Pomeranorum apostolo.

CAPVT XIV.

De sancto Otthone Pomeranorum apostolo.

DIUS OTHO Pomeranorum apostolus et archi-episcopus, de quo supra et in uita eius latius agitur. Hoc loci tantum ea recensemus, quod Caspar BRVSCHIVS de Germanis episcopis c. 10. in scriptis reliquit. S. OTHO, inquit, *Bauarus, Bartholdi comitis Andecensis ac dn. Sophiae ducissae in*

*D. Othonis
artus et facta.*

Amberiana ualle filius, natus anno 1069. HENRICI IV. cancellarius, HENRICI V. cancellanus eligitur et confirmatur in octauum antistitem Bambergensem, anno 1102. anno aetatis suae 33. consecratur a Paschali II. P. M. Anagninae, in festo pentecostes, ad quem legatus cum aliis Germaniae archi-episcopis et episcopis missus erat ab imperatore Henrico IV. pro impetranda Henrici V. coronatione. Praefuit pie, prudenter et utilissime annis 37. Appellatur propter singularem modestiae ac humanitatis laudem cognomento *humilis*. Conuertit ut uerus episcopus fideliter concionando et docendo ad Christi notitiam et professionem Pomeranos, anno domini 1124. Inde hodie adhuc Pomeranorum apostolus dici solet. Rediit ex Pomerania Babenbergam, anno domini 1125. in uigilia resurrectionis dominicae. Fundator et instaurator multorum coenobiorum, suaeforque fidelissimus, ut episcopatus Caminensis ab illusterrimis Pomeraniae ducibus fundaretur. Obiit anno aetatis suae 70. anno domini 1139. 3. nonas Iulii. Sepelitur in monte monachorum, ante arcam maximam chori, honorifice leuatus de tumba et in honorificentius mausoleum depositus in diuorumque numerum relatus cum CLEMENTIS pontificis maximi consensu anno 1189. Haec Bruschius.

Centuriatores Magdeburgenses paulo prolixius cent. 12. c. 10. descripserunt, quinam S. Othonis parentes, quae functiones, quae scripta, quae opera, quae errores, quae pericula, quae calamitates, quae miracula, quae uisiones, quae familiares eius, quod curriculum. Quia uero potissima huius descriptionis pars ex impressa S. Othonis uita est desumpta, nonnulla dispositionis capita omittemus, nonnulla attingemus. Ad Paschale legatos misit pro impetranda confirmatione, simulque literas, in quibus Petrum eiusque successores Christi uicarios facit, totiusque christianae religionis firmamentum, qui utriusque regiminis et ecclesiastici et politici clauum papae tribuit. Post ipsemet Romam uersus profectus, Anagninae pontificem offendit: ad cuius genua prouolutus, baculum et annulum, insignia inuestiturae ab imperatore accepta, deponit, seipsum accusans, quod in eam ecclesiam non per ianuam, sed posticum fuerit ingressus, simulque ad poenam obeundam sese offert. Tandem etiam impetrat ab eo confirmationem, in festo pentecostes, nullo praestito iuramento, sicut ipse in quadam epistola meminit, ad clerum Bambergensem. Vid. *chron. Bamberg.* Praeterea toto illo tempore, quo excommunicatus fuit imperator Henricus

Dicitur humilis.

*Pomeranorum
apostolus.*

*Episcopatus
Caminensis
causa sine qua
non.*

Inter diuos uelatus.

Papae fidelissimus.

cus V. suis canonicis, imperatori fauentibus, restitit et firmiter adhaesit Romano antistiti *Vita eius lib. I. c. 12.* Monasteria atque oratoria 21. fundauit atque aedificauit, eorumque confirmationem impetrauit a CALIXTO II. eaque ornamentis splendidissimis donauit. Vnde quidam anno 1123. apud imperatorem eum traduxerunt, quod nimis prodigus monasteria et pauperibus sua largiretur, nec frequens imperii comitiis adesset. *CRANTZ Saxon. lib. 5. c. 44.* Eam Pomeraniae partem, quae inter *Viadrum* et *Poloniam* sita est, ad christianam religionem, quam tamen rectius *pontificiam* dixeris, conuertit, una cum principe ipsorum WARTISLAO anno 1124. Vnde hodie adhuc Pomeranorum apostolus dici solet, quamuis prorsus alia ratione, quam apostoli, seminaria christianismi ibi sparserit.

Monasteriorum
XXI. fundator.

Huius contrarium testatur *autor uitae Othonis l. 1. et 2. c. 1. 2. seqq.* quod Otho totam Pomeraniam *Deminum* usque ad fidem christianam conuerterit et post quadriennium reuersus fuerit, ut nouellam fidei coloniam uisitaret.

Eius doctrina
et erroris,

Errores Othonis undecim recensentur, ut etiam octo uerae doctrinae articuli.

Apologia contra
detrectatores.

Certamen ipsi fuit cum nonnullis etiam suorum, qui effrenatum studium cumulandorum monasteriorum in ipso non immerito reprehenderunt, quod hominum otiosorum tot agmina magis oneri seculo essent, quam frugi, qui cum nihil sese habere iactitent, nulla tamen re destituantur. Illis inepte parabolam de homine uulnerato et exuto a latronibus, de stabulo rursus obiecit: *non inutile plurima ad manum habere diuersoria s. stabula, ut ille uocat, ad quae diuersitas, in necessitate constitutus. Haec autem esse monasteria, quae nemo reprehendat, nisi qui se cura egere nesciat. Qui uero sese inter latrones inque exilio uiuere credit, hunc nequaquam hoc sibi uitio uertere.* Chron. Bamberg.

Coelibatus
deprofensor.

Item pugnauit acriter pro coelibatu monachorum. Nam quibusdam obiicientibus, *coelibatum hominum procreationi contrarium esse*, respondit: *uerum quidem esse, in initio seculi, in magna hominum penuria necessariam fuisse propagationem: iam uero supra numerum arenae maris multiplicato genere humano, omnes, quicumque possent, continere debere, diuinisque rebus uacare, quod nullibi fiat commodius, quam in coenobiis, quae si abunde suppetant, reliqua omnia successibus minime caritura.* Huc accommodauit dictum *Ps. 144. Si oues monachorum foetosae abundantes in egressibus suis, boves eorum crassae ipsorumque prouidente solertia, non est ruina maceriae, neque transitus inutilis in satis ac pratis eorum.*

Miracula nonnulla per ipsum facta sunt, quae tamen magna ex parte superstitionem redolent.

Anno 99.
Quae miracula
ediderit.

Multis nobilitate et uirtute praestantibus uiris usus est familiariter, a quibus et accepit munera et ad quos ipse etiam misit. Praecipui, quorum meminit historia, sunt BOLESLAUS Poloniae et BELA Hungariae, reges, VRATISLAUS dux Pomeraniae, ADELBERTVS marchio Saxoniae, MITZLAUS princeps. Eius dies natalis peragitur quotannis in dioecesi Bambergensi non quidem solenniter, in die conuersionis S. Pauli. Nominatus est *humilis*, quam tamen uere simulatam fictamque dixeris, ut exemplo probant *Magdeburgenses dicta cent. 12. cap. 26.* Reliqua in uita Ottonis inueniuntur.

Eius amici,

CAPVT XV.

De ADELBERTO primo Pomeranorum episcopo.

ADELBERTVS (quem *Albertum* uocant) diui Othonis comes itineris, in conuersione Pomeranorum, fidelis *συνεργος* et coadiutor, obnatam diligenter operam, in episcopum Pomeranensis siue Iulinensis ecclesiae praesentatus et commendatus a diuo OTHONE, receptus, inuestitus et confirmatus a primo quondam Pomeraniae duce Christiano, WARTISLAO I. martyre, una cum diuo Othone praecentore, luminari et apostolo Pomeranorum.

Adelberti
maritus,

Occasio quod hunc primum episcopatus Pomeranensis pontificem, diuus Otto Bambergensis pontifex praesentauit et commendauit, consistit partim in praedicta conuersionis opera, partim in *linguae Slauicae s. Vandalicae cognitione*, quam primus ADELBERTVS, Pomeranensis ecclesiae episcopus optime calluit; partim in miraculo diui *Adelberti* episcopi Pragensis, qui in Vngaria, Polonia, Pomerania et Porussia christianam religionem propagaturus ad *Fischhausen* interfectus et *Gnesnae* sepultus anno 99. 23. April. multis statim miraculis inclaruisse scribitur, uti tradit *CHYTRAEVS lib. I. Saxon. p. 9.* Huius proto-martyris in Polonia, Pomerania, Prussia ut sanctam sanctissimus OTHO memoriam conferuaret, non solum *Iulini* diuo *Adelberto* templum consecrauit, sed etiam primum Pomeranensis ecclesiae episcopum *Adelbertum* uocari uoluit, uti primus archi-episcopus Magdeburgensis nominis id obtinuit. *CRANTZ lib. 3. metrop. c. 28. et 30.* ubi addit: *archi-episcopi illius tempore Pomeranos nec dum credidisse, anno scilicet 917. sed annis subsequentibus*

Linguae Slauicae
peritia.

Anno 99.

S. Adelberti
memoria conseruata.

bis

Anno 1124.

bus 1124. In praedicto archi-episcopatu monacho primo fuit Adelberto, quem, postquam primi Pomeraniae duces, ad Christi fidem a se conuersi, episcopus Otho Bambergensis comes in Andechs in Franconiam reuertens constituit. CHYTR. lib. I. Sax. autor uitae Othonis lib. 2. c. 29. Magdeburg. cent. 12. cap.

Matth. de Me-10. chenia lapsu.

Erroneum ergo quod Matth. de MECHOVIA lib. 2. chron. c. 1. scriptum reliquit, primum episcopum Caminensem IULINVM fuisse, quod antiquum est oppidum et sedes episcopalis, non uero nomen episcopi. Hinc illustrissimi Pomeraniae duces diuersa diuersorum urbium monasteria fundarunt, ut religio eo magis conseruaretur et propagaretur, uiri docti et religiosi in illis educarentur et instituerentur, qui rursus alios educare et instituere possent. Inter haec prima et omnium antiquissima sunt Stolpe et Grobe, a RATIBORO Pomeraniae duce et PRIBISLAA coniuge, Poloniae ducis filia, primitus fundata et anno 1151. consecrata a primo episcopo Pomeraniae diuo Adelberto, secundum antiquos uersus:

M. C. uice quarto tunc Ratiborum pius Otho

Grobe hodie Pudigla.

Cum patre baptizat, post Ratiborus Grobe fundat:

Sacrat Adelbertus primus praesul Caminensis.

Monasteriorum facies antiqua.

Fuerunt enim antiquitus nihil aliud, nisi scholae pietatis et doctrinae christianae propagandae, non helluonum et pigrorum uentrium harae, uti TRITHEM. in chron. monast. Hirsaug. fol. 26. et FR. CONAR. in cor. VIII. c. III. p. 854. graphice monachorum diuitias et luxum taxat:

Grobe consecratur.

Confecratio haec facta est in praesentia BOLESLAI ducis Poloniae, Ratibori adfinis et reliquorum Pomeraniae ducum, tum praecipuorum ex nobilitate, qui duces uti uicini et adfines sibi multa amicitiae officia inuicem praestiterunt et monachos principaliter admonuerunt, ut Deo inferuirent et iuuentutem bene educarent atque instituerent. Vnde Adelbertus episcopus monachos uocauit *cooperarios in uerbo domini*. E praedictis uersiculis constat, quod nec anno 1126. nec in sequentibus, ut nonnulli statuunt, Engelb. Chytr. Cramer, sed antecedenti eodem anno 1124. quo diuus OTHO Pomeranos ad religionem conuertit, simul Adelbertum Pomeranensem episcopum designarit, consentientibus Pomeraniae ducibus.

Stolpensis monasterii etymon.

STOLPE Vandalico idiomate STOLPAN quasi *sedes domini* dicitur: illic Razemarus et Bugislaus iam olim fundauerant abbatiam in memoriam patris suis WARTISLAI, qui ibidem et occisus et sepultus est. HELMOLD. l. 2. chron. c. 14. ut annaliferae nostri, KAMTZOW. KLEMTZ. Val. ab EICKSTEDT ET CRAMER

lib. 2. hist. eccles. Pom. c. 2. communiter tradunt, a RATIBORO primo fratre Wartislai, monasterium Stolpe aedificatum, quod forsitan incepit et filii Wartislai

Anno 1124.

fundatores.

continuarunt et perfecerunt, ut hoc expresse Nicol. a KLEMTZ. lib. 1. Annal. inuit, quod Bugislaus foundationem a Ratiboro factam confirmarit et adhuc plenius dotarit anno 1173. Huic Stolpe monasterio Barnimus I. Molendinum in fluuio Rbega aedificatum prope Gryphebergam donauit, anno 1276. Huius monasterii Stolpe meminerunt Centuriatores Magdeb. c. 12. c. 2. Monachi ordinis Benedictini introducti consilio episcopi et reditus copiose assignati sunt decimae in terra Grosuwin et ab episcopo oblatae. Ita etiam legitur in documento anno 1034. qualiter archidiaconus Stolpensis sit reuolutus ad ecclesiam Caminensem: *renouamus, confirmamus et ratificamus, ex certa scientia, decimas de tota prouincia Grosuwin, qui decimas Adelbertus I. Pomeranorum episcopus in fundatione Stolpensi monasterio, cum singulis ecclesiis eiusdem prouinciae largitus est*. Primus abbas Magdeburgo accersitus est Rudingenus, uir religiosus et doctissimus, sicut et abbas Grobenfis Sibrandus. His ex monasteriis primum omnes Pomeraniae episcopi electi fuerunt. Sed religio peperit diuitias et filia deuorauit matrem uti VOLATERANVS de Benedictinis scriptum reliquit: *regna potius, quam coenobia uir sanctus posteris reliquit, ignorans nimirum, non se tam pauperibus hospitium, aut Christi seruis ad diuinorum mysteriorum subsidium, uti sperabant, quam clericis ac sacerdotibus otium et luxuriam pariturum*. Vnde FERRARIENSIS ICTUS monasteria uocat *retia ad capienda laicorum bona*. GROBE monasterium in bellis multum damni perpeffum et a fluctibus marinis deuastatum BVGISLAVS I. anno 1188. *Vznamiam* in montem, S. Maria Clossenberga dictum et post paucos annos Pudglam transtulit et melioribus redditibus dotauit, ut scribunt annaliferae nostri, Nicol. a KLEMTZ. ENGELBERTVS alique; sed hanc monasterii translationem non tam antiquam esse, testantur uersiculi lapidi inscripti:

Anno 1173.

1176.

Abbas primus Rudingenus.

M. C. L. uice constructa est ista capella Cum GROBE coenobium a Ratiboro olim duce structum Vznam translatum, hinc penitus fuit annihilatum. Huc accedentes Christus faciat iubilantes.

Grobe monasterii damna perpeffa.

translatio.

Postea monachi *Vznamiensis*, ordinis Praemonstratensis, in monasterium Pudiglauense commigrarunt, ubi in cubiculo abbatis parieti adscripta uisuntur haec uerba:

Pudiglauense monasterium.

Hic est nobilissimus locus.

(P p)

Mona-

Anno 1124.

Monachi antiquiores *Grobiani* finxerunt, annuatim duos sturiones e lacu recenti monasterium, in littore maris situm, accessisse, quorum unum abbas solenniter cepit et alter insequenti anno alterum comitem secum adduxit; et hoc aliquot annorum spatio contigit, donec audior abbas utrumque caperet, nec imposterum ullus reuerteretur.

Sic uno quandoque, quandoque carebat utroque.

Hoc credat, quicumque uolet; fraudes eiusmodi pie impietatem sapiunt.

Pomerani reli-
qui baptizati.1147.
1158.

Diuus Otho nondum omnes Pomeranos ad fidem christianam conuerterat, sed **ADELBERTVS I.** episcopus *Bardenses, Grimmenses et Tribesenses* a **RATIBORO** primo duce Pomeraniae deuictos baptizauit anno 1147. et ita uiam uniuersae carnis ingressus est, anno 1158. 12. Nou.

CAPVT XVI.

De CVNRADO I. secundo Pomeranorum episcopo.

Conradus Col-
bazjensis et Oli-
uensis mona-
steriorum fun-
dator.

CVNRADVS I. alter Caminensium episcopus, sedulus religionis propagator, **D. Adelberto** successit et diuersas abbatias atque monasteria consecrauit, inter quae praecipuum locum obtinet *Colbatzium* et *Oliua* prope *Dantiscum*, non quod haec hodierno tempore domini Pomeraniae sint obnoxia, sed quia ab illustrissimis Pomeraniae ducibus fundata, aedificata et dotata, ut ex ipsa monasterii fundatione et monumentis adhuc conspicuis patet, adeo ut **Iacob. Aug. THVANVS c. 65. histor.** testetur, *Oliuense* monasterium sepulchris principum Pomeraniae nobile esse: Sic enim antiquissimi uersis sonant:

Oliuense mau-
soleum princi-
pum

Hi tenere tuum quondam POMERANE ducatum,

Per quos suaue iugum fidei tibi credere latum:

Iuris amatores, illustres atque benigni, CHRISTI cultores, laudis quoque stemmate digni.

Horum magnifica pietas fundauit Oliuam,

Dextraque munifica stipe iusta fecit optimam

His sane ducibus et eorum progeniei Claris pignoribus datus est locus hic requiei

Hos et in hac fossa merens sepeliuit Oliua Et gaudens ossa tandem reddet rediuiua. G

Christe redemptor, ab his omnem, rogo, pelle reatum,

Exutisque malis tu confer in aethere statum.

Filius hic, pater hic, auus hic, proauus iacet istic.

Anno 1158.

A Docente nos SENECA (incipiunt ulterius monachi *Oliuenses*) *didicimus, larga beneficiorum impendia, continuas iugesque actiones exigere gratiarum. Quia uero clarissimi quondam Pomeraniae duces domum hanc in honorem sui et omnium conditoris de propriis suis facultatibus, erexerunt, atque ut in ea cultus diuinus perpetuus assequeretur uigorem, ipsam uix ducalem magnificentiam liberaliter dotauerunt, per hoc nimirum et altissimo complacere et sui memoriam in posteros relinquere cupientes. Ne igitur nos, qui eiusmodi sustentamur beneficiis, uelut ingrati tantorum collatorum inueniamur, immemores factorum notitiam gemino quodam obiecto, picturae uidelicet et scripturae fratribus nostris dilectis, tam praesentibus, quam secuturis dignum duximus intimare. Nouerint itaque uniuersi filii domus huius, quod*

C *illustri princeps dux Pomeranorum, SVBISLAVS senior, primus monasterii in Oliua fundator extitit, anno domini 1170. qui paucis superueniens annis in senectute bona moritur et in ipsa, quam fundauerat, Oliua sepelitur. SAMBORIVS Stibislai filius adhuc septem pagis praedictum monasterium dotauit, Seerckwitz, Klarebin, Starrow, Stemme, Grantzow, Zuffeness, Gultrow, una cum decimis et uectigali e pecudibus et piscibus, MESTOVIVS eiusmodi dotationem pagis tribus adauxit Prinich, Serelow et Trusen. His de dotationibus monumentum Oliuense ita: Sambonius tanquam senior patri in ducatu successit, cum filio suo SVBISLAVO iuniore, qui ambo monasterium Oliuense possessionibus magnifice dotauerunt. Falsum ergo, quod in chronico Polon. reperitur, anno 1178. hoc monasterium prius aedificatum aut fundatum a SAMBORIO Pomeraniae duce, ut asserit Matth. de METCHOWIA l. 3. c. 27. Hoc Oliuae monasterium multum damni in diuersis bellis perpeffum est, et sub SVANTIPOLDO III. terna imo quarta uice deuastatum est, anno 1224. et 1236. a Prutenis infidelibus Pomeraniam fidelem inuadentibus, monachos adducentibus et crudeliter occidentibus. Deinde bis ab ordine Teutonico anno 1243. et 1252. omnia monasterii praedia praedae hostiliter exponente. CRAMER. lib. 2. hist. Pom. eccles. c. 13. ita ut CRANTZ. in Vandal. non immerito conqueratur, ordinem hunc potius regionem quam religionem spectasse.*

1170.

eius auu-
menta

infertunia.

1173.

Anno 1173. **WARTISLAVS II.** dux Pomeraniae pacificus, fatius existimans, in conseruationem rei omnium sanctissimae doctrinae christianae opes collocare, quam horrendis militum praesidiis sustentandis perdere, libertate sua abbatiam *Colbazensem* fundauit, et tam liberaliter dotauit, ut singulis diebus 24. mo-

COLBAS abba-
tia fundata.

dios

Anno 1173.

Berno praeci-
pium Vandalorum
apostolum.Sculptura ele-
gans et arguta.

diuos annuorum redituum e molis quon-
dam suppeditare posset, quod *Adelbertus*
in praesentia fundatoris *Wartislai* et *Bu-
gislai* ducum Pomeraniae, nec non *Ber-
nonis* episcopi Mechlburgensis confe-
crauit, quem *Bernonem* HELMOLD. lib. 2.
chron. c. 3. CRANTZ. lib. 6. Vandal. c. 36.
praecipuum Vandalorum apostolum uocat.
Vnde *Colbas* seu *Culpassa* Polonice signi-
ficat *farcimen*: sane *lucanicam* bene
pinguem, qua monachorum uentres im-
pinguati sunt. Elegans et uetus scul-
ptura in hoc monasterio conspicitur,
ubi diabolus monachum in processione
euntem arripit et dixit: *redde rationem
uillicationis tuae*. Tali pictura abbas
procul dubio monachos alios pigros
libidinosos et refractarios ad meliorem
frugem reuocare uoluit. Adscripti eti-
am sunt uersus notabiles:

*Vir uideas quid tu iubeas, dum magnus
haberis.*

*Prospicias, quem despicias, quem laedere
quaeris;*

*Dat uarias fortuna uices, non ergo mi-
reris.*

Foundationem huius monasterii confir-
mant rhytmi uulgares:

*Annus millenus, centenus, septuagenus
Ternus erat Christi quod Colbatz facta
fuiſti.*

Bugislai dacia
Pomeran. lite-
rae confirma-
toriae.

1167.

Colbaci dotator.

Literae etiam confirmatoriae *BUGISLAI*
ducis Pomeraniae, quae ita habent: *no-
tum sit omnibus, quod locum, qui uocatur
Colbas, a dilecto cognato Wartislao, de
consilio et consensu nostro etc.* Testes sunt
hi: *Berno* episcopus et alii quam plures
anno 1173. Dotatio facta a *Casimiro*, duce
Pomeraniae, loco *Prilop*. a 1176. summo
Cunradi episcopi Pomeraniae enco-
mio collaudata, quod principes ad cul-
tum Dei propensiores se exhibentes, ri-
tus paganorum sacrilegos subuertere
non desinant et nouas ecclesias institu-
ant, uocatis uiris doctis et religiosis.
Confirmata a fratre *Bugislao* anno 1309.
Wladislaus dux Poloniae fratribus in
Colbas uillam *Warsin* dono dedit anno
1236. *OTTO* dux Pomeraniae concessio-
ne confirmauit anno 1309. Deinde *SVAN-
TIBORVS* filius *Casimiri*, 4. pagos dona-
uit anno 1242. et 60. mansos in *Kolop*,
quae donatio confirmata ab *OTTO*NE du-
ce Pomeraniae anno 1309. *BARNIMO* et
alii Pomeraniae ducibus, qui *Damb*
oppidulum conferre non dubitarunt,
uti *Bugislaus*, *Otto*, *Barnimus* anno 1309.
et 1277. *Falckenberg* partim principes do-
narunt, partim abbates emerunt ab *Hen-
ningo* Platen, sicut et reliquos pagos 34.
eodem fere titulo possederunt. *Barni-
mus* dux Pomeraniae priuilegium con-
cessit, ne homines eorum siue *Teuto-
nici*, siue *Slau*, cogantur dare denarios,
quos uulgariter *Pfand-Pfennige* dicunt,

Pfandpfennige

siue iuste siue iniuste fuerint inuadiati
anno 1254. Abbates ultra 40 fuerunt,
quorum primus *Richoldus* et ultimus
Bartholomaeus Schubbe fuit electus anno
1534. Post
rediit ad dominum, quod fuit ante suum.
Deinde anno 1178. nobilis *Lutitius* *Miro-
grauus* ab *OTTO*NE Pomeraniae aposto-
lo baptizatus, consensu ducum *Pomera-
niae*, *Bugislai* et *Casimiri* fratrum, abba-
tiam et monasterium *Dargum*, non pro-
cul a *Demino*, toties in historicis nomi-
nato, fundauit, quod *Conradus* *Cami-
nensis* episcopus consecrauit: nunc *Me-
gapolensium* ducibus caret.
Eodem anno eorundem ducum con-
sensu *HENRICVS* ET *BARTHVS*, dicti *Rafen*,
coenobium *Verchen* pro uirginibus fun-
darunt, quod *Conradus* episcopus simi-
liter consecrauit.
Anno 1180. in Pomerania, Polonia et
alibi mos barbarus inoleuerat, ut iter fa-
cientes non modo pabulum, sed et ui-
ctum omnem ab oppidanis et ecclesia-
sticis exigerent, quo praetextu iumenta
abigerunt et alia perpetrarunt. Qua-
re conuenerunt octo episcopi, inter
quos *Cunradus* episcopus *Caminensis*,
et sub anathemate statuerunt, ne quis
agricolae pabulum, annonam, iumentum,
ui aut arte raperet, et bona episcopo-
rum aut sacerdotum inuaderet. *CROME-
RVS* lib. 6. rerum *Polon.* *Matth.* de *MECHO-
VIA* lib. 3. chron. c. 24. *CUNRADVM* episco-
pum *Caminensem* uocat, quod in ma-
gno Poloniae conuentu adfuisse scribitur,
non ut *suffraganeus*, sed *uicinus*. Huius
episcopi tempore *sedes episcopalis*
Iulino CAMINVM est translata, pro-
pter diuersa *Danorum* bella, sub rege
Woldemaro *Pomeranis* illata; Quae
cum renouari et continuari episcopus
una cum capitulo rescuerat, numero-
sum scilicet exercitus aduentum, ciui-
bus inconsulto suasit, ut urbem incen-
derent et secum transfretarent.
Circa hoc et tempus *CASIMIRVS* dux
coenobia *BORV*, non procul a *Neo-*
brandenburgo, ordinis *Praemonstra-*
tensis et *IVENAC* fundauit, teste *CHY-
TRAEO* lib. *Saxon.* in genealogia ducum
Pomeraniae, quae nunc a ducibus *Mega-
polensibus* possidentur.
Sicut et *facellum* in colle *BROED*
prope *Pyritium* construxit *BERGH*.
Thom. *BRODE*: *BVGENHAG.* l. 3. *chron.*
c. 8. *Nic.* a *KLEMTZ.* lib. 1. *annal.* *Pomeran.*
Duas huius liberalitatis *Casimirianae*
rationes ponit 1) quia nullos haeredes ha-
buit, 2) quia cultum diuinum adaugere
uoluit.
Mortuus est *Conradus* anno 1185. *Ca-
mini* et in ecclesia cathedrali sepultus.

anno 1176.
1178.
Dargum mo-
nast. consecra-
tum.
Verchen coeno-
bium uirgi-
num.
1180.
Mos barbarum.

Episcopalis se-
des Caminum
translata.

Broedanium fa-
cellum.
Casimirianae
liberalitatis
rationes.

1185.

1185.

1185.

CAPVT XVII.

Anno 1185.

De SIGEFRIDO I. tertio Pomeranorum et primo Caminensi episcopo.

1186. Scänensis eccl[esi]a.

1188.

Episcopi dicti Caminenses.

1191.

Ordo crucigerorum.

1193. Monasterium Bergense.

1179.

1199. Monasterium Stargardense.

SIGEFRIDVS capituli praepositus, in locum *Cunradi* electus et suffectus est, consensu *BVGISLAI I.* inter christianos duces Pomeraniae, tanquam unici patroni, ut *Ioh. ENGELBERT. in annalibus Pomeraniae* et *CRAMER. lib. 2. testantur.* Anno 1186. *Iacobus BERINGER.* haicus Bamberg. in castro *Stettin* honeste conuersatus, ecclesiam extra castrum *Stettin*, in honorem *Dei* et *Iacobi* aedificauit, et dotauit, quam fundationem *SIGEFRIDVS* episcopus confirmauit. *D. CRAMER. lib. 2. hist. Pom. eccles. c. 5.* rationem et occasionem aedificationis allegat, quod *Vandali* novos *Saxones* ad aedem *D. Petri* omnium antiquissimam, ab *OTTHONE* Pomeranorum apostolo consecratam, admittere noluerint. Hic *SIGEFRIDVS* confirmationem translationis episcopalis a summo pontifice impetrauit anno 1188. et sub hoc *Sigefrido* fabrica cathedralis ecclesiae Caminensis absoluta et perfecta est anno 1188. nec amplius Pomeranenses, sed episcopi Caminenses dicti sunt. *Nic. a KLEMTZ. l. 2. anal. Pom. p. 229.* Denique hic episcopus *SIGEFRIDVS* tam *BVGISLAI I.* quam *WARTISLAI* filii exequiis praesens adfuit. Anno 1191. sub hoc episcopo ordo fratrum de domo *Teutonica* seu *crucigerorum* coepit, qui in *Prussiam* uocati *Pomeranis* multum damni intulerunt. *CRAMER. lib. 2. c. 6. per tot.* *Rugia* quidem ad dioecesem Caminensem non pertinuit, sed quia tractu temporis *Pomeraniae* incorporata fuit et monasteria antiquitus fundata adhuc possidet, una recensebo. Anno 1193. *IAROMARVS*, *Rugiae* princeps, in nouo *Bergae* uico monasterium extruxit, in usum uirginum *Vestalium* s. monasterialium et amplius redivitibus dotauit, quod adhuc pro usu conseruatur. Anno 1179. papa *COELESTINVS* tertius cardinalem *Petrum* in *Poloniam*, *Pomeraniam*, *Bohemiam* et uicina loca ablegauit, ut sacerdotibus matrimonio interdiceret, quam ob causam in *Bohemia* fere occisus est.

O Caelestine nunc omnis clerus odit te, Sacerdos olim per hic et haec declinabatur

Nunc in uno genere tantum formatur.

Anno 1199. *CASIMIRVS II.* dux *Pomeraniae* in *Stargardia* ad *Inam* fundauit eremitarum monasterium, pro monachis *Augustinianis*, concessis liberaliter annuis redivitibus, quod *Sigefridus* episcopus consecrauit. *Nicol. a KLEMTZ. lib. 2. anal. Pom. refert,* sub hoc episco-

A po anno 1200. mirabilem historiam contigisse, ad *Vearim* fluuium prope *Primis-lauiam*, a *Pomeraniae* ducibus aedificatam, quod nimirum homines utriusque sexus furioso quodam impetu semet ipsos inuaderent et uiolentas manus inferrent, sicut plerique tragico et funesto exitio occubuerunt. Hac re indignatione et miserabili calamitate affecti principes, *Sigefridum* episcopum ablegarunt, ut rem omnem diligenter expiscaretur, qui cum daemonum praestigias et ueneficia comperisset, processiones, litanias, orationes et ieiunia instituit, quibus huic malo remedium adhibuerunt, ut tandem cessaret. Paulo post anno 1202. mortuus est atque *Camini* sepultus, in aede cathedrali, cum praefuisset per annos 20. et ultra.

Anno 1200. Historia mirabilis.

1202.

Sigefridus hic noster sub ipso nouellae plantationis primordio fratribus in *Colbas* *Cisterciensis* ordinis litem et controuersiam mouit, super bonis in *Broda* sitis, qui cum longius litigassent, ad concordiae terminos redierunt anno 1189.

CAPVT XVIII.

De SIGEVINO quarto episcopo Caminensi.

SIGEVINVS seu *Sugeruinus*, quem nonnulli *Sigismundum* uocant, uir optimus et religiosus, non solum ipse praedicationis officio creberrime functus est, more praedecessorum *Orthonis* et *Adelberti*; sed et clericorum uitia magis magisque irrepentia uehementer et publice coarguit: statuendo in dioecesi, ne meretrices die paschatos ad sacram synaxin admitterentur, sed die *Veneris* tantum, ut inter honestas et turpes personas discrimen aliquod constitueretur. Hoc castitatis et honestatis discrimen usque ad episcopum *Wilhelmum* stricte obseruatum fuit, quo temporis uirtutem habenae laxiores factae et mulierculae indiscriminatim ad sacramentum admissae sunt. *D. CRAMER. lib. 2. hist. Pom. eccles. c. 7.* refert, clericum quendam rusticos ad chorum conuocasse et cytharam lusisse, in festo pentecostes, cui tonitru cum fulmine brachium et simul 24. saltantes uno ictu abstulit.

Castitatis et honestatis discrimen.

Clerici impietas puniuntur.

Si, quoties peccat clericus, sua fulmina mittat

Iuppiter, exiguo tempore inermis erit.

Sub hoc episcopo *IAROMARVS* *Rugiae* princeps religiosus, quod crebras conciones habuit, teste *CRAM. l. 2. c. 5. hist. Pom. eccles.* alterum fundauit monasterium *ELDENOW* prope *Gryphiswal-* dum anno 1207. *Cisterciensis* ordinis, quod initio *Bugislaus* et *Casimirus* *Pomeraniae* duces permittere noluerant, quia

Eldenow msa

1207.

Anno 1207.

quia fundus erat proprietarius, sed amore et ardore religionis ducti non solum permiserunt, sed et liberaliter dotaerunt. Vocatur et *Hylde*.

1208.

Belburg monast.

Anno sequenti 1208. *BVGISLAVS* Pomeranorum dux cum matre *Anastasia* monasterium *Belburg* repararunt, quod antea erectum erat a *Bugislao* et *Casimiro* primis anno 1163. inter horrendos armorum strepitus et fratribus *Lugdunensibus* addictum, qui reddituum tenuitate compulsi decesserant, anno 1170. Vnde *SIGEVINVS* episcopus Caminensis pie consuluit, ne cultus diuinus in praedicto monasterio cessaret, ut fratres ex horto *Mariae*, qui erant ordinis *Praemonstratensis*, accederent et processiones quasdam adderent, ne denuo deferretur.

Treptouianae decimae.

Princeps autor literis inuitatoriis haec uerba inferuit: *uenite, Dei serui, uenite, dabo uobis terram fluentem lacte et melle.* Eisdem fratribus *SIGVINVS* episcopus decimas terrae *Treptouianae* attribuit. D. *POMERANVS* s. *BVGENHAGEN* l. 3. *Pom. m. s. c. 8.* in fin. *Bialbuch* lingua *Vandalica* sonat album Deum, quod nominis inditur, cum quia christiani nigram Deum ignorarent, tum quia *Praemonstratenses* albis uestibus induerentur, a *NOTBERTO* Magd. archiepiscopo 13. institutum. *GRAM. l. I. hist. Pom. eccles. c. 26. et lib. 2. c. 3.* Amoenitatem loci inter dictum monasterium (hodie igne coelesti accensum et deuastatum, ut nil nisi rudera superfint) et oppidum *neo-Treptoam*, prato interiecto singulariter commendat *Iac. August.* *THVANVS* *Galus lib. 21. hist. p. 365.* edit. *Parisiensis.*

Praemonstratensium regula

Praemonstratenses regulam habere dicuntur: *si non caste, tamen caute*, quod contra uerbum diuinum et institutum prius. Nondum enim quatuor praedicatorum ordines erant *Dominicani*, *Franciscani*, *Augustiniani* et *Carmelitae*: postea in numerum pene innumerum pedentem excreuerunt.

Templarii in Pomerania sedem figunt.

Huius episcopi *SIGEVINI* tempore *templarii* siue fratres militiae templi in Pomeraniam uenerunt et obtinuerunt bona feudalia *Rörich*, *Pausen*, *Wildenbeuh* et alia, quibus fidelitatem et seruitia illustrissimis Pomeraniae ducibus instituerunt. *CASIMIRVM* Hierusalem ad sacra loca, pro illius temporis superstitione, uifenda euntem, constiparunt et domo manentes pro consiliariis se gesserunt, anno 1217. quo pius etiam *Sigeimus* diem obiit, postquam ecclesiam Caminensem per tria lustra feliciter gubernasset.

CAPVT XIX.

De *CVNRADO* II. quinto episcopo Caminensi.

Anno 1217.

CVNRADVS II. electus est post *Sigeinum*, uir prudens et religiosus, sub quo *Crucigerorum* ordo in fausto fidere haec septentrionis loca ingressus est. *ANASTASIA* etiam, regis Poloniae filia, *Friderici* imperatoris neptis et *Bugislai I.* inter christianos Pomeraniae duces, uidua, quae admodum fenex *Wartislai III.* et *Barnimi I.* inter christianos, nepotum suorum consensu, in dotalitio nouae *Treptou* sibi assignato, monasterium uirginum *Vestali*um fundauit, quod ipsa ingressa est et simul uiam uniuersae carnis anno 1223. Consecrauerat illud ipsum *CVNRADVS* II. an. sexto sui episcopatus. Hodie, etiamsi aedificia satis elegantia principem cum tota aula facile et commode recipiant, habitationi illustrissimae ducissae uiduae, dominae *Sophiae*, illustrissimi principis *Philippi II.* relictae inferuit, mutato nonnihil nomine, uocatur *Culinarium*, der *Küchenhoff*.

Treptow nunc dicitur der Küchenhoff.

1223.

Suantipolechus III. Subislai filius dux citerioris Pomeraniae anno 1227. 22. Ian. monasterium praedicatorum in honorem *S. Nicolai* extruxit et fundauit, quod eo tempore extra *Gedani* muros situm et postea *Dominicanis* oblatum fuit, qui adhuc possident et uocant monasterium nigrum *M. Casp. SCHVTZ lib. 1. chron. Pruss. p. 21.* et *Matth. de MECHOV. lib. 3. chron. c. 32.* Huius episcopi tempore anno 1231. abbatia in nouo campo *Barndensi* fundata est, quae trium horarum spatio ab urbe *Sunda* distat, per *Witzlaum* et *Bernutum* *Rugiae* principes, pro monachis ordinis *Benedictini*, quae paulo post anno 1309. in alium locum translata est, ubi nunc oppidum *Franzbourg*, ab illustrissimo et celsissimo principe domino *Francisco*, Pomeraniae duce, denominatum. Abbates isti breui temporis spatio tam diuites facti sunt, ut ab episcopo *Rigen*si quinque pagos coemerent, quos *Witzlaus* fundator cum rege *Danzin* *Liouoniam* profectus, ad domandos et conuertendos *Estenses*, episcopo et capitulo *Rigen*si donauerat. Vid. *CHYTR. l. 5. Saxon. M. Andr. ANGEL. lib. 3. chron. Brand.* ubi testatur, senatum *WITTSTOCHIENSEM* ab hoc monasterio *Campensi* in *Pomerania* emisse sylvam *Wittstochiensem* terra *Megapolensi* a *contin. Vand. et Saxon. Alb. Crantzii.*

1227.

Monasterium S. Nicolai s. nigrum.

1231. Abbatia Campensis.

1309. Franzbourg.

Eodem anno *Suantepolcus* dux Pomeraniae, ueri zelator, magnus Dei uenerator, ut in monumentis *Oliuae* uocatur, abbatiam *Bucouien*sem fundauit et Germanos ordinis *Benedictini* monachos a *Stolpa* ad *Panin* uocauit, quos cum *Vandalis* odio plus quam nouercali persequerentur et ferre non possent, monasterium destruxerunt et monachos *Teutones* turpiter eiecerunt.

Abbatia Bucouien

(P p) 3

Suan-

Anno 1231.

reaedificata.

Conradus coadiutor.

1233.

Gryphiswaldiae initia.

numus Vinochiensis.

Finken-Augen Pfennige.

Gryphiswaldiae antiquitas.

iuxta nonnullos.

Gryphones.

Primus illustris.

1236. Praeterym donatur monasterio Magulnensi.

Suantipolcus osor iniquorum, uehementis corrofor eorum, hoc Vandalorum facinus aegro tulit animo, authores feditionis capitali poena affecit, reliquos arbitrarie puniuit, monasterium denuo meliori forma aedificauit et eiectos monachos Saxones, inuitis Vandalis plene restituit.

Denique CONRADVS senectutis taedio affectus, coadiutorem sibi elegit, adhibito capituli consensu, Conradum Gulzouiae comitem, ex cuius collimitio, Demini oppido, pius Conradus oriundus erat, neque multo post anno 1233. fatis cessit, dum XVI. annis sedi episcopali praefuerat. Hoc temporis abbas Eldenouiensis intra 26. annos tantum pecuniae acquisit, ut uicinum Gryphiswaldiae oppidum aedificare inciperet et in signum recognitionis a qualibet domo nummum Vinochiensis, uti tum temporis numismata ualde exilia uocitabantur, uulgo Finken-Augen Pfennige, exposceret, secundum communem annalistarum nostrorum opinionem. Math. uero QUADVS in Europae discriptione IIX. refert, Gryphiswaldum uiretum per coniecturam dictum esse Ptolomaeo. Cui si fidem habemus, multo est antiquius, cui commune nostratum prouerbium accedit:

Gryphiswalde Vetus ualde
Quis fundator? Ignoratur.

Dubio tamen caret, cum familia ducum Pomeraniae antiquissima Gryphonum nomen sibi uindicare, ab iisdem prima habuisse exordia: quod et alia oppida Gryphenberga, Gryphenbagen satis demonstrant et uel solo nomine testantur. Abbas fortean ornatus reddidit, cura Saxonum et obtulit illustrissimo Pomeraniae duci Barnimo, pleno et absoluto iure, de quibus in poligraphia Pomeranica etc.

CAPVT XX.

De CONRADO III. sexto episcopo Caminensi.

CONRADVS III. comes Gulkouiae episcopus Caminensis VI. coadiutor ante designatus, nunc pleno iure episcopatum administrauit, primus inter illustres personas. Sub hoc episcopo Mirosclaua et Hyngardis, Dei miseratione duces Slauiae, uti uocantur in priuilegio anno 1236. uillam Praeterymyn. et capellam S. Iohannis prope antiquam ciuitatem Colberg dederunt monasterio Magulnensi prope Dantzig, quam concessionem tam Barnimus I. dux Pomeraniae, quam Hermannus episcopus

Caminensis postea confirmarunt. Hic cum per duo lustra ecclesiam rexisset, taedio siue gubernationis, siue aduersae ualetudinis, siue insurgenti doctorum episcoporum segete uberiori, resignauit et VVilhelmum S. S. theol. doctorem, praepositum ecclesiae cathedralis praesentauit, qui postea in episcopum electus est. Sub hoc episcopo Barnimus I. cognomento bonus, dux Pomeraniae (qui 4. episcopos aetate partim superauit, partim attingit, uti 2. Conrados, VVilhelmum et Hermannum) fundauit monasterium pro uirginibus Vestalib9, in suburbio ante uetus Stetinum, in quo prima istius coniux Marienna, regis Bohemiae filia, sepulturae honorifice tradita est anno insequenti post foundationem, 1241. Inseruit adhuc, non quidem uestatibus electis, sed utriusque pauperibus desertis et miserabilibus personis. Denique e tempestuosissimo huius mundi pelago ad postum salutis enarauit CONRADVS III. anno 1299. quo Wartislaus III. dux Pomeraniae fundauit monasterium pro Vestalibus Marienfließ dictum et adhuc conseruatur. Prima abbatissa fuit Barbara Wartislai III. filia.

CAPVT XXI.

De VVILHELMO chori - episcopo Caminensi.

WILHELMVS nonnisi quinquenni spatio dioecesim gubernauit, quia fortean errores et uitia pedetentim in ecclesiam irreperere uidit et inuidit, resignauit episcopatu et praesentauit Hermannum, comitem de Gleichen, capituli praepositum. Ad hoc usque tempus, inquit Nicol. a KLEMTZ lib. 2. annal. Pom. p. 295. pacifici, placidi et docti fuerunt episcopi, qui suae praedicationis officio utentes, secularibus negotiis parum aut nihil se immiscuerunt. Sed hodie uenenum infusum est ecclesiae Caminensi, ut in simili de Romana loquitur VASQVI lib. I. cent. c. 6. no. 2. Albert. de ROSAT. in comment. ad Cont. digest. 1.9. quia episcopi satis ditati atque dotati, non tam religionem, quam regionem, non tam libellos, quam bella, non tam coelestem haederam, quam foedera attenderunt et procurarunt, non sine magno pientissimorum patronorum damno et incommodo. Accefferunt enim noui sectarii et ordines Dominicani, Franciscani, Carmelitae, Mendicantes et eiusdem farinae homines, qui cum passim in pagis et urbibus mendicarent atque praedicarent, pudebat et taedebat episcopos suo fungi officio et placebat huiusmodi deli-

Anno 1236.

Monasterium uetus Sedinum.

1241.

1299. Conradi III. morfi monasterium Marienfließ.

Episcoporum degeneratio.

Pomeraniae
panolethria,

delitiis, avaritia et uitiiis frui. Primam A
Pomeraniae Panolethriam inter mar-
chiones Brandenburgenses Conradus, a
crucigeris concitatus, attentauit et attu-
lit, sed forti ducum Pomeraniae manu
repulfus, nihil aliud effecit, quam ut ui-
cina ecclesiae Caminensis bona depopu-
laretur, Colbatzium et alia bona ui in-
iusta occuparet. Barnimus I. dux Po-
meraniae religionis ergo religiosos eos-
que defendit, ut arcem Drefnam inua-
deret et caperet, teste Mart. CROMERO lib. B
8. rerum Polon. Sed de his in uita ducum
Pom.

Iasenz mo-
nast. funda-
tum,

Idem Barnimus fundauit monasterium
Iasenz, in honorem coniugis Mar-
garitae, quod ut ab initio saepe muta-
tum Vkermundio Totinum, Gobeluhagen
et hoc loci Iasentium uersus: ita nunc
prorsus immutatum. Cum aliquando C
propter dissolutos monachorum mores
et uitam inordinatam monasterium rui-
nam minitaretur, Bugislaus X. Pomeraniae
monarcha alios monachos e Mul-
lenbeck in comitatu Schaumburg. euo-
cauit, qui restaurarunt et conseruarunt.

restauratum.

Nic. a KLEMTZ l. 2. ann. Pom. p. 304. fac-
tum primarii eiusdem monachi respon-
sum refert: monasterium in merica s.
solitudine situm uenandi potestatem
habebat, quam ademturus Bugislaus, D
promisit lastam filiginis et 200. oues, quia
uenatio religiosos non deceret et parum
prodesset. Quaesuit monasterii prae-
positus, utrum annuatim tantum per-
soluere uelit? Quod cum recusaret Bu-
gislaus, ergo, inquit monachus, uenam
etc. secundum nostras literas, suo idio-
mate: *Ey so iage wy up use Brieseleckens*; E
subridens Bugislaus, uenationem ut an-
te promisit. Deinde Iaromarus Rugiae
princeps, in augusta Sundensi duo mo-
nasteria erexit, alterum pro Dominicanis,
alterum pro Franciscanis, quae nunc stu-
diosae iuuentuti inferuiunt.

Facetum mo-
nachi respon-
sum.

Nonnulli a filia VVitzlao extracta ef-
se referunt, alii a VVartislao III. duce Po-
meraniae, qui Rugiamundum adeptus
erat. Stetini et pro Franciscanis mo-
nasterium est erectum, quod adhuc in F
usu euangelico consistit: inscriptio ibi-
dem eiusmodi habetur: *anno millesimo*
ducentesimo septimo incepit ordo fratrum
minorum in Assycio: anno millesimo du-
centesimo quadagesimo fratres minores
intrauerunt ciuitatem Stetin. CRAM. lib.
2. hist. Pom. eccles. c. 10. *sanguisugas* uo-
cat. Hoc onus ecclesiae Bardenses sup-
portare uoluerunt, sed Iaromaro Rugiae
principi obtrudenti responderunt, se
alias publicis oneribus grauatos, nouum
mendicantium monachorum grauamen
ferre non posse, quia scirent, eiusmodi no-
uellos inuasores rerum publicarum emun-
diores esse, ut nec Deo, quae Dei, nec duci

Monasterium
Franciscano-
rum Sedinense.

Bardensium
privilegium, de
nullo posthac
monasterio
erigendo,

quae duci essent, optimo iure reddere pos-
sint. Hoc responsum Rugiae principes
iniquius ferendo, Bardenses denuo so-
licitarunt, ut nouum hominum genus
reciperent: quod cum omnino respue-
rent, e praedictis rerum moliendarum
causis, ad status prouocarunt, qui delibe-
rato consilio et circumstantiis bene
consideratis suaserunt, ut potius graua-
men internum auferrent, quam exter-
num et quidem monasterium admitte-
rent. Hinc Bardenses singulariter cer-
ta pecuniae summa priuilegati, ne nul-
lum unquam monasterium ibidem ex-
trueretur. CRAM. l. 2. hist. Pom. eccles. p.
296. seqq. VWilhelmus singulari religio-
nis zelo monasterii Colbazensi decimas
in Brunnick donauit anno 1251. Mortuus
est VWilhelmus anno 1249. Camini sepul-
tus.

1249

CAPVT XXII.

De HERMANNO comite in Gleichen et
Ebersteinis comitibus.

HERMANNVS comes de Gleichen Ebersteinorum
elatus est in episcopum, an. 1250. comitum in-
qui antea canonicus fuit et primo troitus in Po-
merania, 1250.
comites Ebersteinios, sororios suos, in Po-
meraniam introduxit, patre ab Alberto
duce Brunswic. capto et interfecto, ut ex
CRANTZ. l. 8. Saxon c. 21. latius patet. Fi-
liis partim eparchiam Neogardensem
haereditarie, partim canonicatus maio-
res in ecclesia cathedrali liberaliter ad-
signauit. Vxor enim Dieterici, ad Her-
mannum comitem de Gleichen fratrem,
ante duo lustra episcopum Caminen-
sem, a collegio creatum, confugerat,
Brunswicensis tyrannidem exaggerat
et episcopi opem implorauerat, quam
fideliter impetrauit. Nic. LEVING.
part. 7. comment. p. 27. HERMANNVS epi-
scopus quo maior, eo magis magisque
cristas erexit, bellis ciuilibus se immi-
scuit et Suantipolco duci Pomeraniae
eisque restitit, ut terram ipsius longe
lateque depopularetur et praedam satis
opimam abigere uellet, quam praedi-
ctus dux milites, episcopi persequendo
et occidendo, recuperauit episcopum-
que a bello ad facellum in ordinem re-
degit CRAM. l. 2. hist. Pom. eccles. c. 11. Matth.
de MECHOV. lib. 3. chron. c. 54. ait, episco-
pum Caminensem cum exercitu suo ad sar-
cinas in stationibus custodiendas dimissum.
Suantipolcus potentiae Wartislai resistere
non ualens, cognito per exploratores, quae
circa episcopum Caminensem in stationibus
gererentur, irruit in stationes et episcopum
cum suo exercitum deuictum dissipauit et
fugauit, plurimos occidendo et nonnullos
captiuando, acceptis multis spoliis, illaesus
discessit;

Hermannus
rebellis duci,

Per-

Anno 1250.

Perplacet ergo chorum non aduisse fo-
rum.

1274.
Carthusia, Ma-
riae paradisus.

Monasterium
Poelpclinese.

Prima diffidia
inter duces et
episcopum.

Idem episcopus monasterium pro uir-
ginibus fundauit et instituit *Coslini*, quod
hodie aulicae episcopi ecclesiae inseruit.
Mestouius etiam II. dux Pomeraniae cir-
ca hoc tempus anno 1274. *Carthusiam*,
Mariae paradisum et bina monasteria
pro Vestalibus *Sarfenitz* et *Suckow* fun-
dauit, unum pro Dominicanis *Derfauiae*
anno 1289. nouum *Doboram* a patruo
Samborio fundatum *Poelpelinum* trans-
tulit, quae omnia adhuc in usu catho-
lico Matth. de MECHOV. l. 3. chron. c. 27.

Hic primus inter episcopos, qui cum
patronis Pomeraniae ducibus diffidi-
um alere coepit. *Alberto* bellum Po-
meranis indicente, debita seruitia et ob-
sequia detraxit, *Rudolphum* abbatem
monasterii *Stolpensis* et piscaturam in
Lubin et salinariis, quae *Colbergae* pos-
sederat, indicta causa priuauit et quam
plurimis aliis incommoditatibus graua-
tim affecit, contra priuilegium, quod a
summo pontifice monasterium obti-
nerat, ut inuasores omni honore pri-
uarentur. Haec est illa dilectio pro-
ximi. Quibus et aliis de causis com-
motus est *Bugislaus III.* dux Pomeraniae,
ut episcopo senio laboranti et iustitiae
limites transgredienti coadiutorem
subordinaret et adiungeret, sicut ex
templo *Iaromarus III.* Rugiae prin-
ceps Caminensis episcopatus coadi-
utor designatus est. *Hermannus* inter
inclutos Pomeraniae status omnium
primus, qui ecclesiam per xxx. annos
gubernauerat, altiori super alio hoc sub-
ordinationis s. coadiutoriae negotium
suscepit, conquestus est et obsequia
clanculum potius inimicis, quam suis
diuis et propriis patronis obtulit atque
litavit; sed heros bellicosus *Bugislaus*
IV. dux Pomeraniae palliatas eiusmodi
episcopi minas susque deque fecit.

Conradi episc.
mors

et sepultura
1287.

Hic eodem anno *capellam B. Iohannis*
euangelistae apud *Colberg.* abbati et
conuentui in *Mogulnam* ordinis *Bene-*
dictinorum contulit et confirmauit,
pontificatus sui anno 28. *Ernestus* com-
es de *Gleichen* fratrem *Hermannum*
paulo post uisitauit et domum reuer-
sus *Stolpe,* ad Panim fluuium, subita-
nea morte praemissus non amissus est,
cuius obitum et infortunium adeo epi-
scopus deplorauit, ut ipse breui tempo-
ris spatio naturae debitum persolueret,
postquam sedi episcopali per 38. annos
praefuisset, *Camini* sepultus anno 1287.

CAPVT XXIII.

De IAROMARO octauo episcopo Ca-
minensi.

IAROMARVS III. Rugiae princeps
Iaromari II. filius, primo coadiutor
per septennium, deinde episcopus
Caminensis postulatus est, licet religio-
nis uotum minime nouerit, sed *chori-*
episcopum Petrum ordinis praedicatorii
substituit, qui sacra administraret, ipse
uero tantum mundana episcopatus ne-
gotia tractaret, uti mala temporis eius-
dem consuetudine introductum fuerat
in aliis dioecesibus. Sub hoc episcopo
Bugislaus IV. una cum fratribus *Barnimo*
II. et *Othbone I.* coenobium pro uirgini-
bus Vestalibus extruxit *Iulini* et rediti-
bus amplis adauxit, quod *Petrus* cho-
riepiscopus consecrauit. *IVTTA* *Bogis-*
lai filia hoc monasterium ingressa est,
quam *Henricus* episcopus Caminensis
inuestiuit et *abbatissam* constituit anno
1299. Ex hoc monasterio deinde aliud
Criimini est aedificatum. *Iaromarus* non
eiusdem factus est religiosus, nec epi-
scopi officio functus, tamen deuotus,
pius et doctus princeps fuit, ut ex eo
constat, quod *Nic. a KLEMTZ. l. 2. ann.*
Pom. uerosimiliter refert: *Zwislauia na-*
ta ex illustri Putbusorum familia, Iaroma-
ri principis Rugiae et episcopi Caminensis
cognata, lascomis Gultzkouiae comitis uxor,
singulares diaboli tentationes animaduertit,
adeo ut desperabunda de salute propria
diffideret. Quam cum IAROMARVS in-
uiseret, non solum SS. theologiae dictis con-
solatus est, sed et Aesopi fabulam non in-
concinnam recitauit, quod mater eiulan-
tem filium habens crebro dixerit, se lupo
uenatum expositurum, nisi subtriceret. Hoc
obaudiens lupo aliquantis per commora-
tus est et expectauit, quid mater factura
esset, sed infans perterritus, matris dile-
ctae collum amplexus est et subtrixit, adeo
ut mater lupum dimitteret et infantem re-
tineret: Ita, inquit Iaromarus, Deus inter-
dum permittit, ut diabolus tanquam leo
rugiens circumeat, quaerendo, quem de-
uoret: si quis uero collum agni amplexer-
etur et paternam Dei misericordiam ue-
ra fide inuocet, liberatur ab eiusmodi ten-
tatione diabolica. His et aliis dictis,
tam sacris, quam profanis, Iaromarus ami-
tam suam eousque reduxit, ut plenius cre-
deret.

Anno 1287.

Petrus chori-
episcopus.

Coenobium uir-
ginum Iulini.

Iura abbatissae.

1299.

Criminense
monasterium.

1299.

Obiit Iaromarus episcopus anno
1299. postquam ecclesiae undeuginti
annos praefuerat, Errat igitur *MUNSTER*
l. 3. cosmogr. qui scribit, anno 1399. mor-
tuum esse.

CAPVT XXIV.

De PETRO Chori-episcopo.

PETRVS SS. theologiae doctor, mo-
nachus ordinis praedicatorum,
refertur quidem a *MUNSTER. 3. cos-*
mogr.

Anno 1299.

mogr. et *Casp. schützio chron. Pruss.* in-
ter episcopos Caminenses: sed hallucina-
tur uterque. Non enim episcopus,
sed episcopi IARIMARI substitutus seu
chori-episcopus fuit, qui sacra admini-
strauit et ecclesiam *Wusterhusen* conse-
crauit, sub hoc titulo: *Frater Petrus,
Dei gratia episcopus Caminensis.* Sub hoc
WITZLAUS II. Rugiae princeps et abbas
in nouo campo fundarunt monasterium
et abbatiam *Hiddensem*, pro monachis
ordinis Benedictini, et optimis bonis
dotarunt anno 1297. Ordinis Benedictini
meminerunt Polyd. VERGIL. l. 7. c. 7.
GREGOR. lib. 2. dialog. c. 14. et 15.

*Vt prior ordinibus cunctis praestantior
iste*

Sic erit in fine cunctis praestantior ipse.
Euocatus erat hic chori-episcopus siue
uicarius a *Iaromaro* e monasterio *Sunden-
sium nigro*, uti uocant, ut praedica-
ret, consecraret et omnia perageret,
quae episcopum decent. Olim non
erat sic. Sed haec eiusmodi errata quam
plurima in ecclesia Dei irrepserunt,
adeo, ut elector *Treuiricus* in electione
Caroli V. anno 1519. sub initio reformationis
diceret: *Talem respublica desiderat,
qui praeter alia constituat et emendet
ecclesiae statum.* SABIN. in *elect. Carol. V.*
et SLEID. l. 1. comment. Obit hic chori-
episcopus *Petrus* anno 1298. Alias capitulum
uicem defuncti episcopi praesentat.

CAPVT XXV.

De HENRICO nono episcopo Caminensi.

HENRICVS, *Iaromaro* et *Petro* pie
defuncto, electus est in episcopum
Caminensem, natus e nobili familia
der Wachholter, non uero ex antiqua
Vrforum familia, ut opinatur Nicol.
a KLEMTZ. l. 2. annal. Pom. p. m. 323.
Otto enim primus dux Pomeraniae an.
1303. super archidiaconatu Diminenti et
collatione iuris patronatus eiusdem ita
scripsit: *Nostri fidelis et dilecti amici Hen-
rici domini episcopi Caminensis dicti de Wa-
chholt dilectionem.*

Sub initio huius episcopatus *Tubilaeus*
a S. pontifice *Bonifacio* et indulgentiae
simul introductae fuerunt.

Summi indulgentiae patris.

Degeneres natos fecit.

Vt in hoc et aliis episcopis uidere est.
Henricus enim in nostro horizonte
Hermannum aemulans, potius secularibus
quam spiritualibus negotiis se immiscuit,
praecipue in bello marchionum
Brandenburgicorum aduersus *Ottonem*
I. ducem Pomeraniae, interceptis aliquot
arcibus, quas cum pius Otto uendicare
uellet et uictoriam obtineret,

aliquot centum e marchia captiuis ab-
ductis, episcopus magis uicinis, quam
propriis episcopatus patronis fauisse et
suppetias tulisse fertur.

Otho quidem dux ecclesiae uenerandis-
simus, pauperum amator, clericorum
et religiosorum consolator, egregium
humilitatis, deuotionis et charitatis e-
xemplar, omnibus charus, affabilis, munificus,
pacis quam belli amantior, christicola
diurnis et nocturnis officiis seu
horis canonicis quotidie interesse uoluptati
duxit, ut insigni encomio depraedicat
Othonem Pomeraniae ducem Ioh. BVGENHAG. l. 3. *chron. m. s. c. 10.*
Nihilominus episcopum HEINRICVM
acri animaduersione coarguit, quod bel-
lis contra debitum officium se immiscuerit,
neque patronis officia et obsequia
praestiterit. Reconciliatus autem
Othoni episcopus, denuo promisit, se
nunquam tale quid imposterum moliturum,
sed omnem cultum et obsequium dominis
Pomeraniae exhibiturum, atque in bello
suppetias pro uiribus laturum. CRAMER. lib. hist. Pom. eccles. c. 15.
Hinc *Otho* fidelem et dilectum unicum
uocauit, in confirmatione archidiaconatum
anno 1303.

Hic episcopus instituit aliquot archidiaconatus
in districtu dioecesano et archidiaconos
per annulum inuestiuit, anno 1304. ut ex
litteris patet.

HENRICVS, *Dei gratia Caminensis ecclesiae episcopus.* Ad perpetuam rei
memoriam conseruandam, quotidiana sollicitudo
pastoralis officii nos inducit, ut euellenda
uomere iustitiae euellere et inferenda
peruigili ratione firma radice inferere
ac conseruanda aequitatis studio conseruare
satagamus. Proinde et quod licet usque
ad haec tempora, in nostra Caminensi ecclesia
et dioecesi, certus non fuerit archidiaconorum
numerus institutus, cum nec per unum
archidiaconorum salubriter poterit gubernari:
nos ad hoc mentis nostrae acumen conuertentes,
certos archidiaconatus in nostra ecclesia
Caminensi et eius dioecesi instituire et eorum
limites certis terminis designare et archidiaconorum
iura conscribere ac ipsa solide conseruare,
nec non quorundam archidiaconorum,
quibus possumus, inopiam releuare curauimus
et curamus, de consensu et consilio nostri capituli,
multa super his deliberatione statuimus et ordinamus
infra scriptos archidiaconatus, in ecclesia
nostra Caminensi iam diu institutos, perpetuo
in ea permanere. Et cum idem archidiaconatus
iacare contigerit, tantum de personis eiusdem
capituli idoneis, siue ad nostram prouisionem
siue ad dicti capituli electionem pertinuerit,
debere prouideri. Videlicet archidiaconatus
Caminensis, quae praepositura maior nuncupatur,
archidiaconatus

(Qq)

conatus

Anno 1303.

Othonis I. duc. Pom. uirtutes.

Henricus episc. coarguitur ab Othone duce.

1303. Archidiaconorum numerus uetus.

1304.

Wusterhusensis ecclesia consecrata.

Hiddensem monast.

Benedictini ordinis praestantia.

1298.

Henricus de Wachholt

1303.

Tubilaeus primus.

Anno 1311.

conatus Diminensis, archidiaconatus Vtz-A namensis, archidiaconatus Stetinensis ac archidiaconatus Stargardiensis etc. Datum in Camin anno MCCCIII. idibus Aprilis, pontificatus nostri anno 2.

1311.

Anno 1311. Henricus episcopus vicariam praepositi et canonici Colbergensis confirmavit.

Panis fl. in stagnum Verchense derivatae.

Post lustrum otto dux Pomeraniae fluvium Panis in stagnum Verchense derivari curavit et monasterio permisit, ut liberrime eo loci piscaretur: anno 1309.

Anclamenfis arx Augustiniani concessa.

Wartislaus IV. dux Pomeraniae arcem Anclamii sitam monachis ordinis Augustini liberaliter concessit, ut monasterium exinde fieri curarent, quod episcopus consecravit. Eodem anno Henricus episcopus vendidit Gottfrido decano Colbergensi 8. mansos in uilla Volcekaw pro 112. marcis argenti.

Henricus episcopus obiit.

Postquam ita Henricus a Wacholt episcopatum Caminensem per XVIII. annos satis feliciter gubernavit, pie defunctus est anno 1317. quo dedicationem ecclesiae in Wusterhusen confirmavit.

1317.

CAPVT XXVI.

De CVNRADO decimo episcopo Caminensi.

Cunradi episcopi uirites.

CVNRADVS IV. Henrico successit et in episcopum unanimiter electus est, uir christianus, doctus et placidus, qui patronos debita honoris et amoris paterni reuerentia amplexus est, patroni rursus episcopum simili aequanimitatis aura profecuti sunt, cum pessimus diuturnitatis custos sit metus: quem enim quisque metuit, periisse cupit, inquit CRANTZ lib. I. Vandal. c. 6.

1320. Vicaria in Pribbernow.

Anno 1320. primam vicariam, a Friderico ab Eickstaedt uicedomino, postea episcopo, fundatam, in Pribbernow confirmavit, quam Fridericus episcopus in Degorw contulit anno 1336. Hic CVNRADVS diligenti prouidentia et prouida diligentia episcopatum gubernavit et archiepiscopo Gnesenensi, qui episcopam suo primatui obnoxiam reddere uoluit, fortiter se opposuit et processu desuper infuturo, sententiam, in curia Romana per S. pontificem IOHANNEM latam, obtinuit, ut episcopatus Caminensis denuo eximeretur, nec ullum primatem aut archiepiscopum superiorem recognosceret, anno MCCCXII. Hoc certe non exiguum ecclesiae beneficium: quia si primatui et archiepiscopo externo subiecta fuisset, quid non ille interna episcopatus uiscera exenterasset? Nonne episcopos, prouinciales et suffraganeos ad synodum et ordinationem conuocasset? Nonne ius superioritatis per appellatio-

Commoda inde redundantia.

Episcopatus Caminensis denuo eximitur.

Anno 1320.

nem sibi arrogasset? nonne alia rerum gerendarum molimina tentasset?

Haec et eiusmodi incommoda pius episcopus Cunradus sedulo praecauit et obtinuit, ut neminem, praeter apostolicam sedem et patronos, superiorem recognosceret, in quos hodierno tempore uigore pacificationis, omnis episcopatus superioritas merito translata est.

Anno insequenti CONRADVS IV. pie decessit et episcopatus per quinquenni-

um laudabiliter praefuit. M. Casp. SCHVTZ scribit, adhuc anno 1324. uixisse, quod cum litera confirmationis conuenit, uti CAROL. IV. 8. mansos in uilla Volcekow a uenerabili domino Henrico, Caminensis ecclesiae episcopo, praedeceffore nostro comparatos, legitime confirmavit anno 1324.

Anno 1321. CONRADVS IV. abbati et conuentui in Colbas uendit oppidum VVerben, 7000. marcis. At episcopi successores litem mouerunt in curia Romana et laesionem allegarunt, quae tandem sopita est amicabile compositione anno 1362. sub Iohanne episcopo Caminensi.

Hic CONRADVS IV. episcopus ab Ottono, Wartislaq et Barnimo filio Othonis, petiit humiliter, ut in una litera omnium uillarum nomina ad capitulum spectantia propriis suis uocabulis exprimerentur nempe Bollin, Grabow, Grantzow, Striffow, paruum et magnum Luibendir, Passsekow, Schonerrwald, Cuffin, Mausin cum stagno Crosslauenhagen, Coltermanshagen, Calant, Serbarw, Wuffentin, Costrnitz, Caselitz, Peniplotw, Büssentin, Reuenow, Iarsow, Grifskow, Raddenso, Damnitz anno 1321.

uillae ad capitulum spectantes.

1321. Werben oppidum uenditum.

CAPVT XXVII.

De WVILHELMO undecimo episcopo Caminensi.

WVILHELMVS eius nominis secundus, monachus ordinis praedicatorii et S. S. theologiae doctor, episcopus est factus, quem nonnulli Arnoldum uocant ut in uersiculis dicitur:

Arnoldus frater terdenus praedicat acer. Et sequitur M. Casp. SCHVTZ in chron. praedict. Hic mansuetus, pius et eruditus episcopus fuit, rebus facularibus abstinuit et ecclesiastica negotia deuoto corde procurauit, praedicauit et docuit, ut ipsum episcopi officium requirebat, tanta uitae morumque honestate praeditus, ut uulgo religiosorum omnium speculum appellaretur. Ab initio episcopatus fundati usque ad hunc Wilhelmum secundum, intra ducentos annos triginta monasteria in antiquis Pomeraniae

Wilhelmus II. S. S. doctus.

religiosorum omnium speculum.

XXX. monasteria in Pomerania extructa

Anno 1329.

niae limitibus extructa fuerunt, quae potissimum illustrissimi Pomeraniae duces et Rugiae principes fundarunt atque dotarunt. Quod si successores tot annis totidem monasteria fundassent, hoc temporis tota Pomerania esset clericalis et monialis, adeo ut neque imperatori sacratissimo, neque sibi ipsi omnium proxima recte inferuire potuisset.

Hoc uero commune omnium concessionum prooemium, quod illustrissimi ecclesiae Dei inuigilare, incrementum domus domini ampliari, praedecessorum uestigiis insistere uelint.

1329.

Wilhelmus II. obiit.

Obiit WILHELMVS II. anno 1329. postquam ecclesiae Caminensi per septennium praefuisset, summo christianae pietatis promouendae et ampliandae studio. Hac tempestate, inquit CRANTZ l. 8. Vand. c. u. in ecclesia Caminensi erat contentio uet9 palaestra litigantium. Vacuata erat morte episcopi cathedra: canonici elegerunt de suo numero Iohannem de Gottingen, uirum praestantem et illo in ecclesia loco dignum. Papa prouidit ecclesiae de quodam fratre, Ioanne ordinis praedicatorum, quod uel electionem praeueneret, uel quid in ea uitii deprehenderet, uel quod plenitudine suae potestatis, ut solent, uteretur: nondum extantibus principum Germaniae concordantiis, quae repagulum obiciunt. Hic frater, ueniens in ecclesiam, tam erat gratus, quam sus, ut ferunt, in uicum Iudaeorum. Quid enim nunc facerent? qui cum suis deque suo corpore electis uix agunt pacifico, quid facerent de alieno? Sed papa, ubi intellexit, litem diremit: ut prouideret memorato fratri Iohanni de ecclesia Verdensi, tum uacante. Patientiores illi uidebantur ad alienum pontificem, quam Caminenses. Huc usque CRANTZ, qui Caminensibus aliquantum iniquior, pontifici adulatur: nulla uero huius rei mentio nec in archiuis, neque in matricula deprehenditur.

Ioannes.

CAPVT XXVIII.

De FRIDERICO duodecimo episcopo Caminensi.

Fridericus ab Eickstedt.

DEinde FRIDERICVS, e nobilissima Eickstedianorum familia oriundus, ad episcopalem dignitatem peruenit, qui de patronis Pomeraniae ducibus optime meritus, sicut et alter eiusdem familiae nobilis Pomeraniae Franciscus, qui insignia ducum Pomeraniae, maleuolis quorundam machinationibus sepulchro iam iniecta, stante pede insiliens, extraxit et forti animo demonstrauit, superstitibus adhuc Pomeraniae duces insignia optimo iure sibi uendicare, de quibus alias.

Eickstedtorum merita in duces Pom.

Hic episcopus erga patronos et do-

minos suos ita se gessit, ut immortalem laudem apud posteros huc usque reportet, praelertim in bello contra LVDOVICVM Romanum, electorem Brandenburgensem nouiter designatum, LVDOVICI imperatoris fratrem, Bauariae ducem, de quo PEVCER lib. 5. chron. p. 167. LVDOVICVS Bauarus, imperator, marchiam reliquit fratri suo LVDOVICO ROMANO, qui bella Pomeranica in principatu Stetinensi renouauit, sed infeliciter; constitutis quinque limitibus inter Pomeraniam et marchiam, ea conditione, ut Pomerani ueteri loco et dignitate inter imperii principes feudum ab imperatore solo acciperent et suis terris libere imperarent: sed si stirps defecisset, quod Deus ter optimus maximus auertat, haereditatem, terram marchiones Brandenburgenses adirent etc. Haec clausula finalis multis postea cladibus occasionem dedit.

Supra attigimus, quod Miroslaua et Hyngardis, ductrices Slauiae, ut eo temporis uocabantur, monasterio Mogulnensi prope Dartzigk, uillam Pretenyn et capellam S. Iohannis baptistae et euangelistae, prope antiquam ciuitatem Colberg, donauerant, quam dotationem Barnimus I. dux Pomeraniae et Hermannus episcopus confirmauerunt, sed hic FRIDERICVS ab abate Bogislao et toto conuentu Mogulnensi recuperauit, prout dimissio, donatio et resignatio praedicti monasterii testatur, facta anno 1333. in consistorio Colbergensi, die circumcissionis. Inter reliquos testes Thidemannus Brunswick consul fuit, hoc tempore decanus collegii Caminensis, Barnimus III. dux Pomeraniae, prout ex inscriptione patet super molendino in Grobow: nos FRIDERICVS Dei gratia episcopus, Barnimus Dei gratia praepositus ac totum capitulum ecclesiae Caminensis. Et anno sequenti permutauit castrum Gronenberck et bona ei adiacentia cum nobilibus Hante et Theodorico dictis de Dillen, pro uillis Degow, Schaeltenhagen, Ploysterhagen anno 1334. Eodem anno, profligatis a Pomeranis tam Ludouici marchionis, quam LVDOVICI imperatoris copiis, ut moris, induciae factae et marchio prius cum episcopo foedus iniit, ut ex literis patet, Templini exaratis anno 1334. Nos marchio Brandeb. etc. cum uenerabili in Christo patre domino, domino Friderico de Eickstaedt, Caminensis ecclesiae episcopo, amico et secretario nostro dilecto et cum ipsa ecclesia Caminensi, compromissas ligas et confoederationes iniuimus et praesentibus inimis temporibus, quibus idem dominus Fridericus eidem episcopatu praefuerit, sine suggestione cuiuslibet doli perpetuo duraturas. FRIDERICVS Dei gratia Caminensis ecclesiae episcopus, uestigiis

(Q9) 2 prae-

Anno 1329.

Egrege se gerit erga patronos.

Bella ducis Pom. cum Ludouico Romano march. Brand.

Partum successionis.

Donationes Miroslauae et Hyngardis confirmantur.

1333.

Gronenberck castrum permutatur.

1334.

Anno 1334. *praedecefforum inhaerendo, dudum cogita-
uit, reditus dignitatum, profonatum, of-
ficiorum augmentare, praefertim cum os
bonis trituantis non debeat allegari, ec-
clesiam parochialem in Damnitz custodi f,
thesaurario contulit anno 1337.* Postea
episcopus mediator extitit, inter mar-
chionem et Pomeraniae ducem Barni-
mum, ut rem omnem componeret,
sicut et composuit, praedictis sub
conditionibus et aliis ut captiui * pre-
tio liberarentur, et loca iniuste oc-
cupata restituerentur. Hic contractus
in comitiis Francofurtensibus ad Moen-
anno 1338. ab imperatore Ludouico, sup-
presso maiestatis sigillo, confirmatus est.
Denique hic Caminensis episcopus FR-
DERICVS ab Eichstedt fato functus et de-
functus est anno 1343. postquam regi-
men ecclesiae ad duo lustra feliciter gef-
ferat.

1337.
Fridericus me-
diator inter
marchionem
Brand. et du-
cem Pom.

1338.

obit. 1343.

CAPVT XXIX.

De IOANNE decimo episcopo Ca-
minensi.

IOHANNES dux Saxoniae inferioris
Angariae et Westphaliae, natus ex
Elisabetha VVartislai X. ducis Pome-
raniae filia et Erico duce Saxoniae, inter-
cessione et consensu patronorum, postu-
latus et electus est in episcopum, admo-
dum iuuenis 14. annorum, quamuis alias
perfectae aetatis homo *triginta annorum*
requiratur, secundum LANCELOT. lib.
1. inst. iur. can. tit. 7. Hoc temporis epi-
scopatus Caminensis ad agmen perue-
nisse uidetur et plures illustrium hero-
um filios capitulares et canonicos ha-
buit, Ludouicum ducem Brunswicensem
et Luneburgensem, Barnimum princi-
pem de VVerla, VVitelaum comitem de
Eberstein et alios. Nihilominus episco-
pus coadiutorem eligere uoluit fratrem
Ericum iuniorem, ducem Saxoniae, sed
illustriissimi duces et uenerabile capitu-
lum contradixerunt. BARNIMVS cogno-
mento Magnus, dux Pomeraniae, funda-
uit ecclesiam cathedralem, in gratam D.
Ottonis, Pomeranorum apostoli, memo-
riam, anno 1346. quae nunc aulica est et
diuino cultui fideliter inseruit, sub il-
lustrissimo Pomeraniae Phoenice Phi-
lippo II. ducere religioso et optimo. Hic
episcopus non solum cathedralem
praedictam, sed etiam ecclesiam in Win-
tershagen, una cum filiola Stolpmunda, in
praesentia 12. episcoporum e Polonia
conuocatorum, consecrauit et confir-
mauit, sub pontifice INNOCENTIO VI.
anno 1356.

Ecclesia catho-
dralis
1346.

at Wintensha-
gensis conse-
crantur.
1356.

Carthusia Se-
dinensis, nunc
residentia.

Idem Barnimus fundauit Carthusiam,
ante uetus Sedinum, anno 1360. quam
Barnimus IX. sibi pro residentia elegit
et arcem ibi extruxit.

Mira et dira sub hoe episcopo con-
tingerunt, ut antiqui uersus indicant, de
quibus latius D. CRAMER. lib. 2. eccl. hist.
Pom. c. 20.

*Pestis regnauit, plebis quoque millia
strauit:*

*Contremuit tellus, populusque crema-
tur Hebraeus*

Insolitus populus flagellat se seminudus

Vnde illustrissimi Pomeraniae duces re-
ligiosis omnibus et singulis in dioecesi
et tota terra feueret et sincere manda-
runt, ut preces suas deuotissime effunde-
rent, quibus eiusmodi uirulentum pe-
stilentiae malum auerteretur, quo uix
tertia hominum pars in uiuis remansit.

Intestinum quasi bellum etiam ena-
tum est inter episcopum Iohannem et
praedictos Pomeraniae duces, ex ea cau-
sa, quod episcopus patrualem suam, Saxo-
niae ducem, *insciis Pomeraniae duci-
bus, coadiutorem eligere uoluit: sed indu-
ciae breui subsecutae sunt, pacifcenti-
bus inuicem subditis, et omne negoti-
um compositum est per episcopi fra-
trem Ericum, iuniorem, Saxoniae du-
cem, ita ut nullus in episcopum, coad-
iutorem aut canonicum eligeretur, abs-
que scientia et consensu illustrissimo-
rum Pomeraniae ducum, tanquam pa-
tronorum, maxime interessentium. Hoc
diffidium recruduit inter BARNIMUM et
episcopum IOHANNEM atque Neo-Star-
gardiam, ratione limitis; ita ut homi-
nes et bestiae pignorarentur, quod Otto
comes de Eberstein rursus composuit
et accordauit anno 1368.*

*Bellum intesti-
num.*

*Coadiutor eli-
gendus cum
consensu du-
cum.*

*Barnimus ma-
litiöse sacrile-
gii insinulatur*

1358.

*Barnimus dux
meditatur ar-
chiepiscopa-
tum.*

1358.

*Barnimus dux
meditatur ar-
chiepiscopa-
tum.*

1358.

*Barnimus dux
meditatur ar-
chiepiscopa-
tum.*

1358.

*Barnimus dux
meditatur ar-
chiepiscopa-
tum.*

1358.

*Barnimus dux
meditatur ar-
chiepiscopa-
tum.*

1358.

*Barnimus dux
meditatur ar-
chiepiscopa-
tum.*

1358.

*Barnimus dux
meditatur ar-
chiepiscopa-
tum.*

1358.

*Barnimus dux
meditatur ar-
chiepiscopa-
tum.*

1358.

*Barnimus dux
meditatur ar-
chiepiscopa-
tum.*

1358.

*Barnimus dux
meditatur ar-
chiepiscopa-
tum.*

1358.

*Barnimus dux
meditatur ar-
chiepiscopa-
tum.*

1358.

*Barnimus dux
meditatur ar-
chiepiscopa-
tum.*

1358.

Hic

Anno 1358.
Monasterium
Mariaethronum.
1356.

Hic episcopus synodum conscripsit et monasterium *Mariaethronum*, quod *Bugislaus V.* cum fratribus *Barnimo* et *Wartislaio* aedificarunt et dotarunt in memoriam *Elisabethae* matris anno 1356. prope *Neo-Stetinum* ad stagnum *Sternitzcke* dictum, canonicè consecrauit, neque coadiutorem seu chori-episcopum habuit, ut alii inter praedecessores, sed ipsemet tam spiritualia quam temporalia dexterrime administravit.

Caroli IV. imp.
nuptiae solennes.

Nuptiis *CAROLI IV.* imperatoris, cum *ELISABETHA* Pomeranica, *Bugislai V.* filia, *Cracouiae* celebratis, interfuit et dominum comitatus est, de quibus ita *Chron. Polon. l. 4. c. 20.* *Carolus IV.* nuptias *Cracouiae* magna solennitate celebrauit, praesentibus *Vngariae, Daniae, Cyprique* regibus. Sponsa *Elisabetha Bugislai ducis Stolpensis* filia fuit. Refert e *Chron. Polon. TRVCCIVS* p. 159.

1373.

Reuersus adhuc duo lustra in uiuis confecit et ea, quae episcopi sunt, diligenter perfecit, donec anno 1373. uitam cum morte commutaret, posteaquam ecclesiae *Caminensi* per xxx. annos laudabiliter praefuisset et profuisset, aetatis suae anno *XLIV.* *Camini* honorifice sepultus.

CAPVT XXX.

De *PHILIPPO* decimo quarto episcopo *Caminensi*.

Philippus de
Rheberg ep.
Cam.

PHILIPPVS *Lumbach de Rheberg*, natione, ni fallor, *Silesius*, primo uicedominus *Caminensis*, designatus est, denique in episcopum electus et ordinatus. Fratrem habuit *Hennigum de Rheberg* militem, in cuius et sui ipsius memoriam atque remissionem peccaminum, ut loquebantur, uicariam fundauit anno 1383. quam postea *MARTINVS* episcopus mensae suae incorporauit, ita alter alterius memoriam conseruauit et ad posteros transmisit. *D. GRAMER. lib. 2. hist. Pom. eccles. c. 22.* unicum huius episcopi christianum opus recenset, quod in oppido *Reertz* ecclesiam parochialem, nouiter aedificatam et a 12. episcopis consecratam, denuo confirmari, ad instantiam oppidanorum, anno, quo electus est. Hoc ueritati consonum, quia iam tot monasteria et ecclesiae cathedrales fundatae erant, ut terrae conuersae sufficerent: ideo noua pecuniarum aucupia et nouae indulgentiarum impostae, non dicam imposturae, inuentae fuerunt, ut singula altaria, siue uicariae ad altaria deputatae, consecrarentur, ordinarentur, confirmarentur, uti *PHILIPPVS* episcopus duas confirmauit anno 1380. et 1383.

Hoc est praecipuum, quod de subse-

Vicaria fundata.
1383.

Ecclesia Reertzensis confirmatur.

Vicariae cur institutae.

quentibus episcopis usque ad reformationem religionis in annalibus et matriculis scriptum relinquitur, consecrata esse tot altaria et tot altaristas introductos, quot uicariae fuerint huc usque confirmatae et uicarii neglecti.

Anno 1383.

PHILIPPVS pius episcopali equidem satisfecit officio, sed, interuenientibus turbis, ingressus est communem mortalitatis uiam et obiit anno 1386. postquam ecclesiam satis christiane et philippice rexisset per xiii. annos.

1386.

CAPVT XXXI.

De *IOHANNE II.* decimo quinto episcopo *Caminensi*.

Hoc Philippo pie defuncto, *IOHANNES WILHELMVS* alias *WILLENIG*, siue a summo pontifice, siue ab aliis oblatum et prouisum, episcopatum *Caminensem* suscepit et administravit, ut ex inscriptione patet, qua se *DEI et apostolicae sedis gratia Dei et apostolicae Caminensis ecclesiae prouisum uocauit et augmentum eidem uicariae confirmauit* anno 1386. die circumcisionis: et post biennium uicarius eiusdem idem fecit anno 1388. Nos, inquit, *BOIRO, uenerabilis in Christo patris ac dn. dn. IOHANNIS*, electi et prouisi, *ecclesiae Caminensis in spiritualibus et temporalibus uicarius et administrator generalis etc.* Anno insequenti *Philippus de Helpte* praepositus, *Dei gratia ecclesiae Caminensis uicarius et administrator reuerendi in Christo patris ac domini, domini IOHANNIS electi et prouisi* in spiritualibus et temporalibus eiusdem generalis &c. sub sigillo uicariatus anno 1389.

1388.

Philippus de
Helpte uicarius

1389.

Quibus ex actibus constat, quod *IOHANNES* hic secundus non solum ad episcopatum *Caminensem* peruenerit et infulas pontificales suscepit, sed et uicarios suos in ecclesia cathedrali constituerit; ideo non excludendus a reliqua *Caminensium* episcoporum ferie, sicut nec excluditur a *MANST. lib. 3. cosmogr. SCHVLZIO* et *CHYTR. l. 1. Saxon.* qui *Willichium* uocat.

De obitu nihil certi constat: alii remotum ab episcopatu asserunt, alii ueneno sublatum ferunt, dum Romam proficisceretur, curatum, ut dioecesis banno subiiceretur, ut in uersiculis antea recitatis habetur:

Hinc confirmatus *Iohannes*, non coronatus

Praeuentus morte praetenditur inuidiose.

Obitus Iohannis II, incertus

(Q 9) 3

CAPVT

Anno 1389.

CAPVT XXXII.

De Iohanne III. siue Hincone pseudo-episcopo.

Iohannes Hincō ab imp. praesentatus repudiatur.

inphedare.

Cur Wenceslaus praesentationem sibi arrogavit.

Hincō pseudo-episcopus.

IOHANNES, *Hanneus, Hanckow*, aut *Hincō* dictus, WENCESLAI imperatoris cancellarius, natione Bohemus, praesentatus et a capitulo repudiatus fuit. Ratio huius repudii admodum praegnans, quia WENCESLAVS id tentauit, quod nec inuictissimus CAROLVS IV. neque praedecessores laudatissimi unquam in animos suos induxerunt, malo sui cancellarii consilio, quod ei pessimum fuit, inuestire et inphedare, ut literae sonant, episcopum Caminensem, qui statim, ut inuestitus, ita deuestitus fuit. *Hanneus* enim ille siue *Hincō* ignorauit, quod ecclesiae capitulum liberrimam eligendi episcopum libertatem habuerit, quod illustrissimi Pomeraniae duces soli huius episcopatus patroni extiterint, quod nec imperator nec papa nisi limitate et suspensiuē quid iuris in hunc episcopatum habuerint: ergo nec in alium transferre potuerunt, sed ipsi patroni iustissimo titulo episcopatum administrarunt, conferuarunt et defenderunt, sub sacrae imperatoriae maiestatis libertate. Wenceslaus forsitan e doctrina *Iohannis Hussi* nouiter suborta intellexit, ius inuestiendi episcopos ad imperatores pertinere, quod suo iure nec iniuria sibi uendicant, sed episcopatus Caminensis semper exemptus, nec imperatori unquam obnoxius fuit: imo capitulum liberrimam eligendi episcopum potestatem habuit, quam *Wenceslaus* infringere uoluit: cui non immerito tam patroni quam capitulum contradixerunt. *Hincō* claude pede, lumine luscus, quisquis fuerit, nunquam ad episcopatum Caminensem peruenit, sed quia denominatus fuit episcopus exauctoratus, solum recensetur. Sicut ante bina secula WENCESLAVM, quod sibi soli uiueret, leges, iudicia et res imperii nihil curaret, sicque imperio prorsus inutilis deprehenderetur, ab electoribus imperii, cum consilio reliquorum procerum et statuum imperii, abrogatum esse constat. VOLATERAN. lib. 23. BAPT. EGNAT. et Ioh. CUSPINIANVS in uitis imp. Thom. MICHAEL. de iur. thes. 131. BVXTORF. ad aur. bull. thes. 11. Sententiam depositionis siue exauctorationis edidit *Marquardus FREHER. in chron. German.*

CAPVT XXXIII.

De Bugislao IX. decimo sexto episcopo Caminensi.

ABVGISLAVS IX. BVGISLAI V. ducis Pomeraniae, Casimiri regis Poloniae generi, Caroli IV. imperatoris foci filius, postulatus est episcopus, in hoc turbato ecclesiae Caminensis statu, primus e ducibus Pomeraniae regimen ecclesiae et postulationis et patronatus iure suscepit, atque per integrum sexennium laudabiliter gessit. *Wenceslao* pro ingrata episcoporum suorum obrusione gratam operam rependit et adiuuit exercitu non exiguo, ut custodia liberaretur, qua septimanis septem denis detentus fuisset.

Hic optimus princeps a capitulo sollicitatus, ut diuersa dioeceseos bona diuersis oppignorata relueret atque recuperaret, sub hac conditione, ut pecunia restitueretur. Quae conditio cum non fuerit adimpleta et *Wartislaus*, iter Hierosolymitanum confecturus, in Vngaria fati cesserit, *Bugislaus* frater tutelam filiorum suscepit, sibi que connubio, episcopis licito, *SOPHIAM Procopii*, marchionis *Morauiae* filiam coniunxit. Hoc matrimonium omni iure licitum, S. pontifex illicito banno profecutus est et alium episcopum obrusit, quem capitulum recipere noluit, cum contra priuilegia ab ipso pontifice confirmata tenderet. *Bugislaus* episcopatu resignauit, retentis tamen bonis, quae proprio aere luerat. De hoc ita noster *HOLLONIVS l. 2. carminum* suorum:

*Me non immerito suos Caminum
Potest inter episcopos referre,
Sed annos etenim per sex gerebam,
Ac tuebar oues meos paterne.
Deponens onus id laboriosum.
Augere ut generis mei propaginem.
Leges connubii sacras subibam:
Successoribus autem meis inique:
At in iudicium dein uocabar.*

Matrimonium inter episcopos non adeo insolitum, ut hoc temporis *Pa-schalis*, comes *Brigantinus*, episcopus Caminensis habuit uxorem dn. *Esope-iam*, comitissam de *Rhetia alta*, quae etiam in uetustis diplomatibus nominatim ponitur, et se subscripsit *antistitam Curientem*. BRVCH. de episcop. Germ. c. 3. POLYD. VERGIL. lib. 5. de inuent. rer. c. 4. dicit: *Hunc apostolicum contrahendi matrimonii ritum diu seruatum*. NICEPH. lib. 12. hisi. eccles. c. 34. et lib. 14. c. 55. Multi etiam ipso episcopali munere fungentes in episcopalibus aedibus liberos multos et coniuges, quas sibi legitimo matrimonio antea coniunxissent, susceperunt: et EVSEB. lib. 3. c. 30. *Paulus non detrectat salutare coniugem suam*. Sed haec ad theologos remittantur.

CAP.

Anno 1386. Bugislaus dux Pom. ep. Cam.

Wenceslao imp. custodia liberat.

uxorem ducit

episcopatu se abdicat.

Matrimonium episcoporum non insolitum.

Anno 1394.

CAPVT XXXIV.

De IOHANNE decimo septimo episcopo Caminensi.

Postquam Bugislaus VIII. resignauerat, bini rursus episcopi praesentati sunt, alter IOHANNES dux Oppoliensis in Silesia, non Apuliensis in regno Neapolitano, per Romanum pontificem; alter a capitulo Nicolaus Bock, canonicus ibidem, legitime in episcopum electus est. In hac discordi electione uterque regnare et ecclesiam gubernare uoluit, sicut acta reperiuntur in matricula, quam IOHANNES eius nominis tertius episcopus et dux Oppoliensis partim ipse confirmauit, partim per uicarios et administratores fieri procurauit. Anno 1394. Iohannes Dei gratia episcopus Caminensis, dux Oppoliensis et administrator ecclesiae Posnaniensis uicariam confirmauit, approbauit, ratificauit, autoritate sua ordinaria. Datum in Oppido nostro Cussalin, anno ut supra.

Iohannes dux Oppoliensis.

Nicolaus Bok anti-episcopus.

1394.

Vicariae.

1396.

1402.

Praecedenti anno Philippus de Helpte, praepositus, uice et autoritate eiusdem domini electi Caminensis episcopi, ducis Oppoliensis, uicarias confirmarunt. Anno 1396. Iohannis ducis Oppoliensis uicarius, Michael Bliede, confirmauit testamentum et uicariam Nicolai Woldari, rectoris scholarum in Camin. Eodem anno Iohannis episcopi et ducis Apuliensis (rectius Oppoliensis) in remotis agentis, uicarius in spiritualibus generalis Oppolia ducatus sui metropolis, collegio canonicorum celebris. Castrum habet uetustate collapsum, principum olim sedem, trans Oderam fluuium, qui urbem praeterfluit. Nicolaus HENELIUS in *Silesiograph. c. 4. p. 43.* Equibus constat, quod IOHANNES III. episcopatum gerere et se ingerere non cessarit. Ideoque non omittitur a SCHULTZIO, sed ab eodem affirmatur, quod postea anno 1402. episcopus Vratislauenensis sit factus et Caminensem dioecesim non magnopere curauit.

CAPVT XXXV.

De NICOLAO decimo octauo episcopo Caminensi.

Nicolaus a Buk.

Vicariae in domo capitulari onus.

NICOLAUS a BVCK, frater ordinis Teutonici, alias Schipperbiel dictus, e Culmensi factus est Caminensis episcopus et cum IOHANNE II. aliquandiu simul regnauit, quo siue abitu siue obitu simul maturante, episcopali demum dignitate usus uidetur in matricula. Eodem enim anno Nicolaus fundauit uicariam in domo capitulari, cuius onus est perpetuam candelam tenere, coram sa-

cramento in ecclesia Caminensi. Et confirmauit testamentum Bernhardi Berfer, omniaque in eo contenta approbauit autoritate sua ordinaria. Huius uicarius in spiritualibus et temporalibus generalis fuit Iohannes VVinckledt S. S. theologiae professor anno 1406. uicariatus, sub sigillo. His episcopus domino BVGISLAO VIII. Pomeranorum duci litem et controuersiam mouit de nonnullis episcopatus bonis, ut pote Massow, Zarnhusen, Gültzow, Publicz et aliis, quae occupauerat et retinuerat, donec impensum reuolutionis pretium proprio peculio factum restitueretur, quod episcopus detrectauit, uindicaturus bona ecclesiae absque refusione pretii, et eousque audaciae progressus est, ut optimū ducem, nescio quo iure aut iniuria, banno publico persequeretur! Illustrissimus, solito eius temporis more, ab eiusmodi grauamine ad S. pontificem prouocauit, qui commissariū Iohannem de Obitz ordinauit et ablegauit, ut hoc litigium partibus utriusque auditis determinaret atque decideret. Quia uero neutra pars de suo iure cedere uoluit, re infecta commissarius domum reuersus est. Episcopus bannum continuauit, illustris dux belli aleam cogitauit, ad fulmen episcopale disputandum, deuastauit oppidum Corlin et circumuicina loca. Arcem uero in continenti expugnare non potuit. His episcopus perterritus oues dereliquit et ut mercenarius ad ordinem Prussiae aufugit, cui antea fidem dederat.

Profuit at modicae sortis cecidisse quietem.

Circa hoc tempus archi-presbyter Sundensium, Conradus Bunow, conquestus est, oblationes nimis imminutas, excusato numismate minuto cupreo. Senatus praetendit communitatem sumtuosis foenerationibus nimis grauari. Deterrimum esse, quod unusquisque offerre uellet, pastor urbe egressus coepit militari manu agere, cui furibundo clero, furibundum Sundensium uulgus contrauenit, occisis et combustis aliquot personis ecclesiasticis. CRANTZ lib. X. Vand. c. II. GRAM. lib. 2. hist. Pom. eccles. c. 20. et annalistae nostri omnes.

Hic Conradus administrator Caminensis factus, a nobili Degenbardo Bugenbagio occiditur et focii criminis etiam puniuntur.

CAPVT XXXVI.

De MAGNO decimo nono episcopo Caminensi.

Post huius episcopi discessum MAGNVS, dux Saxoniae inferioris,

Anno 1406.

1406.

Nicolaus episc. mouet Bugislaos duci.

Quem excom. municat.

Post uero episcopatum deseruit.

Pastor miles et seditiosus.

Magnus dux Saxoniae inferioris, riuus.

Anno 1406.

Diffidia renat.

Pontificis iniquitas.

Concilium supra papam.

Conradus Barowen administrator.

Illegitima excommunicatio.

ris, *Erics* filius a capitulo communibus suffragiis electus est in episcopum, qui sub initio diffidium a praedecessore motum intermisit et dissimulavit, donec ad importunas aliorum suggestiones fauillas incendii rursus excitavit et appellationis processum continuavit, ipsum controuersiae statum grauiter edocendo, ab auditore camerae *Iohanne de Obitz* sollicitatore, donec in curia Romana per sententiam definitum et decisum, ut *Bugislaus* dux occupata episcopatus bona absque refusione pretii restitueret. Quod cum iniquum uideretur, bona a maioribus liberrime data et ab episcopis sine causa in odium fundatorum oppignorata et a *Bugislaeo* reempta atque liberata, absque refusione pretii restituere et denuo episcopatu incorporare: haec tamen praepostera habendi cupiditas in curia Romana approbata fuit, quae *marcas, bursas exhaurit et arcas*, ut antiqui uersus sonant. *BUGISLAUS* ergo, tanta rei iniquitate motus, aliud remedium arripuit et ad concilium proxime futurum appellauit. (unde minus dubii, quod concilium sit supra papam) Cum Constantiae fuerat indictum concilium, a *SIGISMUNDO* imperatore, episcopus Caminensis *MAGNVS* eo profectus est, ut litem, ratione bonorum episcopatum coeptam, ad finem usque perduceret, sicut optate fecit, relicta episcopatus administratione *CONRADO Barowen*, pastore Sundensium seditioso, ut supra dicitur remissive. Hic prioris sententiae confirmatoriam a concilio facile obtinuit, quia nouus pontifex, *MARTINVS* inter tot antipapas a *SIGISMUNDO* imperatore confirmatus, auditori camerae *Iohanni de Samariis* mandauit, ut acta inter episcopum *Bugislaum* magnum referret, atque sententiam conciperet. Quod cum faceret, ut in proverbio dicitur, *mulae se mutuo scabunt*, coadiutoris sui sententiam reformare uoluit. Antea in concilio causa erat commissa *Iacobo*, episcopo Plocensi, *Ruprecht* episcopo Bambergensi, *Matthaeo* episcopo Pistoriensi et *Iohanni*, episcopo Verronensi, qui quatuor episcopi non potuerunt decidere, quod unus auditor de *Tamariis* fati temerario ausu decidebat, ut illustri princeps absque refusione bona reempta restitueret et damnum 40000. Flor pateretur. Quia uero *Bugislaus* ante publicationem fati cesserat, sententia in haeredes lata est, uxorem uiduam, nomine *Sophiam*, et *Bogislaum IX.* filium: qui cum parere nollent, nouum fulmen intonuit et bannum intinuit, quod in fauorem clericorum contra iura emanatum et declaratum fuit. Ergo tanto minus optimi principes curarunt, fusque deque tulerunt et

per tria lustra et ultra suffinuerunt absque laesione conscientiae boni et catholici: quia illegitima excommunicantis iudicio aut furore profecta, curanda non est et in caput ipsius excommunicantis redundat. *Ioh. 16. pr. nou. 123. c. 11. COVARRVV in c. m. mater par. I. §. 7. n. 5. de sent. excom. in 6.* Hoc in concilio *Magnus* una cum reliqua episcoporum caterua innocentem et christianum martyrem *Iohannem Huss*, nec non *Hieronymum de Praga* condemnauit ad ignem, quorum fauillae postea in toto imperio atque nostra etiam Pomerania magnum belli incendium excitauerunt, monasteria *Colbatz* et circumuicina loca hostiliter deuastarunt. Interim hic episcopus ad episcopatum *Hildensem* erectus et euectus est, ut hoc *CRANTZ* commemorat *lib. II. metrop. c. 28. Hildesemensi*, inquit, *ecclesiae tum ad annum 25. peruenit episcopus insignis et nobilis uir Magnus, dux Saxoniae inferioris pridem episcopus Caminensis, de qua postulatus per capitulum Hildesemense translatus est ad eam ecclesiam magno multorum applausu, qui de illo spem conceperant optimi pontificis, IDEM lib. II. Sax. c. 11.*

Iohannes episcopus *Hildesimensis* iam laborum pertaesus cum aetate ingrauesceret, comes ipse de *Hoya* natus, episcopatum suum in manus summi pontificis in fauorem Magni ducis Saxoniae, iam dudum episcopi Caminensis, resignat.

Sub hoc episcopo magnus hominum peregrinantium confluxus ad pagum *Kentz* in eparchia *Bardensi* factus est, ut parochus ultra 600. fl. annuatim lucraretur. Sic mundus uult decipi.

Rectius *Otto Jageteuffel*, consul *Sedini*, collegium instituit pro pueris egenis et orphanis, ut in eo educarentur et instruerentur, quod adhuc in usu et a multis laudatissimis uiris dotatur, quorum catalogum grata memoria recenset *R. D. CRAM. lib. 2. hist. Pom. eccles. c. 24.* et *Paulus FRIDEBORNIVS l. 1. hist. Stetin. p. 71.* Hoc de episcopo ita *BRVSCHIVS in tr. de episc. Germ. cap. 11. n. 40.* *Magnus dux Saxoniae inferioris ex episcopo Caminensi, primum Iohannis ignaui episcopi factus coadiutor: eo defuncto postea unanimi consensu capitularium in Hildesheimensem eligitur praesulem.*

CAPVT XXXVII.

De SIGEFRIDO II. uigesimo episcopo Caminensi.

ILLustrissimo principe atque domino domino *Magno* ad episcopatum *Hildesemensem* uocato et translato, *SIGEFRIDVS BOCK*, *Stolpa* oriundus, eius

Anno 1406.

Ioh. Huss et Hieronymus Pragensis damnantur ad ignem.

Magnus fit episcopus Hildesimensis.

Jageteuffel in a. hinc collegium pro educatione puerorum.

Sigefridus II. Bock.

Anno 1403.

Cancellarii
candidati epi-
scopatuum.

Sigefridus
Vpsaliensem
praefulatum
recusat.

plures vicarias
instituit.

1425. 1427.

1429.
Excommunica-
tionis forma.

Aggravatio.

1434.

eius nominis secundus, in episcopum A
electus est. Ratio et occasio huius ele-
ctionis, quia praedictus Sigefridus Erici
ducis Pomeraniae nati, regis Sueciae, Da-
niae et Norwegiae adoptati et corona-
ti, cancellarius fuit et eo tempore imo
antiquiori usitatissimum, ut cancellarii
ad episcopatus promouerentur, docen-
te et deducente Herman. KIRCHN. l. 3. de
officio et dign. cancell. c. 3. et aliis. Hoc
more serenissimus rex et dux Pomera-
niae Ericus, e terra Hierosolymitana B
reuerfus, cancellarium suum SIGEFRI-
DVM non solum episcopatu Caminensi
substituit et praesentauit, sed et Vpsali-
ensi, in Sueciae regno, teste Saxone lib. II.
Vno et quidem patrio, contentus Sigef-
ridus, episcopatum Caminensem re-
gendum suscepit et susceptum admini-
strauit laudabiliter, consecrando et con-
firmando tot vicarias, quot episcopo-
rum nullus consecrauit et confirmauit C
anno 1403. 1406. 1425. 1427. 1429. 1430.
1434. 1436. 1437. 1438. 1445. Et hic non sub-
sistens, alia magis laudabilia fecit, statu-
tum nimirum, ut canonici per electionem,
non uero adoptionem ad maiores prae-
bendas ascenderent. Quia iurauimus,
inquit, nullam habere adoptionem, uolu-
mus in nostra ecclesia Caminensi perpetuis
temporibus sic per conscientias nostras cum
successoribus nostris retinere et frui eiusmo-
di statuto anno 1429. Excommunicatio
Bugislai IX. et matris hucusque durauerat,
cuius formam describit Nic. a KLEMTZ
l. 2. annal. ut illustrem Sophiam et filium
Bugislaum e publico suggestu excommuni-
carent, candelas ardentes proiicerent et hi-
sce significarent, ita e coelo extorres proiici,
sonus campanarum utrobique audiebatur E
et imago Christi crucifixi obuelata admini-
strabatur, quasi Christus omnem gratiam
obuelaret et denegaret: chorus interim can-
tabat: reuelabunt coeli iniquitatem Iudae,
ad perpetuam condemnationem, quam cum
Dathan et Abiram paterentur. Hoc si
non sufficeret, aggravatio excommuni-
cationis fiebat, ut nemo cum praedictis il-
lustribus personis commederet, biberet et
conuersaretur, a testimonio arcerentur,
subditi ab obedientia et iuramentis absolue-
rentur; missa interdiceretur, sacramenta
denegarentur praeter baptismum, nuptiae
absque ceremoniis et solennitatibus consue-
tis celebrarentur, mortui in campis, non ue-
ro coemiteriis sepelirentur. Horrendum
certe auditu; sed ob bonitatem causae
nec illustrissimus dux, neque subditi fi-
delissimi attenderunt. Quod cum per-
ciperet episcopus Sigefridus, litem coe-
ptam persecutus est, non rigorose sed
media incedendo uia, tractatus cum du-
ce illustrissimo inuit, qui, cum minus fe-
liciter succederent, ad concilium Basi-
liense anno 1434. celebratum prouoca-

uit et excommunicationis renouatio-
nem petiit, quam non solum facillime
impetrauit, sed et brachium seculare im-
plorando a Sigismundo bannum impe-
riale sub poena mille marcarum auri pu-
ri obtinuit, cuius executores Iohannes,
Nicolaus et Witzlaus comites de Eber-
stein designati fuerunt, huic arduae rei
impares executores. Quapropter
episcopus SIGEFRIDVS compromisit in
ERICVM regem Sueciae, Daniae et Nor-
wegiae, ducem Pomeraniae, Caminensis
episcopatus compatronum, ut inducias
ferret et rem omnem componeret, sicut
et laudatissime fecit, anno 1436. inter il-
lustrissimum Pomeraniae ducem Bugis-
laum IX. et Sigefridum episcopum, hisce
sub conditionibus et aliis, ut damna illa
compensarentur, quaedam episcopa-
tus bona restituerentur, quaedam reti-
nerentur, et nullus in episcopum elige-
retur, nisi prius illustrissimis Pomera-
niae ducibus, tanquam ueris et unicis
patronis praesentaretur: quibus si com-
placeret, complacitum sit, sin minus
capitulum consensu patronorum alium
eligere possit. TESTES in hoc authen-
tico contractu fuerunt Wedigo de Ram-
min decanus, M. Arnoldus Rambow can-
tor, Wernerus Gryper archidiaconus Pa-
seualcensis, Casparus ab Eickstedte, Rutge-
rus Brinck, Iohannes Blankenborck et alii.
Iam enim rex Daniae ERICVS, apud Ma-
gnum perfecit, ut ecclesia sua Caminensis
successorem haberet, quem ille uoluisset re-
gis cancellarium, inquit, CRANTZ l. XI.
Sax. c. XI. Hic contractus postea ali-
quoties confirmatus est, nimirum a War-
tislao et Erico, ducibus Pomeraniae, anno
1452. a Bugislao anno 1490. deinde Geor-
gio et Barnimo ducibus Pomeraniae an-
no 1524. Hic episcopus primo scripsit,
se Dei et apostolicae sedis gratia episcopum
Caminensem, anno 1440. adstringique
fecit ut in ecclesia Caminensi, quae est
mater omnium aliarum nostrae dioecese-
os ecclesiarum et nostra sponsa, cun-
cta procedant ordinate et unicuique ibi-
dem officio uel beneficio suum debitum
officium impendatur. Sub hoc episco-
po diabolica Dutzbelluorum colluies
in agro Bardensi prodigiose prodiit et
garruit, quod post nouissimum diem
daemones cum Christo in coelis regna-
turi sint, orationem dominicam inuer-
terunt et obscenis libidinibus se pol-
luentes, abrepta a daemone puella qua-
dam, dispersi et euerfi sunt, uti latius re-
cenfet CRAM. lib. 2. hist. Pom. eccles. c. 30.
Idem episcopus synodum fieri cura-
uit et synodales praedecessorum suo-
rum actus confirmauit, anno 1437. Deni-
que anno 1446. uitae periodum absol-
uit et fortunae ludibrium satis perspexit

Anno 1429.

Ebersteinii ban-
ni imperialis
executores.

Ericus rex
Suec. compa-
tronus episco-
patus Camin.

1436.

Ius prae-
sentandi
ad Caminen-
sem episcopa-
tum penes Po-
meraniae duc-
ces.

Contractus
Sigefridiani
testes.

Primus qui se
scripsit Dei et
apostolicae se-
dis gratia epi-
scopum Cami-
nensem. 1440.

Dutzbellui
ἀποκατά-
στασις πάλ-
των
statuentes.

Synodus Pome-
nensis.

1446.

(Rr) in

Anno 1446.

in domino quondam suo trium regno-
rum gubernatorum.

1449.

Archidiaconatus
Pomeraniae
minutus.

Anno 1449. archidiaconatum Star-
gardiensem thesaurario incorporauit, si-
cut et archidiaconatum *Arnswaldensem*
et *Fridebergensem* et *Pyritzensem* mi-
nuit. It. archidiaconatum *Landsber-
gensem* et *Zellinensem* uice-decanatu
attribuit. Hinc limites episcopatus Ca-
minensis olim longiores latioresque
fuisse constat.

CAPVT XXXVIII.

De HENNINGO uigesimo primo episcopo
Caminensi.

Henningus
IVEN
canonice ele-
ctus a capitulo.

HENNINGVS IVEN Stolpensis,
post obitum *Sigefridi II.* episco-
pus a capitulo canonice electus
et illustrissimis Pomeraniae ducibus, se-
cundum praedictum contractus *Sige-
fridiani* uigorem, praesentatus est, qui
cum complaceret, receptus et inuestitus
fuit. Suffraganeum habuit *Albertum* a
Sidow, Gryphisylua oriundum.

Contractus
cum Eberstei-
nio. 1449.

Hic episcopus contractum iniit anno
1449. cum illustri comite *Alberto de*
Eberstein super oblationibus capellae in
uilla *Szabow*, ubi Maria inuenta et gra-
tiosa fuit, ita ut episcopus unam, facel-
lani alteram et ad structuram deputati
terciam prouentuum partem lucrarentur.
Deinde diuersas diuersorum uica-
rias confirmauit, utpote unam in colle-
giata ecclesia *S. Nicolai* Gryphiswalden-
sis, per *Erasmus Volzets* fundatam et
oblatam *Martino Carith*, postea episco-
po. Tres itidem uicarias, a consulis
et camerariis oppidi Camin fundatas, in
capella *S. Georgii*, *Gertrudis* et *B. Mariae*

1454. Synodus.

approbauit, anno 1454. Synodum con-
scripsit et quosdam ecclesiae naeuos ta-
xauit atque correxit, qui instar hydrae
repullularunt. *Ad aures*, inquit, nostras
peruenit, quod non solum minores clerici et
simplicibus beneficiis beneficiati, sed, prob-
dolor, nonnulli clericorum praelati, super-
fluis commensationibus et illicitis confabula-
tionibus insudantes, fere medietatem noctis
impendunt et diuino officio nocturno uix et
raro comparentes. Et postquam domi
orauerint, syncopando horas canonicas
transcurrunt, quasi nullam ad Deum habe-
rent intentionem. Terminariis etiam fe-
uere interdixit, ne ulterius in episcopa-
tu suo terminarent.

Terminarij
interdicti.Academia
Gryphiswal-
densis.

Hoc temporis illustrissimi Pome-
rae dices de noua patriae academia suis
sumtibus erigenda pientissime cogita-
runt et ad summum pontificem propte-
rea scripserunt, qui se prius per episco-
pum Brandeburgensem informauit, ut
ex literis constat, siue bulla commissio-

nis apostolicae, facta episcopo Brande-
burgensi, ad inquirendum de sufficientia
redituum, pro erectione academiae Gry-
phiswaldensis, anno 1455. pridie Calend.
Augusti, in qua petitur ut dd. eiusmodi
priuilegijs exemptionibus praerogatiuis
et dignitatibus gaudeant, ad instar *Dd.*
magistrorum et scholarium studij oppidi
Erfordensis; quodque infra 100. mili-
liaria, prope oppidum Grypswald, tale
studium, quod ad praefens uigeat, non
existat etc. *Committimus, ut diligenter*
te infermes et uisis uidentis in similibus
opportunitis consulas sedem apostolicam et
prouidebitur cetera. Hac consultatione
praehabita, introductio academiae Gry-
phiswaldensis facta ab episcopo Cami-
nensi, in praesentia *Wartislai* et multo-
rum praelatorum, anno 1456. ut tenor
priuilegij indicat: *in nomine saluatoris*
nostri domini IESV Christi amen.

Anno 1455.

1456.

Eius iura et
priuilegia.

Inauguratio.

1456.

Anno 1456. dominica die post festum
sanctorum *Galli* et *Lulli*, fuit solemnitus
introducendum priuilegium nostrae almae
uniuersitatis et studij Gryphiswalden-
sis, per reuerendum in Christo patrem
et dominum, dn. nostrum HENNINGVM,
episcopum Caminensem et eius suffra-
ganeum dn. ALBERTVM, episcopum Sedi-
nensem, de isto oppido natiuum, ac di-
uersos ecclesiae Caminensis praelatos,
praecipue dominos *de Zuina*, archidia-
conum *Vzenamensem*, *Fidericum Zai-
bou* praepositum in *Verchen*, *Marth. We-
del*, archidiaconum *Stolpensem*, *Her-
mannum Stupwacht*, thesaurarium Cami-
nensem et *Hainricum Buckow*, praeposi-
tum, cum toto clero Gryphiswaldensi, in
praesentia illustrissimi principis ac do-
mini, domini ducis *Wartislai*, principis
Stetinensis et *Pomeraniae*, *Slauorum* et
Cassubiorum. Domini principis *Ru-
giae*, comitisque *de Gützkow*, qui priui-
legium nostrae almae uniuersitatis suis
literis petitoriis a sanctissimo domino
Calixto impetrauit, ut e bulla ere-
ctionis et confirmationis constat.

Pomeraniae
ducum titulum.Bulla funda-
tionis.

CALISTVS, episcopus, seruus seruo-
rum Dei, ad perpetuam rei memori-
am. Inter caeteras felicitates, quas ho-
mo mortalis habet et in hac laudabili uita ex
dono DEI nancisci potest, ea non in ultimis
computatur, quod per assiduum studium
adipisci possit scientiae margaritam, quae
bene beateque uiuendi uiam praebet, ac pe-
ritum ab imperito sua pretiositate longe
facit excellere et similem Deo reddit. Haec
praeterea illum ad mundi arcana cogno-
scenda dilucide introducit, suffragatur in-
doctis et in infimo loco natus euehit in subli-
mes. Vnde sedes apostolica, rerum spiritu-
alium et etiam temporalium prouida mini-
stratrix, ac liberalitatis honestae circum-
specta distributrix, omnis commendabilis
exer-

Eruditionis
concomium.

exer-

Anno 1456.

exercitii perpetua et constans adiutrix, ut eo facilius homines ad tam excelsum humanae eruditionis fastigium acquirendum et acquisitum in alios infundendum, semper cum augmento quaesiti inducantur, (cum aliarum rerum distributio massam minuat, scientiae uero communicatio quanto in plures diffunditur, tanto semper magis augeatur et crescat,) continue hortatur, eis loca praeparat et episcopos ipsos iuuat ac fouet et ea, quae pro ipsorum commodo et utilitate, praesertim per catholicos principes, gesta et ab eis processisse comparet, apostolico consuevit munimine roborari. Dudum siquidem pro parte dilecti filii, nobilis uiri Wartislai, ducis Stetinensis et principis Rugiae, fuit nobis expositum, quod oppidum Gryphiswaldense Caminensis dioeceseos ualde insigne et notabile existebat, ac ibidem acris uigebat temperies et rerum ad usum uitae humanae necessariorum, gratia domini, affluebat abundantia et in tali loco situm fuerat, quod pluribus partium circumuicinarum habitantibus accommodum fore dignoscebat et propterea praesatus dux, qui praedicti loci dominus existebat, prout existit, praemissa considerans, ad honorem omnipotentis Dei ac utilitatem reipublicae et augmentum fidei orthodoxae cupiebat, prout cupit in praesentiarum, unum generale studium, quod ibidem perpetuo uigeret et uigeat et in quo theologia, philosophia, ius canonicum et ius ciuile ac caeterae artes et scientiae legerentur, institui et ordinari, ac ipse dux de bonis suis sibi a Deo collatis taliter prouidere intendebat, quod doctores ac magistri in dicto studio existentes sufficienter et competenter possent sustentari. Nos de expositis et adscriptis per eundem ducem certam notitiam non habentes, sumus in ea parte supplicationum inclinati uenerabili fratri nostro, episcopo Brandenburgensi, eius proprio nomine non expresso, per alias nostras literas dedimus in mandatis, ut per scripturam, de expositis et exscriptis huiusmodi se diligenter informaret et consuleret sedem apostolicam et prouideret. Postmodum uero uenerabilis frater noster Stephanus, episcopus Brandenburgensis, habita super praemissis informatione et examinatis desuper pluribus testibus fide dignis, quicquid per huiusmodi informationem repererit ueritate fulciri, scripturam cum dictis testium huiusmodi in authentica forma nobis transmisit, nosque uenerabili fratri nostro Iohanni episcopo Papiensi, in Romana curia residenti, uiuae uocis oraculo commisimus, ut dicta testium huiusmodi uideret, examinaret diligenter ac, ex superabundanti cautela, nonnullos alios testes omni exemptione maiores et dicta eorum super praemissa reciperet et personas examinaret, nobis, quae in huiusmodi negotio uera reperiret, relaturus. Et subsequitur praesatus Iohannes Papiensis epi-

scopus, examinatis per eum testibus praedictis et uiuis attestationibus et dictis aliorum testium, per episcopum Brandenburgensem, ut fides examinatorum nobis retulit, omnia et singula per ipsum ducem nobis exposita et asserta uera fore. Vnde nos de praemissis omnibus plenarie informati, eximiam fidei et deuotionis sinceritatem, quam ipse dux ad nos et Romanam ecclesiam gerit et comprobat, attente considerantes, seruenti desiderio ducimur, quod oppidum praedictum scientiarum ornatur monumentis, ita ut uiros producat consilii maturitate conspicuos, uirtutum ornatibus et diuersarum facultatum dignitatibus eruditos, sitque ibi scientiarum fons et origo, de cuius plenitudine hauriant uniuersi literarum cupidi imbui documentis. His igitur omnibus et praesertim idoneitate dicti oppidi, quod, ut accepimus, ad multiplicanda sanae doctrinae semina et eiusmodi salutaria producenda, magis congruum et accommodum, ut alia oppida et loca ditioni subdita eiusdem ducis, non solum ad ipsius oppidi, sed etiam habitatorum et incolarum regionum circumuicinarum commodum atque profectum, paternalibus affectibus excitati, huiusmodi ducis et in hac parte supplicationibus inclinati, ad laudem diuini nominis et eiusdem fidei propagationem, omnia et singula per ipsum ducem circa negotium dicti studii, acta, statuta et gesta confirmantes et approbantes, autoritate apostolica statuimus et ordinamus, ut in eodem oppido sit studium generale, illudque inibi perpetuis temporibus uigeat, tam in theologia ac iure canonico et ciuili, quam in quauis alia licita facultate etc. Vid. etiam reu. D. CRAMER. l. 2. c. 31. de acad. Gry-

Anno 1456.

phiswald. Huius rei monumentum eiusmodi in ecclesia S. Nicolai Gryphiswaldiae adpictum reperitur: Henricus RVBENOV I. V. D. uniuersitatis Gryphiswaldensis, eius ductu ab illustrissimo principe duce Wartislao nouiter apertae, primus rector. Et subsequuntur alia, quae alio fortean loco commodius tractabuntur.

HENNINGVS episcopus optimus, probus et doctissimus fuit, qui calumniatores et obtrectatores ferre non potuit, sed e contra communem Augustini uerficulum usurpauit:

Aut sumus, aut fuimus, aut possumus esse quod hic est.

Improbe in alterius facta quid ergo furis?

Addit reuerendus noster CRAMERVS l. 3. in fine seu appendice. Et qui stat, uideat ne cadat.

Obiit Henningus episcopus anno 1472. postquam Caminensem ecclesiam per 26. annos et ultra feliciter gubernarat.

Monumentum de super Gryphiswaldensi ecclesia. Rector Gryphiswaldensis primus.

Henningi uirtutes.

Obitus. 1472.

Anno 1472.

CAPVT XXXIX.

De LVDOVICO uigesimo secundo episcopo Caminensi.

Ludouicus comes de Eberstein.

Lis inter Ioh. Abteshagen et Flemmingium composita.

1474. Episcopus uxoratus.

LVDOVICVS comes de Eberstein, rursum in episcopum Caminensem postulatus et electus est a capitulo, consensu patronorum illustrissimorum ducum Pomeraniae. Hic controuersiam inter Iohannem Abteshagen pro-consulem Neo-Treptouiensem et Christianum Flemmingk, super duabus partibus uillae Sleuin diu agitatam, decidit: et cum Flemmingus ad illustrissimum Pomeraniae ducem Ericum appellaret, LVDOVICVS episcopus non nisi papam superiorem agnoscere uoluit, ut e sententia adiudicatoria constat, lata anno 1474. in oppido Cussalin. Hic etiam inter episcopos Caminenses, qui posthabito castitatis uoto uxorem duxerunt, secundum euidentissimam SS. scripturae doctrinam: *Episcopus sit unius uxoris maritus*. Et ne scandalum daret, episcopatu resignauit, cui per septennium praefuerat.

Priuilegia academiae Gryphiswaldensis ita habent: anno 1471. LVDOVICVS comes de Eberstein dominus Neugardiae, postulatus in episcopum Caminensem longo tempore administrauit in dioecesi Caminensi in temporalibus, in spiritualibus non fuit confirmatus. Hic recognouit episcopatum a Wartislao: sicut Henningus praecedens ab Erico duce Pomeraniae. Episcopus enim debet obedire principi laico *gl. in X. orationib. c. reprehend. caus. 23. p. 8.*

CAPVT XL.

De MARINO uigesimo tertio episcopo Caminensi.

Marinus de Fregeno ecclesiae obtrusus, 1479.

Per delegatos

multa egregia pollicetur.

MAXIMVS de Fregeno, ab aliis Martinus de Trigerio dictus, indulgentiarum nundinator, non tam legitime a capitulo electus, quam per S. CALIXTVM IV. pontificem obtrusus et ablegatus fuit, anno 1479. relicta postulatione comitis de Eberstein, nec non reuocata translatione reuerendi patris domini Nicolai Iugen, episcopi Warmiensis, quem papa septem annis a sua ecclesia absoluerat et in episcopum Caminensem praefecerat. Antequam uero MARINVS maritimam episcopam intraret, praemisit Gregorium Schoensfeld, archidiaconum Stargard. et Gregorium Seuerini de Asnes, secretarium, ut episcopatum occuparent, praemissis diuitibus promissis: *Deum testor*, inquit episcopus, *nunquam cogitassem aliquid attentare de episcopatu Caminensi, nisi ani-*

Amatus et inductus a uestra illustrissima dominatione et nisi de fauoribus et auxiliis eius confisus essem, prout adhuc plene confido. Meum enim firmum propositum est, honori, commodo et statui uestrae gratiae, rebus et personae assistere in suisque necessitatibus adesse, integerrimamque fidem seruare, bonum ipsius pro uiribus procurare, malum auertere et caetera singula facere, quae episcopus suo principi praestare tenetur. Intrauit autem dioecesin suam et cepit residentiam in Stetin, ut e libro

B et cepit residentiam in Stetin, ut e libro *Sedem fixit Se-* *priuilegiorum academiae Gryphiswalden-* *sis constat et annotatum est, iussu ducis Pomeraniae, cuius uerba maioris fidei ergo recensebo: Qui quidem episcopus habetur ibidem solemniter fuit receptus, et introductus in Gryfswald, in profesto annuntiationis Mariae, quod fuit feria VI. ante Palmarum. Deinde cepit possessionem in ecclesia Caminensi, dominica uocem iucunditatis, praesente principe terrae domino Bugislao adhuc cooperante. Qua habita, obtinuit obedientiam in Pomerania a Colbergensibus et Coslinensibus et in aliis ciuitatibus circumuicinis: sed pro ista uice castra Coslin et Gulzau a domino Ludouico, postulato ecclesiae Caminensis, non obtinuit. CRANTZ. l. 3. Vandal. c. 20. in fin.*

E ita recenset: Tum uero Gryphiswaldenses episcopum suum Caminensem, dominum MVRINVM de Fregeno, hominem his terris per publicatas indulgentias non usquequaque in optimis notissimum, etiam sacris in locis afficere contumeliis, lapidibus et luto infestare, quod mandatis alienis et insolitis eos adoriretur. Quis autem potuit sperare, Caminenses, populum ad iurgia natum, cum homine omnium uersutissimo pacifice agere? Sed ille iniuriam suam uindicaturus, simul quod ad rubrum in urbe galerum aspiraret, (nam multis ecclesiam obsequiis uidebatur ornasse) Romam contendit ibique, dum multa molitur, diem suum obit, satis exiliter tumultus, qui magnis splendoribus, apostolicus nuncius prouincias multas obibat. Hic episcopus cum Bugislao X. Pomeraniae monarcha renouauit contractum Sigisfridi anno 1450. Ne quis episcopus aut capitularis eligeretur absque consensu patronorum et episcopus ad obsequia teneretur.

G Eodem anno magna insurrexit differentia inter dn. MARINVM episcopum Caminensem et capitulum Caminense, etambo capitula Stetinsia, adeo, quod 3. Febr. contra eum appellarunt, et appellationi maior pars cleri dioeceseos Caminensis adhaesit et etiam dominus MARINVS episcopus appellauit contra capitulum Caminense, et iuit in propria persona ad sedem apostolicam et fuerunt hic inde causae commissae domino cardinali S. Martini, quoad longa tempora processerunt et causas suas agitarunt

Anno 1479.

Sedem fixit Se-

propter praedictas antea indulgentias male tractatur

Contractus Sigisfridi ducis renouatus, 1450.

Propter lites cum capitulo Romam pergit Marinus.

Anno 1450.

Westphalus capituli deputatus 1481.

1482.

Marinus episc. miserrime obiit Romae

omnium cum gaudio.

Coslinensium seditio contra Bugislaum ducem.

tarunt et uentilarunt. Interim *Vlri-A* *gislao IV.* domino meo clementissimo, *cus Westphalus* ecclesiae Caminensis in spiritualibus administrator generalis, a capitulo eiusdem ecclesiae specialiter deputatus est, anno 1481. Idem *Westphal* ecclesiarum Caminensium decanus, nec non *B. Mariae* uirginis *Colbergensis* et *S. Ottonis* Stetinensis canonicus, praefato *Caminensi* episcopo, propter alienationem immobilium bonorum eiusdem ecclesiae, iuxta constitutionem quondam domini *PAULI* papae, ab administratione suspenso, administrator in spiritualibus et temporalibus anno 1482. Eodem anno obiit in curia Romana miserrime die 6. Iulii, *MARINVS* de *Fregeno*, episcopus Caminensis, in litibus, quas sollicitauit ibidem contra capitulum et praelatos, ante definitionem causae. Cuius obitus ualde placuit praelatis et clero quasi totius dioeceseos. Quia si uixisset, indubie multorum malorum, cum multis maleuolis sibi adhaerentibus, autor fuisset in dioecesi Caminensi. *Laus sit Deo excelso, qui omnia nouit dirigere in uiam salutis aeternae.* Ita legitur in libro priuilegiorum acad. *Gryphisw.* fol. 62.

Sub hoc episcopo uulgi *Coslinense* furioso quodam impetu *Bugislaum* ducem captiuum ducit, quae uulgi infamia per episcopum et *Wernerum de Schulenborgh*, prudenter correctae fuit, ita ut clerus, monachi et moniales praedicto duci uexillis suis obuiam irent et errati condonationem humiliter et deuotissime implorarent, quam etiam a clementissimo principe benignissime impetrauerunt.

GRVPIFER illustris, Bugslau lux alma dierum
Dux, decus est nostrum, tantarum gloria rerum,
Si tu exaltari uis, uel si magnificari
Quolibet in festo, regum memor esto.
Sint habitus tales cum clero spirituales:
Cor gere sincerum, sit iudicium tibi uerum.
Dilige personas, si uis augere coronas.
Qui parcant tales uulgo fac officiales,
Flos qui stat, crescit, abrasus crescere nescit.
Militibus large, moneo, tua munera sparge,
Erige ueracos, falsos fuge, pelle procaes.
Auiduae causas aures tu non gere clausas,
Protege pupillos, dele, qui deprimit illos.
Cum fueris felix, quae sint aduersa caueto,
Parcere subiectis et debellare superbos
Parcere subiectis nescit inanis homo.
 Vti legitur adhuc in illustri *Rugiaewaldensium* aula sub illustrissimo duce *Bu-*

gislao IV. domino meo clementissimo, uti allegat reu. D. *CRAMER. l. 2. hist. eccl. e. 365. et seqq.* ubi etiam refert uarios *Carthusianorum* excessus in Pomerania, plenarias indulgentiarum nundinationes et similes una cum eiusmodi admonitione: *Monemus omnes priores et personas ordinis, ut de caetero sint circumspiciti, ne occommodent pecunias aut alia quaecunque dona personis ordinis nostri fugitiuis, aut gyrouagis, nec literis mendicatis aut caluis excusationibus credant. Quodsi contrarium fecerint, nihil inde se recepturos, sperent a prioribus et domibus, unde sunt professi.*

Paulo post iidem *Carthusiani* in electione prioris discordes fuerunt, et per triennium in eiusmodi *ἀταξία* uixerunt.

Interim praedictus *Vrolicus Westphal* uices gessit et ab episcopali sede Caminensi uocatus in spiritualibus et temporalibus administrator generalis per capitulum adoptatus fuit anno 1486.

Summus autem pontifex cardinali cuidam Romano episcopatum obtulit, qui territus alteri cuidam uendidit.

CAPVT XLI.

De BENEDICTO uigesimo quarto episcopo Caminensi.

BENEDICTVS a *Waldstein*, *Bohemus*, non quidem legitime per capitulum Caminense electus fuit: sed quia episcopatum a cardinali coemerat et ecclesiae Caminensi praesentatus fuerat, tandem per capitulum praedictum suceptus et confirmatus fuit, auctoritate ducum Pomeraniae. Hic sub initio episcopatus sui, ut exterus natione *Bobemus*, inquisiuit de praedecefforibus et eo, qui Pomeraniam primum ad christianam religionem conuerterrat, *Ottone* Bambergensi episcopo, cuius uitam et acta ut eo exactius haberet, scripsit ad certos *S. Michaelis* fratres et inprimis *Andream* monachum, qui ita respondit: *Exigitis a me, pater per secula memorande et praesul nominatus in orbe, ut signa et portenta, quae per opinatissimum in secula S. Otthonem ac Pomeranorum apostolum, nouis temporibus diuina peregit clementia, cura diligentissima indagata, in laudem et nomen uiuificae trinitatis, nec non ad excitandos animos plebis, sedula annotare decertem, &c.* eiusmodi adiecto carmine:

Praesul amate Deo, te oro, praesul benedicte
Inter oues proprias me ut miserum numeres.

Reliqua ex *CRAMERO l. 2. cap. 36. &c.*

BENEDICTVS an. 1489. uicariam quandam

Anno 1482. Carthusianorum excessus

et discordia in electione prioris 1486.

Benedictus a Waldstein coemerat episcopatum.

Vitam S. Ottonis conscribere iubet.

Andreas monachus.

1489.

Anno 1489.

Synodus Stargardensis 1492.

in qua prava et impudica clericorum vita taxata.

Archidiaconatus Stargardensis thesaurariae incorporatus. 1482.

Georgius Putkamer coadiutor.

Episcopus Pomeraniam gubernat, absente duce. 1496.

dam ad organum Caminense transtulit. Idem episcopus anno 1492. 8. Octobris synodum indixit in noua Stargardiorum urbe, cuius capitula ad longum recenset R. D. CRAWER. l. 2. c. 36. et l. 3. c. 4. ut et aduerfarii errores intelligant et intellectos corrigant, de computationibus ad kalendas institutis, uariis ludorum generibus introductis, concubinis et eiusmodi rebus aliis, clerum minime decentibus: *Grauem, inquit, accepimus querelam, a praestantibus, nobilibus et quam plurimis honestis uiris, de concubinato clericorum, quod quidam presbyteri mulieres habeant, cum quibus, timore Dei postposito, continue conuersentur, in collatione simul in una mensa comedentes, tanquam iungentes se perpetua mansione et simul colligantes, sic se habentes, ut quos diabolus coniunxit, homo separare non possit, procreantes animalia super terram gradientia, ut post perpetrata crimina et scandalum huiusmodi, tam mulierem, quam sobolem, ad eorum domus cum propriis clauibus accedere palam permittant, publice in facie bonorum hominum sexus utriusque, ualde scandaloſe et patrimonium Christi turpiter confumentes cum eisdem. Easque meretrices cum panno Leydensi, pretiosis subducturis uestiunt, et cingulis argenteis deauratis in scandalum honestarum mulierum exornant.* Interim permisit, ut reſidentes apud ecclesiam, in domibus honestam mulierem, non suspectam de incontinentia, 40. annorum tenere possunt. Hic Benedictus archidiaconatum Stargardensem thesaurariae incorporauit, cum singulis pertinentibus anno 1492. Et cum paulo post eundem archidiaconatum cuidam Bernhardo Olbershausen inaduertenter contulisset, reuocauit hiſce uerbis: *Attendentes dictam collationem et prouisionem nobis per occupationem et inaduertentiam, absque ſcitu et consensu uenerabilis capituli ac coadiutoris nostri taliter qualiter obtentam, fore nullam. Nolentes etiam per hoc concordiae et unioni inter nos alias per illustrissimum principem et dominum generosissimum dominum Bugislaum Stetinensium, Pomeranorum, Cassubiorum et Slauorum ducem ac uenerabile capitulum nostrum, super controuersis et differentiis, occasione administrationis aliisque de causis exortae, factae et initae contrauenire an. 1494.* Huius episcopi coadiutor ac ecclesiae et totius dioeceseos in spiritualibus generalis fuit Georgius Putkamer, alias cantor ecclesiae Caminensis et eiusdem et B. uirginis Mariae Colbergensis ecclesiarum canonicus. Hic episcopus in alma uniuersitate Gryphiswaldensi aliquot doctores et licentiatos creauit et insignia contulit. Anno 1496. Bugislaos Pomeraniae monarcha, uti uocatur

a SCHVLTZIO et CHYTR. iter sacrum fufcipiente, BENEDICTVS episcopus cum cancellario, Georgio Kleiſt, Pomeraniam laudabiliter adminiftrauit locumque tenuit. In hoc itinere S. pontifex Bugislaos collationem praepositurae Colbergensis et aliarum concessit, non attentis principum Germaniae concordatis, siue mensae pontificis, siue alia uacauerint, obtulit atque consensit, ut capitulo Caminensi Martinus Carith comes itineris et cancellarius episcopatus Caminensis adiutor designaretur, sicut etiam per aliquot capitulares Caminenses, Romae tunc existentes, designatus et a summo pontifice confirmatus est. Annalifstae et R. D. CRAMER. l. 2. hist. Pom. eccl. c. 37. Reuerſus itaque illustrissimus dux anno 1498. tractauit cum Benedicto episcopo, aliqua ex parte non fatiſ idoneo ad regnandum episcopatum, ut Martinum Carith uel in coadiutorem fufciperet, uel totum episcopatum cederet: quod si facturus eſſet, promiſit, se certam pecuniae summam episcopo exſoluturum, quam simul in moneta aurea demonſtrauit. Hac auri fame inductus et ſeductus bonus ille episcopus, resignauit et ceſſit episcopatum, reliquum uitae curriculum in ueteri Sedino tranſegit, ibique antiquum naturae debitum perſoluit: in aede Mariana ſepultus. Nicol. a KLEMTZ l. 3. anal. Pom. ſubiungit, inter episcopi domesticos quendam Italum, Maritto dictum, fuiſſe, qui, cum delicias approbaret, malo ſermone Latini et Germanico Rhythum fecit. *Ali mali, pulli nulli, piſculi parui, Hering, Flackfiſch, Dörch ſind Pommriſche Richtly* meliores certe, quam feraces Italorum pepones atque melones. Hic focus episcopo mortuo in patriam reuerſus eſt.

CAPVT XLII.

De MARTINO I. uigeſimo quinto episcopo Caminensi.

MARTINVS Carith, nobili dioceſeos oppido Colberga oriundus, egregius uir, magiſter et decretorum doctor in episcopatu ſuceſſit, commendante et praefentante illustrissimo duce Bugislaos X. anno 1499. Hic ſub initio regiminis ſui eccleſiaſtici deprehendit, quod ſtatuſ clericalis in morum diſſolutionem, diſformitatem et religionis demigrationem peruenerat, uti Carthuſiani ante uetus Stetinum potius alchymiae, quam liturgiae operam nauarunt. Idcirco ſynodum anno 1500. 3. Octob. indixit, et ſtatuta praedeceſſorum ſuorum acriter renouauit, quae

Anno 1496.

Collatio praeposituratum concessa Bogislaos duct.

Martinus Carith coadiutor.

Benedictus auri fame alleſtus resignat episcopatum.

Pomeranorum ſerculuſ rhythmus.

Martinus Carith electus commendatione ductus. 1499.

In Synodo Sedinensi an. 1500. mores diſſolutos clericorum corrigiſ.

Anno 1502.

quae recenset punctatim R. D. CRAMER. A lib. 2. hist. Pom. eccles. c. 38. et l. 3. c. 1. et 4. hac cum subscriptione: *De mandato reuerendi in Christo patris, et dn. dn. Martini, episcopi Caminensis, synodum generalem in oppido Sedini, ibidem in ecclesia collegiata B. Mariae uirginis, in infulis celebrantis, lecta et publicata fuerunt, haec supra scripta statuta, per commendabilem uirum dn. et magistrum Thomam Haber, B. Mariae Colbergensis et S. Nicolai Gryphisw. ecclesiarum canonicum, praesati domini episcopi cancellarium, uenerandis patribus tam Cisterciensibus, quam Praemonstratensis ordinis abbatibus baculatis et uenerabilibus et commendabilibus uiris cathedralis Caminensis, quam aliarum ecclesiarum collegiatarum canonicis et generali tam secularium, quam religiosarum personarum, clero astantibus, grata et rata habentibus. In cuius rei testimonium supra dicti reuerendi patris et domini Martini episcopi sigillum praesentibus est impressum.* Canone §. 5. ita conqueritur episcopus: *Mulieres de incontinentia suspectas, palam et publice in domibus eorum tenent et habent, non quasi famulas, sed tanquam uxores legitimas uenerantur, in mensa una comedunt et bibunt, uestimentis pretiosis et clenodiis ultra modum, ad instar nobilium honestarum dominarum, exornant, et ut semen eorum in nationibus prauis et adulterinis crescat, omnem substantiam, de patrimonio Christi acquisitam, in dotem filiorum et filiarum, ex tam damnabili coitu procreatorum, exponunt. Et quod deterius est, inquisitis ingeniis, in eorum beneficiis faciunt successores, uolentes aeternum de iniquitatibus eorum gloriari. De oppido ad oppidum pariter in curribus ad solemnitates nuptiarum et conuiuia laicorum uadunt, eminentiorem locum cum eorum Delila usurpando.*

Eius querela.
Vicariam Retzensis confirmat an. 1502.

Hic episcopus uicariam, a nonnullis Retzensibus oppidanis fundatam, confirmauit anno 1502. 20. Aprilis. Quod communi uerficulo dicitur: *Non audeat Stygius Pluto tentare, quod audet Effrenis monachus, plenaque fraudis anus.*

id ex eo patet, quod in incluta Sundensium republica hoc temporis muliercula fuit, cuius filius sacerdos cum nullum ecclesiae beneficiolum obtinere posset, plena fraudis anus eiusmodi fraudem inuenit: excauatum crucis lignum a uermibus corrosum accepit, operculum superius fecit, in capella S. Mariae uirginis collocauit, sanguinem infudit, qui pedetentim exstillare coepit. Hoc indicante muliercula, magnus hominum, tam religiosorum quam laicorum, concursus factus est, miraculum depraedicatum, candelae cereae accen-

Miraculum falsum et fraudulentum

fae, indulgentiae commissae et eiusmodi substitutiones celebratae, adeo ut alter monachorum ordo alteri lucrum inuideret et contradiceret, non esse miraculum sed fraudulentum quoddam inuentum. Parochus urbis, *Reimarus Han*, uir religiosus, ut rei ueritatem aut falsitatem indagaret, unanimi clericorum consensu statuit, ut imago inspiceretur, quo facto, fraus deprehensa et illusio monachorum etiam sacra uenditantium non immerito facta est. Inuentrix siue inuentrix eiusmodi fraudis, ut acerbepuniretur, excommunicatio subsecuta est, quam cum integro septennio muliercula pateretur, officialem episcopi tandem implorauit et, oblata pecuniola, liberationem ab anno impetrauit. Hoc officiali defuncto, successor excommunicationem renouauit et similiter tantum pecuniae extorquere uoluit; quam cum muliercula paupera exsoluere non posset, publicam poenitentiam agere coacta fuit.

Sic auro uenalia cuncta.

Recenset hanc fraudem Nic. KLEMTZ. l. 3. annal. Pom. et CRAM. l. 3. hist. Pom. ec. c. 3. Memini similes imposturas in Italia et ipsa Roma factas, pisiculis iniectis ad mouendum sanguinem, quas breuitatis ergo praetereo, nostris contentus.

Episcopi in singulis ciuitatibus officialem constituerant, ut in spiritualibus iurisdictionem exerceret, quosdam remoueret, quosdam institueret, quod cum fecit, miserum populum et clerum pecunia emunxit et euiscerauit, ita ut, qui maiorem pecuniae cumulum offerret, is episcopo omnium gratior esset. Hinc e tanta clericorum auaritia uulgi querela enata est.

Quid sibi uult haec molitio?

Aduersus clericos non est tuitio.

Was ist das vor ein Wefen?

Wir moegen vor den Pfaffen nicht genesen.

Carthusiani ante uetus Stetinum ordinarunt, quod moniales non uisitent monachos aut conuersos, uel uiros alias degentes in domibus earum, sub obtentu uel colore infirmitatis uel alterius causae: nec priorissae super hoc possint dare licentiam, sed uisitentur uiri infirmi per uiros, et mulieres infirmae per mulieres, nisi pro sacramentis administrandis. Nec monachi intrent claustrum monialium, nisi secundum statuta, adiecta utrobique poena. Hoc equidem animo breuiarium, secundum Caminensis ecclesiae rubricam, bene prospectum et diligenti accuratione reuisum, caractere insuper nitido pressum, expensis praestantium uirorum Petri Wernitzes (ut uulgo dicunt Schwab) tunc temporis *Francofordiae*, quam Odera

Eius patris excommunicatio poenitentia

Clericorum auaritia

Carthusianorum ordinatio

Breuiarium Caminense reuisum et typis expressum. 1505.

Odera

Anno 1505.

Odera alluit, consulis et *Alberti Buchholtz*. A
 ciuis eiusdem, opera uero solerti et labo-
 re industrii uiri, *Conradi Kachelofen*, insi-
 gnis oppidi Leipzen in conciuis, anno
 christiana pietatis 1505. die uero 7. No-
 uarum Octobrium, felicem sortitum est
 finem, recusum Basileae anno 1521. Sed
 breui hoc breuiarium cessauit atque re-
 ligio mutata est.

Martini Carith
dicta arguta.

MARTINVS *Carith* eius
 nominis II. doctus, deuotus et prudens
 episcopus fuit, ut ex lepidis eiusdem di-
 cterii constat: exemplo *Catonis*, mari
 se non commisit, quo terra peruenire
 potuit et, cum aliquando *Sedino Iulinum*
 uersus per aquam proficisceretur, ne-
 que uentus secundus afflaret, argute di-
 xit: *Laudo meum cauponem*, siue equum
 sic uocitatum, qui trahit ante omnes uen-
 tos, quasi diceret: Laudo mare, teneo
 terram. Quando status episcopales
 magna pompa et numero conuenerant, C
 et interrogatus, cur non ipse etiam in-
 signiori comitatu accederet? Respon-
 dit, *se amicos suos de Abc conuocaturum*
 h. e. alphabetarium et literatum con-
 filii telum ex propria pharetra petitu-
 rum, remque omnem expediturum esse.

Nachhallu-
cinationes.

Quia uero nemo bonus aduocatus in
 propria causa, episcopus interdum ab-
 errauit, nempe in clientela et saluo con-
 ductu, quem *Simoni et Gregorio Matern*. D
 capitalibus *Sedinensium* inimicis con-
 cesserat. Hi enim animosiores facti,
 accersitis aliquot nobilibus et aliis, mer-
 catores utrobique inuaserunt et depraedati
 sunt, ut longius uidere est e *M. Cas-
 spar SCHVTZEN l. 9. chron. Pruss.* Inter
 alios quidam nobilis hac occasione de-
 prehensus fuit. Emerat ab episcopo ui-
 cum *Budlitz* et, cum termini solutionis
 appropinquarent, ter mille aureos simul
 numerauit, qui cum non minimam suspicio-
 nem praedaturae induceret, a *Colbergen-
 sibus* in carcerem coniectus est. Epi-
 scopus mandauit, ut torturae subiiceretur
 et cum nihil extorquere possent, ni-
 hilominus consensit, ut capitis poenam
 lueret. Hinc frater decollati, non so-
 lum *Colbergenfium*, sed omnia episco-
 patus bona inuasit, et misere depopula-
 tus est, ita ut nullus mercatorum tuto
 ire aut redire posset. Idcirco non im-
 merito illustrissimus dux *Bugislaus* epi-
 scopum coarguit, quod eiusmodi ma-
 lorum epitomen in patriam et episco-
 patum introduxisset. Et a *Nicol. LEV-
 TING. part. 3. comment. lib. 1.* laudatissimo
 principi falso adfingitur, *quasi ea calami-
 tate non fuerit motus, quin iuuare putaretur,
 per nota effugia securitatem et tu-
 tum receptum praebendo.* At histori-
 ci non est putare, sed rei ueritatem en-
 narrare, quam miser ille *Leutingerus*
 ignorauit, adfingendo principi illud,
 quod episcopus peccauerat.

Scripserat etiam princeps, ut nobili
 captiuo ius et iustitiam administrarent,
 nec iniusti quid decernerent, quod epi-
 scopus et *Colbergenfes* de executione
 prae intellexerunt et praeposteram ca-
 pitis diminutionem statuerunt. Acces-
 sit et aliud *Bugislai* odium in episco-
 pum, quod refert *CRAM. l. 2. hist. eccles.
 Pom. c. 40.* et *NIC. LEVTINGER. par. 7.
 comment. p. m. 27.* quae etiam in electione
 sequentis episcopi adiciemus.

Mortuus est MARTINVS *Carith*. an. 1522.

1522:

CAPVT XLIII.

De ERASMO, uigesimo sexto episco-
 po Caminensi.

ERASMVS *Manteufel* de *Arnhausen*, *Erasmus Man-
 teufel de Arn-
 hausen ep.
 Cam.*
 ex antiqua et nobili familia pro-
 genitus, optimis disciplinarum et
 pietatis studiis addictissimus, ita ut in
 utroque iure licentiam honeste ambi-
 ret, nec inde uitam generis nobilita-
 tem obfusari existimaret, ad episcopa-
 lem dignitatem euectus est. Primo co-
 adiutor designatus, ad petitionem ducis
Bugislai, a Leone pontifice, quae coad-
 iutoria constitit ultra 15000. florenos,
 per *Nicol. BYLDMANNVM* expedita.

Wolfgangus equidem de *Eberstein*, pro-
 cerus corpore et animi dotibus excel-
 lens, studia sua in academia *Gryphis-
 waldensi* et aliis locis diligenter secta-
 tus fuit, et eo contendit, ut episcopi se-
 nio confecti coadiutor designaretur et
 consequenter succederet. Sed res ali-
 ter euenit. Vltus est opera fratris
Georgii, qui in aula *Berolinensi* uiuit, an.

1518. et electoris *IOACHIMI I.* interces-
 sione in comitiis *Augustae* celebratis, li-
 teras commendatitias *Caesaris MAXIMI-
 LIANI* et statuum imperii ad *LEONEM X.*
 pontificem Romanum impetrauit, ut
 uacante sede *Wolfgangus* in demortui
 Caminensis episcopi locum surrogaretur.

Id quod nec *Leo*, nec episcopus,
 nec collegium canonicorum improba-
 bant, quia comes non solum doctus, sed
 et ad episcopatum gerendum idoneus
 uidebatur: *Bugislaus* autem duci per-
 quam molestum accidebat, tam leuiter
 auctoritatem suam aestimari, ut sine con-
 sensu suo, qui esset ecclesiae *Caminen-
 sis* patronus, in eam quisquam immit-
 teretur. *Caesar* nihil iuris in hoc epi-
 scopatu unquam habuit, et pontifices
 abusi sua potestate in obtrudendis epi-
 scopis, uti conqueritur *CRANTZ. in me-
 trop. c. 36.* *Stomachatus* igitur *Bugislaus*,
 iussu ducis *Em-
 per* interdictum collegio canonicorum
 praecipit, quod, si ad eum casum res de-
 cidatur, ut noua noui episcopi electio-
 ne opus sit, uota sua non ad comitem de
Eberstein, dn. in *Neugard*, sed *Erasmus*
Man-

intercessione *Io-
 achimi I. elec-
 Brand.*

sine consensu
 ducis *Bugislai*,
 coadiutori pro-
 moto.

iussu ducis *Em-
 per*.

Anno 1522.

Georgius de Eberstein irritatus,

Massouiam accipit et certam pecuniae summam ab episcopo.

1530. Religionis mutatio.

Tractatus Suiuentis, 1531.

in quo episcopus duces agnoscit patronos

et eius continuatio an. 1541.

Manteuffel, Georgii filii, aulae morum atque doctrinae magistrum iustis suffragiis dirigant. Addunt alii simul collegium apud pontificem et Caesarem accusasse, donec peruinceret et, repudiato comite de Eberstein, Erasmus in episcopatus possessione confirmaretur: Istud aegre ferens Georgius comes, territorium Neugardense, et quae bona in Pomerania acquisiisset, uendere parabat. Cui Bugislaus dux, ut beneficio aliquo emolliret, Massouiam cum praefectura omni dono dedit, perfecitque, ut Erasmus episcopus Wolfgango comiti certam pecuniae summam quotannis persolueret, uacantemque proxime canonicatum concederet, uti praepositus et decanus capituli factus est anno 1330. Sub hoc ERASMO mutatio religionis incidit et diuersae controuersiae inter illustrissimos Pomeraniae duces Barnimum atque Philippum nec non episcopum enatae fuerunt, ad quas consopandas tractatus prope fluuium Suina institutus, an. 1335. 27. Iun. praesentibus Iacobo Wolbesar, Bartholomaeo Schwecken, Ioachimo Moltzan, Alexandro von der Osten, Lütkebarn, Iodoco von Dewitz, Laurentio Kleist, Ottone von Wedel, Thoma Kamzouio et aliis illustrissimorum consiliariis, e parte episcopi et capituli, Nicolao Damitzen, Wendigone Blanckenborch, Tesmaro Kamecken, Wilhelmo Natzmer, Pribislao Kleist, Iaspere Teschenmacker, Nicolao Schleiff, Ioachimo Gunterberg et aliis. In hoc tractatu ERASMVVS episcopus Pomeraniae duces pro patronis non solum recognouit, sed etiam uti sincerus patriota asseruit, se potius capitis poenam luiturum, quam ius patronatus, illustrissimis competens, in dubium uocare. Continuatus est eiusmodi tractatus anno 1541. 17. Nou. et episcopo indicatum est, quod pactis haereditariis insertum esset, ratione episcopatus indubitatae Pomeraniae partis, ut illibatus conseruaretur, mutata tantum religione et pontificis iurisdictione suspensa. Admonitio etiam facta fuit, ne collectae imperii ad imperialem, sed principis cameram deferrentur, uti status imperii mediatos decet, et ita factum tempore Maximiliani, quo census uulgaris, der gemeine Pfennig, non imperatori, sed illustrissimo duci Bugislao exsolutus fuit. Episcopus una cum praelatis denuo et ingenue professus est, se solos Pomeraniae duces episcopatus patronos et conseruatores cognoscere et submisse petere, ut impofterum ab iisdem conseruetur et defendatur, larga obsequiorum promissione annexa. Testes fuerunt praesentes Ioachim Moltzan marschallus, Iodocus a Dewitz, Bartholomaeus Schwane, Bal-

thasar uon Wolde, D. Iodocus Moltzan, Vlricus a Schwerin, Wolfgangus a Wedel, Mauritius Dam, Nicolaus a Klemprze, Iacobus Philippus Oefler et alii. Postquam ita ERASMVVS ecclesiam Camin. per 22. annos prudenter rexisset, diem obiit 1544.

Anno 1544.

Erasmus episc. obiit 1544.

CAPVT XLIV.

De IOHANNE BVGENHAGIO designato episcopo Caminensi.

HVCUSQUE catholici semper electi fuerunt episcopi: accrescente uero superstitionum eclipsi, noua euangelii apocalypsis reuelanda fuit, per insigne illud organon D. Mart. Lutherum et reliquos *συμμάχους*. Inter hos non postremum locum obtinet IOHANNES BVGENHAGIVS, κατ' ἐξοχήν siue per excellentiam Pomeranus dictus, S. S. theologiae doctor et professor in celeberrima academia Wittenbergensi, natus Iulii anno 1485. moderato ingenio et eruditione uaria et rara ex cultus, ut de eo expressa testatur Iac. Aug. THVAN. Gallus l. 21. hist. Iuuenis enim Gryphiswaldiae sua prima philosophiae fundamenta ita iecit, ut uigesimo sexto aetatis anno neo-Treptiam uocaretur ad rectoratum, ubi iuuentuti cathedrae, Matthaeum, epistolam ad Timotheum et psalmos ita praelegit, ut non solum iuuentutem, sed et multos sacrificulos, monachos et ciues conuerteret ad ueram Dei agnitionem. Anno 1521. Wittebergā concessit, Carolstadio con-

Iohannes Būgenhagen.

Nomen Pomeranorum apud Helas.

Primum rector Treptenensis.

dein Wittebergae Carolstadio se opponit 1521.

A ducibus terra unanimiter in episcopum electus.

ad tollendos abusus in eccles.

(Sf) dies

Anno 1544.

dies patuit, neque feris firmari ullis potuit, ut exinde uernaculum prouerbum fit enatum: *Es stehet immer offen wie die Polnische Kirche* quod hodie uerissimum, quia collapsum. Error huius seculi tam crassus fuit, ut uel rustici animaduertent, uti lepida narratur historia de rustico, qui sub monte *Gollenberg* habitauit et pro impetranda remissione peccatorum *Compostellum* ad S. Iacobum peregrinatum abiit et absolutus quaesuit, num locus quis sanctior esset in mundo? et cum monachus affirmaret, sanctiorem haberi in monte *Gollenberg*, iracundus euouit: *quem diabolum igitur hic quaero, cum sub Gollenbergio habitem.* Ita mundus uult decipi. Ad hos et similes eiusmodi errores corrigendos et reformandos **BVGENHAGIUS** strenuam operam nauauit, sed episcopatum repudiavit, contentus sua sorte et memor uersiculi:

uel rusticos necat.

Episcopatum recusat.

raro exemplo,

Crede mihi, bene qui latuit, bene uixit. Quod hoc seculo rarissimum, nec amplius reperiuntur, qui se sub specus abscondunt, ne ad praelaturas promouantur: multo minus qui sibi nares et aures abscondant, quo fiant incapabiles ad functiones et dignitates ecclesiasticas, quae requirunt homines integros et animas sanctas, ut **IOSEPH.** inquit *l. I. de bello Iud. c. u.* *Oportet sacra ab integris tractari.*

regem Daniae inaugurat.

In honorem nostri Pomerani breuiter adiiciam, quod electum **Daniae regem Christianum** una cum regina publicis solennitatibus et ceremoniis christianis inaugurauit, inauguratum unxit, unctum coronauit, cuius rei seriem si quis legere cupiat, legat **Georg. a LEVTEBECK fol. 15. et seqq. CHYTR. in Saxon. p. 378.**

CAPVT XLV.

De **BARTHOLOMAEO uigesimo septimo** episcopo *Caminensi.*

Schwaueniorum familia antiqua et nobilis.

Bartolomaeus praesentante Barnimo IX. duce Pom. electus.

A tribus superintendentibus ordinatur et inuestitur.

BARTHOLOMAEVS Schwauenius ex antiqua et nobili familia oriundus, quae adhuc in regno **Daniae** et utraque **Pomerania** orientali et occidentali floret, uir acris iudicii, prudens et doctissimus, in episcopum **Caminensem** electus est, intercedente et praesentante **Barnimo IX.** cuius cancellarius erat. Hic primus inter episcopos euangelicos non a summo pontifice sed a tribus *superintendentibus* in praesentia 7. pastorum confirmatus, ordinatus et inuestitus est et lectis compluribus **S. S. scripturae** dictis, tanta cum deuotione, ut auditorum oculis lacrymae uberim elicerentur. Errat igitur **Iohannes GVAETHERIVS** in *chronico chronicorum*

tom. I. p. 1177. dum ita scribit: **Bartholomaeus Suauenius a Stolpe militum ductor resignauit.** Non enim miles armatus, sed togatus, neque ductor, sed doctor fuit ecclesiae **Caminensis** et, antequam resignauit, sub initio episcopatus, contractum cum illustrissimis **Pomeraniae** ducibus **Barnimo** et **Philippo** iniit, quem a loco siue oppido *Coslinensem* uocant, anno 1545. 12. Oct. Contenta: *ne episcopus absque consensu et nominatione ducum eligatur: ut electus et nominatus illustrissimis iuramento se obstringat, quod uocant Raths-Pflichte: collatio canonicatum et praebendarum penes duces esto: electio huius episcopi Bartholomaei nominatim inferitur: obligatio eiusdem et capituli de fidelitate et contractu seruando. Mutua ducum promissio de clientela, defensione et exemptione episcopatus, contributiones imperii et episcopatus ducibus exsoluantur. Confirmatio et literae inuestiturarum ab his petantur gratis: episcopatus priuilegia, immunitates et statuta de nouo confirmantur: status episcopales non grauentur aut turbentur in iurisdictionis exercitio: appellandi beneficium ad cameram imperialem immediate ex singulari ducum permissione obtinendo, id quod reuersalibus profiteantur: obligatio episcopi Bartholomaei pro se et successoribus, capitulo et ordinibus episcopatus **Caminensis**, se **Pomeraniae** duces uti patronos et fundatores ueneraturum, statum imperii immediatum non affecturum, sed illustrissimis obsequia fidem et obedientiam praestitutum.* Haec sunt praecipua contractus **Coslinensis** capita: status uero nonnulli siue ordines episcopatus hunc contractum in dubium uocarunt et conuesti sunt desuper, apud inuictissimum **CAROLVM V.** anno 1548. qui mandatum cassatorium decreuit. Ab hoc illustrissimi ad comitia **Augustae** indicta prouocarunt, ubi per decretum causa ad imperialem cameram remissa est. In hoc libello exhibitio exceptiones productae et tandem lis mortua est.

Anno 1545.

Contractum Coslinensem iniit, a 1545.

frustra ab ordinibus impugnatum 1548.

Interea illud interim per anagramma *mentiri* enatum est, quod utrum recipiendum nec ne, acriter quaesitum fuit. Conuentus generalis in inelyto **Sedino** anno 1548. Mense Decembr. die lunae post **Aegidii** indictus et in diuersas sententias itum est. Nonnulli **Demadis** oratione admoniti, ne, si *coelum defendent, terram amitterent*, **Caesaris** potentiam timuerunt et alia aliarum ciuitatum exempla in superiori **Germania** allegarunt, quae iam recepissent: *quamuis periculosum sit, ad alterius exemplum se conformare, ubi non eadem ratio, prudentia et fortuna subest.* **GVICCIARD. lib. I.** Nonnulli contrarium fenserunt, religionem non cogendam, sed docendam et semel susce-

Conuentum habet generalem Sedini, num interim sit recipiendum.

Anno 1548. fufceptam acriter et alacriter defendendam, etiam cum discrimine uitae et omnium bonorum iactura.

Fortius ut surgit duro sub pondere palma:

Sic magis accrescit duris ecclesia rebus.

quod Pomerania exoleuit.

Intermedius ergo BARTHOLOMAEVS episcopus theologorum uota diligenter exquisiuit, quae cum suffragiis communibus eo contenderunt, ut Caesari darentur, quae sunt Caesaris et Deo, quae sunt Dei, suavit ut S. Caes. maiestati illustrissimi Pomeraniae duces in temporaneis debitam obedientiam praestarent, ut in ecclesiasticis auream conscientiarum libertatem retinerent et magis Deo, quam hominibus obedirent, nec Interim reciperent, ut non receptum, sed potius interceptum, imo occisum esse a rustico iocose dicitur, ut animal ignotum. Articuli XV. a R. D. CRAM. lib. 3. hist. Pom. eccles. c. 28. recensentur, ob quos in Pomerania Interim minime receptum, sed omne religionis negotium ad concilium generale liberum et christianum dilatorie remissum est.

Resignat episcopatui, postquam uxorem duxisset:

Anno insequenti BARTHOLOMAEVS episcopus certas ob causas resignauit: cum quia spreto concubinato legitimam uxorem duxerat, tum quia uarii religionis tumultus in S. R. I. exorti fuerunt: quibus ne implicaretur, abdicauit se a publico officio et priuatum uitae genus ambiit, factus capitaneus Butouienfis

Profuit at modicae sortis cecidisse quietem.

et de hinc de Paedagio erigendo ducibus auctor est.

Ecclesiam Caminensem per quinquennium liberaliter gubernauit et, resignatione facta, illustrissimis Pomeraniae ducibus pia et salutaria consilia communicauit, ut praeter academiam Gryphwaldensem, paedagogium quoddam fundaretur, e quo, tanquam equo Troiano, felicissimus doctorum hominum prouentus ueniret. Euocatus ex hoc miseriarum ergastulo anno 1562. superuixit frequentem episcopum.

Obit 1562.

CAPVT XLVI.

De MARTINO II. trigesimo octauo episcopo Caminensi.

Martinus Weiber.

MARTINVS Weiber, in Leba canonicus et cantor Caminensis, ex antiqua et nobili familia, quae non solum in Pomerania, unde originem trahit, sed et in clyto Poloniae regno ad summam palatinatus dignitatem peruenit, in episcopum non tam canonicus electus, quam Romam missus a praedecessore suo, ut confirmationem

A praedecessore Romam missus

papalem impetraret, quae cum maritato denegaretur, ipse episcopatum ambiit et confirmationem a summo pontifice secum adduxit, inuitis Pomeraniae ducibus, utpote qui tantum iuris papae non amplius concesserunt. Et ipse papa IULIVS rescripsit ad capitulum Caminense: uolumus et auctoritate praedicta declaramus, uos, dicto Martino electo cedente et decedente, seu dictae ecclesiae alias quomodolibet praeesse desinente et illa in futurum pastore carente, ad electionem pro tempore futuri inibi episcopi, alias iuxta concordata et consuetudinem eiusmodi libere et licite procedere posse, in omnibus et per omnia, perinde ac si electio huiusmodi etiam hac uice per nos et sedem praedicatam approbata et confirmata fuisset. Romae anno 1551. Carolus V. ad hunc episcopum scripsit, ut se ratione Interim declararet, ter etiam ad comitia uocauit anno 1554. Nihilominus intercedente, iurante et resignante Suanenio, MARTINVS eius nominis secundus episcopus Caminensis, confirmatus est ab illustrissimis Pomeraniae ducibus et ecclesiam sub noua euangelii luce per septennium mediocriter gubernauit: quamuis alii referant, quod male administrauerit et uitam rugitu finierit anno 1556. Contrarium ex inscriptione sepulchri patet, quod Corlini in ecclesia erectum est et ita sonat:

Anno 1548.

inuitis ducibus a pontifice confirmatur episcopus.

1554: Postea etiam ducibus Pom.

1556. Eius epitaphium.

Hoc tumulo placide Martini membra quiescunt

Weyeri, de quo pauca uiator habe: Stemmata si clarum faciunt et nomen auitum,

Hic summos inter nomen habere potest.

Saluisfci magno uerbi flagrabat amore. Voluebatque sacros nocte dieque libros.

Et quod praecipuum dicas in praesule munus,

Inspector Christi fidus ouilis erat. Multa piis uerbi praebebat dona ministris

Et qui musarum sacra theatra colunt. Non hic iustitiae, non pacis amantior alter,

Non ad congressus promptior alter erat.

Eloquio multum patrio in sermone ualebat:

Et poterat prompte uerba latina loqui.

Imprimis casti mores et uita fuerunt: Caueat ne potu languida membra forent.

Caetera praeterea, quae si numerare studerem

Non foret hoc saxum paruaque charta capax,

(S f) 2 Sed

Anno 1556.

Sed postquam nobis septennis praefuit

Vltima tam clarum fata tulere uirum.
Nec dubium est nobis supera quin luce fruatur

Aeterni faciem cernat et ipse patris.
Vnice mortalis generis pie Christe redemptor,

Qui λόγος aeterni diceris esse patris:
Nostra tibi semper sit summa ecclesiae curae:

Tu sacro flatu pectora nostra rege!

CAPVT XLVII.

De IOHANNE FRIDERICO uigesimo nono episcopo Caminensi.

Iohannes Fridericus dux Pomer. anno act. XIV. postulat. 1556.

fit rector Gryphiswaldensis.

1560.

Regimen suscipit anno 1569. Cui tamen resignat, anno 1574.

Obit 1600.

IOHANNES FRIDERICVS, dux Stetini Pomeraniae, rursus creatus et postulatus est Caminensium episcopus, anno 1556. 26. Aug. 14. aetatis annum agens, post electionem siue postulationem ad academiam Gryphiswaldensem ablegatus, rectoris officium suscepit et studium diligenter incubuit, ut ecclesiam sibi commendatam eo melius regeret et administraret. Vnde etiam ad aulam imperatoris uicinam se contulit anno 1560. ut artem gubernandi a supremo S. imperii gubernatore addiceret: ubi uaria legatorum exterorum iudicia attendit et in comitiis illustres comitorum hospites lingua latina excepit. Absoluto studiorum et peregrinationum curriculo domum reuersus est an. 1569. et ecclesiae Caminensis regimen honorifice suscepit et susceptum laudabiliter gessit, usque ad annum 1574. quo resignauit et duntaxat gubernationem orientalis Pomeraniae retinuit, cui per annos 31. et episcopatu per annos 18. praefuit. De hoc CHYTR. l. 19. Saxon. in pr. Caminensem in Pomerania episcopam. post Martini Weigeri obitum, Iohannes Fridericus dux Pomeraniae, Philippi filius, collegio a patre commendatus, obtinuit.

Obiit hic optimus princeps et quondam episcopus anno 1600. 5. Idus Februarii.

CAPVT XLVIII.

De CASIMIRO, trigesimo episcopo Caminensi.

Casimirus dux Stetini.

Idem creditur episcopatum accepisse loco strenuae iustitiae.

CASIMIRVS dux Stetini Pomeraniae, idem nomen et genus habens, quod primus episcopae fundator, fratri in episcopatu successit et eundem per 28. annos laudabiliter gessit. Vtrum uero ueritati consonum, quod Nic. LEVTING. part. 4. comment. l. 10. in principio scribit, FERDINANDVM Caesarem in initiatione sacri baptismi episcopatum Caminensem literis obsequatis Casimiro gubernandum contulisse, quam primum sede uacante possit: sub dubitandum, cum S. Caesareae maiestati non competat ius praesentandi aut conferendi hunc episcopatum, sed penes capitulum, habito prius illustrissimorum Pomeraniae ducum consensu, libera eligendi episcopi potestas adhuc remaneat. CASIMIRVS ergo non ex nutu imperatoris, sed ex uoto et cessione fratris Iohannis Friderici atque electione capituli, episcopus Caminensis designatus et postulatus est, anno 1574. 26. Octob. ab illustrissimis Pomeraniae ducibus dominis fratribus publico homagio inuestitus et eodem anno priuilegia Corlinensium confirmauit 5. Nou. testibus Henningo non VVolde, uicario et decano ecclesiae Caminensis Christophoro Budde, Ioachimo Ponwillß, Dyonisio Blanckenburch et Francisco Parsow. Anno Christi 1519. praecipuas Germaniae et Italia partes uidit, ipsamque Romam episcopatum matrem uel quasi, non more episcoporum, sed amore peregrinationis salutauit. In coelibatu uixit et laudabiliter ecclesiae Caminensi praefuit, donec anno 1603. die 10. Maii in Neuhausen, prope Rugenwaldiam, a se extracto, postea destructo, ex hac uita euocaretur. Elogium sequens Ludouicus Hollonius apposuit:

patum Caminensem literis obsequatis Casimiro gubernandum contulisse, quam primum sede uacante possit: sub dubitandum, cum S. Caesareae maiestati non competat ius praesentandi aut conferendi hunc episcopatum, sed penes capitulum, habito prius illustrissimorum Pomeraniae ducum consensu, libera eligendi episcopi potestas adhuc remaneat. CASIMIRVS ergo non ex nutu imperatoris, sed ex uoto et cessione fratris Iohannis Friderici atque electione capituli, episcopus Caminensis designatus et postulatus est, anno 1574. 26. Octob. ab illustrissimis Pomeraniae ducibus dominis fratribus publico homagio inuestitus et eodem anno priuilegia Corlinensium confirmauit 5. Nou. testibus Henningo non VVolde, uicario et decano ecclesiae Caminensis Christophoro Budde, Ioachimo Ponwillß, Dyonisio Blanckenburch et Francisco Parsow. Anno Christi 1519. praecipuas Germaniae et Italia partes uidit, ipsamque Romam episcopatum matrem uel quasi, non more episcoporum, sed amore peregrinationis salutauit.

In coelibatu uixit et laudabiliter ecclesiae Caminensi praefuit, donec anno 1603. die 10. Maii in Neuhausen, prope Rugenwaldiam, a se extracto, postea destructo, ex hac uita euocaretur.

Elogium sequens Ludouicus Hollonius apposuit:

Auream semper mediocritatem
Diligens ferme Casimirus annos
Terdecem mitram tulerat bicornem,
Fata Barnimum rapuere quando
Et Sedimensis regimen ducatus
Est ei oblatum: grauius sed ille
Praetulit curis sapienter almae
Filiam pacis niueae galeam
Viueret et paruo bene sciuit. Ingens
Nam lucrum est, si quis metuit Iehouam et
Sortem amat prudens humilemque suisque
Viribus cautus grauiora uitat.

CAPVT XLIX.

De FRANCISCO I. trigesimo primo episcopo Caminensi.

FRANCISCVS I. dux Stetini Pomeraniae, in locum patruum resignantis et abdicantis, tam ab episcopatu quam regimine electus et susceptus est, modernus episcopus omni laude dignissimus, anno 1602. 15. Septembr. in ecclesiam Caminensem introductus et inuestitus more et solennitatibus hodie receptis.

Post inaugurationem homagium a subditis et statibus episcopalibus recepit et 20. Sept.

Anno 1600.

Quem potius ex cessione fratris et electione capituli obtinuit. 1574.

Corlinensium priuilegia confirmat.

iter instituit et Romam salutat.

Coelebs permansit et obiit anno 1603.

Franciscus dux Stetini electus anno 1602.

Homagium suscepit.

Anno 1600.
Et Coslini se-
dem figit,

20. Sept. primariam *Coslini* sedem occupa-
pauit, ut chronodistichon M. Adami
Hammeli superintendentis indicat:

*Franciscus pr In Caps CVs L In la te Cta
s Vb In trat:*

Vita eius in-
uenis,

TVno Va Vot IVas porriget Vrba ManVs.
In iuuenili aetate non solum literis
humanioribus strenue addictus fuit, sed
etiam *Italiam*, Europae oculum, perlu-
strauit, anno 1595. Sicut anno insequenti
pomposae *Christiani IV.* regis Daniae
coronationi interfuit. Vir factus, episcopa-
e administrationem suscepit et hu-
cusque prudenter administruit anno
1606. in Curlandiam et Semigalliam pro-
fectus est et anno 1607. Belgiam, Galliam
et Angliam perlustrauit. Caelibatum
respuens, meliora edoctus, *SOPHIAM*,
Christiani I. electoris Saxoniae filiam, in
uxorem duxit anno 1610. Deus benedi-
cat episcopatu, thalamo et omni uitae
curriculo, quale uotum *Hollonius* noster
adiexit.

Matrimonium,
anno 1610.

Hollonius uob
1617.

FRANCISCE princeps, magnanimum
tibi

*Est pectus, almae pacis amans tamen
Tenaxque iuris, quod nocentes
Plectit et innocuos tuetur.*

IEHOVA, qui te magnificis bonis
Clemens beaui, coniuge et in clyta,
Spectes decoram suae formam,
Sive genus placitosque mores:

*Sit fortitudo et spes tua, sit tuae
Cornu salutis, sit clypeus tuus,
Ut uiribus te gens uigentem
Ingenius Pomerana cernat.*

*Post longa uitae fausta que tempora
Terram relinques, donec et omnium
Periculorum exors beate
Sidere as ab eas in arces.*

Haec est series episcoporum Cami-
nensium. Nunc coronidis loco subii-
ciam, quomodo et quando religionis
mutatio in Pomerania fuerit facta, tri-
ginta fere annis ante transactionem
Passauiensem et pacem religionis, ut er-
rorem in turbato imperii statu commis-
sum auctor merito corrigat, aut ab aliis se
corrigi patiatur.

CAPVT L.

*De mutatione religionis in Pomerania, lon-
ge ante transactionem Passauiensem et
pacificationem, testimonia histo-
ricorum.*

Mutatio reli-
gionis non ni-
aut. ammis-
trodita.

QUO ad mutationem illustrissimi Po-
meraniae duces nunquam ui aut
armis, relegatione, bonorum
confiscatione aut aliis illicitis modis
mediisque eandem mutarunt aut refor-
marunt, sed optimo omnium rerum
chorago ita disponente et permittente,
partim clerici, partim laici semetipsos

A reformarunt, inuitis etiam Pomeraniae
ducibus. Mutatio et reformatio reli-
gionis coepta est a *Luthero* anno 1517. uti
recenset *SLEIDAN. lib. I. comment.* et indi-
cant haec uerba:

*Tibi Cher Vb In et Seraph In In Cessabili
VoCe pro CLA Mant.*

Sub hoc mutationis auspicio *BARNI-
MVS X.* Wittebergam studiorum gratia
missus, non ut religionem nouam imbi-
beret, sed linguis animum excoleret
ubi per triennium uixit, neque quic-
quam in religione attentauit. Excep-
tus *Berolini* in reditu a *IOACHIMO II.*
marchione Brandeburgensi iuueni 12.
annorum, proluxa oratione latina.
Primordium reformatae religionis in
Pomerania recenset magnus nostri tem-
poris historicus *Iacobus Augustus*
THUANVS Gallus l. 21. hist. descripta pri-
us Pomeraniae urbe non ignobili, *Tre-
ptoa*, ad *Regam* et *Iohanne Bugenbagio*, re-

Reformationis
primordia.

ctore ibidem celeberrimo: *allatus est*,
inquit, *liber M. Lutheri de captiuitate Ba-
bylonica*, in quo summa uehementia, uir
alioqui recenti iniuria exacerbatus, in pon-
tificis factum et curiae Romanae abusus,
ab ea in ecclesiam occidentalem, quae illi
subiecta est, disseminatos inuehitur, qui ab

D *Ottone Slutouio Treptouensi* patriuo,
prolatus et a *Bugenbagio* atque *Andrea*
Cnosio, *Cüstrini* ad *Oderae* ac *Vartae* con-
fluentiam nato, probatus, cum plerisque e
iuuentute, quae literis operam dabat, iu-
dem placeret, sensim conuentus fieri et mo-
re a *Luthero* instituto in iis preces concipi
coeperunt: ex eoque, accedente ad religio-
nis ardorem aetatis calore, incitatis iuue-
num animis proterue multa in collegii illi-
us oppidi sodales ac monachos dicta ac fa-
cta sunt, statuis etiam e quadam aede no-
ctu sublatis et in primum puteum deiectis.

E *Quod cum ad iniuriam suam pertinere
existimarent collegii sodales, euocato epi-
scopo Caminensi, cuius sacrae iurisdictioni
oppidum subest, (is erat Erasmus Mandu-
uelius nuper electus) plebem incendunt et
doctores illos, mortis intentato seruore, et
addictam eis iuuentutem Treptoa pellunt.*

*Bügenbagius
Luthera con-
stanter adhae-
ret.*

*Andr. Kne-
phius.*

G *Bügenbagius* Wittebergam concessit, ubi a
Luthero humaniter exceptus, diu postea et
ad mortem haesit. *Andreas Knophius*
cum *Ioachimo Mollero* ac *Liionis* suis *Ri-
gam* ad *Iacobum* fratrem, S. collegii sode-
lem se contulit. Pro tempore utcunque ma-
lo uenienti occurrisset episcopus ratus, bre-
ui se opinione sua delusum comperit. Nam
cum haec sub finem uitae *Bogislai* *Pome-
raniae ducis* contigissent, postea sub *Barni-
mi* et *Philippi* fratrum eius principatu,
comitiis in eo oppido celebratis, ex omnium
ordinum consensu prisca religio abolita est,
et *Lutheri* doctrina recepta, anno huius se-
culi 1534. Hucusque *Thuanus*, qui pere-
grinus historicus de rebus peregrinis

more suo candide scripsit et *Bugenhagii* *A* *um primam euangelii tubam in Pomerania* indigitauit, licet in leuiusculis hallucinatus sit, uti *Philippo I.* qui non *Bugislai* sed *Georgii* filius et *Bugislai* nepos fuit, atque coronationi *CAROLI V.* interfuit adhuc iuuenis, anno 1509. 28. Iul. Paulo aliter *CHYTR. lib. X. Saxon. p. 252. in Pomerania*, inquit, ante finem uitae *Bugislai* mutatio religionis alicubi gliscere et purioris euangelii doctrinae semina sensim spargi ac inde in *Liouiam* et alias gentes propagari ex collegio sacerdotum *Treptouiensium* per episcopum dissipato, primum coeperunt. Florebat tum *Treptoa* ad *Regam*, et collegio sacerdotum et schola literarum celebris, quam *Ioh. Bugenhagius* et *Andreas Knophius* regebant, quorum tantopere in docendo industria, dexteritas et fides celebratur, ut non solum ex uicinis oppidis, sed *Liouia* etiam et *Westphalia* exciti scholastici eo confluxerint. Accidit anno 1520. exeunte, ut inspector ecclesiae, *Otto Slutouius*, cum rectorem scholae et collegas conuictores aleret, ut librum *Lutheri* de captiuitate *Babylonica*, recens ab amico *Lipsia* missum, proferret et rectori scholae, *Ioh. Bugenhagio*, perlegendum traderet, qui mox, paginis aliquot inter coenandum perlustratis, praecipitata sententia, multos a passo *Christo saluatore* haereticos ecclesiam infestasse ac duriter exercuisse, sed nullum eius libri autore pestilentiore exitisse, pronunciat et commemorat, quae aduersus recepta ecclesiae dogmata ab eo assererentur. Post aliquot dies, libro attentius lecto et relecto, reuersus ad collegii sodales et palinodiam canens: quid ergo uobis, inquit, dicam? Vniuersus mundus coecutit et in cimmeriis tenebris uersatur. Hic uir unus et solus uerum uidit. Ac singulis libri istius capitibus diligenter disputatis ac defensis, plerosque in suam, sententiam adduxit, ita ut collegae pastorem *Ioh. Kyrichius* et *Ioh. Lorichius*, qui ad extremam senectam ecclesiae illi seruiuit, cum diacono, qui uicini coenobii *Belbugensis* frater erat, *Christiano Ketelhut*, nec non abbas ipse, *Ioh. Baldeuinus* publice papatus praestigias detegere et a superstitionibus et abusu traditionum humanarum ad dogmata et cultus, in uerbo Dei mandatos et a fiducia miserae ac operum humanorum ad unicum folium *Christi* meritum auditores traducere magno zelo instituerent. Ut autem in articulis mutationum multa incommoda et turbulencias, non tam doctorum, dextre ueram doctrinam tradentium, quam uulgi sinistre accipientium, culpa geruntur: ita tum quoque accidit, ut *S. Antonii* sacrificulos, per plateas usitato more cum nolis uagantes, iniuriosius

petulantes quidam iuuenes coeno iniecto tractarent et ex aede *S. spiritus* noctu statuas oblatas in uicinum puteum proiicerent. Quo conspecto, episcopus *Caminensis* recens electus, *ERASMVS Manduucl*, cui in *Pomerania* orientali sacrorum cura incumberebat, seditiosa specie offensus et zelo uitae religionis ardens, atrocem persecutionem in multos sacerdotes ac ciues et scholasticos mouit et, in uincula multis coniectis, caeteri praemoniti fuga sibi consuluerunt ac *Bugenhagius* *Wittebergam*, absente tum *Luthero* in *Pathmo*, concessit et psalterium priuatim legendo scholae innotuit et *Luthero* reuerso statim in defuncti pastorem *D. Simonis Benckii* locum susceptus est. *Ioh. Kyrichius* cum *Christiano Ketelhut*, *Sundium* migravit. *Andreas Knophius* cum *Ioachimo Möllero*, adductis scholasticis *Liouis*, *Rigam*, ad fratrem *Iacobum* canonicum, profectus, mox ad ministerium illius ecclesiae in aede *D. Petri* uocatus est, ubi, exemplo pastorem *Treptouiensis* acriter in foedas nundinationes, idola et mores sacrificorum pontificiorum inuectus, doctrinam de iustitia fidei seu peccatorum remissione et uita aeterna gratis, non propter ulla opera aut merita nostra, sed propter solum *Christum* pro nobis passum et resuscitatum, credenti donanda praecipue urfit. Sed ad ritus publicos et abusus inueteratos aliquantisper conuiuit, donec per secutus collegas, *Syluestrum Tegemeyer* et alios turbulentior, haec quoque in rebus ecclesiasticis administrata sunt. Sic persecutio *Treptoniae* mota in plures ciuitates ac gentes pios doctores inde eiectos disperfit. Sicut postea autoritate et mandato *Barnimi* et *Philippi* ducum *Pomeraniae*, comitiis omnium ordinum in eo oppido celebratis, communi consilio et decreto, pontificii abusus in tota *Pomerania* aboliti et una consentiens uerae euangelii doctrinae et rituum forma in omnibus uniuersae *Pomeraniae* ecclesiis instituta et recepta, hucusque *Dei* beneficio conseruatur. Cum deseruisset persecutio *Treptoniae* mota et princeps *Bugislaus*, etsi edictum *Wormatiense* in *Pomerania* ordinibus promulgauerat, tamen executionem non adeo urgebat, dehortantibus eum *Valentino Staienlin* et *Iacobo Wobeser* et aliis piis et eruditis consiliariis, qui puriorem doctrinam amabant.

Stetinenses omnium primi *Wittebergae* doctores euangelicos, *Paulum a Rhoda* *Quedlinburgensem* et *M. Nicolaum Curiensem* accersuerunt. *Sundii* etiam *Christianus Ketelhut* *Treptouia* pulsus, taxare religionis pontificiae uanitatem et superstitiones coepit. Sic con-

Touani lapsus.

Scholae Treptouiensis celebritas.

1520.

Bugenhagii praecipitatum iudicium de libro Lutheri.

vacantatum.

Vulgi zelus imprudens.

atrocis persecutionis causa.

Bugenhagius sit pastor Wittebergensis.

Bona ex hac persecutione redundentia.

Bugislaus dux moderatus in protestantibus.

Doctores euangelici Stetinenses et Sundienses.

Iconoclastae in
tempesini.

conueniente Bugislao euangelii semina paulatim in Pomerania extremo uitae illius tempore spargebantur. *Sundii* quidam ex fece uulgi et opificum, inuito et repugnante senatu imagines ex templis seditiose eiecerant et sacerdotes et monachos una die ex urbe fugarant et in *Belbugiensi* coenobio monachi ipsi superstitiones ueteres abiecerant. *BUGISLAVS* itaque e comitiis *Noribergensibus* in patriam reuersus et a sacrificulis incitatus, abbatem captum postea ex ditione proseripit et coenobium, una cum redivis omnibus, suo praefecto administrandum tradidit. Id primum initium occupandi monasteria in Pomerania fuit. *Sundensibus* etiam grauer inuiriā, non religioni solum et ecclesiae, uerum etiam sibi patrono illatam, comminatus est.

Monasteriorum
occupatio pri-
ma.

Stolpensium
primus euan-
gelista.

Sed statim in tabem lentam et lethalem incidit, qua pridie Calendis Octobris extinctus est: duobus filiis *GEORGIO* et *BARNIMO* relictis, qui in gubernatione ipsi successerunt. *Stolpae* uero prima purioris doctrinae semina sparsit *Petrus Suanimus*, uir nobilis in ea urbe natus et *Luthero* familiaris et charus, qui in priuata ad forum domo ciuibus aliquot liberatis et scholae praceptoribus, epistolam *Pauli* ad Romanos interpretatus est. Ad hoc excitati scholae moderatores, studia sacrarum literarum non modo apud scholasticos urgebant, uerum etiam concionibus in schola habendis, plurimos ad purioris doctrinae studium inuitabant.

Studium sacrarum
literarum
reflorescit.

D. Io. Amandi
parrhesia

Sequentibus annis *D. Ioh. Amandus*, uir audax et uehemens, ex *Porussia Stolpam* uenit, qui initium concionum in domo senatoris, uiri nobilis *Conradi Manduuelii* fecit, cuius opera apud senatum obtinuit, ut ad publicam disputationem sacerdotes ac monachi euocarentur, ac nisi multiplicium errorum ac imposturarum eos conuinceret, extructo rogo, uiuum se in medio foro comburi petebat: si uero illi succumberent, nihil ab eis nisi emendationem postulabat. Cum autem nemo illorum constituta die ad publicam collationem prodiret, uulgi promiscuum subito impetu in templum parochiale et caetera irruens, aras et imagines et statuas omnes euerterunt. Et si autem de hac importunitate et uolentia monachi ac sacerdotes apud *GEORGIUM* Pomeraniae ducem et episcopum *Caminensem* grauissime quererentur et turbulentis *D. Amandi* concionibus uehementer princeps indignatus, ad extirpandam *Lutheri* haeresin, auctores seditiosorum motuum puniendos, ipse *Stolpam* se accedere profitebatur: tamen cum *D. Amandus*, qui saxtumultuum fuerat, discessisset et prin-

puriori doctri-
nae periculo-
sas.

ceps urbem ingressus statim febris languescere coepisset: nihil aduersus senatum et ciues asperius egit, sed cum ciuitatem iam pacatam et tranquillam, omnia subiectissimae obedientiae ciuilibus officia sibi deferri intellexisset, statim discessit. Sic in urbibus Pomeraniae praecipuis et reliqua ditione, conuenientibus principibus, sine periculo deinceps doctrina euangelii ab iis, qui uelent, recepta et propagata est. Hucusque *CHYTRAEVS*. Omissis heterogeneis omnium latissime reu. *D. CRAMER. lib. 3. histor. Pom. eccles.* per tot. Hos grauissimos auctores, quorum alter catholicus, reliqui duo Lutherani, si uel pertransennam fictitius auctor de turbato imperii statu inspexisset, non tam praecipitanter, erronee et audacter affirmasset, *Caminum* siue *Caminensem* episcopatum post pacem religionis occupatum imo inuatum fuisse. Didicisset enim ex praefatis auctoribus, longe antiquiora reformationis initia: quae, ut eo certius consent, a generali religionis mutatae methodo atque modo superius allegato ad specialiora descendam.

Conclusio: Caminensem episcopatum iam ante pacem religionis fuisse reformatum.

CAPVT LI.

De specialiori mutatae religionis methodo et modo.

B *Vgenhagius* ille Pomeranus, cuius breuem uitae descriptionem inter episcopos ante praemissi, *Gryphiswaldii* in academia patria literis humanioribus dum strenue inuigilaret, anno aetatis uigesimo sexto domum reuocatus est, ad obeundum scholae *Treptouensis* rectoratum, cui tanta cum laude praefuit et profuit, ut diuersi discipuli ex diuersis locis, *Liuonia*, *Westphalia* et aliis aduolarent, quos non solum in literis humanioribus, sed et studio biblico certiores atque exercitiores reddidit, imprimis psalmos *Dauidis*, parua *Lutheri* scripta inspexisset. Sicut et euangelistam *Matthaeum* in collegio monachorum interpretatus est, ac accordauit cum reliquis, ut ex praefationibus tam *passionalis*, quam *psalterii* dilucidius constat. Interea *Iohannes Tezel*, lingua *Turcica* diabolus, magnus indulgentiarum nuguenditor, mercibus suis etiam Pomeranos infestauit et excitauit, quas partim emerunt, partim respuerunt, ut sic *Bugenhagius* cum suis asseclis, *Treptoae* ad *Rhegam* et *Iohannes Knipstrouius*, in districtu *Pyricensi*, uno et eodem tempore in duobus locis simul elucescente euangelio. Diuersas indulgentiarum formulas uerbotenus recenseret *R. D.*

Bugenhagius
uocatus ad re-
toris officium.

Tezel, lingua
Turcica diabo-
lus.

Indulgentiae
Tezelianae

R. D. CRAMERVS *lib. 3. hist. eccl. Pom. c. 6.* A
 tam per Albertum Magdeburg. ac Mo-
 guntinae sedis primatem, electorem im-
 perii et administratorem Halberstadt.
 marchionem Brandenburg. et ducem
 Stetini Pomeraniae datas, Berolini II.
 mensis Aprilis 1517. quam per *Tecelium*
 communicatas, anno eodem, 8. Octobr.
 quas lector, si uelit et dignetur, perle-
 gere potest. Excitatus ergo LUTHERVS AN.
 1520. et ante triennium a male feriatis
 papae adulatoribus et crumenimulgis
 monachis in certamen prouocatus, pub-
 licae contra nugigerulos et fumiendu-
 los indulgentiarum agyras scripsit, et
 inter alia libellum de captiuitate Baby-
 lonica in lucem edidit, quem ciuis Li-
 psiensis Ottoni *Slutonio*, pastori atque
 praeposito ecclesiae Treptouiensis, do-
 no miserat. Hic rectori scholae *Bugen-*
hagio, acerrimi iudicii uiro et collegis,
 tanquam commensalibus suis ostendit
 atque communicauit, ut iudicium et
 censuram ferrent, referrentque. *Bugen-*
hagius statim inspiciens et aliquot folia
 obiter percurrens, in eam prorupit uo-
 cem: *Multi quidem haeretici post Christi*
mortem extiterunt, nullus perniciosior un-
quam, quam qui praesentem libellum con-
cinnauit, recensendo noua dogmata contra
inueteratas ecclesiae Romanae traditiones.
 Posteriores uero cogitationes priores
 correxerunt, et dies diem docuit; dili-
 gentius enim librum perlegit, confide-
 rauit, ruminauit et ex repetita lectio-
 ne praerudicium ante conceptum in iudi-
 cium uocauit et in melius molliusque
 mutauit. Reuersus ergo ad commen-
 sales, *totus*, inquit, *mundus mihi coecutire*
et hic scriptor solus aliquid ueri et solidi
uidere uidetur. Praecipua libelli ca-
 pita breuiter repetiit, explicauit et ita
 perpendit, ut non solum ipse in castra
 Lutheri descenderet, sed et alios secum
 abduceret atque conuerteret, nempe
Iohannem Corichium, Christianum Ketel-
hut, Ioh. Kyrichen, Andream Knopffen, et
 ipsum monasterii *Belbucensis* abbatem,
 Iohannum *Boldewanum*. Hoc pri-
 mum reformatae religionis principium
 erat in Pomerania, non a ducibus, sed
 ipsis religiosiis abbatibus atque mona-
 chis coeptum, adeo ut illustrissimis prin-
 cipibus occasionem darent, et uiam qua-
 si ostenderent, occupandi monasteria.
 Cum enim Lutherus de uotis monasti-
 cis neruose scripsisset, multi boni uiri
 et sacrae uirgines statum suum, adeo di-
 uinis christianorum institutis discre-
 pantem, odio habuerunt et sponte cu-
 cullas abiecerunt. Ita monasteria de-
 ferta sunt, inquit *PEVGER. l. 5. chron. ad-*
de BVCHOLZER. in chonolog. an. 1523. Al-

tigit: *Iohannes Knipstrouius*, ordinis
 Franciscani monachus, ab abbate quo-
 dam Silesiae in academiam Francofur-
 tensensem ad Oderam allegatus erat, ut stu-
 dia sua mediocriter incepta continua-
 ret et excoleret. Huic missae erant the-
 ses Lutheri, quas studiosi partim refuta-
 runt, partim diligentius examinarunt
 et approbarunt, sicut et dictus *Knipstro-*
uius sententiam Lutheri approbare coe-
 pit. Quod cum professores et collegia
 animaduertent, in monasterium *Pyri-*
cense relegarunt, ut solus uiueret, nec
 ulterius noua dogmata spargeret: Sed
 res e contrario successit, quia *Knipstro-*
uius se totum religioni Lutheranae addi-
 xit et reliquos confratres induxit, ut
 eandem amplecterentur et mordicus
 defenderent. *Pyricenses* quia intelle-
 xerant e *Knipstrouii* concionibus, ad fa-
 lutem consequendam non tam bona o-
 pera, quam fidem requiri, eleemosynas
 monasterio dari consuetas paulum in-
 termiserunt, ut optimi fratres fame et
 inedia se macerarent, et nouae doctri-
 nae imputarent. *Knipstrouius* ergo pro
 concione dixit, *se omissis eleemosynis mo-*
nachum omnium pinguiorem maclaturos
et sortem fortean in se casurum. His mo-
 ti ciues beneficia rursus ubertim contu-
 lerunt. Hinc abbas *Colbazensis* *Iohan-*
nes Knipstrouium uehementer perfe-
 quebatur, ut *Stetinum* aufugeret ad *M.*
Paulum a Rhoda, cuius consilio uxorem
 duxit et *Stargardiam* missus est, ut euan-
 gelium praedicaret. Vacante interim
 praepositura *Stolpensi* *Christianus Ketel-*
hut e monasterio *Belbucensi* eo mittitur,
 qui religionis initia iam ante gustaue-
 rat sub *Bughenagio* et ita tertium mu-
 tatae religionis primordium subsequi-
 tur, quod duplex incrementum acce-
 pit. *Petrus enim Suauenius*, nobilis, Lu-
 theri quondam auditor et comes ad co-
 mitia *Wormatiensia*, priuatim in aedi-
 bus *Cunradi Manduuelii*, nonnullis epi-
 stolam ad Romanos explicauit. Deinde
D. Petrus Amandus accessit et coronatus
 est. Quod cum magistratus resciret,
 in curiam uocatus et interrogatus
 est, quonam consilio et qua auctoritate
 labefactaret doctrinae genus consuetum
 et nouas opiniones spargeret? Respon-
 dit animose, *se doctorem theologiae a non-*
nullis ciuibus uocatum, sacrificulos erroris
atque mendacii conuincere uelle. Quod si
non posset, sibi ipsi hoc supplicii irrogare, ut
erectis duabus piris in foro, si succumberet,
uiuus cremaretur: si uero receptum doctri-
nae genus probaret, se monachis condona-
turum, sub spe emendationis, nec urbanos
solum sed et circumuicinos conuocari uo-
luit. Dies a fenatu ad uentilandam re-
 ligionis causam dictus est. Oppidatim
 et pagatim accurritur, summa omnium
 expe-

1520.

Eugenbagius
frustrate iudi-
cans de Luthero

mutat mentem

Occasio occu-
pandi mona-
stria.

Pyricenses am-
plectuntur eu-
angelium

ut at Stolpensi.

expectatio, studia diuersa, diuersi rumores, prout quisque in hanc uel illam sententiam inclinabat. Sed quid fit? Cum illi certatim accessuros putarent, nemo comparuit ex monachis, nec oppidanis nec aliis. Iubentur illi in publicum prodire, ut respondeant ad ea, quae illis impinguntur. Veniunt, inquit M. GREGORIUS LAGVS, in opusculo de Pomerania, Wittebergae typis excuso, anno 1559. *seniculi pauidi, non bene ex S. Scoto suo et huius farinae doctoribus tantae causae onus sustinentes, rogant, et ipsorum et temporum culpa multos fortasse errores se insinuasse in purioris doctrinae fontes, sese ipsos imprudenter his implicitos, ut iam nec eos retinere nec amittere possint, fateri sese, non omnino de nihilo esse hoc, quod ipsis obiicitur. Nec tamen se excultos ea doctrinae et studiorum elegantia, ut contendere quicquam aduersus tam acrem aduersarium possent.* Ad hanc monachorum tam liberam et non extortam confessionem iussi sunt confestim, ut hoc deposito uitae genere aliud amplectantur, et qui hoc recusent, statim urbe cedant et quouis gentium migrent. Deinde noua religionis dogmata publice proponi coeperunt, quae populus tam auide arripuit, ac si diurnam sitim explere uoluisset. Haec subitanea et succedanea renascentis euangelii triga in tribus diuersis Pomeraniae locis mirabiliter exorta fuit, *Pricii* in extremitate, *Treptoae* ad Rhagam in medietate et *Stolpae* in altera extremitate, breui totam Pomeraniam irrepit, illuminauit, reformauit, quamuis illustrissimi duces et episcopus Caminensis *Manduuellius* acriter restiterint. Non tamen imperari, tantum doceri religio uoluit.

Comitia Wormatiensia, 1521.

Persecutio contra doctores euangelii.

Rigae spargitur euangelii semen.

Gloriosissimus CAROLVS V. nuper electus imperator prima imperii comitia ineunte anno 1521. iudixit, ut passim orta religionis dissidia componeret et pacem constitueret, citato etiam Luthero. Ad haec profectus est *Bugislaus Magnus* dux Pomeraniae, cum filio *Georgio*, et inuestituram a Caesare petiit atque impetrauit. Reuersus anno insequenti Wormatiense edictum statibus non solum promulgauit, sed et nouos uerae religionis introductores *Treptoae*, *Pyricii* et *Stolpae* proscripsit, instigante episcopo Caminensi. Quod cum nouelli doctores animaduertent, fuga sibi consuluerunt et sacrosancta euangelii dogmata longe lateque disseminarunt. *Ioh. Boldewanus*, abbas Belbucensis, Wittebergam concessit et in oppido *Beltzich* pastorum officium suscepit. *Ioh. Bugenhagius* Lutheri *ὄνερπος* et pastor Wittebergensis factus est. *Ioh. Kunicke* ultra annum in foedo carceris squalore detentus fuit. *Andreas Knophe* Rigam

Liouoniae contendit et ibi primus prima euangelii semina sparsit. *Christianus Ketelhur*, deposito habitu monastico, miles factus est et minister nobilis uiri *Ioh. a Schwerin*, cui natus argenteus agnomen fecerat. Caesar in proximis comitiis dietam Noribergae indixerat, ad fopiendas marchionum Brandeburgensium et ducum Pomeranicae controuersias, propter imaginariam inuestituram motas; illam *Bugislaus* cum *Georgio* filio uisitauit, adiunctis tam Sigismundi regis Poloniae, quam electoris Palatini legatis: sed infecta re neque composita a FERDINANDO CAROLI V. fratre in reditu Wittebergam, una cum filio et Henrico duce Megapolitano contendit et Lutheri monachi, qui res tantas in ecclesia et imperio Germanico mouisset, concionem audiuit, quando laxas episcoporum exorbitantias animose coarguit, praesente episcopo Caminensi *Manduuelio*: nec hoc contentus, conspectum et colloquium simul exoptauit, ac post pauca uerba ultro citoque commutata, domine doctor, inquit, *te confessionem meam semel audire oportebit.* Cui Lutherus extemporaneum et argutum responsum dedit: *Non, non, inquit, illustrissime princeps, celsitudo uestra nimis magnus peccator est, quem absolueri ego pro dignitate non potero.* Verum is uitia perstringi existimans, statim Lutherum, non adhibitum ad mensam, ut *Croesus* Solonem, a se dimisit. Absente *Bugislauo* et episcopo Caminensi *Manduuelio* Stetineses praecipui inter ciuitates ad Lutherum scripserunt, ut uirum probum, fidelem et orthodoxum commendaret, qui curam ciuium et religionem sibi commendatissimam haberet. Missus et dimissus ergo fuit a D. *Luthero M. Paulus a Rhoda*, *Quedlinburgae* natus, ut *chronodistichon* indicat an. 1489. mens. Ian.

Comitia Noribergensia.

Bugislaus a comitiis rediens.

Lutherum audit.

cique multo confiteri sed eius arguta responsione aliquantum deterritus.

Stetinesium fuit euangelii.

per Paulum a Rhoda restituitur.

Hic Quedlinburgi faciles prodibat in auras

Vrns Vrni Igeris sole tepente cauis.

Qui cum SS. th. doctor in inclita Wittebergensium academia diligentem operam nauasset, factus est Pomeranorum euangelista, sicut et Bugenhagius uere dici potest. Quia uterque euangelium pure et orthodoxe praedicauit et sacrum bellum cum antagonistis dexterime exercuit.

Epitaphium in aede S. Nicolai
M. PAULI a RHODA.

Inuidias igitur quantas quantosque labores

Sustulerit, candor indicet ipse uirum,
(T t) Quam

Pauli a Rhoda epitaphium

Quam bene iuncta tibi diui stat imago
Lutheri,

Paulus qui a Rhoda nomine dictus
eras.

Nam quantum debet Germania clara
Luthero,

Tantum equidem debet gens Pome-
rana tibi.

Quod uacat haec regio sectis et fraude
papatus,

Tale tibi acceptum patria, Paule, re-
fert.

Hinc non minus atque Lutherum
Bugislaus, cum die corporis Christi con-
cionantem audiisset, dixisse fertur:

Bugislaus ducis
iudicium de
concionibus en-
angelicis.

Hunc hominem, quem omnes mei praelati
haereticum esse clamitant, nihil mali do-
cere audio. Hoc si nouum euangelium sit,
quod is docet, non uideo, quomodo conde-
mnem: sed audiam denuo. Antequam ue-
ro hoc pium et christianum uotum ex-
pleuit optimus princeps, fato conce-
dit 36. Sept. anno 1523. Hinc uariae li-
tes gliscere coeperunt inter ciues et ca-
pitulares, tam de religione, quam exem-
tione clericorum ab omnibus ciuitatis
oneribus, quam iure diuino minime pro-
bari, scripserat Lutherus, anno 1523. die
Epiphaniae ad Stetinenfes, prout copia
literarum tom. VIII. Ienens. et in ecclesia-
stico D. CRAM. chronico l. 3. c. 9. refertur.

1523.

Succesit Bugislaus Georgius filius dux Po-
meraniae, acerrimus ecclesiae catholi-
cae defensor, qui, dum funditus nouae, ut
putabat, religionis dogmata extirpare an-
nitebatur, contrarium euenit, ut indies ma-
gis magisque excrescerent. Christianus
enim Ketelhut anno 1524. mense Maio Sun-
dium Pomeraniae metropolin redierat,
ut in Liuoniam traiceret ad Andream
Knopffen. Et si more et habitu milita-
ri incederet, tamen a quibusdam fuit
agnitus, uti Francisco Wessel Coslinensi
et Ludouico Fischer, qui instando et ob-
testando exorarunt, ut concionem eu-
angelicam haberet: id quod fecit et ef-
fecit, ut prima euangelii fundamenta Sun-
dii iacerentur. Nec multo post Ioh.
Kuricke (quem episcopus Caminensis
diu in carcere detinuerat) succentaria-
tus accessit et opem et operam in de-
predicanda euangelii luce grauiter prae-
stitit, sicut et Ioh. Knipstrouius postea su-
perintendens factus.

Initia reforma-
tionis Sundii.

Noua eiusmodi uerae religionis pri-
mordia atque incrementa, episcopus
cum potiori clericorum caterua pro ui-
ribus impedire conatus est, ut ex uno
Carthusianorum decreto patet, an. 1524.
25. Aprilis dato, quod recenset reu. D.
CRAMER. lib. 2. hist. Pom. eccl. c. 12. *Quam-
uis, inquit, multis arduis, sub hoc gene-
ralis capituli nostri consensu, negotiis prae-
grauamur, operosiori tamen mentis sollici-
tudine ac maiori labore incumbimus circa*

Carthusiano-
rum decretum
contra apostas-
iam.

eos, quos uel per inopiam spiritus aut in-
firmitatem carnis a suae salutis tramite
aberrare cognoscimus. Hinc est, quod re-
latione plusquam ueraci didicimus et eui-
dentia factorum indices colligimus, quos-
dam nostrae Carthusianae uocationis pro-
fessos, aut damnata eiusdem Lutheri do-
ctrina corruptos, aut sua concupiscentia ab-
stractos et illectos, a nostra religione apo-
stataste et uelut canes ad suum uomitum
reuersos, in grauissimam diuinae bonita-
tis offensam, animarum suarum iacturam,
multorum scandalum et nostrae religionis
ignominiam. Quae licet ita se habeant,
christiana tamen commiseratione commoti,
uolumus, non christianae iustitiae flagello,
sed indulgentiae misericordis ubera erran-
tibus omnibus nostris porrigere. Hortamur
itaque eos, qui istiusmodi sunt, et in misce-
ribus Iesu Christi obsecramus, ut ab erro-
ribus, quibus se inseruerunt, resipiscant, ad
agnitionem ueritatis redeant et ad Carthu-
sianam religionem, seu sanctum ouile, re-
uertantur: ut qui Deo permittente ad ho-
ram discesserunt, in aeternum Deo et ordini
adhaereant. Quod si fecerint, omnes prio-
res, rectores atque alias nostrae religionis
personas monemus, ut pietissimi Iesu Chri-
sti uestigia imitantes, reuertentes sincero
charitatis gremio excipiant, stola suae pro-
fessionis (licet temere per eas abiecta) rur-
sus eos induant et fraterni amoris obsequia
eis impendant. Si uero hac tanta lenita-
te et gratia, sponte per nos sibi oblata, ad cor-
redire et a diaboli laqueis se explicare no-
luerint, sed pertinaci furore excaecati, am-
plius adhuc in peccatorum suorum sordi-
bus sordescere et curam carnis in desideriis
agere uelint, ne circa eorum salutem dor-
mitasse uideamur, quae nostra et nostro-
rum statutorum sunt insequentibus, per uiam
iustitiae procedere decreuimus. Quapro-
pter monemus et in uirtute sanctae obedi-
entiae praecipimus omnibus nostri ordinis
uisitatoribus, conuisitatoribus, inspectoribus
et caeteris officialibus, ut iuxta formam
nostram et nostrorum statutorum tenorem,
etiam omni diligentia, zelo atque labore
(inuocato etiam ad haec brachio seculari,
si opus fuerit) omnes a nostra religione apo-
statas, auctoritatem Romanae ecclesiae
contemnentes et constitutiones eiusdem uer-
bo et opere detestantes, capiant uel capi fa-
ciant, captos firmis carceribus intrudant
et custodiant, donec capitulum generale uel
reuerendus pater Carthusiae de eorum con-
uersionis et emendationis proposito infor-
matus, de ipsorum statu ordinauerit uel dis-
pensauerit. Et eandem poenam sustine-
ant eiusdem doctrinae Lutheranae fauto-
res et defensores. Huc usque Carthu-
siani: sicut et reliqui pontificii atrocius
procedentes partim incendiarios, par-
tim ueneficos ad inficiendum fontes,
puteos, stagna euangelicorum in Ger-
maniam

Pontificiorum
machinaticnes

et furor contra
euangelii con-
fessores.

Georgii ducis
edicta contra
eosdem

doctores euangeli-
i.

Comitia Augu-
stana anno
1525. et Spiren-
sia 1526.

M. Pauli a
Rhoda zelus in
in praedicando
euangelio.

Ioh. Gerdae mo-
181

maniam miserunt. SLEIDAN. *lib. 12. et 18.* A populum commouit et occasionem cauillandi non minimam aduersariis dedit, sortitus demum proditionis effectum, quem reliqui contribulati fortiti sunt, secundam SLEIDAN. *l. 6. comment. et LVTHER. tom. 2. Germ. Witteberg:* Hinc uaria subditorum studia et diuersi ducum animi, ob renascentem euangelii lucem, extiterunt, Georgio ducum diuersa pontificiis fauente et Barnimo puram doctrinam amplectente. Diuina uero prouidentia et prudenti ducum moderatione factum est, ut sine liuore et cruore Christi ecclesia colligeretur et motus placide taciteque componerentur.

CAPVT LII.

De progressu religionis in Pomerania et protestantium nomine.

CONuentus equidem nouus Spirae anno 1529. indictus fuit, sed infeliter res successit, donec Augustae Carolus V. confessionem a Iohanne electore Saxoniae et coniunctis principibus postulare. Conuentus ille Spirensis, de auxiliis contra Turcas contrahendis deliberans, doctrinam Lutheri, Anabaptistarum furores et sacramentarium blasphemias damnauit. Hic elector Saxoniae et alii contra decretum de religione protestati et protestantes dicti sunt. SLEID. *l. 6.* fuitque hic conuentus Spirensis de religione irritus.

In comitiis Augustanis principes protestantes IOHANNES elector Saxoniae, GEORGIUS elector Brandenburg, PHILIPPVS landgrauius Hassiae, ERNESTVS et FRANCISCVS duces Brunswicenses et Lunenburgenses, WOLFGANGVS princeps Anhaltinus, cum nonnullis ciuitatibus confessionem fidei a Philippo Melanchtone ad iudicium Martini Lutheri scriptam, Carolo V. et statibus imperii exhibuerunt. Halucinatur ergo Iac. Aug. THVANVS *l. 1. histor. p. 65.* quasi inter principes, qui confessionem fidei CAROLO V. Augustae exhibuerunt et protestati sunt, libertatem religionis superiori conuentu Ratisponae et Spirae promissam et permissam impediri, PHILIPPVS Pomeraniae princeps fuerit, et *lib. 4.* uitiose pro Barnimo Bernhardum nominat. Non enim Philippus sed Georgius parens et Barnimus fratres praedictis comitiis interfuerunt, et Georgio paulo post peripneumonia subdito, Philippus ex aula Ludouici electoris palatini, auunculi sui, domum reuocatus est, ad capeflanda patriae gubernacula.

Profecturo Ludouicus optimum consilium dedit, ne pateretur se adduci, ut propter orthodoxam euangelii doctrinam uel sanguinem profunderet, uel ullam

Irreperunt interea Carolstadii, Cingli, anabaptistarum et eiusmodi fanaticorum deliria, qui mire homines deluserunt, pastores ipsos seducere tentarunt, uti Sundiis *Christ. Ketelhut*, et gratis, non aduerbialiter sed datiuè, praedicare uoluerunt, imprimis in extremo Pomeraniae oppido *Grimmen*, Iohannes Gerre, guerram religionis, ut ita loquar, maui,

(T t) 2 lam

Conuentus Spi-
rensis 1529.

Protestantium
nomen unde.

Confessores
Augustiani.

Thuanus lapsus.

Ludouici ducis
Pom. conui-
uentia unde?

lam exerceret faeuitiam, ne causam mo-
 tus uel seditionis in patria daret. Ita
 sapienti ducum conniuentia sacro-san-
 ctum religionis dogma pedetentim ra-
 dices egit et uires quaesuit eundo, in re-
 liquis etiam ciuitatibus. *Cöslinenses*,
 non attenta episcopi residentia et con-
 tradictione, una cum nobilibus quibus-
 dam euangelium receperunt, docenti-
 bus *Benedicto Richefall* et *Martino*
Kleine.

Cöslinenses
 euangelio no-
 men dant.

Quod uero barbi tonsorem inter noua
 sacra gesticulantē et blasphemantem sta-
 tim ad saccum condemnauerint et sub-
 merferint, hoc magis infano uulgi furo-
 re, quam magistratus officio euenit.
 Eodem tempore *Garcis* euangelium
 praedicauit *M. Lucas Wollin*, cui successit
M. Thomas Stargardt.

ut et *Garcis*

Sicut autem cuiusuis rei rudimentum
 prius esse oportet, quam experimen-
 tum: ita religionis initium non adeo
 firmum et perfectum fuit, quin multi
 naeui, acyrologiae, dubitationes, dis-
 sensiones interuenirent et in aula di-
 uersa consiliariorum naufragia reperi-
 rentur. Nonnulli euangelium detesta-
 runt, uti cancellarius *Nicol. Bruno*; non-
 nulli amplexi sunt, inter quos *Iodocus a*
Deuitz, praecipuae autoritatis et nobili-
 tatis uir, praecipuum locum obtinuit, il-
 lustrissimo *Philippo* confessionem *Augu-*
stanam obtulit, quam cum celsitudo
 sua creberrime perlegeret, perlectam
 examinaret, examinatam approbaret,
 una cum patruo in castra *Lutheri* con-
 scendit. Comitii in oppido *Treptoa* ce-
 lebratis, ex omnium ordinum consensu
 prisca religio abolita est, *Lutheri* do-
 ctrina recepta, anno huius seculi 1534. in-
 quit *Iacobus August. Thuanus lib. 21.*
hist. Hinc ut grata *Deuitii* tam fidi consi-
 liarii memoria recolatur, epitaphium a
Bartholomaeo Amantio I.V.D. scriptum
 adiciam:

Consiliariorum
 diuersae men-
 tes circare reli-
 gionem.

Lutheri doctri-
na in tota Po-
merania re-
cepta.

Iodoci a Deuitz
 merita in reli-
 gionem.

Nobilitatis honor, ueteris seruator honesti
Venturique sagax, praeteritique me-
mor.

Vir grauis et uerax, aequi legumque pe-
ritus,

Consilio egregius, clarus et ingenio,
Hic iacet. En quaeris, lector, nomenque
genusque?

Iodoci a Deuitz nomina clara tu-
lit.

Quis tumultum heu coniuix Ottilia, cuius
ab Arnimb

Nobilitas multos ducta recenset auos.

Ordinatio ec-
clesiastica pu-
blicata.

In his comitiis prouincialibus, *Tre-*
ptoae ad *Rhegam* habitis, *Barnimus* et
Philippus Pomeraniae duces *Iohannem*
Bugenhagium, *Witteberga* euocatum,
 petierunt, ut ecclesias Pomeranicas con-
 stitueret et ordinem ecclesiasticum con-
 scriberet, quem conscriptum ibidem

publicarunt, ordinibus omnibus (solis
 episcopo, praelatis et Sundensibus, pro-
 testatione contra uisitationem bono-
 rum ecclesiae usis,) consentientibus.
 Haec Pomeranicarum ecclesiarum ordi-
 natio, breuiter a *Bugenhagio* conce-
 pta et delineata anno sequenti typis
 conscripta atque in partes 3. distributa
 est. Eodem anno uisitatio generalis
 instituta, praesentibus illustrissimis *Po-*
meraniae ducibus et inspectio generalis,
 ordinatio, institutio, adeoque iurisdi-
 ctio ecclesiastica in totum Pomeraniae
 pomoerium reuerendissimo praesuli
ERASMO Manduuel oblata fuit, modo
 euangelium amplexaretur et tueretur:
 quod cum respueret, irritum fuit hoc
 consilium. *Bugenhagium* reformantem
 et uisitantem plures e monachis petie-
 runt, ut secum *Wittebergam* adduceret
 et rectius institueret, qui, datis a ducibus
 stipendiis, abierunt et cecinerunt: in *exi-*
tu Israhel ex Aegypto. Inter reliquos fuit
M. Antonius Remmeldingus, postea *Star-*
gardensium pastor factus, ubi extremas
 duxit horas anno 1584. Vitam ipsius
 monasticam et conuersionem scite reci-
 tat *D. CRAMER. lib. 3. hist. Pom. eccles. 16.* *Bu-*
genhagius duos superintendentes insti-
 tuit: *Sedini M. Paulum* a *Rhoda* et *WOL-*
GASTI Iohannem Knipstrouium, ordinato
 etiam propter distantiam loci *Stolpae*
 praeposito, *Iacobo Hogenses*, cui ius ordi-
 nandi competeret. Synodus euange-
 licorum prima collecta est a nouo super-
 intendente *Knipstrouio*, qui postea ad
 conuentum *Hamburgensem* se contu-
 lit, ut cum reliquis *Luocensium, Bremen-*
sium, Hamburgensium, Rosiochensium et
Luneburgensium theologis se conform-
 aret, uti acta retulit *R. D. CRAM. lib. 3. hist.*
Pom. eccles. c. 24. *Philippus*, desponsata
 sibi *MARIA Saxonica* et *Torgae* per *M.*
Lutherum copulata, ad *Smalcaldicum*
 conuentum profectus est, non alia de
 causa, quam ut testaretur, se esse ciuem
 uerae ecclesiae, seque cum suis doctri-
 nam confessionis Augustanae profiteri.
 Sicut et articulos *Smalcaldicos* a *Luthero*
 consignatos *M. Paulus* a *Rhoda* superin-
 tendens *Stetinensis* subscripsit.

et typis uulga-
 ta
 Visitatio gene-
 ralis Pomeraniae.

Monachi sti-
 pendii ornati
 Wittebergam
 abeunt, melius
 informandi a
 Luthero.

Superinten-
 dentes insti-
 tuti,

et ordinati.
 Synodus euangeli-
 corum
 prima.

Philippi ducis
Pom. matri-
monium.

Confessio fidei

Coniugia sa-
cerdotum con-
uictiis proscri-
duntur.

Rebus ita constitutis, insurrexit *Otto*
Doring, e *Romanensi* errorum schola re-
 uersus, nouam tragoediam incepit, con-
 iugium sacerdotum *himnitum equorum*
 uocauit, ad processum *Caesarem* pro-
 uocauit et citationes misere suppressis
 sacerdotibus insinuauit, quas superiores
 se elifuros receperunt, uti *Philippus* ad
 comitia *Ratisbonensia* profecturus adhi-
 bitis utrinque consiliaris et theologis,
 causam cognouit: sed antagonista ille
 fuga sibi consuluit et deprehensus uitam
 cum morte commutauit. Hinc annis
 subsequens diuersae synodi colle-
 ctae

ctae

tae sunt et illustre *paedagogium Sedini* A fundatum est, a praedictis illustrissimis ducibus, *Barnimo* atque *Philippo*, in quo pro pigris monachis studiosi adolescentes studiis addictissimi aluntur, instituntur, ut suo loco uberius tradam. Tempora quidem turbulenta fuerunt et bellum *Schmalkaldicum* non minimam calamitatum epitomen adduxit et inclinatum *Caesaris* animum aliquantisper abalienauit. Tamen illustrissimus *Philippus* uel imperatoris potentiam uel aliorum hostium insidias non tantopere ueritus est, ut quicquam in religione mutaret. Quinimo reuera saepius dixit: *se malle deposita gubernatione priuatam ac calamitosam agere uitam uel omnino succumbere, quam contra agnitam ueritatem quidquam admittere.*

Philippi ducis in religione constantia

Caesares ducum Pomeraniae renunciarunt foederi Smalcaldico.

Praedicto foederi illustrissimi *Pomeraniae* duces, solo religionis casu excepto, renuntiarunt: quod ut facerent, multas habuere causas. Vulgo ferebatur eos potissimum motos fuisse, quod, cum propter redditus ecclesiasticos, quos olim episcopus *Roschildensis* in *Russia* et abbas *Remeldensis* ex praefectura *Treptouiensi* percepisset, mercatoribus in *Dania* multa aduersa contingerent, confoederati consilio et opera nostros deseruerunt.

Bugenhagius recusat episcopatum.

Bugenhagius alter *Pomeranorum* apostolus, cum non solum religionem mutasset, sed et ecclesias *Pomeranicas* bene et ordinate constituisset, electus est in episcopum *Caminensem*, quam dignitatem certis ex causis reculauit. Visitatio interim ecclesiarum *Pomeranicarum* continuatur, uitia, quae irreperant, emendantur et omnia ad ordinem rediguntur. *Lutherus* e uiuis sublatus est, nec monitor ullus pro illo relictus, distrahuntur ecclesiae, sparguntur corruptelae rerum bene traditarum, stabiliuntur prauis ritus, pariter in omnibus languescit inuocatio, ut semper sit in dubitatione. Deinde in multis parit dubitatio *Epicureum* contemptum Dei et omnium religionum: et aliquanto post, ubi de hoc ipso pomo eridos docti inter se pugnare coeperunt, nouae dissensiones et aliae dogmatum deprauationes oriuntur. *Phil. Melancton tom. 3. Declam. Witteberg. p. 763.* In nostris quidem ecclesiis *Andreas Materius Gallus*, *Ioh. Coglerus* et *Balthasar Rhamus SS.* theologiae doctores et postea partim superintendentes, *M. Georgius Cracouius* et alii *Wittebergam* bello oppressam aduentarunt et euangelium praedicarunt. Quod cum papicolae, nupera belli uictoria animosiores facti, inuiderent, optimum principem *Philippum* apud *Caesarem* maiestatem traducere et calumniis proscindere non intermiserunt adeo, ut grauis pecuniae summa indice-

Lutheri obitus fatalis ecclesiae

Philippus dux obreclatur.

retur et simul *Sphynx Augustana* obtruderetur, de qua *SLEIDAN. lib. 19. et 20.* Illustrissimi principes legatos *Bruxellam* miserunt et tertiam indictae pecuniae partem obtulerunt: Interim interea ad concilium generale religato, utpote quo subditorum conscientiae uulnerarentur et executio motus horrendos excitatura esset. Hic *Atrebatensis* nimis acre respondit: *Expellite istos nebulones concionatores uestros, qui plebem ad seditionem excitant, et habebitis populum obsequentissimum.* Post uarios tractatus et solutionem aliquot mille aureorum, datae sunt a *Caesarea* maiestate *Pomeraniae* ducibus literae absolutoriae, omni meliori modo conscriptae, quibus non tantum in gratiam duces recipit, sed ab omni quoque suspicione recta scientia liberauit et absoluit. Actum *Bruxellis* 20. April. anno 1549. *Hallucinatur ergo Iac. Aug. THYVANVS l. 4. hist.* ubi annum 1547. reiecit, nec multo post, inquit, *Philippus* et *Barnimus*, (pro quo uitiose *Bernhardum* ponit) cum *Caesare* transegerunt.

Interim ad concilium generale reuocatur.

Interim ad concilium generale reuocatur.

Litterae absolutoriae ducibus datae ab imperatore.

Thuanus lapsus.

IULIUS III. concilium a praedeceffore *PAVLO III.* Tridenti indictum continuauit, in quo repetitio confessionis *Augustanae* a *Philippo Melanctone* facta et ab ecclesiis *Pomeranicis* approbata, concilio Tridentino exhibenda, quae cum a concilio reuiceretur, una cum legatis malignantis conciliabuli pseudo patres reliquerunt et abierunt, dissipato mox concilio instar fumi. *SLEIDAN. l. 22. et GRAM. l. 3. hist. Pom. eccles. c. 29.* ubi literas a theologis *Pomeranicis* ad *Wittenbergenses* scriptas recenset, datas in synodo prouinciali, anno 1552. 21. Ian. *Iacobus Rungius*, optimus theologus ad hoc concilium uisitandum deputatus erat. Rebus ita turbatis, aurea constitutio pacis religionis s. autonomiae transactio *Cadomica* anno 1534. coepta *Passauii* 1552. repetita *Augustae* 1559. et 1560. sancte innouata et stabilita est, prout initia et progressum pacificationis optime recapitulat *D. And. KNICHEN in Encyclopaed. c. 13. pr.*

Concilium Tridentinum continuatur.

Iac. Rungius deputatur ad concilium Trident.

Pax religiosa.

Haec uel sexies repetita et ingeminata pacificationis prouisio tibi concussio uidetur? Confessio confusio. Nunc, turbate imperii turbator, nugari desine et ex hoc contextu annuatim deducto discite, quod omnia religionis capita ante transactionem *Passauiensem* in *Pomerania* mutata fuerint. Circa hoc tempus etiam, ut obiter dicam, *Andreas Osiander* articulum de iustificatione corripuit et corruptela sua *M. Paulum Artopoeum*, aedis *Marianae* pastorem doctissimum, in ueteri *Sedino* affecit. *SLEIDAN. l. 22. et R. D. GRAM. lib. 3. hist. Pom. eccles. c. 30. MVNSTER. lib. 3. cosmogr. Artopoei meminit,*

Concluditur, et piscopatuum Camin. iam ante pacem religiosam fuisse reformatum.

Osianderi smuc.

Paul. Artopoei
su propter
istum ab officio
remotus.

minit, qui diuersis synodis Sedini colle-
ctis admonitus ab episcopo quondam
Suanenio, D. Falcken, D. Balthasaro non
Wolde. Iacobo Zigewitzen, D. And. Maierio
et Iacob. Rungio, errorem Osiandri cum
corrigerere aut agnoscere uollet, habita
Wittebergensium informatione ab, officio
remotus est et Costini mortuus, ut ex
epitaphio ibidem erecto constat:

Artopoei epi-
taphium

Aprilis quae praecedit lux quarta calen-
das,

Artopoei rupit uincula fixa senis.

Sol ter sextus ut occiderat Iani quoque
porta

Extinctae adiungit coniugis ossa uiro.

Pacis religio-
saetior,

Post tot acerrimos purioris ecclesiae
conflictus aurea religionis pax in comi-
tiis Augustanis ab augustissimo impe-
ratore et omnibus imperii statibus ratifi-
cata et confirmata est. Ne quis ob reli-
gionem bello porro molestetur, uel bo-
na ecclesiastica a principibus secularibus
possessa possideantur, usque ad concili-
um uniuersale determinatum, ut reliqua
pacificationis capitula sonant: uide *pa-
cificationem religionis*, ad eandem D. Sy-
ringii commentar. SLEIDAN. l. 24. et ali-
os. Hanc pacis religiosae constitutio-
nem illustrissimi Pomeraniae duces
omnibus et singulis prouinciae statibus
intimarunt, intimatum publicarunt et
confirmarunt.

et publicatio in
Pomerania.

CAPVT LIII.

De his, quae post religionis pacem in eccle-
siis Pomeranicis acciderunt.

Ordinatio ec-
clesiastica cor-
rectior.

Colloquium
Wormatiense,

IN ecclesiis Pomeranicis post saluber-
rimam religionis pacificationem,
parum aut nihil immutatum est et, si
forsan errores repullularint, utpote de
manuum impositione, a Ioh. FREDERO
MOTA, *interpretatione textus Graeci Ioh. 20.*
facta a M. Gerhardo BERCH. conrectore
paedagogii, *descensu ad inferos etc.* dex-
terrimum euangelii ense refecati fuerunt,
uti de nonnullis testatur Philippus ME-
LANCHTHON in *epist. fol. 389. 393.* Hoc ano-
no D. Christophorus Stymmelius et M. An-
tonius Remmedingus, e monasterio Elde-
nouiensis pastor *Stargardiensis* factus, ec-
clesias Pomeraniae illustrarunt. Syno-
dus etiam *Gryphiswaldiae* collecta fuit,
in qua prior ordinationis ecclesiasticae
delineatio correctior et auctior in lucem
prodiit atque disposuit, ne superinten-
dentes speciales siue pastores urbium
primarium ius ordinandi sibi arrogarent,
usurparent. D. Iacobus Rungius,
insequenti anno superintendens Wol-
gast. factus, una cum Philippo Melanch-
tone ad colloquium Wormatiense pro-
fectus est, quod catholici, certis ex causis,

A impedierunt, ut ex CHYTRAEO uidere est
lib. 19. Suxen. p. 496. Nihilominus theo-
logi congregati processum contra ana-
baptistas formarunt, confirmarunt, ut
blasphemi, seditiosi et impenitentes
capite punirentur. In comitiis electo-
rum, Francofurti indictis, post electio-
nem FERDINANDI, de nonnullis, et
praecipue controuersis, religionis arti-
culis tractatum fuit: id quod elector
Brandeburgensis IOACHIMVS illustrissimis
Pomeraniae ducibus Barnimo atque
Philippo significauit, et simul contendit,
ut approbarent et confirmarent, qui,
conquisitis theologorum censuris assen-
sum in aliud commodius tempus distu-
lerunt et quidam salutaria uberius ex-
plicanda et scapham scapham nominan-
dam christiane monuerunt. Sub hoc
anno Iudaei per mulierculam sui gene-
ris, litem cuidam christiano moturam,
ingressum urbis Sedini et forsan etiam
synagogam attentarunt, quod theologi
animaduertentes publico scripto dif-
fusaerunt et deduxerunt, Iudaeos inter
christianos non esse ferendos, e *tom. 2.*
Witteb. domini D. Lutheri

Anabaptistae
damnati.

Comitia Fran-
cofurtensia.

Iudaei frustra
sedem quaer-
runt Sedini.

Ut damno absque caper nunquam retinetur
in horto:

Sic nec Iudaeus sine damno in plebe fouetur.
Policey-Ordnung de anno 1530. et 48. *Euer.*
*SPECHANI in diatag. Iud. oder Iuden Ord-
nung.*

Dominus Georgius Venetus superin-
tendens episcopatus Caminensis insti-
tutus est, in praesentia reliquorum su-
perintendentium. Sundiis simulatus pro-
pheta PETRVS *idiota* infurrexit, qui uica-
tim et ostiatim concionando plebem se-
duxit et seditionem commouit, sed ha-
bitis a Iacobo Rungio duabus concioni-
bus, in carcerem coniectus et relegatus
est. Paulo post conuentus electorum
Naumburgi indictus ad *Salam* et propter
uarios Flacianorum clamores de confes-
sione Augustana, quaesitum et inquisi-
tum, an esset corrupta nec ne? Quam
cum saluam et illibatam reperirent, con-
uenientem cum *apologia*, iam anno 1548.
edita, denuo confirmarunt et subscri-
ptione roborarunt illustrissimorum
Pomeraniae ducum, *Barnimi* et *Philippi*.
Legati ad hunc conuentum fuerunt *Lu-
douico*, comes de *Eberstein*, *Caspar Kracke-
witz* in *Dewitz*, *Matthias Borcke* in *Pausin*,
Christianus Kuffow in *Megow* et *Mucken*,
Wolde, quibus adiunctus est D. Christo-
phorus *Stimmelius*, pastor et professor in
ueteri Sedino. Hi simul Augustanam
confessionem, anno 1530. exhibitam, ap-
probarunt. Hinc corpus doctrinae Po-
meranicae concinnatum est, in synodo
Sedini collecta, uiuis adhuc M. Paulo a
Rhoda, D. Iacobo Rungio et D. Georgio
Veneto, tribus Pomeraniae superinten-
den-

Petrus idiota.

carceri manci-
patur.

Augustana
confessio denuo
confirmata et
subscripta.

Corpus doctri-
nae Pomerani-
cae.

dentibus, non alium in finem, quam ut *confessio augustana* inuictissimo Carolo exhibita anno 1530. ad posteros propagaretur, una cum reliquis scriptis, in conuentu Naumburgensi editis et approbatis, quibus ita omnis errorum anfa praescinderetur.

Ordinatio ecclesiastica tertium reuisa.

Ordinatio ecclesiastica, conuocatis theologorum praecipuis, tertio reuifa est, praesidente illustrissimo Iohanne Friderico duce Pomeraniae et episcopo Caminensi, a praedictis tribus superintendentibus D. *Christophoro Stimmelio* D. *Ioh. Coglero*, M. *Antonio Remmelding*.

Ioh. Hagenmeister, pastore Treptouienfi ad Rhegam, et quam plurimis aliis, approbata et conlaudata, annexa omnium et singulorum petitione, ut illustrissimi Pomeraniae duces confirmarent et publicarent.

et publicata anno 1563.

Consistoria Pomeraniae.

Id quod etiam unanimes Pomeraniae status e praelatis, comitibus, nobilibus et ciuitatibus constituti, nonnullis mutatis ceremoniisque ad consonantiam redactis, fideliter fuaserunt et impetrarunt, ut anno 1563. solemniter publicaretur. Paulo post *consistorialis instructio* et tria consistoria *Sedini*, *Wolgasti* et *Colbergae* ordinata fuerunt, quibus omnes ecclesiae Pomeraniae subicerentur, soli Sundenses contradixerunt et protestationem exhibuerunt, de non consentiendo in consistoria et institutam bonorum ecclesiasticorum uisitacionem.

Controuersia Sundiana.

Et haec controuersia uariis scriptis hinc inde editis usque ad nostrum seculum durauit, quod illustrissimus PHILIPPVS IULIVS, sicut et alias admodum pacate, absque sanguinis effusione, composuit et summam immortalitatis laudem inde reportauit.

Concilii Tridentini recusati causae exhibentur.

MAXIMILIANO nouiter electo Caesare, causae concilii recusati, quod PIVS IV. Tridentini indixerat, oblatae fuerunt et his illustrissimi Pomeraniae duces, desuper habitis theologorum, praecipue D. *Stymmelii*, consiliis et suffragiis, subscripserunt, frustra que concilium indici putarunt, nisi decisio ex scriptis propheticis et apostolicis desumeretur, episcopis iuramentum laxaretur, uota utriusque partis attenderentur, in libera S. R. I. ciuitate fieret, saluus conductus absque clausula daretur et regula, haereticis non esse seruandam fidem, dexterius et germana fide explicaretur. Hoc etiam anno, 17. Ian. theologo Pomeraniae conuocati fuerunt, ad conficiendam *ecclesiarum agendam*, uti uocant, in ceremonialibus, quam feliciter absoluerunt secundum Augustanam confessionem et apologeticam *abus. ult. de pot. ecclesiarum*.

Agenda ecclesiarum.

conciliatio facta cum pastoribus Sundanis.

In hac synodo facta est reconciliatio cum pastoribus Sundanis, saluo senatus populique iure, quo simul tentata est reconciliatio, sed frustra, cum

neutra pars de iure, quod se tueri posse putabat, quicquam remittere uoluerat.

Nouus conuentus *Erphurdiae* ab electoribus et principibus indictus erat et tractatum de colloquio inter palatinos et theologos Saxoniae inferioris, quod effectum non obtinuit. Hoc temporis illustr. dux BARNIMVS una cum coniuge dilectissima Nosocomium ante uetus Sedinum fundauit et dotauit. Anno 1568. agenda nuper delineata publici iuris est facta et insequenti anno D. Iacobus Andreae in Pomeraniam uenit, offerens *form. concordiae*, quam primo intuitu theologi subscribere detrectarunt.

Conuentus Erphurdensis.

Nosocomium Sedinense.

Anno 1570. synodus indicta, propter agendam saepe dictam, quasi papatum redoleret, nec obseruari strictissime posset, quare conuocati theologo singula capita examinarunt: quae cum non solum sacris, sed etiam rei-publicae salutaria reperirentur, agenda adhuc bene agit. Paulo post nonnulla Lutheri scripta pro ecclesiis Pomeranicis separatim edita sunt, cum praefatione et mandato superiorum, ut diligenter legantur, obseruentur, repetantur. Sed nihil tam bene constitutum est, quin infringi cauillatione et sinistra interpretatione possit.

Lutheri scripta edita.

Ita M. Iacobus Crusius cicatricem controuersiae *Sundianae*, nondum satis obductam, renouauit, ordinationem ecclesiasticam impugnauit, pro superintendente se gesit, institutionem sibi arrogauit, suasit et docuit, utilissimum esse, ut unaquaeque ciuitas proprium superintendentem et peculiare consistorium habeat, non aliter ac in Italia singulae ciuitates singulis episcopis prouisa sunt SIGON. *de regno Ital. PANO. in c. I. de no. I. de priuil. et excess.* Verum ut hoc in Germania nunquam receptum fuit, ita nec illustr. Pomeraniae duces ordinationem, bene ordinatam et fundatam tot theologorum consensu, unius dissensu ambitioso infringi uoluerunt, sed ius episcopale sibi solis uindicarunt et exercuerunt per superintendentes generales, durante hac controuersia ab an. 1570. usque ad annum 1583. quousque Sundenses peculiare consistorium sibi arrogarunt. Quod inhibentes illustrissimi, uisitacionem ecclesiarum et eccles. bonorum *Sundiis* indixerunt, Rugiaeque pastoribus mandarunt, ne citationes e consistorio Sundensi praetense emanatas acciperent, datum *Gartz* in Rugia anno 1576. Hinc creberrime admonitus *Crusius*, tam per theologos quam consiliarios respiscere noluit. Serenissimus elector Saxoniae AVGVSTVS theologos suos conuocauerat *Lichteberg*, ad Albim, et salutaria concordiae remedia in controuerso religionis negotio petierat, qui denuo large congregati,

M. Iac. Crusius inuehitur in superintendentes generales.

Libellus Torgensis.

gati, libellum *Torgensem*, a loco dictum, A ediderunt, paulo post reuiderunt, correxerunt et correctum exemplar in Pomeraniam breui post transmiserunt, ut subscriberetur. Diuersae synodi propter hunc librum collectae fuerunt et approbatus quidem est in articulis de coena domini et persona Christi, caeterum non subscriptus ab omnibus theologis Pomeranicis, nec in omnibus articulis ut *acta synodalia docent*, et R. D. CRAM. l.3. *hist. Pom. eccles. c. 44.* recenset e scriptis doctoris *Iacobi Rungii* superint. Wolgast. lectu dignissimis, contra rediuiuos praesentis seculi errores. Eo minus etiam diuersae synodi conscriptae et acta ab annis 1534. 41. 43. 44. 45. 48. 54. 56. 59. 65. diligenter repetita atque relecta fuerunt, ut controuersia *Crusiana* seu inuectiua in superintendentes generales, nuper inchoata, tandem sopiretur et dirimeretur, qua bene constitutam ecclesiarum Pomer. ordinationem audaculus temerario ausu impugnavit, *formulam concordiae*, discordiae uocauit, iura patronatus euertit, omnia papissimum sapere contendit, erroris conuictus diuersimode. Vel articulos 40. erroneos recenset D. CRAM. l.4. *hist. Pom. eccl. c. 4.* Citatus ergo ad synodum generalem *Crusius*, non comparuit: errores repetuntur et principibus ad oculum demonstrantur, quos cum reuocare nollet, accusatus, non immerito theologorum consortio et orthodoxia exclusus demissusque est. Nec hoc temporis charitatis officia et ecclesiarum aedificationes cessarunt plane, sed illustr. Ioh. Fridericus, dux Pomeraniae *ecclesiam aulicam*, aulicam praeparauit. Illustris *baro a Butbusch Ludouicus* hospitale in commendatura *Wildenbr.* et ecclesiam in *Putbus* de propriis fundauit. Egregius et nobilis *Schwantenus Tessen* ecclesiam in *Schmolikyn* praedio suo (quod hodie ad illustr. Pomeraniae duces deuolutum est) fundari, dotari, consecrari per magistrum *Dauid Crollium* curauit, an. 1582. prout *rhytmi* uernaculi ibidem adscripti indicant. Et M. Adam. *Hamelius*, superintendens episcopae *Caminensis* aliquot ecclesias *Cuslini* restaurari curauit. In praedicta synodo *Sedini* collecta an. 1583. litigium, quod de persona Christi mouerat *M. Ioachimus Frisius*, archidiaconus aedis *Marianae*, diligenter auditum, examinatum, et aliquatenus compositum fuit, ut *Frisius* ad uicinam parochiae ecclesiam ablegaretur et in locum ipsius *M. Ioachimus Stygius* surrogaretur.

non ab omnibus subscribitur.

Synodi uariae.

Crusius propter pertinaciam remouetur ab officio.

Ecclesia aulica.

in Putbus.

Schmolck yn

et Cuslin.

Frisii contrauersa de persona Christi.

CAPVT LIV.

De IUBILAEO LVTHERANO in Pomerania celebrato.

HVc usque 50. anni effluerunt, a primo reformatae religionis exordio in Pomerania; Iubilaeus propterea a D. *Stymmelio Sedini* institutus fuit, ut cantatis hymnis solennes Deo gratiae redderentur. Praefatus etiam *Stymmelius* iudicium *Lutheri* de subsecutura calendarii immutatione et emendatione festi paschatos, quod ante *Gregorium pontificem* anno 1539. in lucem ediderat, et de nouo publicauit et suafit, ne *calendarium Gregorianum* in Pomerania reciperetur, paulo post fato defunctus:

En eques, en auriga tuae, Pomerania, gentis!

En uerae fidei miles et arma iacent! Vir pius et constans et apertus in arte dicendi,

Ferrens in uero dogmate murus erat.

Illustrissimus et cellissimus princeps atque dominus, dominus *BUGISLAVS XIII.* dux Pomeranorum singulari religionis zelo et in literarum fauorem sacra biblia in uersione *Lutheri* curauit imprimi: adiectis sub imagine uersibus:

Haec tuae pietas docuit monumenta dedisse,

Bugislaue, o magnum religionis opus! Omnia praetereunt, maiestas sola manebit

Verbi, quod sonuit coelitus ipse pater. Hoc dum proponis populis patriaeque legendum,

Rite pater patriae diceris esse tuae.

Visitatio interim generalis in ecclesiis Pomeranicis continuatur et diligenter instituitur, urgente et promouente res ecclesiasticas illustrissimo domino *IOHANNE FRIDERICO*. Nec ut uota erant uocatur D. *Conradus Bergius*, qui ultra quadriennium ecclesiae praefuit, non sine suspitione et contradictione collegarum. Tandem uitam cum morte commutauit anno 1592. Eodem anno optimus princeps *Ernestus Ludouicus* dux Pomeraniae testamento constituit et ordinauit, ut *hospitale Wolgasti aedificaretur, academiae Gryphiswaldensis structura continuaretur et monasterium Verchen promonialibz restauraretur. Simul unigenitum illustr. PHILIPPVM IULIVM* admonuit, ut diligentem ecclesiarum et scholarum rationem haberet; ueram religionem, Augustana confessione comprehensam, propagaret et omnes sectarios auerfaretur. Hoc consilium parentis optimi optimus filius laudabiliter sequitur et allequitur, modo coepta academiae structura non eximatur, sed instruat et continuetur. Hinc *synodus magna Sedini* confecta fuit, cui illustr. duces *IOH. FRIDERICVS* et *FRANCISCVS* praesentes fuerunt, una cum legato electorali *Dietleuo a Winterfeld*, commendatore *Scheuele-*

Iubilaeum Pomeraniae.

Calendarium Gregorianum recusatum.

Stymmelii episcopia.

S. Biblia in uersione Lutheri typis impressa.

Visitatio generalis continuatur.

Ernesti Ludouici ducis testamentum.

uelenensi. Controuersia erat inter M. A. Ioachimū Stygiū et D. Salom. Gesnerum, quod alter alteri panem benedictum sinistra manu porrexisset, et coenam ministrando uerba immutasset. Stygius accusatus reuocauit et iuramento se obstrixit ad formulam concordiae, prout formam subscriptionis et illustre mandatum allegat R. D. CRAMER. l. 3. c. 51. Sicut hydrae Lerneae, refecato uno capite, insurgunt alia: ita controuersia Crufiana aliquatenus sopita, rursus a politicis quaesitum: An ius patronatus, tribuens patronis ius nominandi pastorem, in aliqua ecclesia, in se sit impium et papisticum commentum, ecclesis perniciosum atque abolendum, etiamsi patronus suo iure legitime utatur et relinquat auditoribus et consistorio ecclesiastico liberum de persona nominata iudicium? 2. An iure diuino et positiuo cuiusuis ecclesiae in oppido aut pago auditores habeant potestatem dimittendi pastores et ministros ecclesiae sine causae cognitione et decisione facta a consistorio ecclesiastico. 3. An iure diuino et positiuo, quatenus hoc cum illo consentit, omnes personae ecclesiasticae, ministri ecclesiarum et scholarum subesse debeant iurisdictioni magistratus inferioris in oppidis aut pagis, an uero iurisdictioni principum aliorumque ordinum imperii, qui iura episcopalia uigore pacificationis administrent. Ad hanc trium quaestionum periochen inelyti facultatis iuridicae professores in tribus academiis Wittebergensi, Lipsiensi et Ietribus facultatibus iuridicis. deciduntur a tribus facultatibus iuridicis.

Stygius cum Gesnero controuersia.

Controuersiae de iure patronatus

iure dimittendi pastores,

et iurisdictione in personis ecclesiasticis

deciduntur a tribus facultatibus iuridicis.

D. Rungii obitus et liberi.

Superintendentes Pomeraniae.

Ducum Pomeraniae facta.

Huius centenarii exordium illustrissimis

mis Pomeraniae ducibus admodum funestum et subditis molestum fuit, quia mors constitutos patriae patres et ecclesiarum nutritios unum post alium sustulit, *Iohannem, Fridericum, Barnimum, Casimirum et Bugislaum* recolendae memoriae. Sed ne religio superiori centenario bene coepta frigesceret, aut ineptis hominum traditionibus infermentata frigesceret, Deus ter O. M. in locum pie defunctorum quinque principum fratrum, sex illustrissimos Pomeraniae duces, *Philippum II. Philippum Iulium, Franciscum, Bugislaum, Georgium et Vlricum* fratres et patruos excitauit, ardentissimos ecclesiarum nutritores, qui religionem et Augustanam confessionem, ab auo *Philippo I.* magna animi constantia introductam, constantissime hucusque defenderunt et propagarunt et ulterius defendent atque propagabunt, donec erit unus pastor et unum ouile. Faxit id SS. Trinitas nostra haereditas. *Turris Iacobina* Sedini re-staurata fuit centenario sane exacte completo, quo ante anno nimirum 1503. sub duce *Bugislauo* magno, itidem refecta fuisset, ut ex monumento constat. Hoc anno diuisio octennalis inter praedictos duces et fratres instituta est, qua illustr. *Franciscus* episcopus Caminensis praefecturam Butouiensem obtinuit, sub hac conditione expressa, ne episcopatuui unquam incorporaretur.

Turris Iacobina Sedinensis re-staurata 1603.

Diuisio octennalis Pomeraniae.


Vna salus patriae fratrum concordia constans.

Illustrissimus ergo *Philippus* dominus meus clementissimus, et iure primogeniturae et conuentione fraterna gubernationem suscepit et sub initio gubernationis comitia prouincialia Treptode ad Rhegam indixit et sanctissime promissit, se, *Philippum II.* ab auo *Philippo I.* primitus receptam religionem et Augustanam confessionem, semper illibatam conseruaturum, defensurum et ad posteros propagaturum, sicut et optimus princeps huc usque laudabiter fecit et simbolo suo singulariter exprimere uoluit: *Christo et reipublicae.* Hoc anno illustr. et reuerend. princeps atque dominus *Franciscus*, dux Pomeranorum et episcopus Caminensis illustr. *SOPHIAM, Christiani II.* filiam *Iohannis Georgii* praesentis Saxoniae electoris moderatissimi sororem, connubio felici fibi iunxit, more ueterum et uerorum episcoporum, cui Deus largiatur omnia fausta felicissima. Insequenti anno capitulares et prouifores aedis Marianae campanam renouare curarunt, ut ex inscriptione patet: *Ad honorem Dei optimi max. et cultum diuinū promouendum, campanā haec grandior templi huius Marianae iussu et uoluntate illustr. principis ac dn. dn.*

Symbolum Philippi duc. Pom.

Francisci episcopi Cam. uxor Sophia.

Campana renouata.



dn. Philippi II. ducis, Stetini Pomeraniae, A
Cassubiorum et Vandalorum principis, Rugiae comitis, Gutzconiae et terrarum Leoburgensium et Butouiensis dynastiae, tertium fusa et renouata fuit, anno gubernationis optimi principis V. coniugii 4. Christi nati 1611. Post hunc annum illustr. pacificus et religiosus princeps Philippus II. dux Pomeraniae contractum inuit cum Stetinensibus, cuius caput primum fuit *ius patronatus* in ecclesiis S. Iacobi et S. Nicolai, quod illustrissimus sibi asseruit et certis conditionibus transactum est, quomodo *uisitatio* praedictarum ecclesiarum et ecclesiasticorum bonorum, *electio* pastorum, *nominatio*, *ordinatio*, *approbatio*, *uocatio*, *examinatio*, *institutio* et *diuisio* fieri debent, quomodo *iurisdicctio ecclesiastica* exercenda sit, facinorosi ab *asylis* remouendi et delinquentes in coemiteriis puniendi, uti tenor praedictus contractus latius ostendit.

1611.
Contractus
cum Stetinensibus.
1612.

Eodem anno MATTHIAS rex Vngariae et Bohemiae ab electoribus Francofurti congregatis unanimiter electus est imperator Romanus et hac electione tres gentes rursus in unam coaluerunt. Cuius in memoriam illustrissimus PHILIPPVS II. et concionem haberi et ferias solemnes institui uoluit, addito hoc uoto: *Viuat Matthias Caesar*. Praedictum Sedinorum exemplum secuti sunt Stargardenses, qui humiliter petierunt, ut controuersia, ratione iuris patronatus gliscens inter illustr. Pomeraniae duces et senatum populumque Stargardensem, ad tempus amicabiliter componeretur, quod ex singulari ducis clementia et affectione erga cultum diuinum facile impetrauerunt. Milite confederato in collimitio Poloniae et Pomeraniae tumultuante, non leuis rumor sparsus est, quasi in partibus Ligistarum esset, euangelicis uim illaturus. Vnde Pomeraniae duces non solum legatos suos ad exercitum et directorem supremum miserunt, sed et militem externum pro defensione comitum conscripserunt, qui rursus dimissus est, cum confederati nil nisi pacem et donatiuum, uti uocabunt, peterent, utpote qui pro religione christiana in *Moscouia* militassent. Diuturnae etiam controuersiae agitatae fuerunt inter illustrissimos Pomeraniae duces atque *Sundenses*, quas partim ante tetigimus, ratione consistorii particularis et superintendentis oppidani. Has illustr. Philippus Iulius, non sine exemplo patris sui, tam placide et artificiose composuit, ut merito im-

Festum coronationis Mathiae imp.

Metus in Ligistis.

Controuersiae Sundanae compositae.

mortalitatis laudem tota patria ei debeat et, quod OROSIVS de Traiano, illud de Philippis dicat: *Per Philippos afflictiae Pomeraniae diuina prouiso consuluit.*

Eodem anno *Stolpenses* humiliter supplicarunt, ut illustr. Philippus II. qui nuptiis Bugislai fratris Rugiae waldae adfuit, non minus componi pateretur, quam cum Sedinis et Stargardensibus factum esset: id quod clementer obtinuerunt et in comitiis prouincialibus, anno praeterito inchoatis et praesenti continuandis, non minimam consistorii subordinati spem, imo rem acceperunt. In his comitiis, aequae ut in prioribus, illustr. PHILIPPVS II. subditis promisit, se religionem auitam fortiter defensurum et ad posteritatem propagaturum, quod ut faciat et efficiat, faxit supremus rerum omnium choragus, uires corporis largiatur, spiritu S. assistat et ab omni malo defendat.

Stolpense consistorium subordinatum.

Haec est *synopsis historiae* de episcopatu Caminensi et rerum ecclesiasticarum series continua usque ad praesentem annum; quae lectori humanissimo breuiter ad oculos ponet et exponet, quibus superstitionum tenebris Pomerani quondam inuoluti et quando ad fidem christianam conuersi fuerint. Quod episcopatus Caminensis a solis Pomeraniae ducibus, tunc extra Romanum imperium constitutis et manu regia regentibus fundatus, dotatus, translatus et conseruatus fuerit, a quibus adhuc diuina gratia conseruatur. Quod a pontificibus equidem confirmatus et exemptus, sed ne obulo quidem dotatus aut ditatus fuerit: qualem nobilitatem, quas urbes et praedio contineat: quomodo episcopi eligantur et electi sibi inuicem successerint, usque ad praesentem illustrissimum Pomeraniae ducem. Denique quomodo religionis mutatio fere ante annos centum coeperit, coepta accreuerit et ultra annos octoginta publice professae et ad hoc nostrum seculum propagata fuerit, longe ante pacificationem religionis, et quod post hanc nihil immutatum, aut multo minus episcopatus Caminensis occupatus aut inuasus fuerit. Hanc *autor turbati imperii status* uel per perspicillum inspiciat, uoculam Camini in tractatu suo expungat, et alta uoce dicat, *uera referre decet, falsa referre pudet*. Quod nisi fecerit, tu, benigne lector, ueritatem sectare, exemplar tuum corrige, praedictam uoculam expunge. Bene uide, bene VALE.

Conclusio operis

F I N I S

PARTIS



PARTIS SECUNDAE
INDEX
NOMINVM ET RERVM
MEMORABILIVM COPIOSVS.

Litterae numeris adiectae decades linearum designant.

A.

- A** Aronis (de) uirga reliquiae, 425. b
Abbat̄es Pomeraniae sponte euangelio nomen dedere, 560. b
de Abbat̄esdorf Gebhardus 252. g
Abdonis martyrium. 143. d
Abensae ciuitatis episc. Valerianus, 273. e
Abi praepositura, 29. g
S. Abibae corpus inuentum, 163. c
Abirritanus episc. Felix. 173. c
Ablager-Geld, onus Rugianorum, 558. e
Abraham quo tempore uixerit, 129. a
Abfolon Rugianorum apostolus, 523. f
Abreshagen Ioan. uendit uillam Nickou canonicis Camin. 544. e
Acatii martyrium, 146. e
Acatus Eutyechianus damnatur 171. a
174. e
Accon urbs a Turcis expugnata, 321. a
rurfus capitur a christianis, 344. b
Achillais urbs, 141. c
Achillis martyr, 136. d
Acris urbs expugnata, 322. d
de Adalbah̄r nobiles uasalli episc. Camin. 560. e
Adalgisus filius Desiderii, 203. a
Adalrammus episc. Salisb. 209. d
Adelbertus primus Pomeraniae episc. 535. f 575. c cur ab Othone S. commendatus sit ad episcopatum, 575. f
Adelbertus episc. Herbipol. 27. g
S. Adelbertus episc. Pragensis, 220. g
eius memoria conseruata in Pomerania, 575. f
eius reliquiae, 16. d templum 511. b
Adelberus episc. Herbipol. 17. c. coenobii Schwarzacensis alter fundator. 17. e
Adelheida, Ottonis M. uxor, 218. e
S. Adelheidis regiae uirginis reliquiae, 475. b
Adelwinus, archiepisc. Salisb. 211. f
Adeodatus papa, 193. a
Admonitensis abbas Godefridus 254. g
278. d
S. Adolphi episcopi reliquiae, 420. f
S. Adriani reliquiae, 425. b
Adrianus imp. institutore christiano utitur 137. b durnus iudaeis, 137. c
Adrianus papa priuilegium concedit coenobio Richerspergensis, 271. d inuitat Carolum M. in Italiam, 202. e
Adrianus II. papa, 212. d
Adrianus III. papa, 215. b
Adrianus Anglorum apostolus, 192. a
Adrumentinus episc. Felix, in exilium pulsus, 166. a
de Aduocatia priuilegium, 285. d
Aduocati consensus in alienationem praedii, 262. b. electio libera, 412. b
S. Aegidii monasterium Noribergae, 332
Aegyptus subiugatur a Chosdroe, 188. a
Aemilia prouincia, 168. f
Aemilianus rebellis, 168. f
tyrannus 144. d
Aepinus Io. doctor euangelii in Pomer. 644. c
Aetius patritiatus dignitatem obtinet, 165. d. interimitur, 169. d
S. Aefrae ecclesia combusta, 218. f
reliquiae, 420. g
Agapitus papa, 180. e
Agapitus uir consularis, 178. f
S. Agapiti martyrium, 22. a 143. d
reliquiae 419. g. 420. b
Agathae uirginis martyrium, 143. c
uita m̄scta, 423. d. reliquiae, 419. d. 421. d
Agatho papa, 193. b
Agilulphus R. Longobard. 186. f
Agnesa Rudolphi I. uxor. 481. g
S. Agnetis reliquiae, 419. d. 420. f
Agrippa Iacobum decollari facit, 132. f
misere interit, ibid. g. eius fata Romae 132. b. principatus 132. d
de Aheine Rudigerus obit in palaeestina,

INDEX NOMINVM

- de *Ahlegia* Amigo, 342 g. 268 b
Ailikon praedium coenobii Murenfis 410 a
Aistetenſum episcoporum biographus, 499 c
Alani uastant Africam, 165 a
 fusi a Theodosio imp. 421 b
Alamanni tributarii Chlodouaei 174 d
Alaricus R. Gothorum obsidet Romam, 162 g. regno et uita priuatur a Chlodouaeo, 174 d
S. Albani reliquiae, 421 b
Alberadis marchionissa, pro obtinenda sepultura christiana mariti sui, summum pontificem sollicitat, 52. et uoti damnatur, 53 c. a Deo dilecta, 54 g. eius strategema diuinitus inspiratum, 53 f. in gratam memoriam liberationis castrum Stegliz coenobium Bantense extruit, 55. et bonis dotat, 56 f. sepulturam suam ordinat, et moritur, 57 a. b. eius uaticinium adimpletur, 57 c. eius pietas et patientia perpetuitate merentur coenobio Bazensib. c. 62 a. eius canonizatio coelitus impeditur, 59 c. merito tamen pro sancta habetur, 60 a. circa ipſius sepulchrum fragrantissimus odor sentitur, 60 c. eius posteritas 53 e
Albertus archiepisc. Mogunt. et Magdeb. formulas indulgentiarum dat. 638. a
Albertus Achilles march. Brand. bellum gerit cum episc. Wurzb. 32 b
Albertus D. Brunſuic. 589 d
Albinus procurator Iudaeae, 134 a
S. Albini reliquiae, 426 c
Alboldus abbas VI. Schwarzac. 14 d
Albuinus rex Longobard. 182 c
 intrat Italiam, 183 d
Alchuseren praedium coenobii Murenf. 409 g
Alchymiae studium apud Carthusianos, 619 g
Alexander I. papa. 136 g
Alexander II. papa. 228 a
Alexander III. papa, 272 b
Alexander IV. conuocat synodum Franciae, 287 g. Romae suscipitur, 287 g. eius sectatores infestantur 294 a
Alexandri V. papae literae ad *Adelbertum* Salisb. archiep. 309 d. ad *Conradum* archiep. Mogunt. 310 b. ad chorum Salisburg. 311 f. ecclesiam Salisburg. ab obsequio Adelberto debito absoluit eique Conradum commendat, 315 seq.
Alexander VI. papa, 548 g
Alexander episc. Alexandrinus 143 a
S. Alexandri papae reliquiae 420 d
 uita mſc. 423 d
S. Alexiae uita, 423 e
Alexius imp. orient. moritur, 328 a
Alikon praedium coenobii Murenfis 409 a
Alleluiah extra pentecosten ad missas cantari mandatur, 185 e
Alamannus pontificis legatus, 233 d
Alpes Cottiae sedi apostolicae restituntur, et ea donatio confirmatur, 196 d
 198 e
Altrachii inferioris episc. Hermannus, 127
Altare super B. Alberadis sepulchrum extractum impedit eius canonizationem, 59 f
Altarium sanctitas, 59 g
 de *Altenburg* comitis Kanzelinus 402 b
 Radeboto, Rudolfus, Lancelinus, Wernherus, 457 b. c. 460 e. 462 d
Altenſchoenbach, 25 b
Altersbacensis abbas 293 d
Altmannus abbas XII. Schwarzac. 20 a
 librorum amans, ibid. b
Aluernia ciuitas, 235 b
Amabitanorum episc. Petrus, 219 a
Amalbertus notarius Caroli III. imp. 393 f
Amalricus rex Gothor. 174 d
Amandus tyrannus, 146 d
D. Amandi parrhesia turbas concitat puriori doctrinae periculosas 636 e
Ambianensis episc. Iesse, 207 d
Ambrosius episc. Mediolan. 158 e
 eius liber mſc. de principio, 423 g
 reliquiae, 425 b
Anabaptistarum deliria, 644 f. damnata 645 c
Anacletus papa, 135 g
Anagnostes, mensae adhibitus, 97 d
Analogium, p. 422. c. rectius anabolagium, uel anaboladium, quod est superhumerales album lineum, Graece ἀναβολάδιον, uel ἀναβολάγιον ἀναβαλλόμενον.
Anassus fluu. 389
Anassoburgium, 389 c
S. Anastasiae reliquiae, 421 d
Anastasia ducissa Pomeraniae fundat monasterium uirginum uestalium, 585 b
Anastasius imp. 198 a. Eutychianus 176 a
Anastasius papa, 161 e. 217 d. 262 iudicio diuino percussus, 176 d
Anastasius bibliothecarius sedis Romanae, 212 g
Anastasius episc. Syriae. 145 g
Anclamensis arx Augustinianis concessa, 544 b
Anconitanus episc. Erfemarius, 350 a
Andegauum occupatur a Normannis, 211 b
 de *Andechs* Bertholdus 267 g. Godefridus et Nazarius 270 d
Andragatius dux belli, 161 b
S. Andreae praepositus *Otto* 269 b
 reliquiae, 421 c
Andreas monachus S. Mich. 64 g
 biographus S. Othonis, 617 f
Andronicus imp. Constantinop. seuerus in proditores, 326 g
Angelus malus apparet hominibus, 194 a
 tubelaris christianorum, 334 e

ET RERVM MEMORABILIVM.

| | | | |
|--|--------------|--|----------|
| <i>Angli</i> conuersi, 185 f. in fide instructi, | 192 a | <i>Archidiaconatus</i> Stargardiensis incor- | |
| <i>Angliae</i> rex auxilio uenit crucigeris, 343 c | | poratus thesaurariae, | 618 d |
| capitur a duce Aufr. 345 g. dein fit | | <i>Archumbaldus</i> magister hospitaliariorum | |
| captiuus imperatoris, | 346 f | Italiae | 321 d |
| <i>Anicetus</i> papa, | 139 c | <i>Arconitani</i> primi omnium Rugianorum | |
| <i>Anisus</i> fluuius, | 205 d | conuersi, | 523 a |
| <i>Annatarum</i> ab ecclesia Caminensi in ca- | | <i>Arcona</i> Rugiae metropolis a rege Daniae | |
| mera apostolica soluendarum taxa, | 527 g | obsidetur, | 522 d |
| <i>Ansegarius</i> episc. Hamb. apostolus Van- | | <i>Ardicio</i> episc. Cumanus, | 268 c |
| dalorum, | 521 d | <i>Arelatense</i> concilium, | 208 c |
| <i>Ansginus</i> pater Pipini regis Franc. 196 e | | <i>Aretinensis</i> episc. Euerardus, | 349 g |
| <i>Ansuerus</i> monachus a Vandalis captiuat- | | <i>Argentinenfis</i> episcopatus restauratus | |
| tur, | 511 f | | 222 c |
| <i>Antemius</i> imp. | 171 b | <i>Argentinenfis</i> episc. Wernherus | 456 d |
| <i>Antesen</i> ecclesia dedicatur, | 241 e | <i>Argentinenfium</i> episcoporum biogra- | |
| <i>Antesen</i> fluu. | 231 d | phus, | 499 |
| <i>Antherus</i> papa, | 142 d | <i>Argoia</i> pagus, | 456 d |
| <i>Anthymus</i> episc. Constantin. | 180 c | <i>Argowe</i> pagus | 415 d |
| <i>Antiocheni</i> concilii decretum de chori- | | <i>Ariana</i> haeresis repudiata in Italia, | 159 a |
| episcopis | 356 g | <i>Aribertus</i> presbyter cardinalis lit. G. | |
| <i>Antipater</i> tetrarcha, | 131 a | Anastasi, | 259 e |
| <i>Antiphonarii</i> compilator, | 185 e | <i>Aribo</i> archiep. Mogunt. suffragium dat | |
| <i>Antiquum</i> nihil, quod non fuerit nouum | 792 a | Conrado II. imp. | 57 a |
| <i>Antoninus</i> pius imp. | 138 a | <i>Ariminensis</i> episc. Ioannes, | 349 g |
| <i>Antoninus</i> uerus imp. | 140 g | de <i>Aristei</i> fructis reliquiae. | 425 b |
| <i>Antonius</i> eremita, 155 f. eius uita msc. | 423 c | <i>Aristides</i> christianus claret, | 137 d |
| <i>Antonii</i> interitus | 130 | <i>Arno</i> episc. Salisb. accipit pallium, | 205 f |
| <i>Aper</i> , focer Numeriani Caesaris | 146 b | obit, | 209 c |
| <i>S. Apri</i> reliquiae, | 426 c | <i>Arno</i> episc. Wurzb. | 11 a |
| <i>Apocalypsis Iohannis</i> scripta, | 135 e | <i>Arno</i> praepositus Richersp. obit. | 312 a |
| <i>Ἀποκατάστασις τῶν πάντων</i> assertore prisci | 609 f | <i>Arnoldi</i> presbyteri obitus memorabilis | |
| <i>Apocrisarius</i> , 212 e. ab ἀποκρίσιναι re- | | | 289 e |
| spondeo: nuntius papae, qui ipsius | | <i>Arnoldus</i> abbas Schwarzac. XXVI. | 24 d |
| nomine respondeat et mandata refer- | | <i>Arnulfus</i> imp. 12 d. Romam capit. | 216 a |
| rat ecclesiarumque curet negotia, | | obit morbo pediculari, 387 g. eius | |
| <i>Apollinaris</i> martyrium, | 135 c | basilica, 210 c. diploma Oetingensi | |
| <i>Apostolorum</i> passiones, liber msc. | 423 a | coenobio datum, | 394 a |
| <i>Apulia</i> recuperata, | 221 f | <i>Arrianorum</i> furor, | 155 f |
| <i>Aqua</i> baptismalis episcopo Arriano eua- | | <i>Arsaphius</i> legatus Nicephori ad Carol. M | |
| nescit, | 175 a | | 207 e |
| <i>Aquensis</i> episc. Gothofredus, | 250 c | <i>Arsenius</i> episc. apocrisarius et consilia- | |
| praepositus Adelbertus, | 268 c | rius, Nicolai papae. | 212 b |
| <i>Aquilae</i> in Asiam aduentus, | 133 b | de <i>Arsur</i> Gualterus II. | 322 b |
| <i>Aquileia</i> rapta ab Attila, | 168 b | <i>Artopoeus</i> Paul. Osiandrista, | 669 g |
| <i>Aquileienses</i> patriarchae, Peregrinus. | | ab officio remouetur, | 670 b |
| 268 b. Rodaldus, | 349 f | <i>Artusum</i> urbs orientis dedit se Turcis | |
| <i>Aquileiensis</i> synodus, | 196 f | | 322 |
| <i>Aquisgrani</i> sepultus est Carolus M. 208 d | | <i>Ascalona</i> expectat auxilium contra Tur- | |
| <i>Aquisgranensis</i> synodus, | 196 f. 208 c | cas, | 322 e |
| <i>Arator</i> claret, | 181 b | <i>Aschaha</i> uilla, | 231 c |
| <i>Arbogastes</i> occisor Valentiniani imp. | 161 c | <i>Askebach</i> praedium coenobii Murensis. | |
| <i>Arcadius</i> imp. orient. | 162 a. 163 a | | 409 g |
| <i>Archauensis</i> episc. Sueno | 534 a | <i>Asisinatae</i> ecclesiae episc. Ingiza. | 350 |
| <i>Archelaus</i> rex Iudaeorum, | 130 e | <i>Asini</i> ferrati qui, | 31 g |
| pellitur in exilium, | 131 a | <i>Aspach</i> uicus datur iuri episcopii Salis- | |
| <i>Archidiaconatus</i> Pomeraniae constituti, | | burg. | 231 f |
| 545 e. multiplicati 593 d. minuti, | 610 a | de <i>Assika</i> Richwinus, | 469 c |
| | | <i>Astensis</i> episc. Roilo, | 350 c |
| | | <i>Astingus</i> , ep. Auximananensis | 350 a |
| | | <i>Astronomiae</i> pretium, | 102 c |
| | | <i>Aternhoua</i> curtis regia donatur coeno- | |
| | | bio Oeting. | 393 c |
| | | <i>Atesis</i> fl. | 262 b |
| | | <i>Athanasici</i> regis Goth. tyrannis, | 159 a |
| | | (Vu) 3 | S. Atha- |

INDEX NOMINVM

- S. Athanasius* 158 b
Athenodorus episc. Ponti, 144 e. 145 c
Attala rex Maurorum, 182 g
Attalus tyrannus 164 b
Attila R. Hunnorum, imperium occidentale demolire intendit. 167 f
 praelio uictus intrat Italiam, et misere obit, 169 a
Auari bello uexantur a Carolo M. 205 d
Auaritiae uitium taxatur, 107 g. 108 c
Auderum urbs orientis dedit se Turcis 322 d
Augusta Vindelicorum extracta, 136 f
 obsidione cingitur, 218 f
Augustana comitia 644 d. confessio 645 c
Augustana confessio repetita in concilio Trident. 669 c. denuo confirmata et subscripta in Pomerania, 671 f
Augustanorum episcoporum biographus, 499 b
Augustensis episc. Adalbero, 387 f
Augustinus fulget 167 f. metropolitanus efficitur 187 a. interest synodo Carthaginensi 163 e
Augustini expositio super psalterium, 423 g. opera msc̄ta. in coenobio Murenli, 407 c. ossa transferuntur Papiam, 199 a. reliquiae, 420 a f
Augustinus Anglorum apostolus, 185 g
Augustus Caesar 120 b
Augustulus imp. occid. ultimus 172 e
Aurelianenses corpus S. Benedicti auferunt, 195 f
Aurelianus imp. 145 c
Aurelius Alexander imp. 141 f
 uincit per milites christianos, 138 f
Aurelius episc. Carthagin. 163 e. 164 f
Auriphrygium, 431. rectius auriphrygium, quod est pallium seu stragulum fericum, auro intertextum et Phrygio opere confectum.
Austriae dux Luitpaldus 323 f
Auxentius Arrianus episc. Constantin. 158
Auximianensis episc. Astingus. 350 a
Azymitarum haeresis 219 c
- B.**
- B**acchus (sanctus), 265 f
Baduila rex Gothorum, 181 f
Balbinae martyrium, 136 d
Balbinus interfector Maximini imp. 142 c
Baldricus abbas Salisb. 249 c
Baldwinus primus abbas Banthenensis, 58 c
Bambergensis episcopatus erectus 222 b
Banni aduocatis ecclesiarum soluendi
Banowen Conradus administrat episcopatum Camin. 606 d
Banz quondam castrum marchionis Hermannj 51 c. mutatur in monasterium, 56
Banzense monasterium damna patitur a castro Stegliz. 62 e. instauratur a S. Othone, 57 denuo dedicatur, 58 g
Banzenfis coenobii abbas primus Baldwinus, 58 c. Thomas, 69 a. eius perpetuitas cui tribuenda, 62 b
Banzensum monachorum consilium emigrandi disuadetur, 62 g
Baptismales ecclesiae dioeceseos Iuuuensis, 378 d
Baptismus ordinatus a Victore papa, 140 f
Barbaries coenobiorum, 94 a
Bardenses baptizati, 578 b
 accipiunt priuilegium de nullo posthac monasterio erigendo 588 g
Bardensis campus, 285 d
Barnabas segregatus ad euangelium 132 f
Barnicouius Ioan. miles Rugianus et D. Pomer. uasallus, 558 c
Barnimus I. bonus D. Pomer. fundat monasterium ante uetus Sedinum 587 b
 it. monast. Iaseniz, 588 b
Barnimus II. D. Pomer. cum fratribus coenobium uirginum Vestalium erigit, 191 b. malitiose infimulatur sacrilegii, 599 e. meditatur archiepiscopatum Pomer. 599 f
Barnimus IX. praesentat Bartholomaeum episc. Camin. 626 f
Barnimus X. nosocomium Sedinense fundat, 673 a
Baronii annales quo loco habendae, 128
Barouit idolum Wolgastensium, idem ac Mercurius, 512 a
S. Bartholomaei altare in Schwarzach, 18 b
Bartholomaeus XXVII. episc. Cam. praesentante duce electus 626 f. a tribus superintendentibus ordinatur et inuestitur, ibid g. contractum Coslinensem in it 627 a. conuentum habet generalem, num *Interim* sit recipiendum, 627 f. resignat episcopatum, postquam uxorem duxisset, 628 d et dehinc de paedagogio erigendo ducibus autor est. 628 c
Basileensis episcopus Ortlibius, 268 c
Basilus M. fit episcopus Nazianzenus, 158 c
 obit, 160 b. eius uita msc̄ta, 423 c
Bassianus filius imp. Seueri, fit imperator, 140 g
Bathauiae episc. Vigileus, 388 b
Bauariae ducatus *Eberhardo* fratri Conradi I. gubernandus committitur, 21 e
 dux Gerboldus, 186 a. deuastatio, 345 c
Bauaria subiugatur a Grifhone Saxone, 200 a
Bealdus dux Saxonum, 190 g
Beda claret in Anglia, 196 f
 eius expositio super septem epistolas et super apocalypsin in msc̄to. 423 f
Belbog idolum Vandalorum, 513 c
Bel-

ET RERVM MEMORABILIVM.

| | | | |
|---|--------------|--|--------------|
| <i>Belburg</i> , unde dicatur, 584 c. | monaster. | <i>Berwinus</i> praepositus Richersp. | 241 e |
| reparatur, | 584 c | <i>Beuerinae</i> pelles | 330 b |
| <i>Belforot</i> urbs orientis dedit se Turcis | 322 d | <i>Bialbuch</i> , Vandalis sonat album deum, | 675 b |
| <i>Belgardenfium</i> conuersio, | 520 c | <i>Biblia</i> in uersione Lutheri typis expressa | 584 c |
| <i>Belisarius</i> mittitur aduersus Gothos, 179 e | | <i>Bibliotheca</i> Romae concremata | 193 g |
| Vandalos profternit. | 181 a | <i>Bibra</i> Laurent. episc. Herbip. | 34 c |
| <i>Bella</i> ciuilia, | 140 d. 148 g | de <i>Biburg</i> , Aribo | 284 b |
| <i>Bellenensis</i> ep. Ioann. | 350 b | <i>Biburgensis</i> abbas Eberh. fitarchiep. Sa- | |
| <i>Bellum</i> Torgense, liber | 674 a | lisb. | 259 g |
| <i>Benaeus</i> , laeus, | 358 b | <i>S. Billois</i> reliquiae | 420 a |
| <i>S. Benedictus</i> claret, | 181 a | <i>Biralophon</i> praedium coenobii Murenf. | 400 g |
| <i>S. Benedicti</i> coenobium inuaditur, 187 a | | <i>Birchenrod</i> , grangia | 23 d |
| corpus aufertur, 195 f. oratorium, | | <i>Birchi</i> , praedium Murense | 409 g. 427 f |
| sanctorum reliquias adseruans, 16 d | | <i>Birmensdorf</i> praedium censuale Muren- | |
| ordo in coenobio Banzensi, | 62 b | sis coenob. | 438 b |
| regula, 4 a. reliquiae, 16 d. | 426 c | <i>Bisuntina</i> comitia | 286 c |
| translatio, 426 c. translatio liber | | <i>Blankenburg</i> nobiles uasalli episc. Cam. | 560 e |
| mfc. | 423 c | <i>S. Blasii</i> martyrium | 139 c |
| <i>Benedictini</i> ordinis praestantia | 592 | cellae abbas Gifelbertus | 410 a |
| <i>Benedictus</i> I. papa, | 184 c | reliquiae | 419 f. 426 d |
| <i>Benedictus</i> II. | 194 d | de <i>Bleien</i> Luitaldus | 252 f |
| <i>Benedictus</i> III. | 211 c | <i>Blutenda</i> filia Tolkberti, com. | 9 g |
| <i>Benedictus</i> IV. | 216 g | <i>Bobium</i> monasterium | 186 e |
| <i>Benedictus</i> V. | 218 c. 220 | de <i>Bodelstorf</i> Hartm. | 114 d |
| <i>Benedictus</i> VI. | 220 e | <i>Bodemburgensis</i> episc. Godescalcus | 254 g |
| eius diploma, quo Fridericum archi- | | <i>Bodenstein</i> castrum | 454 e |
| episc. Salisburg. confirmat. | 350 f | <i>Boethius</i> presbyter Cardin. tit. S. Cle- | |
| <i>Benedictus</i> IX. | 225 c | mentis | 251 g |
| <i>Benedictus</i> episcopus Camin. XXIV. 617 d | | senator perimitur a Theodorico rege | 174 b |
| Pomeraniam gubernat, | 618 d | <i>Bogislaus</i> Pomeraniae dux confirmat om- | |
| uitam Ottonis S. conscribere iubet, | 617 e | nia priuilegia antecessorum | 542 g |
| <i>Benedictus</i> abbas primus Schwarzac. 364 b | | et bona dioeceseos Camin. | 541 c |
| <i>Beneuentanorum</i> dux Grimaldus, | 208 b | <i>Bogislaus</i> dux Pom. | 606 g |
| <i>Beneuentanum</i> monasterium, | 221 f | <i>Bohemi</i> orientem uastant 312 b. et mul- | |
| <i>Beneuentum</i> obsidetur a Constante. 192 c | | tas ecclesias | 256 b |
| igne et gladio uastatur, | 196 c | <i>Boii</i> fuderunt Romanos | 384 d |
| <i>Beneuentenrutenfis</i> ecclesia dedicatur, | | <i>Boioaria</i> reddita Henrico Leoni | 270 a |
| 346 g. uinea, | 344 f | praefertur Saxoniae | 284 b |
| <i>Berengarius</i> anticaesar Arnulfi | 115 | principes ducum uasalli | 283 c |
| <i>Berengarius</i> imp. Longobardorum | 217 c | dux aduocatus coenobii Richersp. | 283 f |
| <i>Bergamensis</i> episc. Vdalricus | 350 d | <i>Bollikon</i> praedium coenobii Murenfis | 409 g |
| <i>Bergense</i> monast. in Pomerania, | 382 e | <i>Bollin</i> uilla capituli Camin. | 595 d |
| <i>Berth</i> , urbs orientis, expectat auxilium | | <i>Bonifacius</i> I. papa | 136 c |
| contra Turcas, | 322 e | <i>Bonifacius</i> II. papa | 180 d |
| <i>Bernardus</i> comes Carinthiae, obit in ex- | | <i>Bonifacius</i> III. papa | 187 d |
| peditione sacra, | 261 b | <i>Bonifacius</i> IV. papa | 187 e |
| <i>Bernhardus</i> eremita magno zelo praedi- | | <i>Bonifacius</i> V. | 189 g |
| cat Iulienfibus euangelium | 518 d | <i>Bonifacius</i> IIX. iubilaeum primum intro- | |
| fed ob formam humilem despicitur, | | ducit | 592 f |
| ibid. e. S. Othonem ad iter in Pome- | | <i>S. Bonifacium</i> episc. Moguntin. Germa- | |
| raniam suscipiendum hortatur, | 519 g | norum apostolus | 199 c. d |
| <i>Bernutus</i> princeps Rugiae fundat abba- | | ungit Pipinum regem | 200 d |
| tiam Campensem, | 585 d | <i>Bonifacius</i> tyrannus Vandalos immisit in | |
| <i>Berno</i> praecipuus Vandalorum aposto- | | Africam | 165 a |
| lus, 525 g. conuertit Rugianos, | 580 g | de <i>Boniz</i> nobiles uasalli episc. Camin. | 560 e |
| <i>Berosi</i> figmenta | 583 b | <i>Bonsletten</i> praedium censuale coenobii | |
| <i>Bertha</i> filia Ludouici II. imp. | 10 e | Murenf. | 438 d |
| <i>Bertha</i> uxor Henrici IV. imp. | 227 f | <i>Bono-</i> | |
| <i>Bertholdus</i> de Sternberg ep. Wurzb. 60 d | | | |
| <i>Bertholdus</i> archiep. Salisb. schismaticus | | | |
| subintroducitur Gerardo | 283 b | | |
| <i>Bertislaus</i> dux Pomer. baptizatur | 517 f | | |
| <i>Bertrada</i> coniux Pipini R. Franc. | 20 f | | |

ET RERVM MEMORABILIVM.

| | | | |
|--|-------|--|--------------|
| <i>Calant</i> uilla capituli Caminensis | 598 d | <i>Canonicatio</i> coelitus impedita propter alta- | |
| <i>Calculus</i> Orisii | 129 b | re, | 159 f |
| <i>Caldarium</i> census species | 441 e | <i>Canon</i> auctus per Bonifacium, | 199 a |
| de <i>Caleuerio</i> , Milo, captus a Turcis | 322 b | <i>Capella</i> Caminensis fundata | 546 e |
| <i>Calices</i> uenditi, et fundi coëmti pro pre- | | <i>Capitolium</i> fulmine ictum, | 139 g |
| tio | 445 a | <i>Cappa</i> uestis innocentiae, | 525 b |
| <i>Caligula</i> caesar | 132 c | <i>Capraria</i> infula | 162 b |
| <i>Calixti</i> papae reliquiae | 421 b | <i>Carantenorum</i> fines uastati, | 215 f |
| <i>Calliensis</i> episc. Ioannes | 320 a | <i>Caracalla</i> imp. | 141 a |
| <i>Callisti</i> papae bulla foundationis academiae | | <i>Cardinalitia</i> dignitas raro obtigit Ger- | |
| Gryphiswaldensis | 611 f | manis, | 499 d |
| <i>Callistus</i> II. papa | 563 f | <i>Carianus</i> Caesar, | 146 b |
| de <i>Caluariae</i> luto reliquiae | 425 e | <i>Carinthiae</i> comes Bernhardus, | 261 b |
| <i>Calumniae</i> uirulentia | 73 e | dux Henricus | 268 b |
| <i>Calumniandi</i> cacoethes | 105 g | <i>Carolomannus</i> cum fratre Carolo M. diuidit | |
| de <i>Cambe</i> Burchard, obit in palaeftina | | regnum Francorum, 199 f. ungitur in | |
| | 342 g | regem 200. monachatum induit 199 f | |
| <i>Camerinae</i> ecclesiae episc. Petrus | 350 a | eius mansoleum, | 387 c |
| <i>Camin</i> oppidum redemptum a Barnimo et | | <i>Carolus</i> M. eleuatur in regnum, | 202 d |
| Wartislao dd. Pomer. | 555 f | ungitur a Stephano papa | 200 f |
| <i>Caminenses</i> baptizati | 519 e | precibus Adriani papae Desiderio bel- | |
| <i>Caminensis</i> episcopatus male confunditur | | lum infert, 202 e. ipsumque capit, 202 g | |
| cum Caminecensi in Polonia 537 g. eius | | potestatem accipit eligendi pontificem, | 203 c. |
| initia 538 b. fabulosa antiquitas 525 f | | in Franciam uictor redit, 203 d | |
| non est a rege Poloniae fundatus 533 c | | honorifice excipitur ab Adriano papa, | 204. |
| fuit olim ἀκρόπολις et episcopatus do- | | Boioariae limites ponit, 205 d | |
| mini papae 503 c 527 a. dotatus a Bran- | | imperator Rom. renunciatur, | 206 |
| denburgensibus 542 a. nihil debet im- | | punit aduersarios Leonis 207 a. impe- | |
| peratori aut pontifici 547 c. eius exem- | | rator et βασιλεύς appellatur a legatis | |
| tionis liuido oculo aspicitur ab archiepi- | | Constantinop. 208 b. obit, 208 d | |
| scopis uicinis 550 b. exemptionis gene- | | <i>Carolus caluus</i> rex Galliae, | 213 e |
| ralis ratio commentitia 547 g. uerior | | imperator, | 214 c |
| 549 b. exemptio eius quinque argumen- | | <i>Carolus</i> crassus imp. 214 f. eius donatio | |
| tis demonstratur 527 e seqq. eiusdem | | facta coenobio Oetingensi, | 392 |
| fitus 555 a. termini dioeceseos, et limi- | | <i>Caroli</i> IV. nuptiae solennes, | 600 b |
| tes uariarunt 556 c. limites eius quon- | | <i>Caroli</i> V. dieterium, | 117 d |
| dam fuere ampliores 610 a. an parue- | | cunae ubi ostendantur, | 87 b |
| rit imperio 543 a. quo tempore quae- | | <i>S. Carponii</i> reliquiae | 420 e |
| stio haec primum mota 569 a. com- | | <i>Carthaginensis</i> synodi septima et octaua an- | |
| moda illius ex exemptione 594 g. im- | | notatio, | 163 e. 164 f |
| munitas ab omni exactione 539 d. fer- | | <i>Carthago</i> capta a Vandalis, | 196 a |
| uitia militaria 539 f. integer conserua- | | solo aequatur a Saracenis, | 194 g |
| tus etiam post reformationem 544 a | | <i>Carthusia</i> Sedinensis nunc residentia, | 598 g |
| <i>Caminensis</i> episcopus comparet in comi- | | <i>Carthusiae</i> in Pomerania fundator, | 590 a |
| tiis prouincialibus 570 a. iurisdictio- | | <i>Carthusianorum</i> in Pomerania excessus 617 a | |
| nem colli et manus accipit 541 f. pallii | | et discordia in electione prioris ibid. b | |
| gestandi potestate gaudet 562 f. eius- | | ordinatio, | 621 d |
| dem uasalli | 541 f | <i>Carus</i> imperator, | 146 b |
| <i>Caminensium</i> episcop. series uariat penes | | <i>Caseliz</i> uilla capituli Camin. | 595 d |
| autores 520 d. electio 565 e. ordinata a | | <i>Casimirus</i> rex Polon. foedus init cum ep. | |
| Casimiro duce Pomer. | 560 e | Camin. | 563 c |
| <i>Camini</i> uocis etymon | 537 g | <i>Casimirus</i> dux Pomer. baptizatur, | 517 f |
| <i>Caminum</i> euangelicum ante pacem religio- | | dotat monasterium Colbas, | 580 d |
| sam, | 503 a | munificus in ecclesias, | 587 g |
| <i>Campa</i> fl. | 252 | transfert episcopatum Camin. | 538 c |
| <i>Campana</i> magna Schwarzacensis | 28 c | in Palaestinam proficiscitur, | 584 f |
| <i>Campania</i> igne et gladio uastatur, | 196 b | <i>Casparus</i> de Schaumberg abbas XXXV. | |
| <i>Campensis</i> abbatia fundata, | 585 d | Schwarzac. | 29 g |
| <i>Campensium</i> abbatum diuitiae, | 595 e | <i>Cassinense</i> monasterium, | 200 a |
| <i>Campulus</i> , aduersarius Leonis III. papae, II. | 207 b | <i>Cassiodorus</i> monachus claret, | 181 b |
| | | <i>Cassius</i> cur propriis libris combustus | 59 a |
| <i>Candelabrum</i> magnum in coenobio Mu- | | <i>Castel</i> pagus, | 4 d |
| rensi | 408 d | de <i>Castel</i> comes Rupertus cremat oppi- | |
| <i>Canisii</i> Henr. collectio scriptorum quo lo- | | dum Suarzach. 23 b. 24 d. Adelbertus et | |
| co habenda, | 128 | Hermannus II. 19 e. Henrici liberalitas | |
| | | (Xx) in | |

INDEX NOMINVM

| | | |
|--|--|----------------|
| in coenob. Schwarzac. 25 b. Ludouicus | <i>Chytraei</i> lapsus, | 566 d |
| | 19 b | |
| <i>Castinellesdorf</i> traditur coenobio Schwarzac. | <i>Cieltwiel</i> uicus dioec. Mur. | 428 a |
| | 12 e | |
| <i>Castitatis</i> et honestatis discrimen, obseruatum in S. coena, | de <i>Cieste</i> com. Rupertus | 22 g |
| | | |
| <i>Castrum</i> in ecclesiam conuertitur, | S. <i>Ciphanillae</i> reliquiae, | 421 a |
| | | |
| S. <i>Catharinae</i> martyrium. | <i>Circipani</i> , prisci Pomeraniae populi | 511 c |
| | | |
| <i>Cazer</i> urbs orientis dedit se Turcis, | <i>Claromontanum</i> concilium, | 235 b |
| | | |
| S. <i>Ceciliae</i> uirginis martyrium | <i>Claudius</i> imp. expellit Iudaeos, | 133 b |
| | | |
| reliquiae, 419 d. uita msc̄t. | eius tyrannis, | ibid. c. 145 a |
| | | |
| S. <i>Celestini</i> reliquiae, | <i>Clemens I.</i> papa | 136 |
| | | |
| <i>Celiomanici</i> corpus S. Benedicti auferunt | <i>Clemens II.</i> papa, | 323 |
| | | |
| | <i>Clementis III.</i> papae bulla, qua translatio- | |
| | nem episcopatus Pomer. confirmat. | |
| | 537 d. denuo eximit episcopatum Cam- | |
| | minenf. a iurisdictione metropolitana, | |
| | | 550 e |
| <i>Cell</i> monasterium, | S. <i>Clementis</i> reliquiae, 420 f. 421 d. 425 b | |
| | | |
| <i>Celli</i> martyrium | <i>Cleopatrae</i> interitus, | 120 b |
| | | |
| de <i>cera</i> Hierosol. accensa reliquiae, | <i>Cleri</i> autor, | 138 b |
| | | |
| <i>Cesmatae</i> ecclesiae episc. Ruodo | <i>Clerici</i> causas nonnisi in ecclesiis agere iu- | |
| | bentur 155 d. impietas punitur, | 583 e |
| <i>Cetensis</i> episc. Sigihardus | | |
| | <i>Clericorum</i> auaritia, 621 d. mos antiquus, | |
| <i>Caldaba</i> fl. | 540 f. uita praua et impudica taxatur in | |
| | synodo Stargardiensi, | 618 a |
| de <i>Chalheim</i> Conrad. | <i>Clerus</i> compositus et psalmis eruditus, | 177 g |
| | | |
| <i>Chamo</i> praedium coen. Mur. | <i>Clerus</i> episc. Rom. | 134 d |
| | | |
| de <i>Chaufaren</i> Hademar, | <i>Cletus</i> papa, | 135 f |
| | | |
| <i>Cherns</i> uicus coen. Mur. | <i>Clodius</i> Albinus occisus, | 140 d |
| | | |
| de <i>Chiburg</i> Richenza, | <i>Clodomirus</i> rex Franc. | 177 d |
| | | |
| <i>Childebertus</i> rex Franc. 177 d. Hispaniam | <i>Clodouaeus</i> rex Franc. 174 c. baptizatur, | |
| | | |
| intrat, 182 c. moritur, | 176 b. eius successores | 177 d |
| | | |
| S. <i>Chiliani</i> canonici, | <i>Clotarius</i> R. Franc. 177 d. 182 c. 183 g | |
| | | |
| S. <i>Chilianus</i> , | | 188 e. 192 a |
| | | |
| <i>Chimensis</i> episc. Chuno, | <i>Clypeus</i> aureus decretus Claudio imp. | 145 b |
| | | |
| praepositus Vdalricus, | <i>Coadiutor</i> Camin. eligendus consensu du- | |
| | cum, | 599 c |
| <i>Chindehusen</i> uilla censualis coen. Mur. | | |
| | <i>Coelestinus</i> papa, | 163 f. 343 e |
| | | |
| <i>Chorea</i> S. Viti, | <i>Coeliocistus</i> papa, | 166 g |
| | | |
| <i>Chosdroes</i> rex Perfarum crudelis in christianos 187 g. miraculose conuertitur, | <i>Colbacense</i> monasterium fundatum, | 575 c |
| | | |
| | confirmatum, | 580 a |
| | | |
| <i>Chozk</i> castrum episc. Camin. | <i>Colbacensis</i> abbas Eberhardus, | 539 g |
| | | |
| <i>Chremesa</i> fl. | <i>Colberga</i> oppidum dioeceseos Camin. | 555 e |
| | | |
| <i>Chremeta</i> uilla, | olim Colobrega, | ibid. f |
| | | |
| <i>Chremenichboue</i> curtis regia donatur coen. | <i>Colbergensis</i> praepositus Hermann, | 539 g |
| | | |
| Oeting. | <i>Colbergensium</i> conuersio, | 520 c |
| | | |
| <i>Chrengelbach</i> ecclesiae baptismalis, dioec. | <i>Collatio</i> praeposituraram Camin. concessa | |
| | | |
| Laureac. | Bugislao D. Pom. | 619 a |
| | | |
| <i>Chrisma</i> ab episcopo conficiendum. | <i>Collectores</i> scriptorum uetustorum, | 128 c |
| | | |
| <i>Christan</i> cancellarius imperatoris, | <i>Colonia</i> Agrippina aedificata, | 130 f |
| | | |
| <i>Christiana</i> sacra in Pomerania iam uiguerunt sub imp. Saxonibus, | ab Hunnis obsessa, | 168 e |
| | | |
| <i>Christiani</i> a fama et lue exemti, | <i>Colonienses</i> archiepiscopi, Arnoldus, | 168 b |
| | | |
| <i>Christiani</i> nominis ultio | Guntharius, 211 g. Reinoldus, | 205 b |
| | | |
| <i>Christianus</i> R. Dan. focius foederis Smalcaldici, 557 g. auocat Bugenhagium ad habendam concionem euangelicam, | Seuerinus | 162 f |
| | | |
| S. <i>Christophori</i> reliquiae, | <i>Coltermannshagen</i> , uilla capituli Camin. | 595 d |
| | | |
| uita msc̄t. | | |
| | S. <i>Columbani</i> basilica dedicata, | 17 f |
| <i>Christophorus</i> papa, | | |
| | S. <i>Columbanus</i> , | 186 d |
| <i>Christus</i> iudicio Tiberii DEus, | | |
| | de <i>Columna</i> , ubi dominus flagellatus fuit, | |
| <i>Choriepiscopi</i> num possint conficere chrisma, uel presbyteros ordinare, | reliquiae | 420 c |
| | | |
| <i>Chrowac</i> locus in Carinthia, | <i>Comacensis</i> ep. Gregorius, | 350 b |
| | | |
| <i>Chrowacensis</i> decima firmatur ecclesiae Bamb. | <i>Comam</i> alere clero interdicitur, | 139 d |
| | | |
| de <i>Chusnach</i> , Eghardus, | <i>Comeatus</i> , notarius Lotharii II. imp. | 10 b |
| | | |
| <i>Chusnach</i> praedium donatur coenob. Mur. | <i>Comitia</i> Bambergensia 295 f. Bauariae, | |
| | | |
| | 282 f. 292 e. Bisuntina, 286 c. Herbi- | |
| | polensia, 288 b. Moguntina, anno 1181 | |
| | 323. Ratisbonensia, 307 d. anno 1180 | |
| de <i>Chutebach</i> Henr. et Dietmarus | | 319 |

ET RERVM MEMORABILIVM.

| | | | |
|---|----------------|---|----------|
| 319 c. et ann. 1193. | 343 f. | S. <i>Coronae</i> martyrium | 193 c |
| Salisburgensia | 306 g | <i>Corpora</i> sanctorum inuenta | 163 c |
| <i>Commodus</i> imp. | 193 b. e | <i>Coslinense</i> monasterium fundatum | 590 a |
| <i>Concilia</i> a Carolo M. habita | 208 c | <i>Coslinensis</i> contractus inter duces Pom. et episc. Camin. 568 f. eius capita | 627 a |
| <i>Concilium</i> Basileense 31 a. Constantinopolitanum 181 d. Nicenum | 153 e | frustra ab ordinibus impugnatur, 617 d | |
| <i>Concilium</i> supra papam | 666 c | <i>Coslinensium</i> seditio contra Bugislaum ducem, 616 c. priuilegia confirmantur, | 631 b |
| <i>Concordia</i> urbs solo aequata ab Attilo | 168 | <i>Coslinum</i> elegans oppidum in Pomerania, | 556 a |
| S. <i>Concordiae</i> martyrium | 143 d | S. <i>Cosmae</i> reliquiae, 16 d. 419 f. | 420 g. |
| <i>Concordiensis</i> episc. Gerwingus | 268 c | | 426 c |
| <i>Confessor</i> primus auricularis | 142 c | <i>Cosnitz</i> uilla capituli Camin. | 598 d |
| <i>Coniugium</i> theologorum abs ratione taxatur a Gretsero | 498 d | <i>Cracouiorum</i> familia in Pomerania nobilis, | 499 c |
| <i>Conon</i> papa | 194 a | <i>Crafo</i> de Biberam, abbas XXXV. Schwarzac. | 29 a |
| <i>Conradus</i> I. imp. 12 d. eius diploma 12 g. sigillum | 13 e | <i>Crafo</i> de Buchenow, abbas XXXIV. Schwarzac. | 28 |
| <i>Conradus</i> II. 217 e. 223 d. 249 e. mouet in Poloniam et Vngariam 234 g. eius priuilegium Richersp. coenobio datum | 253 b | <i>Credo in unum Deum</i> ad missam cantari instituitur, 157 f. efficax remedium habetur pro diabolo, | 290 |
| <i>Conradus</i> dux Bohemiae | 230 g | <i>Credulitas</i> inuidiae ancilla, | 73 e |
| <i>Conradus</i> episc. Wirceb. et imperialis aulae cancellarius | 22 f | <i>Crema</i> obsessa et capta, | 272 |
| <i>Conradus</i> abbas Schwarzac. XXX. | 26 d | <i>Cremesa</i> uicus, | 250 c |
| <i>Conradus</i> de Meyenfeldt abbas Schwarzac. XXXIII. | 28 g | <i>Cremonensis</i> episc. Luitzo | 350 c |
| <i>Conradus</i> monachus Schirensis | 127 d | <i>Cresconius</i> Eensis episc. in exilium pulsus | 166 e |
| <i>Consistoria</i> introducta in Pomerania eorum iurisdictio ibid. non derogant iurisdictioni episcopali | 561 c 562 e | de <i>Crinibus</i> S. genetricis Dei reliquiae, | 421 d |
| <i>Consistorial</i> instruction | 561 e | S. <i>Crisantii</i> reliquiae, | 16 d |
| <i>Constans</i> imp. 147 d. 154 f. Italiam a Longobardorum manu eripere fatagit 192 f. in balneo extinguitur 192 e. monothelata | | <i>Crispus</i> a patre Constantino M. interfectus | 154 c |
| <i>Constans</i> tyrannus | 164 a | <i>Critofirus</i> ultimus rex Noricorum, | 383 c |
| <i>Constantiae</i> commendatio | 111 e | <i>Crameri</i> historia eccles. Pommeran. commendatur, | 498 |
| <i>Constantiense</i> concilium | 30 b | <i>Cranz</i> mediator inter ducem Pomer. et march. Brandenb. 598 a. adulatur pontifici, | 596 e |
| <i>Constantienses</i> episcopi Hermann. II. 208 c. Henricus 487 e. Warmannus consentit in institutionem coenobii Murensis | 405 f | <i>Croszlauenbagen</i> , uilla capituli Camin. | 595 d |
| <i>Constantii</i> imp. mores 154 g. fata 154 f. res gestae | 155 a | de <i>Cruce</i> domini reliquiae, 410 d. 415 b. | 419 a. f |
| <i>Constantinus</i> imp. fit christianus 148 c. eius res gestae 154 b. uisio 194 b. seueritas in suos 154 c. lex in synodo Nicena data 96 f. obitus | 154 e | <i>Cruces</i> a Vandalis truncantur, | 511 g |
| <i>Constantinopolitana</i> synodus | 160 e | <i>Crucigeri</i> fratres occupant Antiochiam, 315 g. et Hierosolymam, | 336 e |
| <i>Constantinus</i> II. imp. | 192 193 a | <i>Crucigerorum</i> fortitudo, 336 g. patronus, 335 d. fata duriora, 339 seq. ordo | 582 d |
| <i>Constantinus</i> imp. orient. mittit Pipino organum | 202 e | S. <i>Crucis</i> uirtute uincit Chosdroas, | 185 f |
| <i>Constantius</i> imp. 154 b. regni parte priuatur a fratraele secundo baptizatus ab Eusebio | 156 b | <i>Cruminense</i> monasterium, | 591 c |
| S. <i>Constantis</i> reliquiae | 426 c | <i>Cruno</i> papa Teutonicus, | 220 g |
| <i>Constitutiones</i> rusticorum | 419 b | <i>Cruz</i> christianorum amoris diuini argumentum, | 54 g |
| <i>Corbacensis</i> abbas Wigbaldus | 268 | aurea B. Petro offertur, | 181 c |
| <i>Corbeienses</i> monachi Rugianos ad christianismum perducunt | 506 b. 521 c | Christi inuenta. 151 a. capta, | 322 b |
| S. <i>Corbinianus</i> episc. Frising. claret | 198 g | <i>Cuiuiae</i> episc. cur se uocet episcopum Pomeraniae, | 557 a |
| S. <i>Cornelii</i> papae altare in Schwarzach. 18 b | | <i>Culbertus</i> ep. Lintisfarnensis, | 196 a |
| S. <i>Cornelii</i> reliquiae | 419 f | <i>Cumbertus</i> R. Longob. | 195 e |
| <i>Cornelisonius</i> biographus episcoporum Vltraiectin. | 499 | <i>Cunae</i> Caroli V. ubi ostendantur, | 87 b |
| | | <i>Cundibatus</i> R. Burgundiae expellitur, | 174 d |
| | | <i>Cuno</i> dux Bauar. opponit se electioni Conradi II. imp. | 57 b |
| | | (X x) 2 | Cun- |

ET RERVM MEMORABILIVM.

| | | | |
|---|--------------|---|---------|
| <i>Edissa</i> urbs | 141 b | <i>Ermenfridus</i> rex Thuring. | 179 d |
| <i>S. Efemiae</i> reliquiae | 421 | <i>Ernestus</i> marchio Saxoniae, | 228 g |
| <i>S. Egesippus</i> episc. Corinth. | 139 g | <i>Erpoldt</i> collatio scriptorum quo loco habenda, | 128 |
| <i>Eggebertus</i> abbas X. Schwarzac. monasterii reformator ibid. eius ossa eleuata | 17 b 21 e | <i>Eruditionis</i> encomium, | 611 f |
| <i>Eggehardus</i> abbas Vraugiensis | 24 g | <i>Esinatae</i> eccl. episc. Eberh. | 350 a |
| <i>S. Egidius</i> claret | 204 b | <i>Estenses</i> conuersi, | 585 e |
| de <i>Egisheim</i> Gerhard. | 401 | <i>Euangelica</i> sacra non causa turbarum et calamitatum, | 500 b |
| de <i>Egloffstein</i> Ioh. episc. Herbip. | 29 c | <i>S. Euagristi</i> reliquiae, | 426 c |
| <i>Eichfeld</i> uilla, aduocata ibidem concessa episc. Bamb. | 21 b | <i>Euaristus</i> septem diaconorum autor, | 136 c |
| <i>Eigilbertus</i> episc. Patauiensis | 225 e | <i>S. Eucharii</i> reliquiae, | 416 a |
| ab <i>Eickstedt</i> Frider. episc. fundat uicariam Camin. | 546 a | <i>Eudoxius</i> , Arrianus rebaptizat Valentem imp. | 157 e |
| <i>Ekhardus</i> abbas XL. Schwarzac | 12 c | <i>Eugeniae</i> uirginis martyrium | 143 f |
| <i>Eldenouienfis</i> abbas conditor Gryphiswaldiae | 586 b | <i>Eugenius</i> episc. Carthagin. | 173 b |
| <i>Electio</i> canonica capituli | 539 b | <i>Eugenius I.</i> papa, dat Yrolfo pallium, | 19 f |
| episcoporum clericis uindicatur | 211 b | <i>Eugenius II.</i> papa, | 209 d |
| episcoporum Caminenf. cur consensu ducis facienda | 567 f | <i>Eugenius III.</i> papa, | 256 a |
| pontificum ordinatur 219 c. 220 e. 223 e 225 f. 228 b | | <i>Eugenius</i> tyrannus | 161 d |
| <i>Eleutherius</i> papa | 140 b | <i>Eusebius</i> secundo baptizat monstantium imp. | 156 b |
| <i>Elingaudus</i> legatus Irenae imperatricis ad Carolum M. | 207 d | <i>Eusebiae</i> commendatio. | 112 d |
| <i>S. Emeritanae</i> reliquiae | 425 b | <i>Eustachii</i> martyrium. | 137 d |
| <i>Emingus</i> dux Francorum | 118 b | reliquiae, 476 g. uita msc. | 423 e |
| <i>Engadini</i> populi | 582 c. 583 a | <i>Eustatius</i> episc. Susseranus in exilium pulsus | 160 e |
| <i>Engelbertus</i> cancellarius Henrici, S. imp. | 15 f | <i>S. Eutharii</i> uita, msc. | 423 c |
| <i>Engelbero</i> notarius Arnulphi imp. | 394 f | <i>Eutyches</i> refutatus a Gelasio papa, | 176 c |
| de <i>Engilhalmingen</i> Chuno, | 255 a | <i>Eutychiana</i> haeresis damnata, | 767 a |
| <i>Engilinheimensis</i> synodus | 204 g | <i>Eutychianus</i> papa. | 145 e |
| <i>Enodius</i> episc. Ticinensis, | 177 g | <i>Eutychis</i> martyrium, | 146 e |
| <i>Ephesine</i> synodus prima, | 165 d | <i>Eutychius</i> episc. Hisp. | 184 d |
| B. <i>Ephremi</i> liber | 407 e | <i>Ewaler</i> urbs orientis dedit se Turcis, | 322 c |
| <i>Epicteti</i> lucerna pluris uendita, | 87 a | <i>Euxonium</i> monast. | 186 c |
| <i>S. Epiphanius</i> claret, | 175 g | <i>Excommunicationis</i> forma horrenda, | 608 d |
| <i>Epirus</i> , | 135 c | <i>Excommunicatio</i> illegitima. | 606 g |
| <i>Episcopale</i> ius a principibus Pomer. uindicatum, 559 a. superintendentibus administratus, | 560 d | <i>Exercitus</i> sacri ingens multitudo, | 260 d |
| <i>Episcopatum</i> Germaniae scriptores, | 499 | interitus, | ibid. e |
| <i>S. Episcopi</i> reliquiae, | 420 d | <i>Expeditionis</i> sacrae occasio, | 250 g |
| <i>Episcopi</i> requisita et officia | 565 f | <i>Expeditio</i> sacra sub Frider. barb. | 323 c |
| <i>Episcoporum</i> degeneratio, officium, | 610 d | <i>Extraneus</i> eligitur ob conuentualium Schwarzac. discordiam, | 34 b |
| <i>Episcopus</i> uxoratus, | 614 b | | |
| <i>Epitaphium</i> optimum, | 116 a | | |
| <i>Erasmus Manteufel</i> episc. Camin. primum coadiutor, | 623 b c | | |
| <i>Erchenboldus</i> nuncius apostol. in itinere obit, | 312 | | |
| <i>Eremitae</i> , | 158 b | | |
| <i>Erfemarius</i> episc. Anconitanus, | 350 a | | |
| <i>Erici</i> , Sueciae, Dan. et Norweg. regis patetio cum episc. Camin. | 508 c | | |
| <i>Ericus</i> rex Sueciae compatronus episcopatus Camin. | 609 e | | |
| de <i>Erkstede</i> nobiles uendunt aliquot manfos episcopo Camin. | 544 d | | |
| <i>Erlingus</i> episc. Herbip. | 20 e | | |
| eius ossa eleuata | 21 e | | |

F.

| | |
|--|--------------|
| F <i>Abiani</i> (sancti) reliquiae, | 425 b |
| <i>Fabianus</i> papa, | 425 b |
| <i>Fabri Nicol.</i> collectio scriptorum quo loco habenda, | 128 |
| <i>Fallihach</i> uicus | 440 f |
| <i>Fames</i> , 1, of. 133 a. c. 150 c. 118 a. | 256 b |
| <i>Fana</i> Sedinensia, | 510 f |
| <i>Fanensis</i> ep. Richehard. | 350 d |
| <i>Fauentinae</i> eccl. episc. Gerhard. | 350 b |
| <i>Fautanensis</i> ecclesiae episc. Rathfredus | 364 f |
| <i>Faustus</i> exconsul, | 176 f |
| <i>Feldkirchen</i> conceditur ecclesiae Frising. | 58 b |
| <i>Felicianus</i> haeresis, | 205 g |
| <i>S. Felicis</i> reliquiae et uita msc. | 407 d |
| | 420 b. 423 b |
| <i>S. Felicissimi</i> martyrium, | 143 b |
| reliquiae, | 420 b |

ET RERVM MEMORABILIVM.

| | |
|--|---|
| <i>Geltwyl</i> accedit coenobio Murensi, 407 g | de <i>Glafenap.</i> nobiles, uafalli ep. Camin. |
| <i>S. Genesii</i> reliquiae, 410 a | 560 e |
| <i>Gentilium</i> caecitas, 426 c | de <i>Gleichen</i> comes Hermann. ep. Camin. |
| <i>Geographiae</i> utilitas, 513 f | 587 e. 589 c |
| <i>S. Georgii</i> reliquiae, 420 c. d. 425 b. libri | de <i>Gleisenberg</i> Nicol. abbas Schwarzac. |
| in Iobum, 102 b | 30 d |
| <i>S. Georgio</i> urbs orientis dedit se Turcis, | propter <i>ἀσωτίαν</i> deponitur ib. e f |
| 322 b | <i>Gloria in excelsis Deo</i> , antea non nisi in uigilia natalitia cantari solitum, die dominico cantari mandatur 176 |
| <i>Georgius</i> abbas XLIV. Schwarzac. 34 f | <i>Glosinensis</i> episc. Luido 350 e |
| orationem habet ad subditos feditiosos | <i>Glycerius</i> imp. 171 e. potestate exuitur et in clericatu uitam finit ibid. g |
| 35 b. fuga salutem petit, 36 f. ad monasterium desolatam reuertitur, 37 e | <i>S. Goar</i> 186 f. eius uita msc. 423 b |
| <i>Georgius</i> martyr patronus militum crucigerorum, 335 d | <i>Godeboldus</i> comes S. Ottonis 469 c |
| <i>Gerardus</i> presb. card. et bibliothecarius S. R. eccl. 251 g | <i>Godefridus</i> Bullionensis, primus rex Hierosolymitanus 236 g |
| <i>Gerbaldus</i> dux Bau. 186 a | <i>Godescalcus</i> Slauorum princeps martyrio coronatur a Vandalis a fide deficientibus 511 e |
| <i>Gerbobus</i> praepositus Richersp. 244 c. eius acta iuuentutis et officia ibid. d. g. studia erga ecclesiam 297 e. pietatis zelus et temperantia 298. professionis regula 298 f. fit coadiutor Reitenbachensis 299 b. imperatoris odium incurrit 299 b. fit praepositus Richersp. ibid. f. scripturae S. amator egregius 300 e. doctor eximius ibid. f. coenobium auget 301 a. disciplinam redintegrat ibid. c. aedificia restaurat 302 b. monasterium S. Augustini fundat 302 f. pontificum fauore fruitur 303 b. fidem catholicam puram seruat 304 a. eius scripta ibid. f. et placida mors 305 | <i>Goldasti</i> collectio scriptorum quo loco habenda 128 |
| <i>Gerlachshausen</i> traditur coenobio Schwarzac. 12 d. 26 c. aduocata gratis liberatur pignoris nexu 24 f. conuentualium Schwarzacensium habitaculum 37 f. incendio deletur 32 g | <i>Gontharius</i> archiep. Colon. 211 g |
| de <i>Gerlachshausen</i> comitis Henrici donationes coenobio Schwarzac. factae 20 d | <i>Gordianus</i> imp. 141 c |
| <i>Gerlochus</i> praepositus Richersp. plantat uineam Beneuentenruthensen 344 f. resignat praeposituram Richersp. 347 a | <i>S. Gorgonius</i> 17 c |
| <i>Germanicae</i> linguae harmonia cum Romana 142 e | <i>Goteschalcus</i> praepositus Salisb. 244 d |
| <i>Germanicus</i> , Germanorum uictor 131 b | <i>Gothi</i> stragem passi 145 b. deleti a Constantino M. 154 c. sedibus pulsi ab Hunnis 159 g. fusi a Theodosio imp. 160 a |
| <i>Germani</i> raro peruenere ad dignitatem cardinalitiam 499 d | <i>Gotswinus</i> abbas XIX. Schwarzac. 21 g |
| Super <i>S. Germani</i> corpus iuratur 201 f | <i>Grabow</i> uilla confirmatur eccl. Camin. 541 c. 595 d |
| <i>Germanus</i> episc. Antisiodorensis 169 c | <i>Grodealium</i> origo 163 f |
| <i>Germis</i> oppidum, donatur ep. Camin. 542 a | <i>Graecae</i> linguae imperitia 94 c. utilitas 101 g |
| de <i>Gerolshouen</i> , Michael abbas Schwarzac. 33 a | <i>Graeci</i> haereticos uocant occidentales 362 d |
| <i>Gersowe</i> praedium coenob. Mur. 410 a | de <i>Granatensi</i> (Rudolfo) iudicium 99 f |
| <i>S. Gertrudis</i> facellum 884 b | <i>Granstow</i> uilla eccl. Camin. 541 c |
| <i>Gerwigus</i> ep. Concordiensis 268 c | <i>Gratianopolis</i> in Gallia 17 c |
| <i>Gewoldus</i> editor chronici Reichersp. 127 | <i>Gratianus</i> imp. orient. 158 d. laudatur 160 c |
| <i>Geyer</i> abbas XXXVII. Schwarzac. 30 b | <i>S. Gregorii</i> dialogus 407 c. 423 c. homeliae super Ezechielem 423 f. uita msc. ibid. reliquiae 429 e. 425 b |
| de <i>Gibelin</i> , Hugo 322 c | <i>S. Gregorii</i> minoris uita 423 a |
| <i>Gildo</i> Africae praefectus 162 b | <i>Gregorius</i> episc. Ponti 144 c. 145 c |
| <i>Gilimer</i> Galliarum rector 171 c | <i>Gregorius I.</i> papa 185 d. synodum congregat f |
| <i>Girbensis</i> episc. Vrbanus in exilium pulsus 166 e | <i>Gregorius II.</i> papa 198 |
| <i>Gisela</i> , uxor Henrici IV. imp. 227 f | <i>Gregorius III.</i> papa 199 c. 320 c |
| | <i>Gregorius IV.</i> papa 209 e. f |
| | <i>Gregorius V.</i> papa Teutonicus 220 f |
| | <i>Gregorius VI.</i> papa 224 f |
| | <i>Gregorius VII.</i> papa 228 b |
| | <i>Gregorius IX.</i> papa scripsit uitam S. Benedicti 187 b |
| | <i>Gretseri</i> Iac. praefatio ad chron. Richersp. 128 |
| | <i>Grimaldus</i> dux Beneuentanorum 208 b |
| | <i>Grimmensis</i> baptizati 528 b |
| | <i>Grimoaldus</i> R. Longob. 192 b |
| | <i>Grimoaldus</i> archicapellanus Ludouici II. imp. 11 d |
| | <i>Griphonis</i> gesta in Bauaria 200 a |
| | <i>Gri-</i> |

INDEX NOMINVM

| | | | |
|---|--------------|--|-------|
| <i>Griflow</i> uilla confirmatur eccl. Camin. | 5 e | <i>Hamburgensis</i> ecclesia a Vandalis excisa | 511 g |
| <i>Griuinberg</i> mons | 227 f | de <i>Hanenhouen</i> Goteschalc. | 270 d |
| <i>Grobe</i> monasterium fundatur 534 a. consecratur 576 e. eius damna perpeffa 577 e. translatio | 577 f | <i>Harouit</i> siue Mars, idolum Wolgastensium | 512 b |
| <i>Gronenbeck</i> castrum permutatur | 597 e | <i>Hartmit</i> de Salzburg | 252 g |
| <i>Groswyn</i> castrum episc. Camin. | 536 a | <i>Hosse</i> uilla dioeceseos Murenf. | 427 f |
| de <i>Grumbach</i> Ioann. episc. Herbip. | 32 d | <i>Hastilegium</i> equi albi | 520 e |
| de <i>Grünenbodengarden</i> Ehadolt | 263 e | <i>Harthberg</i> mons in Bauaria | 254 c |
| <i>Grypheberga</i> | 579 a | <i>Hartwigus</i> abbas III. monast. Banz. | 11 a |
| <i>Gryphiswaldiae</i> initia 586. etymon | c | <i>Hattingin</i> uicus | 439 f |
| <i>Gryphiswaldensis</i> academia erecta | 610 g | <i>Hatto</i> archiep. Mogunt. nunciat pontifici mortem Arnulfi imp. et noui imperatoris confirmationem sollicitat | 363 |
| eius iura, priuilegia et inauguratio | 611 b | <i>Hatto</i> episc. de Basila, legatur ad Carol. M. | 207 g |
| <i>Gryphones</i> , antiquissimum nomen ducum Pomer. | 586 d | de <i>Haue</i> , Tessen | 564 a |
| <i>Guillimannus</i> scripsit Habsburgiaca | 456 d | <i>Hebrus</i> , rex Norici | 383 a |
| <i>Guintheric</i> , rex Vandalorum | 180 g | <i>Hedwinus</i> R. Angl. conuertitur | 190 d |
| <i>Guiscardus</i> liberator Thiemonis papae | 235 a | de <i>Heidebracke</i> nobiliu donationes erga episc. Camin. | 544 c |
| <i>Gulzo</i> castrum emtum ab episc. Camin. | 544 c | nobiles, uafalli episc. Camin. | 560 e |
| <i>Gulzcouiae</i> comes Conradus episc. Cam. | 586 f | <i>Heingilinheim</i> insula circa Rhenum | 210 b |
| <i>Gumbertus</i> abbas XVII. Schwarzac. | 21 c | <i>Heldebradus</i> rex Gothorum | 181 f |
| <i>Gummiberg</i> | 205 | <i>Helena</i> Adiabenorum regina | 133 a |
| <i>Gundibadus</i> rex Burgundiorum | 175 g | S. <i>Helena</i> reliquit ad sepulchrum domini signi salutaris partem | 188 b |
| <i>Guntrannus</i> comes de Altenburg | 456 a | <i>Helia</i> urbs | 137 d |
| de <i>Gurca</i> praepositus, Babo | 249 c | <i>Helianus</i> tyrannus superatus | 146 d |
| <i>Gurcensis</i> episc. Romanus | 249 b. 254 g | <i>Heliogabali</i> templum | 144 e |
| | 273 f. 278 a | <i>Helius</i> eremita | 158 c |
| <i>Gustrou</i> insula | 541 a | <i>Helius Pertinax</i> imp. | 140 c |
| <i>Guzgau</i> ciuitas Pomer. | 689 b | <i>Helfendorf</i> , curtis regia, donatur coenobio Oetting | 393 c |
| <i>Guzkouienfes</i> baptizati | 520 e | D. <i>Hemerii</i> templum | 387 g |
| | | <i>Henrici</i> abbatis Banz. relatio, de fundatione huius coenobii | 51 a |
| H. | | <i>Heinricus</i> I. auceps imp. Vngaros fundat prope Merseburgum | 217 f |
| H <i>Abesburg</i> castrum | 457 c | <i>Heinricus</i> II. imp. 221 e. Apuliam recuperat ibid. Beneuentanum monasterium condit ib. f. Bohemiam, Poloniam et Hungariam S. R. imperio unit ib. Burgundios uincit ib. g. Bambergensem episcopatum erigit 222 b. confirmat abbatiam Schwarzac. 14 f. et plures alios, 222 c. de eius euectione ad solium imperatoris uaticinium 222 f. eiusdem constitutio cum pontifice | 223 e |
| <i>Habet Deum</i> episc. Teudalensis | 166 e | <i>Heinricus</i> III. coronatur in regem Rom. fit imperator | 224 g |
| de <i>Habsburg</i> Arnoldus dapifer | 440 e. 483 c | <i>Heinricus</i> IV. imp. 225 d. eius matrimonia 227. lites cum papa 228 g. Simoniae arguitur 229 g. et excommunicatur 230 a. nouum papam constituit 230 c. mittit legatos ad Paschalem II. papam 816 a. multis miseris perpeffis tandem excommunicatus adhuc decedit | 225 b |
| Otto cognomento doctus | 471 b | <i>Heinricus</i> V. imp. 237 b. a patre deficit 225 f. eum de throno deicit 237 e. eique insignia imperii aufert ibid. f. a Saxo- | |
| Rudolfus I. eiusque filii | 481 g | | |
| Werenharius I. conditor coenobii Murenfis | 413 | | |
| Werenharius II. | 476 e | | |
| <i>Habsburgicorum</i> comitum genealogia | 454 | | |
| <i>Habsburgum</i> conditum | 460 f | | |
| <i>Habulensis</i> episc. de Stiria | 257 b | | |
| <i>Hadaburs</i> foror Caroli M. mater Megin- gudi | 4 d | | |
| <i>Hadebertus</i> subdiaconus | 11 d | | |
| de <i>Hagenowe</i> Harthwici liberalitas in coenobium Richersp. | 261 f | | |
| <i>Haiſtſulphus</i> R. Longobard. uincitur a Pipino 201 b. promissa ipsi facta falsurus punitur a Deo | 201 d | | |
| de <i>Haierenpoumgarten</i> . Chadelhoch | 270 d | | |
| <i>Halberſtadensium</i> episcopp. biographus | 499 c | | |
| <i>Hallensis</i> praepositus | 254 g | | |
| <i>Halcyonia</i> sacra | 151 | | |
| <i>Hamburgenses</i> episcopi Adeldegus | 30 a | | |
| Ansegarius et Rempertus | 521 d | | |

ET RERVM MEMORABILIVM.

| | | |
|---|--|--------------|
| Saxonibus superatur 240 g. eius mores | <i>Hierarchiae</i> origo, | 507 d |
| 238 a | <i>Hieronimi</i> expositio super psalterium, | |
| <i>Heinricus</i> VI. imp. ungitur 295 g. 343 g | msc. 423 g. iudicium de nobilitate, 31 g. | |
| <i>Heinricus</i> dux Bau. obsidet Ratisbonam | obitus, | 163 d |
| 265 b | <i>Hieronymus</i> Pragensis damnatur ad ignem | 607 |
| eius lis cum hoc episcopo composita | <i>Hieronymus</i> presbyter fulget, | 160 b |
| 279 b | <i>Hierosolyma</i> expugnata, 134 c. g. christianis | |
| <i>Heinricus</i> Leo ducatus exuitur 319 c. re- | denuo erepta, | 322 g. 329 d |
| conciliatur imperatori 339 g. iram im- | <i>Hierosolymitanorum</i> fratrum relationes de | |
| peratoris denuo incurrit 344 f. <i>κωδ- Φωρος</i> | cladea Turcis perpeffa, | 320. 321 |
| 549 e | <i>Hilara</i> fl. forte Ilara, | 218 f |
| <i>Heinricus</i> abbas Schwarzac. XXV. 26 d | <i>S. Hilarii</i> reliquiae, | 421 c |
| <i>Heraclitanus</i> Africae consul, imperium af- | <i>S. Hilarionis</i> uita msc. | 423 c |
| fectat | <i>Hilarius</i> papa, | 170 g |
| 164 c | <i>Hilbelmon</i> urbs orientis dedit se Turcis, | 322 d |
| <i>Heraclius</i> imp. uincit Chosdroem | <i>Hildericus</i> rex Franc. in monast. truditur | 200 d |
| 188 f | | 178 a |
| <i>Heraclonas</i> imperator | <i>Hildesheimensium</i> episcopp. biographus, | 499 c |
| 190 e | | 200 a |
| <i>Herarius</i> rex Gothorum | <i>Hildrudis</i> Bauariae ducissa capitur, | 186 b |
| 181 f | <i>Hilpricus</i> R. Franc. 183 g. interficitur, | 142 d. 143 d |
| <i>Herbipolensis</i> pons destruitur 27 e. uide | <i>S. Hippolyti</i> martyrium, | 425 b |
| <i>Wurzburg.</i> | reliquiae | 202 a |
| 28 c | <i>Hirene</i> imperatrix Constantinop. | 206 e |
| de <i>Herbipoli</i> Conradus | legatos mittit ad Carolum M. | 207 d |
| 28 c | pacem init cum eodem, | 411 c. 467 f |
| <i>Hercinia</i> fylua, fedes Boiorum | <i>Hirsaugiae</i> abbas Willeberd. | 438 b |
| 384 d | <i>Hispoldesberg</i> praedium censuale coenob. | 583 a |
| <i>Hereberti</i> R. Longob. fata 197 e. dona- | Mur. | 429 b |
| tio erga sedem apostolicam | <i>Hittenheim</i> , 12 e. <i>Hobarorum</i> onera, | 318 |
| 169 d | <i>Hobenauensis</i> synodus | 268 b |
| <i>Herebertus</i> archiep. Colon. se opponit ele- | de <i>Hobenburg.</i> com. Ernestus, | |
| ctioni Conradi II. 10 a. 52. mox tamen | <i>Holfatorum</i> familiae multae ad Harcinios | |
| eum facti poenitet | montes fugiunt, | 511 g. 512 a |
| ib. c | <i>Homeliarum</i> liber maior, | 423 e |
| <i>Herebertus</i> R. Franc. | <i>Homo</i> complexus miseriarum, | 71 e |
| 138 g | <i>Honorius</i> I. papa, | 24 b |
| <i>Heribertus</i> abbas VII. Schwarzac. | <i>Honorius</i> II. papa, | 189 g |
| 15 g | <i>Honorius</i> III. papa, | 242 d |
| <i>Hermanni</i> episc. Bamb. donationes coe- | <i>Honorius</i> IV. papa, | 243 d |
| nobio Schwarzac. factae | <i>Honorius</i> imp. occid. | 162 a. 163 a |
| 18 g | <i>Honzug</i> lacus | 438 f |
| <i>Hermannus</i> episc. Augustanus | <i>Horatius</i> poeta claret, | 130 f |
| 114 f | <i>Hormisda</i> papa, | 177 g |
| <i>Hermannus</i> II. abbas mont. monach. | <i>Hortus Mariae</i> monast. | 584 b |
| 910 a | <i>Hospitalarium</i> magister, | 321 d |
| <i>Hermannus</i> praepositus Salisburg | <i>Hospitale</i> in Caria adiungitur monasterio | |
| 243 d | <i>S. Theodori</i> sub certa lege, | 136 d |
| 249 c | <i>Hofat</i> conceditur coenobio Richersp. 250 c | |
| <i>Hermannus</i> episc. VII. Camin. 587 e. 589 d | eidem confirmatur, | 358 b |
| rebellis duci ad officium redire cogitur | <i>Hofiensis</i> card. iudicium de nobilitate, 32 a | |
| ibid. e. f | episc. Albericus, | 251 f. 259 c |
| <i>Hermannus</i> marchio Voburg. perit in tor- | de <i>Houen</i> Adalbertus, | 278 d |
| neamento 52 a. apparet sacerdoti post | <i>Huba</i> dotalis, | 378 e |
| mortem, eumque petit, ut sui mentio- | <i>Hubaldus</i> presb. card. tit. S. Ioannis, | 251 g |
| nem faciat in missa | <i>Hubaldus</i> presb. card. tit. S. Crucis in Hier. | 259 f |
| 61 b | | 94 a |
| <i>Hermenswyl</i> praedium coenob. Murenf. | <i>Humanatae</i> ecclesiae episc. Benedictus | 350 a |
| 409 g. 428 a | | Hu- |
| B. <i>Hermes</i> cum familia baptizatus, | | |
| 137 a | | |
| <i>Hermetis</i> liber pastoris, | | |
| 138 d | | |
| <i>Hermingildus</i> , R. Hisp. | | |
| 184 f | | |
| <i>Hermistus</i> dux Sueuorum, | | |
| 224 a | | |
| <i>Herodes</i> infanticida, | | |
| 130 c | | |
| <i>Herodes</i> Iun. 131 a. in exilium pellitur, | | |
| 132 | | |
| obit. | | |
| ibid. e | | |
| <i>Herodiadis</i> mors, | | |
| 132 c | | |
| <i>Heroldus</i> archiep. Salisb. culpa sua lumini- | | |
| bus priuatus exauctoratur, | | |
| 347 g | | |
| <i>Herta</i> siue Herthum, idolum Pomerano- | | |
| rum, 504 g. eius etymon, | | |
| 505 c | | |
| <i>Heruli</i> Italiam inuadunt, 172 a. et imperio | | |
| occidentali finem faciunt, | | |
| ibid. e | | |
| de <i>Herznach</i> Iudenta liberalis in monast. | | |
| Murense, | | |
| 421 b | | |
| <i>Herwangen</i> praedium censuale coenob. | | |
| Murenf. | | |
| 438 d | | |
| <i>Hezelheim</i> | | |
| 4 d. 12 e | | |
| <i>Hiddenensis</i> abbatia fundata, | | |
| 592 b | | |
| <i>Hiems</i> horrida, | | |
| 139 e | | |
| <i>Hidaspis</i> fl. | | |
| 139 a | | |

(Y y)

Hu-

INDEX NOMINVM

| | | | |
|--|------------------------|---|---------------------|
| <i>Humilitatis commendatio,</i> | iii g | <i>Immensae uicus coenob. Murenf.</i> | 410 a |
| <i>Hundesbach uilla,</i> | 19 d | <i>S. Immerii reliquiae,</i> | 439 d |
| <i>Hundius Viguleius ICt. scripsit catalogos</i> | | <i>Immi mensura,</i> | 441 c |
| <i>episcoporum,</i> | 499 | <i>Imperatoris nomen denegatur Friderico</i> | |
| <i>de Huneburg Wernherus et Adelheida</i> | 399. 478 b | <i>barb. a Graecis,</i> | 326 e |
| <i>Hunerbein Ioan. profenior Banzenfis,</i> | 66 a | <i>Imperium occidentale expirat,</i> | 172 c |
| <i>Humericus rex Vandalorum 172 f. primo</i> | | <i>Imperium Romanum primum diuisum,</i> | 147 d |
| <i>mitius agit cum christianis,</i> | ibid. g | <i>Importunus, uir consularis,</i> | 178 f |
| <i>dein ecclesiam crudeliter persequitur,</i> | 173 b. misere decedit, | <i>de incantatoribus num poenitentia exigenda,</i> | 355 |
| <i>174 c</i> | | <i>Incendia,</i> | 136 c. 139 f. 293 f |
| <i>Hungari funduntur ab Henrico acupe</i> | | <i>Incingan, curtis regia, donatur coenobio</i> | |
| <i>prope Merseburgum 217 f. et a Conrado II.</i> | 63 f | <i>Oting.</i> | 393 c |
| <i>Hunni Gothos sedibus pellunt,</i> | 159 f | <i>Insula concessa abbati Schwarzac.</i> | 33 c |
| <i>funduntur a Theodosio imp.</i> | 160 d | <i>Ingenuus tyrannus,</i> | 144 c |
| <i>obtinent Pannoniam, 183 d. deuastant</i> | | <i>Innocentius I. papa.</i> | 161 g |
| <i>ciuitatem Laureacensem,</i> | 177 f | <i>Innocentius II. papa consecratur,</i> | 243 f |
| <i>Hus Ioannes ad ignem damnatur,</i> | 607 b | <i>dat priuilegium coenobio Richersp.</i> | |
| <i>Huzon castrum episc. Camin.</i> | 536 a | <i>249 e. confirmat episcopatum Camin.</i> | |
| <i>Hyacinthus fit papa 143 f. coronatur mar-</i> | | <i>535 d. falso dicitur eum exemisse a iure</i> | |
| <i>tyrio,</i> | ibid. | <i>metropolitano, 548 d. Romapulsus,</i> | |
| <i>Hymni compositi a Gelasio papa,</i> | 176 c | <i>114 e. restituitur a Lothario.</i> | 115 b |
| <i>ordinati a Telesphoro papa,</i> | 137 g | <i>Innocentius IV. papa,</i> | 548 g |
| <i>Hyngardis ducissa Slauiae, liberalis erga</i> | | <i>SS. Innocentium reliquiae,</i> | 419 f. 431 a |
| <i>monast. Magulnense, 586 g. eius donatio</i> | | <i>Inphedare,</i> | 602 b |
| <i>confirmatur,</i> | 597 c | <i>Insula coorta,</i> | 132 f |
| <i>Hyster rex Norici,</i> | 383 a | <i>Inuestitura episcopi penes Carolum M.</i> | |
| <i>Hystria unde nomen sortita,</i> | 383 a | <i>203 c. Henrico IV. imp. disputatur,</i> | |
| | | <i>228 c. tandem pontifici conceditur,</i> | |
| | | <i>242 b. remanente apud imperatorem</i> | |
| | | <i>ea, quae per sceptrum fit</i> | 242 d |
| | | <i>Inuidia uirtutis comes,</i> | 69 d |
| | | <i>Inus fl.</i> | 331 e |
| | | <i>Ioachimus elect. Brandenb. intercedit pro</i> | |
| | | <i>Wolfg. de Eberstein, ut coadiutor fiat</i> | |
| | | <i>Camin.</i> | 623 c |
| | | <i>S. Ioannis capella in Schwarzach. 21 e. marty-</i> | |
| | | <i>rium, 135 e. sanguis residuus, 421 b</i> | |
| | | <i>425 e. elemosynarii 423 e. reliquiae,</i> | |
| | | <i>420 b. uita msc.</i> | 423 d |
| | | <i>Ioannes Anglorum apostolus,</i> | 185 g |
| | | <i>Ioannes I. papa 178. Constantinopolim</i> | |
| | | <i>mittitur a Theodorico, 178. ab eodem</i> | |
| | | <i>interimitur,</i> | 179 a |
| | | <i>Ioannes II. papa,</i> | 180 e |
| | | <i>Ioannes III. papa,</i> | 183 a |
| | | <i>Ioannes IV. papa,</i> | 190 e |
| | | <i>Ioannes V. papa,</i> | 196 b |
| | | <i>Ioannes VI. papa,</i> | 216 g |
| | | <i>Ioannes VII. papa,</i> | 217 e |
| | | <i>Ioannes VIII. papa,</i> | 218 d |
| | | <i>Ioannes IX. papa,</i> | 219 d |
| | | <i>Ioannes X. papa,</i> | 200 f |
| | | <i>Ioannes XI. papa,</i> | 223 c |
| | | <i>Ioannes abbas Schwarzac. 25 g. eius litigium</i> | |
| | | <i>cum Hermanno de Thunfeld, 26 b</i> | |
| | | <i>Ioannes Burkardus, abbas Schwarzac. pro-</i> | |
| | | <i>pter aetatem substitutum postulat, 47</i> | |
| | | <i>sed tertii insuper monasterii cura oneratur,</i> | 48 a |
| | | <i>Ioannes a Caspach abb. XXXIX. Schwarzac.</i> | 31 a |
| | | <i>Ioannes I. episc. Camin. dux Saxon. infer.</i> | |
| | | | mona- |

I.

| | |
|--|-----------|
| I <i>acobi (sancti) oratorium, 19 b. marty-</i> | |
| <i>rium, 132 f. 134. reliquiae,</i> | 419 d |
| | 421 d |
| <i>S. Iacobus episc. Hierosolym.</i> | 131 g |
| <i>Iageteufel Otto instituit collegium pro e-</i> | |
| <i>ducatione puerorum,</i> | 607 c |
| <i>S. Ianuarii martyrium,</i> | 146 e |
| <i>uita msc.</i> | 423 c |
| <i>Iapha urbs orientis dedit se Turcis,</i> | 322 d |
| <i>Iardonensis episc. Ioannes,</i> | 350 d |
| <i>Iarkendorffensis abbatia,</i> | 23 b |
| <i>Iaromarus III. princ. Rug. coadiutor Cam.</i> | |
| <i>567. 590 d. eligitur episcopus,</i> | 591 a |
| <i>deuotus et religiosus</i> | 591 f |
| <i>Iasco comes Gulzcouiae,</i> | 591 c |
| <i>Iasenz monast. fundatum et restauratum.</i> | 585 c |
| <i>Iasmund peninsula,</i> | 504 g |
| <i>Iconium oppugnatum et expugnatum a</i> | |
| <i>christianis</i> | 336 a. e |
| <i>Idihobensis ecclesia a Vandalis excisa,</i> | 511 g |
| <i>Idola Pomeranorum uaria,</i> | 504 seqq. |
| <i>Idolorum nefandus cultus,</i> | 512 g |
| <i>Ieiuniorum obseruatio,</i> | 98 f |
| <i>Ieiunium quinta feria quadragesimali insti-</i> | |
| <i>tutum,</i> | 199 |
| <i>Iesse legatus Irenae imp. ad Carolum M.</i> | 207 d |
| <i>Ignatii martyrium,</i> | 136 d |
| <i>Ignis facer, morbus,</i> | 150 c |
| <i>Illinus episc. Treuirensis,</i> | 268 b |
| <i>Illusio diabolica circa lacum Pomeraniae,</i> | 505 a |

INDEX NOMINVM

| | | | |
|---|--------------|---|--------------|
| partem traditur coenobio Schwarzac. | 12 e | <i>Leo VIII.</i> papa 218 g. eius constitutio de papa Rom. eligendo | 219 c |
| <i>Landesfürstliche</i> Hoheit | 561 g | <i>S. Leodegarii</i> uita | 423 d |
| <i>Landgrauii</i> Thuringiae olim aduocati imperiales | 142 b | <i>Leodiensium</i> episcopp. biographus | 499 |
| <i>Lando</i> papa | 217 d | <i>S. Leonhardus</i> confessor 176 d. eius reliquiae 426 c. uita msc. | 423 |
| <i>Langenmat</i> , uilla dioeces. Murenf. | 427 f | <i>Leonidis</i> , patris Origenis, martyrium | 140 g |
| de <i>Lankenkirchen</i> Hartwicus | 256 a | <i>S. Leonis</i> papae reliquiae | 420 |
| <i>Lantbertus</i> dux Spoletanorum, | 215 d | <i>Leonzius</i> , <i>Lenzen</i> oppidum Pomer. | 511 f |
| Longobardorum imperator | 215 g | <i>Leouigildus</i> , R. Hisp. | 184 f |
| <i>Lanzo</i> Hallensis praepositus | 254 g | <i>Lebw</i> , uilla, aduocatia ibidem conceditur episcopo Bamb. | 23 b |
| de <i>Lapide</i> , ubi S. Iohannes decollatus est, reliquiae | 420 f | <i>Leuitatis</i> uitium | 107 e |
| de <i>lapide</i> domini reliquiae | 420 e | <i>Liberius</i> papa | 155 g |
| de <i>lapide</i> ubi S. Ioannes Christum baptizauit | 421 a | de <i>libertate</i> christiana dogma, seditionis rusticorum causa uenditur | 38 a seq. |
| de <i>lapidibus</i> S. Stephani protomartyris | 421 c | <i>Libertas</i> dicendi commendata | 108 e |
| <i>Lavanda</i> ciuitas orientis | 339 c | de <i>Libniz</i> Eberhard. | 249 d |
| <i>Lassar</i> expectat auxilium contra Turcas | 322 e | <i>Libri</i> deperditi | 8 c |
| <i>Laub</i> , uilla | 25 d | missales | 405 f |
| <i>Laureacenses</i> episcopi, Gerhardus pallium recipit et honorem metropolitanum, Vngarorum defectione antiquatum | 218 b. 370 | <i>Licinius</i> imp. | 148 d |
| <i>Pilgrimus</i> | 220 b | <i>Lichtenwaldensis</i> aduocatia | 25 a |
| <i>Theodorus</i> metropolitanus Pannoniae constituitur | 350 a | de <i>Lichtenwald</i> legatur coenobio Schwarzac. 18 d. oppignoratur | 28 b |
| <i>Yrolfus</i> | 191 f | <i>Lichtenfelsum</i> nexu feudali liberatur | 131 a |
| de <i>Lazari</i> monumento reliquiae | 421 a | <i>Licinius</i> ab auunculo Constantino M. interfectus | 154 b |
| <i>Laurentias</i> a Bibra, episc. Wurceb. | 34 c | <i>Licinius</i> , <i>Licini</i> imp. filius | 154 b |
| <i>Leander</i> episc. Hispan. | 184 d | <i>Ligeris</i> fl. | 211 a |
| <i>Leba</i> fl. Pomeraniae | 537 e | in <i>Ligistis</i> metus | 675 e |
| <i>Lechfeldt</i> , locus prope Augustam | 204 f | <i>Ligni</i> salutaris particula ab Helena relicta ad sepulchrum domini | 188 b |
| <i>Lectio</i> sacra praecepta | 96 g | <i>Limburgicus</i> daro, Gotfr. episc. Herbip. | 31 d |
| <i>Lectioarii</i> libri | 20 b | de <i>Lignowe</i> Fridericus | 285 a |
| <i>Lectophorus</i> comes Vngariae | 324 g | <i>S. Linus</i> papa Rom. I. post Petrum | 134 c. |
| <i>Legatum</i> , pro comparanda cera | 546 e | 135 c. eius reliquiae | 421 d |
| <i>S. Legentii</i> reliquiae | 426 c | de <i>Linigen</i> comitilla | 401 |
| <i>Leidenkummer</i> , cognomentum | 28 g | <i>Lipara</i> insula | 179 b |
| de <i>Leibomen</i> , nobiles uafalli episc. Camin. | 560 | <i>Lintisarnensis</i> episc. Cutbertus | 196 a |
| <i>Lezensis</i> ecclesia confirmatur | 600 f | <i>Litopyrga</i> , uxor Thassilonis, D. Boior. | 195 c |
| <i>S. Leodegarii</i> reliquiae | 419 f | | 387 d |
| de <i>Lenzburg</i> com. Arnolfus 475 b. comitillae liberalitas in monasterium Murense, 420 b. Richenza 399. Wernherus | 412 g | <i>Litowaldus</i> D. Boioariae orient. | 387 g. 388 g |
| <i>Leo</i> imp. orient. in custodia tenetur | 170 f | <i>Liubes</i> uilla | 363 d |
| | 196 a. 201 g | <i>Liuingen</i> , curtis regia, donatur coenobio Oeting. | 393 c |
| <i>Leo</i> papa Romam feruat edito miraculo | 168 f | <i>Liuor</i> , aduersus eum consilia | 71 b |
| <i>Leo II.</i> papa | 194 d | <i>Löffelbach</i> uilla donata coenobio Schwarzac. | 19 c |
| <i>Leo III.</i> papa, Roma pulsus mittit ad Carolum legatos 205 g. purgat se de criminibus obiectis 206 e. Carolum M. imperatorem renunciat 206 g. et ab eodem in sedem restituitur | 206 b | <i>Longinus</i> praefectus Narseti substitutus | |
| <i>Leo IV.</i> papa | 210 f | <i>Longobardi</i> , inuitantur in Italiam | 183 d |
| <i>Leo V.</i> papa | | domum pelluntur 196 c. se dedunt Carolo M. | 203 b |
| <i>Leo VI.</i> papa | 217 g | de <i>Longobardorum</i> regno controuersia | 195 c |
| <i>Leo VII.</i> papa. Laureacensem episc. pallio munerat, et adhortatur 352 f. ab eo interrogatus de quaestionibus quibusdam respondet | 354 e | <i>Logothetes</i> in imp. orient. euehitur | 328 c |
| | | <i>Lotharingorum</i> dux Theodoricus | 401 |
| | | <i>Lotharius</i> I. patrem captiuum tenet | 210 a. |
| | | fit imperator 210. diuortium facit cum uxore, 211 g. regnum partitur filiis | 211 c |
| | | diem obit | 213 d |
| | | de <i>Lowunberg</i> Henricus | 483 c |
| | | <i>Lozelink</i> | 19 a |
| | | <i>Lubbini</i> castrum datum a ducibus Pomer. episcopo Camin. | 546 c |
| | | <i>Lubicensium</i> conuersio | 520 a |
| | | | S. Lu- |

ET RERVM MEMORABILIVM.

| | | | |
|---|------------------------|--|--------------|
| S. Lucae euangelium | 133 g | <i>Macedonia</i> uastata ab Attila; | 167 f |
| <i>Lucanus</i> poeta claret | 133 g | <i>Macedonius</i> haereticus, | 160 c |
| <i>Lucernariae</i> ecclesiae | 419 b. e | <i>Machata</i> expectat auxilium contra Turcas, | |
| <i>Lucerniae</i> episc. Iulianus | 350 a | | 322 c |
| <i>Luchtentiu</i> confirmatur eccl. Camin | 141 e | de <i>Machlant</i> Otto, | 252 g |
| S. <i>Luciae</i> reliquiae | 420 b. uita msc. 423 c | <i>Macrinus</i> imp. | 141 c |
| <i>Lucianus</i> presbyter apud Hierosol. | 163 c | <i>Madaluinus</i> notarius, Carolomanni imp. | 392 e |
| <i>Lucius</i> Antoninus Commodus imp. | 139 e | | 9 d |
| <i>Lucius</i> , rex Britanniae christianus | 40 b | <i>Maelbertus</i> , abbas II. monasterii Banzen- | |
| <i>Ludouici</i> ducis Pomer. testamentum | 675 a | sis, | 207 g |
| <i>Ludouicus pius</i> ungitur in regem Aquita- | | <i>Maesia</i> , prouincia, | 249 c |
| niae 203 g. fit imperator 208 e. re- | | <i>Maganus</i> de Scalach, | |
| gno priuatus restituitur 210 a. moritur | | <i>Magdeburgensis</i> archiepiscopatus restaura- | |
| 210 b. eius diploma foundationis coe- | | tus, 222 c. archiepiscopus Adalbero, | 370 b |
| nobii Schwarzac. 3 d. eius filii regna | | | 203 g |
| partiuuntur | 210 e | <i>Magense</i> castrum, | 154 g |
| <i>Ludouici</i> II. iun. imp. diplomata 9. f. 10 f. | | <i>Magentius</i> Constantis imp. occisor, | 155 a |
| obitus | 214 d | uictus a Constantio, | |
| <i>Ludouici</i> III. donatio monast. Oetting. fa- | | <i>Magnus</i> dux Saxon. inf. et episc. Camin. | |
| cta 394 a. obitus | 214 d | 605 g. dissidia cum ducibus renouat, | |
| <i>Ludouicus</i> Germanicus 210 c. 214 d. eius | | 606 b. fit episcopus Hildesienfis, 607 b | |
| et <i>Caroli calui</i> constitutio de eligendis | | <i>Magulnensis</i> monast. accessiones | 556 g |
| episcopis | 210 g | <i>Magwaldus</i> episc. Herbip. | 25 e |
| <i>Lues</i> poena persecutionis | 138 c | S. <i>Malchi</i> uita msc. | 423 c |
| <i>Lugdunenses</i> fratres decedunt ex monast. | | de <i>Mallentine</i> Walterius, | 268 b |
| Belbugensi | 584 a | <i>Malter</i> mensurae genus, | 26 b |
| <i>Luitprandus</i> rex Longobard. 197. dona- | | S. <i>Mamercus</i> , | 175 a |
| tionem Alpium Cottiarum confirmat, | | <i>Mammea</i> mater Alexandri imp. christiana, | 141 f |
| | 198 e | | 94 a |
| <i>Luitburga</i> uxor Thassilonis, | 205 a | <i>Mammotrectus</i> , barbariei magister, | |
| <i>Luitgardis</i> , Ottonis II. filia, | 383 g | <i>Malzomensis</i> episcopatus idem cum Cami- | |
| <i>Luitkardis</i> , Albuini sponsa, | 247 a | nensi, | 537 f |
| <i>Luitolfus</i> dux Alemanniae, | 456 e | <i>Manfredus</i> presb. cardin. tit. S. Steph. in | |
| <i>Luitpoldus</i> dux Austr. literas accipit ex | | Coelio monte, | 259 e |
| Graecia, | 323 f | <i>Manichaeismus</i> ethnicorum, | 513 d |
| <i>Luitpoldi</i> ducis Bau. priuilegium coenobio | | <i>Manichaeorum</i> ortus, | 145 f |
| Richersp. datum, | 252 a | de <i>Manna</i> domini reliquiae, | 420 a |
| <i>Luitpoldus</i> marchio Bohemiae | 230 g | <i>Mansionarius</i> , 432 e. coram imperatore | |
| <i>Luitpoldus</i> marchio de Stira, | 243 f | accusatus, | ibid. |
| <i>Luitprannus</i> archiep. Salisb. pallium acci- | | S. <i>Mansueti</i> reliquiae, | 420 b |
| pit, | 209 g | de <i>Manteufel</i> Conrad. uendit partem suam | |
| <i>Luitwinus</i> praepositus Salisb. | 249 d | in pago Koseliz ecclesiae Camin. | 541 c |
| <i>Lullus</i> Mogunciacensis archiepisc. | 201 b | Erasmus, episc. Camin. | 623 b |
| <i>Lundinaurum</i> praedium censuale coenobii | | nobiles uasalli episc. Camin. | 560 e |
| Mur. | 438 d | <i>Mantuanensis</i> episc. Martinus, | 380 b |
| <i>Lundoniae</i> episcopus fit metropolitanus, | | <i>Manuscriptorum</i> iactura in coenobio Mur. | |
| | 187 a | | 37 b |
| <i>Lunensis</i> episc. Hubertus, | 349 g | de <i>Marachet</i> captus a Turcis, | 322 c |
| <i>Lunkot</i> , uicus dioeces. Mur. | 428 a | <i>Marauenses</i> a Francorum potestate se exi- | |
| S. <i>Lutgeri</i> reliquiae, | 16 d | mere fatagunt, | 364 a |
| <i>Lutheri</i> doctrina recepta in tota Pomerania | | <i>Marcellinus</i> papa idolis sacrificat, sed po- | |
| 646 e. scripta edita | 673 b | stea martyrium subit, | 146 g |
| <i>Lutheri</i> doctrinae rusticorum seditio im- | | S. <i>Marcellus</i> papa, 147 f. eius reliquiae, | |
| putatur, | 38 a | | 421 c |
| <i>Luxemburgii</i> comites, | 382 b | <i>Marcianus</i> imp. orient. 167 d. 170 e. 426 c | |
| <i>Luzeran</i> uilla appropriatur praepositurae | | eius uisio, | 169 b |
| Diminensi, | 540 f | <i>Marci Bruti</i> uirtus, | 70 c |
| <i>Lycus</i> , fl. | 218 f | <i>Marcus</i> Antoninus imp. interit. | 139 b |
| <i>Lymonislaus</i> rex Polon. | 534 b | <i>Marcus</i> euangelista, | 133 a. 134 a |
| de <i>Luenow</i> Heyno, | 564 a | <i>Marcus</i> papa, | 154 b |
| | | <i>Marestaucta</i> urbs orientis, | 321 e |
| | | <i>Margarethae</i> reliquiae, | 420 c |
| | | S. <i>Maria</i> semper <i>Virgo</i> declaratur, | 196 f |
| | | <i>Mariae</i> Magdalena altare in Schwarzach | |
| | | dedicatur, | 18 c |

M.

M *Acarius* monotheleta excommuni-

catur, 193 f

(Y y) 3

Ma-

INDEX NOMINVM

| | | | |
|--|--------------|--|-------------------|
| <i>Mariae</i> paradisus fundatur, | 590 a | <i>S. Maximinus</i> episc. Treuerorum 155. eius | |
| <i>S. Mariae</i> reliquiae, | 420 f | reliquiae | 420 e |
| <i>Mariaethronum</i> monast. fundatum | 600 a | <i>Maximinus</i> imp. | 142 b |
| <i>Marienna</i> ducissa Pomer. tumulatur | 587 b | eius strages et morbus funestus | 152 b. d |
| <i>Mariensfließ</i> monast. | 587 c | <i>Maximus</i> imp. inuitus creatur ab Anglis | |
| <i>Marinus</i> diac. S. R. eccl. | 212 g | 166 g. moritur | 169 g |
| <i>Marinus</i> de Fregeno, episc. XXIII. Pomer. | | <i>Maximus</i> tyrannus | 164 a |
| 614 e. perlegatos multa egregia pollicetur, 614 g. sedem fixit Sedini, 615 b. propter praedicatas antea indulgentias male tractatur 615 d. propter lites cum capitulo pergit Romam, 615 f. ubi miserrime pergat, | 615 f | de <i>Mechouia</i> Matthiae lapsus | 576 a |
| <i>Mario</i> primus Vandalorum episcopus | | <i>Mechtildis</i> sororis abbatis Gotfridi donationes coenobio Schwarzac. factae | 22 d |
| | 511 e | <i>Mediolanum</i> obsidetur | 270 c |
| <i>Marius</i> tyrannus | 144 d | <i>Mediolanum</i> obsessum, a Longobardis liberatur a Conrado II. imp. | 63 e |
| <i>S. Martialis</i> uita | 421 e | diripitur ab Attila | 168 c |
| <i>Martina</i> coimperatrix Heraclionae, filii imp. | 190 f | excisum a Friderico I. | 279 c |
| <i>Martiniani</i> martyrium | 134 b | <i>Mediolanensium</i> seditio | 158 d |
| <i>S. Martinus</i> , episc. Turonum 162 f. super eius corpus iuratur | 201 f | submissio | 279 f |
| <i>S. Martini</i> monachi reliquiae | 419 f. 421 | <i>Mediolanensis</i> episcopus Dionysius | 155 e |
| oratorium | 18 c | <i>Meditationis</i> fructus | 99 e |
| uita | 407 d. 423 b | <i>Megari</i> fl. inundatio | 27 e |
| <i>Martinus Karith</i> primum coadiutor, dein episcopus Camin. 619. electus commendatione ducis 619 f. mores clericorum dissolutos corrigit ibid. uicariam Reezensem confirmat 620 c. eius dicta arguta, 622 a. naeui et hallucinationes | ibid. c | de <i>Megeling</i> | 284 b |
| <i>Martinus</i> papa | 215 a | <i>Meggen</i> praedium coenob. Murenf. | 441 g |
| <i>Martyres</i> undecim mille | 168 e | <i>Megingaudi</i> familia | 6 d |
| <i>Martyrius</i> presb. Card. tit. S. Steph. | 251 g | <i>S. Meginradi</i> uita mfc. 407 c. 423 c. reliquiae | 420 b |
| <i>Martyrum</i> gesta collecta | 143 a | <i>S. Megishardi</i> reliquiae | 420 d |
| ingens multitudo | 147 a | <i>Meingaudenhausen</i> appellatio antiqua coenobii Schwarzac. | 3 b. 4 a |
| missae | 145 e | <i>Meingaudus</i> Caroli M. nepos, conditor coenobii Schwarzac. | 3 a |
| <i>Massau</i> arx uendita episcopo Camin. 544 d | | eius ossa eleuantur | 21 e |
| <i>Massiliae</i> interficitur Maximinianus imp. | 148 c | <i>Melanau</i> Vandalis idem sonat ac Vitus | 537 f |
| <i>Matachoue</i> regia donatur coenobio Oeting. | 393 c | <i>Melanchtonis</i> lapsus | 535 a |
| <i>Matachoua</i> , curtis regia | 391 d | <i>Melchhiades</i> papa | 153 a |
| <i>Mater</i> spiritualis num duci queat in uxorem | 356 c | <i>Melligen</i> | 437 g |
| <i>S. Maithaeus</i> euangelista | 132 e | <i>Mellitus</i> Anglorum apostolus | 185 g |
| de eius capite reliquiae | 452 b | <i>Meneccum</i> oppidum incensum ab Huffitis | 232 g |
| <i>Matthias</i> apostolus | 131 g | de <i>Mensa</i> domini reliquiae | 425 e |
| <i>Matthiae</i> coronationis festum in Pomerania celebratum | 628 c | <i>Meraniae</i> dux castrum Stegliz aedificat | 62 d. miles facer |
| <i>Maticha</i> fl. | 386 f | <i>Mercurius</i> papa | 180 e |
| <i>Matrimonium</i> episcoporum non insolitum | 603 e | <i>Meriswanden</i> uicus dioeceseos Murenf. | 417 f |
| <i>Mauri</i> in Africa prostrati | 182 g | <i>Merkthal</i> uicus | 446 f |
| <i>S. Mauritii</i> reliquiae 16 d. 419 e. f. | 423 a | <i>Meroueus</i> R. Franc. | 184 b |
| | 425 b | <i>Mesopotamia</i> recepta | 144 e |
| <i>Mauritius</i> imp. occiditur cum filiis | 187 b | <i>Mesopotamiae</i> princeps, Sanguineus | 256 e |
| <i>Maximiniani</i> Herculi fata | 148 c | <i>Mestiborus</i> Pomeraniae dux ad ethnicismum relabitur | 516 g |
| <i>Maximianus</i> Galerius imp. 154 g. | 146 d | <i>Mestouius II.</i> D. Pomer. monasteria fundat | 590 a |
| morbo foetido decumbit | 149 b | <i>Metaumacensis</i> episc. Petrus | 350 c |
| eius poenitentia | 149 f | <i>Methodius</i> speculi Iuliensis episc. | 364 f |
| <i>Maximianus</i> Hercules imp. | 146 d | <i>Metius</i> rex Siciliae | 192 e |
| imperio se abdicat | 147 c | <i>Mexmannus</i> , Arnoldus scripsit theatrum conuersionis gentium | 504 c |
| | | de <i>Meyensfeld</i> Conrad. abbas Schwarzac. | 28 c |
| | | <i>Miarchimos</i> , praedium coenob. Murenf. | 409 c |
| | | <i>Michael</i> imp. orient. | 207 g |
| | | <i>Michael</i> abbas XLII. Schwarz. | 33 e |
| | | <i>Micro-</i> | |

INDEX NOMINVM

| | |
|--|--|
| <i>Niclas</i> uilla confirmatur eccl. Camin. 541 e | <i>Offertorium</i> origo, 163 g |
| <i>Nicodemi</i> corpus inuentum, 163 c | <i>Officium</i> census genus, 441 d |
| <i>S. Nicolai</i> monasterium fundatum, 580 c | <i>Oldenburgae</i> constituitur episcopus, 511 e |
| oratorium, 18 c. reliquiae, 426 c | <i>Oldiswyle</i> praedium censuale coenobii |
| uita msc. 407 b. 421 b | Mur. 418 |
| <i>Nicolaus</i> a Buck episc. Camin. 604 g. fundat uicariam in domo capitulari, ibid. | <i>Oliuense</i> monast. mausoleum principum, 578 |
| litem mouet Bogislao duci, 605 b | <i>Oliuensis</i> monasterii fundator, 528 |
| quem excommunicat, ibid. c. post uero episcopatum deserit, 605 f | augmenta et infortunia, 579 |
| <i>Nicolaus</i> de Gleifenberg abbas XXXVIII. Schwarz. 30 b | <i>Olmucensis</i> episc. Henricus, 253 c |
| <i>S. Nicolaus</i> Mercae claret, 147 f | <i>Olybrius</i> rex, 171 e |
| moritur, 156 g | <i>Olympius</i> Arrianus miraculose punitur 174 a |
| <i>Nicolaus I.</i> papa, 211 f | <i>Oratio</i> Christi cum patre asserta, 153 f |
| <i>Nicolaus II.</i> papa, 225 d | <i>Oppoliensis</i> dux Ioannes episc. Camin. 604 a |
| <i>S. Nicomedis</i> reliquiae, 16 d | <i>Oratio</i> dominica num adhibenda in benedictione ciborum, 356 b |
| <i>Niuuenburgensis</i> basilica fundatur, 239 e | <i>Oratorium</i> cryptae dedicatum, 17 f |
| <i>Niuuenburgensis</i> praepositus Marquardus 269 g | <i>Ordinatio</i> clericorum ordinata, 141 d |
| de <i>Niwenburg</i> praepositus Hermannus, 249 c | ecclesiastica publicata in Pomerania 646 g. correctior prodit, 620 f |
| <i>Niwenkirchen</i> , Meginwart, 256 a | tertium reuisa, 672 a |
| <i>Nobilitas</i> uera in quo consistat 31 f | <i>Ordinis</i> quae sunt, per superintendentes expediuntur in terris euangelicis, 562 c |
| eius origo secundum Hieronymum, 11 g | <i>Orestes</i> patritius cum Geiserico foedus inir, 172 a |
| <i>Nomentum</i> urbs Italiae, 206 d | <i>Organum</i> mittitur Pipino a Constantino imp. orient. 201 e |
| <i>Noreia</i> urbs, 383 c | <i>Origenes</i> presbyter claret, 141 e |
| <i>Norica</i> regio, 252 d. diuisio, 384 b | <i>Ornheim</i> pagus, 4 d |
| <i>Noricum</i> a Romanis relictum 385 e | <i>Orosii</i> calculus chronologicus, 129 a |
| subactum a Romanis, 384 b | de <i>Orte</i> Hartwit, 252 g |
| <i>Normanni</i> Andegauensem et Turonensem tractus inuadunt, 211 b. Treuirim occupant, 214 g | de <i>Ortenbrec</i> comites bello uexantur a Luitpoldo D. Austr. 345 e |
| <i>Nortgans</i> scripsit uitas episcoporum, 499 | <i>Osciaccensis</i> abbas, 278 d |
| <i>Northeim</i> uilla, aduocatia ibidem concessa episcopo Bamb. 23 b | <i>Osiandrismus</i> , 649 |
| <i>Nortbertus</i> Praemonstratensium conditor, 584 c | de <i>Osta</i> , Vlricus, 564 a |
| <i>Nosocomium</i> Sedinense 673 a | <i>Osterhoua</i> , curtis regia, donatur monasterio Oting. 343 c |
| <i>Nouanensis</i> episc. Aupaldus, 350 d | <i>Ostheim</i> 4 d. decima ibidem data coenobio Schwarzac. 22 d |
| <i>Nouelleta</i> , 436 d | <i>Ostiensis</i> episc. Lambertus 242 d |
| <i>Nouiomagum</i> , 801 d | de <i>Ostia</i> Henr. 483 c |
| <i>Numerianus</i> Caesar, 146 b | <i>S. Oswaldus</i> rex occiditur, 191 c |
| <i>Numeri</i> chronologici myfici, 129 c | <i>Otakar</i> marchio Stirensis 344 g. 352 f |
| | <i>Otharius</i> rex Longobard. 186 a |
| | moritur. 16 b |
| | de <i>Ottelingen</i> Naugerus, 437 e |
| | <i>Ottensch</i> uicus dioeceseos Mur. 427 |
| | <i>Orho</i> Caesar, 134 e |
| | <i>Orho</i> idem ac pastor et custos 386 a |
| | <i>S. Orthonis</i> ortus et fata, 572. imperatori Henrico IV. intimus, ob merita Bambergensibus commendatur, 532. eius abstinentia 511 a. dictus humilis 573 papae addictissimus, 573 e. cur prae aliis inuitatus in Pomeraniam, 533 a. euangelium ibi praedicaturus nullius metropolitani licentiam sibi expetit, 529 c conuertit Pomeranos, 517. 573 b. autoritate imperatoria, 532 a. a Iulinensibus male tractatur, 519 f. episcopatus Caminensis causa sine qua non, 573 qualem fidem praedicauerit Pomeranis, 524 e. coelibatus defensor, 574 f. eius apo- |

O.

| |
|---|
| O <i>Bren-Elfen</i> , uicus, 440 c |
| <i>Obren - Rieden</i> praedium censuale monast. Mur. 435 a |
| <i>Obrunburck</i> praedium coenob. Mur. 409 g |
| <i>Ochsenfurtensis</i> pons destructus, 27 e |
| <i>Odium</i> quid differat ab inuidia, 69 b |
| <i>Odo</i> anti-Caesar Arnulfi imp. 215 e |
| <i>Odoacer</i> marchio Stiriae resignat Munster uillam episcopo Bamb. 267 a |
| <i>Odoacer</i> rex Herulorum Italiam inuadit, 172 |
| <i>Odoacer</i> Theodorico obuiam it. 175 b |
| <i>Oenus</i> fl. 352 b |
| <i>Oeminum</i> oppidum Pomeraniae, 511 e |
| <i>Oetinga</i> uetus. 214 c. sub Romanis et Boiis, 384 b |
| <i>Oetingensis</i> coenobii commendatio, 380 |
| regionis diuisio antiquissima, 382 a |
| uide <i>Otinga</i> . |

ET RERVM MEMORABILIVM.

| | | | |
|--|-------------|--|---|
| apologia contra obrectatores, | 574 c | <i>Palmatii</i> confulis martyrium | 141 g |
| legenda, 18 g. reditus in Pomeraniam | | <i>Pambonis</i> pretium psalmodum Dauidis | 98 b |
| 520 d. regulae uitae Pomeranis praescriptae, 524 g. 525. quae miracula ediderit, 575 a. diuis annumeratus, | 573 d | <i>Pambos</i> eremita | 158 c |
| ei etiam nunc habentur gratiae, | 525 b | <i>Pancratii</i> reliquiae | 16 d. 420 g. 426 a |
| <i>Otinga</i> unde nomen habeat, 385 f. circa | | de <i>panibus</i> domini reliquiae | 425 c |
| <i>Otingam</i> qui regis olim fuerint | 382 g | <i>Panis</i> fl. in stagnum Verdense deriuatus | 594 b |
| aucta a Carolomanno, 390 b. 391 e. curtis regia, | 395 g | de <i>panno</i> , quo inuolutum fuit corpus domini, reliquiae | 421 a |
| <i>Otingae</i> casus, 388 d. diuitiae, 386 g. mausoleum, | 387 b | <i>Pannonia</i> a Romanis relicta | 385 e |
| <i>Otingense</i> palatium, | 386 b | Hunnis concessa | 183 d |
| <i>Otingensis</i> facelli origines, | 386 d | uastata ab Attila | 167 f |
| S. <i>Othmarus</i> abbas claret | 201 g | unde dicta | 383 b |
| S. <i>Otmari</i> reliquiae, 419 d. uita msc. | 407 d | <i>Pantenus</i> philosophus | 140 a |
| | 423 b | <i>Pantheon</i> discooperitur | 192 d |
| <i>Otmarsheim</i> cella constructa, | 404 a | in templum conuertitur | 187 e |
| <i>Otocharus</i> marchio, | 242 c | <i>Papia</i> capta a Carolo M. | 203 a |
| <i>Otto</i> M. Aquisgrani ungitur | 218 c | <i>Papiae</i> asseruantur ossa S. Augustini | 199 |
| eius constitutio cum pontificibus | 220 c | <i>Paradisus</i> Schwarzacensis | 21 f |
| <i>Otto</i> II. rex Rom. 219 g. fit imperator | 220 e | <i>Parfanta</i> fl. prope Colbergam | 555 g |
| eius diploma | 275 f | <i>Parisiensis</i> basilica constructa in honorem B. Vincentii | 183 e |
| <i>Otto</i> III. imp. 15 f. iurat pontifici | 220 g | <i>Parmensis</i> episc. Hubertus | 530 c |
| <i>Otto</i> <i>Ascanius</i> ducatu Bauariae inuestitur | 319 d. obit | <i>Parochiale</i> ius concessum coenobio Richersp. | 250 b |
| | 320 | de <i>Parfow</i> nobiles uasalli ep. Camin. | 560 e |
| <i>Otto</i> comes palatinus | 253 f. | <i>Parthenius</i> interfecto Domitiani | 136 a |
| <i>Otto</i> dux Bauar. Henrico IV. imp. rebellis | 228 a | <i>Parthicum</i> bellum, funestum Iuliano imp. | 156 e |
| <i>Otto</i> diaconus cardin. S. Georgii ad uelum aureum | 251 f | <i>Pascha</i> ordinatum a Telesphoro papa et a Victore | 137 g. 140 f |
| <i>Otto</i> I. dux Pom. uirtutibus insignis | 593 a | circa <i>Paschatos</i> obseruationem errant Scoti | 189 g |
| eius liberalitas in eccles. Camin. | 541 c | <i>Paschales</i> circuli descripti a Dionysio | 180 d |
| <i>Otto</i> Frisingensis in expeditione sacra uiuus feruatur 261 b. priuilegium impertitur ecclesiae Richersp. | 268 d | <i>Paschalis</i> aduersarius Leonis papae | 207 b |
| <i>Otto</i> episc. Herbipol. | 27 a | <i>Paschalis</i> I. papa 208 c. pactum init cum Ludou. imp. | 208 f |
| <i>Otto</i> monachus S. Petri | 249 c | <i>Paschalis</i> II. admonet Henricum V. eique multa promittit 238 f. insolito more consecratur | 287 b |
| <i>Ottomanes</i> confessor | 32 b | <i>Passekow</i> uilla capituli Camin. | 595 d |
| <i>Ottonis</i> sylua | 36 f | <i>Patauienses</i> episcopi: Conradus, priuilegia concedit coenobio Richersp. | 262 g. |
| <i>Ouidius</i> poeta claret | 130 f | 269 c. Dietpoldus 323 c. Eigilbertus | 227 e. Gerardus 218 d. Reginbertus, obit in expeditione sacra 261 e. Vdalricus 241 c. Wolfkerus |
| <i>Owensis</i> episc. Heribordus | 254 g | <i>Patauium</i> solo aequatur ab Attila | 168 d |
| | | <i>Patella</i> donatur coenobio Richersp. | 250 c |
| | | <i>Paterologium</i> Vandalorum | 513 c |
| | | <i>Patientiae</i> commendatio | 111 e |
| | | de <i>Patine</i> , Wolferim | 526 a |
| | | <i>Patauinensis</i> syluae donatio confirmatur coenobio Richersp. | 258 a |
| | | <i>Patriarchium</i> Laeteranum | 303 b |
| | | <i>Patronatus</i> ius ducibus Pomer. confirmatum in episc. Camin. | 553 g |
| | | SS. <i>patrum</i> uita | 423 c |
| | | S. <i>Pauli</i> altare in Schwarzac. 18 b. corpus leuatum 143 c. uocatio 132 a. ascensio Romam ibid. c. monast. Wirceburgi 16 a. martyrium 134 a. reliquiae 419 e. 420 b. uita | 423 d |
| | | S. <i>Pauli</i> primi eremitaie uita | 423 c |
| | | (Z z) | <i>Pau-</i> |

P.

| | |
|---|-------|
| P abo praepositus de Gurca | 249 c |
| <i>Pacis</i> osculum ante communionem dari constitutum | 161 g |
| <i>Pactum</i> , liber | 419 a |
| <i>Paderbornensium</i> episcopp. biographus | 499 c |
| <i>Palatino</i> comiti delegatur a duce iurisdictione | 293 a |
| <i>Pallam</i> consecratam contingere prohibentur monachae | 139 c |
| <i>Pallii</i> usus conceditur episcopo Laureacensi | 355 b |
| <i>Pallium</i> auro textile B. Petro oblatum | 192 d |
| concessum episc. Camin. | 562 f |
| hodie eidem tribuitur a ducibus | 563 a |
| gestari non debet a luminibus priuato | 348 g |
| de <i>Palma</i> domini reliquiae | 420 e |

INDEX NOMINVM

| | | | |
|--|--------------|---|--------------|
| <i>Paulinus</i> episc. Nolanus sanctitate claret 170 e. eius uita | 423 c | <i>Petrus</i> eremita | 232 e |
| <i>Paulinus</i> episc. Constantinop. strangula- tur | 155 e | <i>Petrus</i> Leonis resistit Innocentio papae | 244 a |
| <i>Paulitius</i> S. Othonis comes itineris | 519 c | <i>Petrus</i> presbyt. Card. tit. S. pastoris | 251 g |
| <i>Paulus</i> abbas XLIII. Schwarzac. | 34 a | <i>Petullae</i> | 195 a |
| <i>Paulus</i> eremita | 158 c | <i>Pilati</i> libellus de Christo | 131 d |
| <i>Paulus</i> monotheleta excommunicatur | 139 f | <i>Pfandpfennige</i> | 580 g |
| <i>Paulus</i> pontifex | 201 f | de <i>Pfullendorf</i> Ita | 399 |
| de <i>Poumgarten</i> Henricus corripitur | 293 d | <i>Phaenomenon</i> caeleste | 282 f |
| <i>Paufin</i> , templariis in feudum concessum | 554 f | <i>Phaphinge</i> uicus datur iuri episcopii Sa- lisb. | 231 f |
| <i>Pax</i> inter regnum et sacerdotium com- ponitur Venetiis | 315 | <i>Philippi</i> apostoli martyrium | 133 d |
| religiosa 649 e. eius tenor, et publi- cacio in Pomerania | 670 d | eius brachium asseruatur Utini | 386 a |
| <i>Pax</i> uobis quando dicendum ab episcopo | 355 g | reliquiae | 420 a |
| <i>Pelagiana</i> haeresis occupat Britanniam | 169 c | <i>Philippi</i> et <i>Iacobi</i> monasterium igne cre- matur | 37 a |
| <i>Pelagia</i> mater S. Aegidii | 204 b | <i>Philippicus</i> imp. 197 d. g. haereseos argui- tur | 197 d |
| <i>Pelagii</i> haeresis damnatur 161 g. uita | 407 d | <i>Philippopolis</i> urbs orientis, cedit christia- nis | 325 d |
| <i>Pelagius</i> papa | 184 e | <i>Philippus</i> caesar christianus | 142 e |
| <i>Pekikon</i> praedium coenobii Murenfis | 409 g | <i>Philippus</i> episc. XIV. Camin. 600 fun- dat uicariam | 600 e |
| de <i>Pels</i> Hermann | 256 a | <i>Philippus</i> tetrarcha | 131 a |
| <i>Pempelow</i> uilla confirmatur eccles. Cam. | 541 e | <i>Philo</i> scriptor floret | 133 a |
| <i>Peniplot</i> uilla Capituli Camin. | 595 d | <i>Phocas</i> imp. occisor Mauriti imp. | 157 c |
| <i>Penninae</i> alpes unde dictae | 383 b | <i>Piaculum</i> ingens | 256 g |
| <i>Peregrinus</i> patriarcha Aquileiensis | 268 b | <i>Picti</i> Britannia ciecti | 169 d |
| <i>Pergamum</i> uastatur ab Attila | 168 e | <i>Pietas</i> uirtutum corona | 95 a |
| <i>Peringan</i> curtis regia donatur monast. O- ting. | 393 c | <i>Pilatus</i> Iudaeae procurator 131 eius mi- ser exitus | 132 d |
| <i>Perthesgadenfis</i> episc. Hugo | 254 g | ad B. <i>Pilgrimi</i> sepulchrum miracula | 319 f |
| <i>Pertinax</i> imp. | 140 b | <i>Pilgrimus</i> Laureac. archiep. nunciat pon- tifici Vngarorum conuersionem | 366 |
| <i>Persecutio</i> prima | | <i>Pilgrimus</i> archicapellanus Cunradi II. imp. | 13 e |
| secunda 135 f. tertia | 136 b | de <i>Pilstein</i> , comes Conrad. 262 d. | 277 f. |
| quarta 138 e. 139 b. quinta | 140 d | aduocatus Iuuuuiensis et Richersperg. | 270 b |
| sexta 142 b. septima | 143 b | <i>Pinea</i> fl. | 270 e. 278 a |
| octaua 143 g. nona | 145 c | <i>Pipinus</i> maior domus obit | 198 d |
| decima | 147 b | <i>Pipinus</i> cum fratre Carolomanno diuidit regnum Francorum 199 f. eius expe- ditiones in Italiam duae 201 b. Saxo- nes sibi subiicit 201 f. triumphat et obit | 202 c |
| <i>Persecutionum</i> finis | 151 g | <i>Pipinus</i> Caroli M. filius ungitur in regem Italiae | 203 g |
| <i>Perfante</i> fl. | 544 e | <i>Piriscenses</i> baptizati | 519 d |
| <i>Perusinus</i> episc. Albericus | 350 b | <i>Piscationis</i> tempora | 419 e |
| <i>Perusinus</i> episc. Honestus | 350 a | <i>Piso</i> nobilis adolescens adoptatus a Gal- ba Caesare | 134 d |
| <i>Pescennius</i> niger occifus | 140 d | <i>Pistorii</i> Io. collectio scriptorum quo loco habenda | 128 |
| <i>Pestis</i> 194 a. 295 a. crucigeris exitiosa | 342 b | <i>Pittine</i> , uicus, decimae ibi traduntur coe- bio Richersp. | 254 a |
| inguinaria | 185 c | <i>Pius</i> papa | 118 d |
| de <i>Petra</i> Albuinus | 252 g | <i>Placentia</i> , urbs Italiae | 127 d |
| de <i>petra</i> tabularum Mosis reliquiae | 420 c | <i>Placencius</i> Ioan. scripsit uitas episcoporum | 499 |
| de <i>petra</i> ubi natus est dominus | 421 c | <i>Placidi</i> martyrium | 137 d |
| S. <i>Petri</i> altare in Schwarzach. | 15 b | <i>Placitum</i> , i. e. concilium Paderbornense | 203 e |
| apostoli reliquiae | 420 a. d | <i>Plebei</i> admittuntur in coenobio Schwar- zac. | 31 f |
| corpus leuatum | 143 c | | <i>Plin-</i> |
| monasterium Wurceb. | 16 a | | |
| crematur | 294 d | | |
| <i>Petrinische</i> Pfennige | 550 g | | |
| S. <i>Petronellae</i> reliquiae | 419 d. 421 d | | |
| <i>Petrus</i> apost. crucifixus | 134 c | | |
| <i>Petrus</i> diaconus card. S. Mariae | 251 g | | |
| <i>Petrus</i> episc. Alexandr. Eutythianus da- mnatur | 171 a. 174 c | | |

ET RERVM MEMORABILIVM.

| | | | |
|--|----------------------------|---|--------------|
| <i>Plikensdorf</i> praedium censuale coenob. | | <i>Popiliensis</i> episc. Arnoldus, | 350 b |
| Mur. | 438 d | <i>Poppo</i> , abbas XIV. Schwarzac. | 21 a |
| <i>Plinius</i> iudex Traiani, | 130 b | <i>Poppo</i> episc. Bamberg. conspirat contra ec- | |
| <i>Ploysterhagen</i> accedit episcopatu Camin. | 560 e | cles. Herbipol. | 22 g |
| <i>Poelpelinense</i> monast. fundatum | 590 b | <i>Popponsol</i> , uilla censualis coenobio Murenf. | 437 g |
| de <i>Pogen</i> comitis impietas punita, | 345 g | <i>Poreuiti</i> idoli descriptio, | 512 f. 513 d |
| Bertholdus, | 254 b. 270 b | <i>Portuenses</i> episcopi, Benedictus, | 349 g |
| <i>Polabi</i> hodie Razeburgenses, | 512 d | Ioannes, legatus pontif. | 193 b |
| <i>Polchow</i> uilla confirmatur eccles. Camin. | 541 c | <i>Poru</i> , coenobium, | 581 f |
| <i>Polislaus</i> criuouftus dux Polon. inuitat S. | | <i>Postulatio</i> , usitata in episcopatu Camin. | 569 f |
| Othonem in Pomeraniam. | 517 c | <i>Posthumus</i> tyrannus, | 144 c |
| <i>Polonensis</i> episc. Gorbald. | 350 c | de <i>Preuarin</i> Carolus, | 249 c |
| <i>Polycarpi</i> episc. Smirnenfis martyriū, | 139 b | <i>Praebendae</i> XV. maiores in episc. Camin. | |
| <i>Polychronius</i> monotheleta excommunicatur, | 193 f | fundatae a ducibus Pomer. | 545 a |
| <i>Pomerania</i> non fuit tributaria Polonis, | 533 | <i>Praebendarum</i> collatio a quo fiat, | 545 a |
| in tota Pomerania unicus tantum episcopus, | 536 | <i>Precaria</i> dari prohibita, | 23 g |
| <i>Pomeraniae</i> bellum intestinum, | 599 b | <i>Praemonstratenses</i> , | 30 g |
| <i>Pomeraniae</i> historiae desiderium expletum | 498 | <i>Praemonstratensium</i> autor et regula, | 584 d. e |
| ducatus totus ad episcopatum uoluit transferri, | 541 b | <i>Praenestinus</i> episc. Stephanus, | 251 f |
| duces patroni et protectores episcopii Camin. | 542 a | <i>Praepositi</i> Murenfis officium, | 440 a |
| ducum priscorum de erigendo episcopatu consilia, | 520 g | <i>Praesentationis</i> ius denegatur Wenceslao imp. in episc. Camin. | 552 a |
| ducum bella cum marchione Brandenb. 541 c. 597 a. contentio cum episcopis, | 542 e | <i>Pragensis</i> episc. Adelbertus, | 220 g |
| consensus quousque necessarius fuerit ad electionem episcopi, | 566 f | Daniel, | 295 b. c |
| titulus, | 611 d | S. <i>Praxedis</i> reliquiae, | 16 e. 420 c |
| episcopatus conditor et conseruator, | 534 b. Caminum translatus, | uita msc. | 423 c |
| episcopalis sedes cur a quibusdam Iulini, ab aliis Vznae dicatur erecta, | 530 | <i>Preces</i> publicae indictae propter pestem, | 599 b |
| monasteria antiquissima, | 588 a | pro fanitate Ottonis, | 457 g |
| panoethria, | 588 a | <i>Precibus primariis</i> nullus locus in episc. Camin. | 554 a |
| principes religiosiores sub impp. Saxonibus, | 516 f | <i>Prenzlau</i> , castrum episcopatus Camin. | 537 d |
| <i>Pomerani</i> frustra implorant auxilium foederum foederis Schmalcaldici, | 518 c | <i>Presburgum</i> captum, | 259 g |
| gentiles mitiores fuere erga christianos quam Romani et Graeci, | 514 a | <i>Pribislaus</i> , persecutor christianorum, | 509 g |
| nullo cogente sed sponte fidem Christi suscipere, | 53 d | <i>Prisca</i> in Aliam uenit, | 133 b |
| omnium Vandalorum postremi ad fidem conuersi, | 515 a | S. <i>Prisciani</i> reliquiae, | 420 d |
| reliqui baptizati, | 578 b | super <i>Priscianum</i> glossae, | 424 e |
| <i>Pomeranorum</i> conuersionis occasio, | 518 f | de <i>Prisigin</i> Eberhardus, | 349 d |
| defectio punitur, | 514 d | <i>Priuilegium</i> non confirmatum per clericorum conlaudationem est inualidum, | 255 e |
| fercula, | 619 d | <i>Probinus</i> , exconsul, | 176 f |
| <i>Pomerellia</i> antiqua Pomeraniae pars, | 557 c | <i>Probus</i> imperator | 145 g |
| de <i>Pongowe</i> Otto et Wisint, | 249 d | <i>Processi</i> martyrium, | 134 a |
| | 276 f | <i>Proculi</i> martyrium, | 146 c |
| <i>Pontianus</i> papa, in Sardiniam deportatus, | 142 d | <i>Proculus</i> tyrannus interfectus, | 146 a |
| S. <i>Pontiani</i> reliquiae, | 16 d | <i>Prone</i> idolum Oldenburgensium, | 512 d |
| <i>Pontificem</i> eligendi potestas concessa Carolo M. 203 b. c. et Romanis, | 209 b | <i>Protei</i> Stoici baculus pluris uenditus, | 87 a |
| eius iurisdictio suspensa in terris euangelicis, | 561 f | <i>Protestantiam</i> nomen unde, | 643 d |
| | | <i>Prudentia</i> uera in quo consistat, | 108 f. g |
| | | <i>Pruze Iacob</i> fundat uicariam Camin. | 546 b |
| | | <i>Pruzenau</i> uilla confirmatur eccles. Camin. | 546 b |
| | | <i>Proti</i> martyrium, | 143 f |
| | | <i>Psalmi</i> Dauidis ante sacrificium cani iubentur, | 163 f |
| | | <i>Psalmorum</i> pretium, | 97 e |
| | | <i>Ptolomais</i> urbs expugnata, | 322 d |
| | | <i>Pudiglauense</i> monast. | 577 g |
| | | <i>Pumerdorf</i> uilla, | 270 f |
| | | accedit ecclesiae Richersp. | 270 f |

INDEX NOMINVM

| | | | |
|---|-------|--|------------|
| <i>Papienus</i> interfector Maximi imp. | 142 b | <i>Reigionensis</i> episc. Ermenaldus | 350 e |
| de <i>Puplof</i> nobiles, uasalli episc. Camin. | 560 e | <i>Reinselden</i> monasterium Holfatiae | 557 g |
| de <i>Pusini</i> comitis liberalitas in eccles. Richersp. | 270 e | <i>Reipelsdorff</i> , uilla: aduocatia ibidem conceditur episcopo | |
| <i>Puttosiorum</i> familia, | 591 e | <i>Reipublicae</i> literariae felicitates | 128 a |
| <i>Putmensis</i> sylua, | 278 a | <i>Reitenbassach</i> monasterium fundatum | 253 f |
| curtis accedit coenobio Richersp. | 270 f | <i>Religionis</i> mutatio in Pomer. non ui aut ar- | |
| <i>Putkomer</i> Georg. coadiutor episc. Camin. | 618 a | mis introducta | 6, 2 g |
| <i>Pyriz</i> castrum episc. Camin. | 536 g | <i>Reliquiae</i> sanctorum asseruatae | 16 d. 21 g |
| <i>Pyrribus</i> monotheleta damnatur, 190. 191 d | | sine breuibus | 421 e |
| | | super sepulchrum B. Alberadis impedi- | |
| | | unt eius canonizationem | 59 g |
| | | <i>Reliquiarum</i> matricula in coenobio Muren- | |
| | | rensi | 419 e |
| | | <i>Remense</i> concilium | 208 c |
| | | <i>Remigio</i> Remorum episc. | 176 b |
| | | <i>Rempertus</i> episc. Hamburg. apostolus Vandalorum | 251 d |
| | | <i>Responsum</i> facetum monachi | 588 d |
| | | <i>Retra</i> , metropolis Slauorum | 504 f |
| | | <i>Reuberi</i> collectio scriptorum quo loco habenda | 128 |
| | | <i>Reuenau</i> confirmatur eccl. Camin. | 541 e |
| | | <i>Rezensis</i> uicaria confirmatur | 629 c |
| | | de <i>Rheberg</i> Philippus episc. Camin. | 600 c |
| | | fundat uicariam | 609 e |
| | | <i>Rhagium</i> ciuitas | 192 e |
| | | <i>Rhetia</i> Slauorum metropolis | 511 c |
| | | a <i>Rhoda</i> Paulus restinguit Stetinensium fitem euangelii | 641 e |
| | | eius epitaphium ibid. g. zelus in praedicando euangelio | 644 f |
| | | de <i>Rhiboti</i> Sifrid. | 545 f |
| | | S. <i>Richardae</i> reliquiae | 420 a |
| | | <i>Richarius</i> episc. Patauiae | 373 b |
| | | <i>Richenza</i> de Chiburg | 401 |
| | | <i>Richenza</i> de Lenzburg | 401 |
| | | <i>Richerspergense</i> coenob. ampliatur | 243 b |
| | | <i>Richerspergensis</i> aduocatia uolenter inuaditur | 273 g |
| | | chronici elogia | 127 |
| | | coenobii aduocatia | 250 e |
| | | priuilegia | 246 seq. |
| | | ecclesia dedicata | 243 e |
| | | <i>Richerspergensium</i> fratrum querela de praedio ipsis ablato | 245 a |
| | | <i>Richerspergensis</i> praepositus Berwinus | 241 e |
| | | Gerlochus 331 c. Otto 347 b. Philippus 320 b. praeposituram resignat | 339 g |
| | | <i>Richoldus</i> abbas primus Colbacenf. | 581 a |
| | | <i>Ricimeres</i> anticaesar | 171 a |
| | | de <i>Riede</i> Redingerus | 267 d |
| | | <i>Rifriswyl</i> praedium censuale coenob. Mur. | 438 d |
| | | <i>Rigae</i> spargitur euangelii semen | 646 g |
| | | de <i>Rinselden</i> Chuono pater Rudolphi imp. | 401 |
| | | de <i>Rinzin</i> Geroldus | 425 g |
| | | <i>Riuduri</i> prisca Pomeraniae populi | 511 c |
| | | <i>Rodbertus</i> archiep. Mogunt. | 379 a |
| | | <i>Rodoaldus</i> R. Longob. | 188 f |
| | | <i>Roebach</i> uilla | 23 d |
| | | <i>Roerich</i> feudum templarijs concessum | 584 f |
| | | | Roma |

Q

Q *Vadratus* Adriani imp. praeceptor, 137 b
Quintilianus uel *Quintillus* imp. 148 b
 S. *Quinti* reliquiae, 420 d
 S. *Quirini* martyrium, 136 d

R

R *Abasi*, 205 f
Radagasus rex Gothor. inundat Italiam, 162
Radauke uilla donatur ecclesiae Camin, 541 c
Raddenso uilla capituli Camin, 595 d
Radduge fl. 544 e
Radigast idolum Vandalorum, 541 b
Radus fl. 165 f
Ram urbs orientis dedit se Turcis, 322 d
 de *Rambstein* Berchtoldus, 483 c
Ramele Arnold uendit episcopo Camin. omnia sua bona feudalia, 544 d
Rani idem ac *Rugiani*, 506 b
Ramshofen coenobium, 392 c
Rantersdorf curtis regia donatur coenobio Oeting, 393 c
Rapotho comes de Wolfesmarch 58 e
Rathfredus Fauianensis episc. 364 f
Ratinberg mons, 262 a
Ratisbonensia comitia sub *Conrado* II. 253 e
Ratisbonensium episcop. biographus, 499
Ratisbonensis episc. *Hartwicus*, 588 d
Isingrimus, 354 e
Petrus, 349
Tutto, 373 b
Ratpotus Frisonum princeps stolide respuit baptismum, 515 a
Razemarus D. Pomer. 576 g
Rechinaldus dominus Sidonis, 321 a
Reformationis primordia in Pomerania 633 c
Sundii, 642 d
Regensfridswyl praedium coenobii Murenf. 410 a
Regensdorffensis abbas *Lingerus*, 23 a
 de *Regensberg* *Luitolf*. 412 f. 469 b
Reginoburgium, idem quod *Ratisbona*, 386
 S. *Regulae* uita, 402 d
 S. *Regumfridi* reliquiae, 421 a

ET RERVM MEMORABILIVM.

| | |
|---|--|
| <i>Roma</i> fit caput omnium ecclesiarum 187 d | <i>Ruorippe</i> coenobio Richersp. donatur 231 c |
| obsessa ab Alarico R. Goth. 262 g | |
| <i>Romana</i> synodus 203 b | <i>S. Rupertus</i> conuertit Theodonem III. regem Norici 386 d |
| <i>Romani</i> de finibus Pannoniae pulsi 177 c | <i>Rupertus</i> numularius, abbas IV. mont. monach. 896 e |
| <i>Romanorum</i> castrorum uestigia in Heluetia 457 a | fit abbas Augustae diuitis 896 e |
| <i>Romanus</i> papa 216 f | de <i>Rüseyk Richwinus</i> 469 c |
| presbyter card. et cancellarius S. Rom. eccl. 259 g | <i>Rurzenbach</i> 437 g |
| de <i>Ronegen</i> comes Conrad. 284 b | <i>Rusa</i> fl. 428 a |
| <i>Rordorf</i> praedium coenob. Mur. 409 g | <i>Russim</i> uilla, confirmatur eccl. Camin. 541 f |
| <i>Roschildensis</i> episcopi patronus et defensor rex Daniae 557 g | <i>Russicorum</i> constitutio in coenobio Murenfi 482 f. uigiliae et officia 429 d. g |
| de <i>Rosenberg</i> dux Frider. 295 b | <i>Rutte</i> uicus dioeces. Laureacens. 378 d |
| <i>Rosentin</i> uilla confirmatur eccl. Camin. 541 e | |
| <i>Rosiliensis</i> episc. Radaldus 350 b | |
| <i>Rosson</i> uenditur episc. Camin. 556 e | |
| <i>Rotharius</i> rex Longob. 190 e | |
| <i>Rotiswyl</i> uicus dioec. Mur. 428 a | |
| de <i>Roumesperg</i> comes Godefr. 284 b | |
| de <i>Roumlingen</i> Werinandus 263 b | |
| <i>Rouma</i> coenobium 287 e | |
| <i>Rubenau</i> Henr. I. V. D. primus rector Gryphiswald. 613 e | |
| <i>Rucea</i> ciuitas 198 c | |
| <i>Rudegerus</i> abb. Murenfis 487 d | |
| <i>Rudingenus</i> abb. primus Stolpensis | |
| <i>Rudolfi</i> I. imp. lenitas et moderatio animi 502 a. memorabile religionis exemplum 484 b. in eius euectionem ad solium imperatoris carmina 485 seqq. | |
| <i>Rudolfus</i> II. religionis libertatem concedit euangelicis 501 e | |
| <i>Rudolfus</i> rex Burgundiae 224 c | |
| <i>Rietach</i> uicus Allatae 447 e | |
| <i>S. Ruedbertus</i> 185 b | |
| <i>Rugemann</i> et <i>Rugewitus</i> idola Rugianorum 512 d | |
| <i>Rugia</i> falso creditur Corbeiae donata, num pertineat ad episcopatum Camin. 508 b. 557 c. | |
| <i>Rugiae</i> prisci rectores 508 f | |
| <i>Rugiamundum</i> 588 e | |
| <i>Rugiani</i> accipiunt legitimos sacerdotes, 524 d. ad amplexanda sacra christiana compulsi 521 g. diu ante S. Othonem sacris christianis imbuti 521 b. | |
| <i>Rugianorum</i> idololatria 506 e. idolum descriptum a Tacito 504 c. conuersio 507 e. apud Rugianos XII. ecclesiae erectae 522 a. | |
| <i>Ruimerius</i> presb. Card. S. Nicolai 592 e | |
| de <i>Rumlano</i> Rudolf 482 e | |
| <i>Rumaldus</i> filius Grimualdi R. Longob. 192 b. | |
| <i>Runcinus</i> pro sella 60 g | |
| <i>Rungius</i> lac. superintendens Pomeraniae et concinnator corporis doctrinae Pomeran. 672 g. deputatur ad concilium Trident. 649 e | |
| <i>Ruodbertus</i> abbas Tuitionis 242 a | |
| <i>S. Rudibertus</i> transfertur 202 g | |
| | <i>S. Abesheim</i> (de) Brand et Erhardus 29 f |
| | <i>Sabinensis</i> episc. Conradus 25 c |
| | <i>Sabinianus</i> papa 187 d |
| | <i>Sabidinus</i> frater Saladini accipit munera ab imp. occid. 339 b |
| | <i>Sabinus</i> frater Vespasiani occisus 134 e |
| | <i>Sabinus</i> tyrannus Romam uastaturus occiditur 164 d |
| | <i>Sacerdotes</i> num possint ducere uxores 35 d |
| | <i>Sacerdotum</i> paganorum rabies 477 d |
| | <i>Sacramentorum</i> praefationes dictatae a Gelasio papa 176 c |
| | <i>Sacrificium</i> altaris in syndone lintea celebrandum 153 d |
| | <i>Saladinus</i> imperator Turcorum 321 d. ignominiose uictus a christianis 330 b. munera mittit splendida imperatori occidentali inter quae etiam uinum et frumentum intoxicatum 335 d g |
| | <i>Salina</i> curtis regia donatur coenobio Oetting 391 c |
| | <i>Salisburgenses archiepiscopi</i> , Adalbertus praefulatu se abdicat 295 g. Adelbertus praefulatu deiicitur 316. eundem recipit 320 b. Adalrammus 109 d. Adalwinus 211 f. Conradus 337 a. dat priuilegium coenobio Richersp. 253 f. ei conditionaliter electo ab imperatore inuestitura denegatur 287 d. coenobia sua religiosis et literatis replet 193 z |
| | de criminibus obiectis se purgare paratus, emanentibus aduersariis restituitur 314 f. Eberhardus solus papae fidelis 259 g. 280 d. priuilegium concedit coenobio Richersp. 220 f. Egilolphus 354 f. Fridericus 220 b. 347 g. 350 f. 370 b. Heroldus 218 b. culpa sua luminibus priuatus exauctoratur 347 g. Iohannes 202 b. Luitprammus pallium accipit 209 g. Theodmarus, primus archiep. 389 a. Virgilius 202 b. |
| | <i>Salmbronnen</i> praedium censuale coenob. Mur. 438 c |
| | <i>Salubria</i> urbs orientis, 321 f |
| | (Z z) 3 |
| | <i>Salz-</i> |

INDEX NOMINVM

| | | | |
|---|--------------|---|---------------------|
| <i>Salzburchou</i> curtis regia donatur coenobio Oting. | 393 c | <i>Scholae</i> christianis clausae a Iuliano imp. | 156 e |
| de <i>Satzburg</i> Harthnit, | 252 g | <i>S. Scholasticae</i> corpus in partibus Cenomanensium sepelitur, | 195 f |
| <i>Salomon</i> cancellarius Conradi imp. | 13 e | reliquiae, | 420 c |
| <i>Sanctitas</i> ridicula imperatoris Constantinop. | 326 c. 187 f | <i>Scholasticus</i> exarchus Italiae, | 198 b |
| <i>Sanctorum</i> omnium festum institutum, uita quatuor libris descriptae a Theodelinda, | 108 | <i>Scholl</i> Nicol. procellerarius Schwarzac. | 34 b |
| <i>Sanctus, sanctus, sanctus</i> intra actionem sacrificii decantari instituitur, | 137 c | <i>Schotti</i> Andr. collatio scriptorum quo loco habenda, | 128 |
| <i>Sanguineus</i> princeps Mesopotamiae, | 256 g | de <i>Schulenborgh</i> Werner, Coslinenses sediosos duci Pomer. reconciliat, | 616 d |
| <i>Sannonia</i> prouincia, | 139 b | <i>Schwarzach</i> fl. | 11 c. e. 14 g |
| <i>Saona</i> expectat auxilium contra Turcas, | 322 c | <i>Schwarzach</i> olim uilla, | 7 d. 9 e |
| <i>Saphora</i> ciuitas, | 311 d | incenditur, | 22 g. 24 e |
| <i>Sapor</i> rex Persar. male habet Valerianum imp. | 144 c | <i>Schwarzacense</i> coenobium, eius conditores, | 3 a |
| <i>Saraceni</i> inuadunt Siciliam, | 192 f | appellatio antiqua, 3 b. patronus, ibid. | |
| Carthaginem solo aequant, | 194 f | in crementa, 7 c. 24 a. commendatrix | |
| <i>Saracenorum</i> ingens multitudo | 322 g | 9 e. immedietas haud diuturna, | 16 e |
| <i>Sarcophagus</i> aureus et argenteus S. Felicitatis, | 16 c | augmenta sub Ebbone abbate | 12 d |
| <i>Sarfeniz</i> monasterium fundatur, | 590 a | confirmatio 14 d. ecclesia dedicatur, | |
| <i>Sarmensdorf</i> | 423 g | 16 b. chronica, 18 g. aduocata conceditur Hermanno episc. Herbipol. | 23 b |
| <i>Sarnen</i> uicus, | 440 f | aduocata alienari prohibita | 23 g |
| <i>S. Saturnini</i> reliquiae, | 16 d | pruilegia, 23 g. spoliatio, 24 c. angustiae, 93 e. rationes, 110. abbas primus infulatus, 33 c. patet furori seditionis rusticorum, 36 g. ob aeratum 29 d | |
| <i>Saturninus</i> tyrannus oppressus, | 146 a | desolatum, | 37 c |
| <i>Saxones</i> Britannia eieci, perdomiti a Dagoberto, | 169 d | <i>Schwarzenberg</i> praedium, | 413 c. 440 |
| fubiiciuntur Pipino Franc. R. Christo nomen dant, | 203 e. 515 f | <i>Schwellin</i> uenditur episc. Camin. | 556 e |
| <i>Saxonia</i> posthabetur Boioariae, | 784 | <i>Schwerzenbach</i> curtis regia, donatur coenobio Oeting. | 393 c |
| <i>Saxoniae</i> dux Henricus, episcopatus, | 555 a | <i>Sciri</i> Herulorum focii, | 172 a |
| episcoporum biographus | 499 c | <i>Scoti</i> errantes redarguuntur, | 189 g |
| <i>Scartenberg</i> donatur monasterio Richersp. | 231 e | <i>Scribae</i> sacerdotum munere functi, | 523 e |
| <i>Schaeltenbagen</i> accedit episc. Camin. | 597 e | <i>Scripturae</i> necessitas et utilitas, | 51 b |
| de <i>Schafhausen</i> Sigifrid. | 411 c. 467 f | <i>Scriptura</i> S. igne exusta sub Dioclatiano | 47 b |
| <i>Schartou</i> uilla donatur ecclef. Camin. | 541 c | <i>Scripturarum</i> lectio praecepta, | 96 g |
| de <i>Scheinfeld</i> Friderici liberalitas in monast. Schwarzac. | 23 c. 24 a | <i>Sculptura</i> elegans et arguta, | 580 b |
| <i>Schenk</i> Petr. Dolinger. interficit diaconum, | 27 f | <i>Sebach</i> aqua, | 332 e |
| <i>Schirensis</i> monachus Conradus, | 127 | de <i>Sebach</i> Richere, | 252 g |
| <i>Schisma</i> ingens circa electionem pontificis sub Henrico IV. | 239 a | <i>Sebastes</i> urbs Armeniae | 139 b |
| de <i>Scalach</i> Maganus, | 249 e | <i>S. Sebastiani</i> reliquiae, uita, | 419 f. 420 b. 425 b |
| <i>Schmalcadici</i> articuli, foederis focii auxilium denegant Pomeranis contra regem Daniae, | 558 c | <i>Sebastianus</i> tyrannus in Gallia, | 169 b |
| de <i>Schmelink</i> nobiles uafalli episc. Camin. | 560 e | <i>Sebonensis</i> episc. Wifundus, Zacharias, | 354 e |
| <i>Schmidt</i> Hiltbrand interficit diaconum, | 27 f | a <i>Seckendorf</i> uafalli abbatis Schwarzacensis, | 14 c |
| de <i>Schnellen</i> nobiles uafalli episc. Camin. | 560 c | de <i>Sede Romana</i> lepidum responsum legato pontificis datum, | 554 d |
| de <i>Schoenberg</i> uilla aduocata ibidem conceditur episcopo Bamb. | 23 b | <i>Sedinensis</i> ecclesia cur aedificata, | 582 b |
| <i>Schoenenwald</i> , uilla capituli Camin. | 595 d | <i>Sedinensium</i> doctores euangelici, | 635 g |
| <i>Schleiff</i> Nicol. interest. tractatui Suinensi, | 625 | <i>Seditio</i> Hierosolymitana, | 132 g |
| | | <i>Seefurth</i> Io. Erthmann, ciuis Colberg. fundat uicarias, | 546 c |
| | | <i>Seianus</i> consecrationi Christi se opponit, | 131 e |
| | | <i>Seleucia</i> Ifauriae urbs capta, | 139 a |
| | | <i>Selindorf</i> traditur coenobio Schwarzac. | 12 c |
| | | <i>Senf</i> | |

ET RERVM MEMORABILIVM.

| | | | |
|--|--------------|--|------------|
| <i>Senftinbach</i> riuus, | 262 c | <i>Siracusa</i> occupata a Saracenis, | 192 g |
| <i>Senioratus</i> familiae, | 413 d | <i>Siricius</i> papa, | 160 g |
| <i>Semis</i> martyrium, | 143 d | <i>S. Sixti</i> reliquiae 421 d. uita | 423 d |
| <i>Senones</i> populi, | 202 c | <i>Sixtus</i> papa autor sacraei ministerii | 137 e |
| de <i>sepulchro</i> domini reliquiae, | 420 b. c | <i>Sixtus</i> papa | 143 d |
| | 425 b | <i>Sirve</i> , i. e. Venus, dea Razeburgensium | 512 d |
| de <i>sepulchro</i> Dei genitricis reliquiae, | 425 b. e | <i>Slavi</i> funduntur a Conrado II. | 63 f |
| <i>Sepultura</i> christiana denegatur interfectis | | <i>Smelingi</i> nobiles uendunt castrum Gulzo | |
| in torneamento, | 52 e | episcopo Camin. | 544 c |
| <i>Serarii</i> Nic. collectio scriptorum quo loco habenda, | 128 | <i>Soaris</i> basilica [425 a. et reliquiae | 425 a. |
| <i>Serbow</i> uilla capituli Camin. | 545 d | uita | 407 d |
| <i>Seratum</i> mensura lactis, | 441 c | <i>Soldin</i> uilla donatur eccl. Cam. 541 a. con- | |
| <i>Sergius</i> monotheleta damnatur, | 190 e | firmatur | 541 e |
| <i>Sergius I.</i> papa Constantinopolim transportandus liberatur, | 195 c | <i>Sommerach</i> 32 f. aduocata ibidem emta | |
| crucem pretiosam reperit, | 195 a | ab abbate Schwarzac. | 25 d |
| <i>Sergius II.</i> papa, | 216 d | de <i>Sommerach</i> Otto, miles | 23 e |
| <i>Sergius III.</i> papa. | 217 c | <i>Sontius</i> fl. | 175 b |
| <i>Sergius IV.</i> papa, | 221 d | <i>Sophia</i> , Iustini imp. uxor, contemnit Nar- | |
| <i>Sergius V.</i> | 259 f | setem, | 183 c |
| <i>Serui</i> comes, Magnus, | 323 g | <i>S. Sophiae</i> reliquiae 419 d. templum Con- | |
| <i>Sester</i> mensura, | 441 b | stantinop. | 183 c |
| <i>Seuerianus</i> papa, | 190 d | <i>Soractense</i> monasterium | 199 g |
| <i>S. Seuerinus</i> episc. Colon. 162 f. eius propheta, 172 b. reliquiae, 426 c. uaticinium, | 177 e | de <i>Sornow</i> nobiles uasalli episc. Camin. | |
| <i>Seuerius</i> pertinax imp. | 140 g. 147 e | <i>Sossi</i> martyrium | 560 e |
| <i>Siagrius</i> patritius interficitur, | 174 c | <i>Soter</i> papa | 139 e |
| <i>Sicilia</i> inuaditur a Saracenis, | 192 f | in <i>sparta</i> duplici duplicia onera | 72 g |
| <i>S. Sicini</i> basilica, | 157 g | <i>Spirensis</i> episc. Otkerus | 349 f |
| <i>Sickenhausen</i> Conr. | 25 b | conuentus an. 1520. | 645 |
| a <i>Sidono</i> Albert. | 610 b | <i>Spirensium</i> episcopp. biographus | 499 b |
| <i>S. Sigberti</i> reliquiae, | 426 a | <i>Spolentinus</i> episc. Lupus | 550 d |
| <i>Sigebertus</i> R. Franc. | 183 g | de <i>spongia</i> domini reliquiae 420 c. | 421 e |
| <i>Sigefridianus</i> contractus renouatus, | 615 g | <i>Stabulensis</i> abbas Wigbaldus | 268 c |
| <i>Sigfridus I.</i> episc. III. Pomer. | 582 a | <i>Stadel Schwarzacensis</i> curia emta coenobio | |
| <i>Sigfridus II.</i> episc. XVII. Pomer. | 602 a | Schwarzac. 27 b. 29 f. abbatia uenit ad | |
| <i>Sigfridus III.</i> episc. XX. Camin. | 667 g | monast. Schwarzac. 25 c. domicilium | |
| ante regis Sueciae et Daniae consiliarius | 608 a | abbatis | 37 e |
| | | <i>Stadelon</i> accedit episcopatu Herbi. | 13 b |
| Vpfaliensem praefulatum recusat, | 608 b | <i>Stagen</i> uicus dioeceseos Murenf. | 428 a |
| plures uicarias instituit, | 608 g | <i>Stallikon</i> praedium coenob. Murenf. | 410 a |
| excommunicationem contra Bugislaum | | | 448 d |
| IX. renouat. | 609 a | <i>Stargard</i> Thom. praeco euangelii in Pomer. | 646 a |
| contractum init cum eodem. | 609 e | <i>Stargardiense</i> monasterium | 582 g |
| primus qui se scripsit Dei et apostolicae | | <i>Stargardiensis</i> districtus episcopatu Cam. | |
| fedis gratia episcopum, | 609 e | assignatus | 540 f |
| <i>Sigenhardus</i> abbas XII. Schwarzac. | 21 d | synodus, in qua praua et impudica clericorum uita taxatur | 618 a |
| lapidei sarcophagi autor, | 21 d | <i>Statua</i> aurea equestris decreta Claudio imp. | 145 b |
| Mengaudi ossa eleuat, | 21 e | de <i>Stauffen</i> Gotfrid. | 401 |
| <i>Sigeuinus</i> episc. IV. Camin. | 583 c | <i>Stegliz</i> castrum inuasum ab hostibus | 54 c |
| <i>S. Sigismundi</i> reliquiae, | 16 d. 420 c | strategemate diuinitus inspirato B. Alberadi liberatur | 54 e. 55 c |
| <i>Sigismundus</i> rex Burgundionum. | 197 c | reaedificatum a Razenburgo | 62 c |
| <i>Siglog</i> , Conrad. | 28 a | exitiosum coenobio Banz. | 62 e |
| <i>Sikkowa</i> mons, | 392 c | iussu spiritus cuiusdam donatur coenobio Banz. | 64 d |
| <i>Siluester I.</i> papa, | 153 d | et solenniter demolitur | 64 e |
| <i>Siluester II.</i> papa, | 223 e | <i>Steine</i> castrum | 231 f |
| <i>S. Simeonis</i> martyrium, | 136 d | de <i>Steine</i> Burchard | 276 f |
| <i>S. Simeonis</i> eremitae reliquiae, | 420 d. f | de <i>Steinach</i> Walchun | 270 c |
| <i>Simon</i> , abbas XXIV. Schwarzac. | 23 d | <i>Sterilitas</i> magna | 150 c |
| <i>S. Simplicii</i> reliquiae, | 419 g | <i>Stetineses</i> conditionate sacra christiana amplectuntur 519 g. ad gentilismum | |
| <i>Simplicius</i> papa, | 170 g | rela- | |
| de <i>Sinai</i> monte reliquiae, | 420 e | | |
| <i>Sinsgow</i> , uicus, | 441 a | | |

INDEX NOMINVM

| | | | |
|---|--------------|--|-------------------|
| relapfi reduniuntur ecclesiae | 520 d | <i>Suauius</i> familia nobilis et antiqua | 626 e |
| <i>uide etiam Sedinenses.</i> | | | |
| de <i>Sternberg</i> Bertholdus episc. Herbipol. | 60 d | <i>Suauihusen</i> | 425 g |
| <i>S. Stephani</i> abbas Guntherus 259 b. in- | | <i>Subaduocati</i> remoti | 275 g |
| uentio, liber msc. 163 c. 422 c. de eius | | <i>Subaduocatorum</i> ius ordinatur in coeno- | |
| lapidibus 419 d. 420 f. et uestimentis | | bio Richersp. | 273 a |
| reliquiae 425 b. c. monasterium Wir- | | <i>Subonensis</i> praepositus | 278 d |
| ceburgi 16 b. 43 c. aere alieno libera- | | <i>Sueno</i> Rugianorum apostolus indoctor | |
| tum | 95 g | episc. Archaiuensis | 524 a |
| <i>Stephansburg</i> castrum | 30 g | <i>Suessio</i> , urbs | 200 d |
| <i>S. Stephanus</i> lapidatur | 131 g | <i>Sueuicum</i> foedus rusticis seditiosis exitio- | |
| <i>Stephanus</i> papa auxilium Pipini quaerit | 200 e | sum | 37 d |
| Pipinum in regem ungit | ibid. | <i>Sufferanus</i> episc. Eufstadius | 160 e |
| in fedem restituitur | 201 c | de <i>Sulzbach</i> comites, Berengerus | 297 c |
| <i>Stephanus II.</i> papa | 208 c | Gerhardus | 283 f |
| <i>Stephanus III.</i> papa | 215 e | <i>Summerach</i> | 19 b |
| <i>Stephanus IV.</i> papa | 217 g | <i>Sunda</i> , urbs Pomeraniae | 585 e |
| <i>Stephanus V.</i> papa | 244 g | de <i>Sunebredesdorf</i> , Chadolt | 263 e. 270 d |
| <i>Stephanus</i> episc. Nepesinus | 212 f | <i>Suntheimensis</i> capellae ius patronatus ce- | |
| <i>Stephanus</i> monothelēta excommunicatur | 193 f | dit coenobio Schwarzac. | 23 c |
| <i>Stilico</i> tyrannus | 163 g | <i>Superintendentes</i> constituti et ordinati in | |
| <i>Stimmelius</i> Christoph. praeco euangelii in | | Pomerania | 560 d. 647 c |
| Pomerania 621 pastor et professor Se- | | <i>Superintendentum</i> ius episcopale restri- | |
| dinensis 621. eius episcēdia | 673 b | ctum 560 g. officia | 562 a |
| <i>Stiriae</i> marchio Otakar obit | 344 g | <i>Sursfeldensis</i> obseruantia | 33 e |
| <i>Stockheim</i> traditur coenobio Schwarzach. | 12 e | <i>S. Syluae candidae</i> episc. Windo | 349 g |
| <i>Stoislaus</i> princeps Rugianorum conuer- | | <i>Syluerius</i> papa | 180 f |
| sus | 523 b | <i>Syluester</i> papa | 221 c |
| <i>Stolpe</i> monasterii etymon | 576 g | <i>S. Syluestri</i> reliquiae | 419 g. uita 407 c |
| fundatores | 534 g. 575 a | <i>Symmachus</i> papa 176 e. episcopum Lau- | |
| <i>Stolpensis</i> abbas Henningus | 539 g | riacensem metropolitanum constituit | 352 a |
| <i>Stolpenses</i> amplectuntur euangelium | 636 c | <i>Symmachus</i> exconsul perimitur a Theo- | |
| <i>Stolpensium</i> primus euangelista | 636 c | dorico rege | 179 b |
| de <i>Stouessen</i> Agnesa, Rudolphi I. imp. uxor | 481 | <i>Synodi</i> uariae in Pomerania | 624 b |
| Gotfrid. 481 g. Henricus | 284 b | <i>Synodus</i> Aquilensis | 196 f |
| <i>Straßchirichen</i> uilla | 263 d | Carthaginensis | 163 d |
| <i>die Stubenkammer</i> , promontorium in pen- | | Constantinopolitana IIX. | 212 g |
| insula Tasmund | 504 g | eius constitutio | 213 a |
| <i>Strelbach</i> , uilla, decima et aduocatia ibi- | | Engelheimensis | 204 g |
| dem conceduntur episcopo Bamb. 23 b | | Ephesina prima | 165 d |
| de <i>Strengelbach</i> Albert. | 433 b | Euangelicorum prima | 647 d |
| <i>Strepurch</i> , uicus dioecel. Laureac. | 378 d | Franciae propter controuersias theo- | |
| <i>Stressow</i> , uilla confirmatur eccl. Camin. | 543 c | logicas | |
| <i>Stressow</i> praedium coenob. Murenf. | 409 g | Francofurtana | 205 f |
| <i>Strissow</i> uilla capituli Camin. | 595 d | Nicena eiusque lex | 96 f |
| <i>Storkheim</i> | 12 e | Pomeranensis | 609 g |
| de <i>Studize</i> , Vdalricus, aduocatiam Ri- | | Romana generalis | 191 g. 203 b. 319 |
| chersp. uiolenter inuadit | 237 g | Sedinensis | 619 g |
| <i>Suanteut</i> , numen praecipuum Rugiano- | | Stargardiensis, in qua praua et impu- | |
| rum, 507 b. eius descriptio 509 b. e- | | dica clericorum uita taxata, | 618 a |
| quus candidus 509 e. tributarii ib. d. | | Toletana, | 190 g |
| sanguine christianorum delectabatur | | Turonensis, | 286 d |
| 500 f. comburitur | 521 g | <i>Syphilis</i> , morbus, | 34 c |
| <i>Suanteuticae</i> idolatriae occasio | 502 c | <i>Syria defensa.</i> | 144 c |
| <i>Suantipolechus III.</i> dux Pom. monasterium | | fubiugatur a Chosdroe, | 188 a |
| <i>S. Nicolai</i> siue <i>nigrum</i> erigit 585 e. item | | capta a Turcis, | 321 d |
| abbatiam Buccouiensem | 585 g | | |
| <i>Suantipolechus III.</i> dux Pom. dotat mon- | | | |
| nast. Colbacense 580 f. custodia liberat | | | |
| Wenceslaum imp. | 552 f | | |

T.

| | |
|---|-------|
| T <i>Abariam</i> capta a Turcis, | 321 d |
| <i>Tabshaim</i> , donatur Oetingae, | 393 d |
| de <i>tabulis</i> Mosis reliquiae, | 425 c |
| <i>Tachels-</i> | |

ET RERVM MEMORABILIVM.

| | | | |
|--|--|---|-------------------------|
| <i>Tachelshouen</i> praedium censuale coenob. Mur. | 438 d | palatia hinc inde extruit, | 176 a |
| <i>Tacitus</i> imp. | 145 f | <i>Theodoricus</i> rex Franc. moritur, | 177 d 182 d |
| <i>Tagebrechtswyl</i> praedium censuale coenob. Mur. | 438 d | <i>Theodori</i> haeresis, | 181 d |
| <i>Tageno</i> scriptor expeditionis Hierosolymitanae, episc. Patauiens. | 343 a | S. <i>Theodori</i> reliquiae, | 425 b |
| <i>Takwill</i> uilla, | 405 c | <i>Theodorus</i> Anglorum apostolus, archiep. Laureac. pallium accipit | 192 a 176 g |
| <i>Talkwyl</i> praedium coenobii Mur. | 409 g | <i>Theodorus</i> papa, | 190 c. 216 f |
| <i>Tanais</i> fl. | 215 f | <i>Theodorus</i> pater S. Egidii, | 204 b |
| <i>Tancredus</i> rex Apuliae, | 344 d | <i>Theodorus</i> uir consularis, | 178 f |
| <i>Tarentum</i> , | 192 b | <i>Theodosius</i> filius Mauricii imp. occiditur, | 187 b |
| <i>Tartareto</i> barbariei magister, | 94 a | <i>Theodosius</i> imp. | 160 d. 161 a |
| <i>Tassilo</i> capitur a Gryphone Saxone, iurat Pipino et filiis eius, denuo deficit, | 200 a 201 e 202 | <i>Theodosius</i> minor imp. | 164 f |
| B. Valentini corpus tumulat Patauia, fidelitatem promittit Carolo M. excommunitur a papa, damnatur infidelitatis, se dedit Carolo M. monasterium intrat, | 203 g 204 a 204 c 204 204 g 205 b | <i>Theodotus</i> papa, | 188 f |
| <i>Taurisci</i> unde dicti, | 383 a | <i>Theophilus</i> episc. Caesareensis, | 140 a |
| <i>Techedinus</i> dux militum Saladini, | 322 a | <i>Theophilus</i> legatus Irenae imperatricis, | 206 b |
| <i>Tecislaus</i> rex Rugianorum conuersus, | 523 a. 524 e | <i>Theotmarus</i> archiepisc. Iuuauensis, | 373 a |
| S. <i>Tegnari</i> reliquiae, | 420 g | <i>Thermiphilae</i> , clusae Longobardorum, | 201 b |
| <i>Teleborus</i> oppidum, | 802 a | <i>Thesi</i> tabulae conseruatae Athenis, | 87 b |
| <i>Telephorus</i> papa ordinat paschia et hymnos eius alia institutio, | 137 a 126 e | <i>Thiedo</i> Tassilonis filius fit monachus, | 205 b |
| <i>Tempestas</i> horrida, | 345 a | <i>Thiemonis</i> archiepisc. Salisb. martyrium, | 236 g |
| <i>Templa</i> prima abhorrent ab elegantia et adparatu, | 386 f | <i>Thiemo</i> papa renunciatur, capitur et ad mortem damnatur, at miraculose seruat, 233 c. et liberatur, | 233 e 233 f 234 d |
| <i>Templarii</i> in Pomerania sedem figunt, | 584 f | <i>Thietgaudus</i> archiep. Treuirensis obit ex iudicio diuino, | 211 g 212 a |
| <i>Templum</i> Constantinopolitanum, Hierosolymitanum quamdiu steterit, | 187 g 135 b | S. <i>Thomae</i> reliquiae, | 421 d |
| <i>Temporis</i> pretium, | 103 b | <i>Thomas</i> abbas Banzensis, | 69 a |
| <i>Tenda</i> pro tentorio, | 321 g | <i>Thrasamundus</i> , rex Vandalorum, obit, | 174 f 178 a |
| <i>Tenrein</i> locus, | 438 f | <i>Thrasila</i> , miles Aetii, | 169 g |
| <i>Tenzelingen</i> praedium coenobii Mur. | 409 g | <i>Thronus</i> aureus Chosdroae, | 188 b |
| <i>Tergestinesis</i> episc. Richolfus, | 280 d | <i>Thubarus</i> fl. | 36 e |
| <i>Terisbach</i> Niedern, praedium censuale mon. Mur. | 438 d | de <i>Thunfeld</i> Henr. | 25 a |
| <i>Terminarii</i> interdicti, | 610 f | de <i>Thungen</i> Hiltbrannus, Wilhelm. tutor monasterii Schwarz. | 29 c 29 e |
| <i>Terraemotus</i> , | 134 d. 207 c | de <i>Thunuel</i> Hermanni et Eberhardi lites cum abbate Schwarzac. | 26 c |
| <i>Terricus</i> magister domus templi, | 322 c | de <i>Thurego</i> moneta, numus quid, | 413 c 420 c |
| <i>Testes</i> per autem attracti, | 252 f. 254 g. 263 e | <i>Thurricina</i> mensura, | 434 g |
| <i>Teiricus</i> rebellis in Gallia, | 144 d. 145 d | <i>Thydrada</i> Caroli M. filia, amica Ludouici II. imp. | 9 e 10 c |
| <i>Tettelbach</i> , | 20 f. 24 b | <i>Tibelimus</i> Noricorum Deus, | 383 a |
| <i>Tettelbacenses</i> decimae oppignorantur, liberantur pignoris nexu, | 27 g 34 f | <i>Tiberius</i> Caesar, 131 b. in uincula coniicit Agrippam, 152 b. eius iudicium de Christo, | 131 c |
| de <i>Thabaria</i> Bachibocus, | 322 a | <i>Tiberius</i> II. imp. 184 c. insurgit contra Leonem imp. | 196 a |
| <i>Thabor</i> mons occupatur a Turcis, | 322 b | S. <i>Tiburtii</i> reliquiae, | 420 a |
| <i>Tharbus</i> castrum donatur eccl. Camin. | 542 e | <i>Tiburtius</i> baptizatus, | 142 a |
| <i>Themistocles</i> inuidiam sentit, | 70 a | <i>Ticinensis</i> episc. Enodius, | 177 g |
| <i>Theobadatus</i> R. Gochor. extinctus | 179 b | <i>Ticini</i> asseruantur ossa S. Augustini, | 199 b |
| S. <i>Theodati</i> reliquiae, | 420 f | <i>Ticinum</i> diripitur ab Attila, expugnatur ab Herulis, | 168 e 172 d |
| <i>Theodebertus</i> R. Franc. a fratre Theodorico regno priuatur fit clericus, | 182 d. 184 b 188 d ibid. | <i>Ticinus</i> fl. | 197 e |
| <i>Theodmarus</i> rex Ostro-Gothorum, | 173 g | <i>Tierno</i> abbas VII. monast. S. Mich. | 402 a |
| <i>Theodora</i> augusta Iustiniani imp. | 180 f | de <i>Tierstein</i> Ita, Rudolf, | 399 410 e. 468 c |
| <i>Theodora</i> uxor Constantii imp. | 147 g | <i>Timaeus</i> cur dictus uituperator, | 88 g |
| <i>Theodoricus</i> R. Ostro-Gothorum in Italiam uenit, | 175 b | <i>Titi</i> imp. arcus marmoreus, | 114 c |
| Italiae regnum obtinet, | 175 g | <i>Tobele</i> uicus conceditur monasterio Richersf. | (A a a) |

INDEX NOMINVM

| | | | |
|---|----------|---|--------------|
| cherfp. | 231 f | Tyrus oppugnatur a Turcis | 321 b |
| de Tobele Walter, | 252 g | V. | |
| Tolbiacum castrum, | 188 d | V Alens imperator patrocinator haereticis 157 e. furit in episcopos 159 c crematur | ibid. g |
| Tolenzi prisci Pomeraniae populi, propter idolum Radegasti principatum affectant, | 511 d | B. Valentini corpus tumulatur Patauiae | 203 g |
| Toletana synodus, | 190 g | S. Valentini uita | 423 d |
| in Torneamentis interfectis sepultura christiana denegatur, | 51 c | Valentinianus imp. 157 d. 159 b. 167 e. 169 g | |
| Torneamentorum lex, ne quis sentiat contra SS. Trinitatem, | 516 g | Valentinianus iun. imp. | 164 g |
| Torosa, | 214 g | Valentinus papa | 209 e |
| Totila inuadit Italiam. | 181 f | S. Valeriani reliquiae | 425 b |
| de Toumbrunn Berthold. | 284 b | Valerianus conuersus a Caecilia uirgine | 142 a |
| Toutgarius scripsit super Marcum. | 8 g | S. Valerianus episc. Abensae ciuitatis | 173 a |
| Trageboto abb. XX. Schwarzac. | 22 b | eius reliquiae | e |
| Tragulphus abb. V. coenobii Schwarzac. | 14 b | Valerianus imp. primum fautor christianis | |
| Traba fl. | 245 f | 147 b. a Sapore rege Persarum indignis modis tractatur | 146 b |
| Traianus imp. initio lenior in christianos, | 130 f | Valkenberg uenditur eccles. Camin. | 556 e |
| Traiectensis episc. Ansfridus, | 258 c | Vandaliae diuisio | 504 b |
| Traiectensium episcop. biographus, | 499 | Vandali deuastant Africam | 165 a |
| Transmarini a clericatu excluduntur propter Manichaeismum, | 161 f | prostrati a Belisario | 181 a |
| Traun fl. | 392 b | idololatriae addictissimi | 504 c |
| Treptouianae decimae monasterio Belbungeni attributae, | 584 b | conuersi sub Ottone M. 511 e. deficiunt a fide et in christianos faeuunt 511 f cur difficulter Christo molen dederint | 521 d |
| Treuirenses archiepiscopi : Illinus | 268 b | Vargenim nobiles uasalli episc. Caminens. | 560 e |
| Maximinus | 135 e | Vasallus diaconus card. S. Eustachii | 251 g |
| Thietgaudus | 211 g | Vcaris fl. | 583 d |
| Tribenses baptizati | 578 b | Vdalricus abbas S. Lamb. | 249 c |
| Tridentinus episc. Arnandus | 350 c | Vdalricus Patauens. episc. | 241 e |
| Tridentinum concilium | 649 c | S. Vdalricus episc. Augustensis | 217 g |
| Tridentini concilii recusati causae | 520 f | eius reliquiae 419 d. 420 d. stola | 421 e |
| Triglas idolum sublatum | 511 b | uita | 402 c. 423 c |
| Tripolis expectat auxilium contra Turcas | 322 e | Veldan curtis regia donatur coenobio Oting. | 393 c |
| Trithemius Ioan. scripsit de uiris illustribus | 19 c | Venedi fedes occupant Boiorum et Sueuorum | 384 |
| Trocho ludens submergitur | | Venetiae dux Willarius legatus Nicephori imp. ad Carolum M. | 207 f |
| Trophini reliquiae | 420 b. d | Venetia redditur Carolo M. a Nicephoro imp. | 207 e |
| Tschudius Egidius, scripsit de armis nobilium familiarum | 459 f | Vennonum sedes | 383 b |
| Tuisco conditor Germanorum | 383 a | Venster mons | 383 b |
| Tullstadt, accedit episcopatu Herbip. | 13 b | Verae ecclesiae notae | 569 c |
| Tungrensis abbas claret | 196 e | S. Verenae uita | 407 d. 423 b |
| Tungrensum episcop. biographus | 499 | Verchen coenobium uirginum | 581 b |
| de Tunne Ekkehardus | 276 f | Viridensium episcop. biographus | 499 c |
| Tunzendorf. uicus dioeces. Lauriac. | 378 d | Verona inuaditur | 175 b |
| Turcae multas ciuitates orientis expugnant | 322 d | Veronensis episc. Ratherius | 350 c |
| Turcae in fugam coniecti 337. pacem petunt et impetrant | 338 b. f | planicies | 805 g |
| Tambur uilla confirmatur eccl. Cam. | 541 e | de Versen nobiles uasalli episc. Cam. | 560 e |
| Turmulen uilla dioeces. Murenf. | 422 f | Vespasianus mittitur aduersus Iudaeos | 134 b |
| Turonense concilium | 208 e | fit imperator 134 e. expugnat Hierosolymam | 134 g |
| Turonensis synodus | 286 d | Vestes sacrae tantum in ecclesiis induendae | 144 g |
| de Turonia comes Hub. | 207 f | de uestimentis XII. apostol. reliquiae | 420 e |
| Turonia occupatur a Normannis | 211 b | Vgrorum irruptio in Noricum | 389 b |
| Turricinus lacus | 405 b | faeuitia | 389 b |
| Turris argentea | 188 b | Vicariae diuersae fundatae Camini, | 546 a |
| Tusculanus episc. Ymarus | 259 e | cur institutae | 600 g |
| Tutto Ratisbon. episc. | 373 b | Vicetia urbs Venetia. direpta ab Attila | 168 e |
| Tattundus dux Auarorum | 364 a | Victor episc. Campuanus scripsit librum pascha | 180 d |
| de Tuiren Rupertus | 268 b | Victor | |
| de Twers Hugo | 255 a | | |

ET RERVM MEMORABILIVM.

| | | | |
|--|------------------|---|---------------------|
| <i>Victor</i> papa ordinat pascha et baptismū | 410 f | <i>Volusianus</i> Caesar, | 143 d |
| <i>Victor</i> II. papa | 232 e | S. <i>Vrbani</i> reliquiae, | 425 b |
| <i>Victor</i> III. papa | 272 b | <i>Vrbanus</i> I. papa, | 34 c |
| S. <i>Victoris</i> martyrium | 139 c. reliquiae | <i>Vrbanus</i> II. papa, | 142 a |
| 1419 e. 420 d. uita | 407 d. 423 b | <i>Vrbara</i> mensura uillicorum, | 431 a |
| S. <i>Victorini</i> martyrium | 136 b. reliquiae | <i>Vrdorf</i> uicus, 440 f. censualis coenobio | |
| <i>Victorinus</i> tyrannus | 144 d | Murenf. | 437 f |
| <i>Viebach</i> accedit ecclesiae Richersp. | 270 f | de <i>Vrihaim</i> Ainwich | 252 g |
| <i>Vigilius</i> I. papa | 181 b | S. <i>Vrsi</i> reliquiae, | 419 e. 420 d. 425 b |
| <i>Vigilius</i> II. papa | 181 c | uita, | 407 d. 423 b |
| <i>Vigilius</i> Caroli V. consiliarius | 569 d | <i>Vrsini</i> diaconi Romani turbae, | 157 g |
| <i>Villach</i> , pons | 392 c | <i>Vrzlikon</i> praedium censuale coenobii Mur. | |
| <i>Villici</i> officia | 430. 433 | | 438 d |
| <i>Vilimer</i> , Galliarum rector | 171 c | <i>Vsnamensis</i> abbas Wolterus, | 539 g |
| S. <i>Vincentii</i> tunica circumfertur | 183 e. | de <i>Vsinberg</i> Hesso, | 471 d |
| uita | 423 d | <i>Vstro</i> praedium coenobii Murenfis. | 409 g |
| S. <i>Vincentinus</i> episc. Rudolfus | 350 b | <i>Vta</i> uxor Arnulfi imp. | 387 e |
| <i>Vindelicum</i> | 385 e | <i>Vtinense</i> monasterium commendatur epi- | |
| <i>Vindonissenses</i> comites | 418 b | scopo Bathauino, | 388 a |
| <i>Vini</i> et aquae commixtio in S. coena | 137 a | <i>Vtinhusen</i> praedium coen. Mur. 409 a. 410 a | |
| <i>Vinochiensis</i> numus | 586 c | <i>Vtinum</i> idem quod Oringa, | 386 d |
| <i>Vinse</i> praedium coenobii Murenf. | 409 g | maufoleum regum et principum | 387 c |
| B. <i>Virgilius</i> episc. Salisb. 202 b. eius fe- | | <i>Vuae</i> super altari uenedicuntur, | 145 f |
| pulchrum reuelatum | 319 d | <i>Vulcani</i> olla, | 179 c |
| <i>Virgilius</i> poeta claret | 130 f | de <i>Vzittingen</i> Hartnit et Marchwart. | 255 a |
| <i>Virtus</i> a quibusdam tamquam propudio- | | <i>Vzna</i> hodie <i>Vsedom</i> 533 g. inde transfertur | |
| sa relicta | 70 c | sedes episcopalis, | 534 a |
| post funera uiuax | 79 a | | |
| <i>Visitatio</i> generalis in Pomerania | 647 a | | |
| <i>Visitationis-Raethe</i> | 562 | | |
| <i>Viscabensis</i> archipresbyter, Otaker | 278 e | | |
| de <i>Vischa</i> , Pabo | 265 a | | |
| <i>Vitalianus</i> papa | 191 g | | |
| <i>Vitellius</i> caesar | 134 e | | |
| ex <i>uitis</i> illustrium uirorum, quae utilitas | | | |
| capienda | 85 d | | |
| de <i>Vitium</i> cultura constitutio | 445 d | | |
| S. <i>Vitus</i> colitur a Rugianis | 506 b. c | | |
| S. <i>Viti</i> chorea 508 g. uita | 432 d | | |
| <i>Vlgestadt</i> pagus | 4 d | | |
| <i>Vlperg</i> uilla | 26 d | | |
| <i>Vltio</i> diuina propter ablationem praedii | | | |
| Richersp. coenobii | 246 a | | |
| <i>Vltraiectionorum</i> episcopop. biographus | 499 | | |
| <i>Vndecim millium uirginum</i> reliquiae | 421 c | | |
| <i>Vngarorum</i> rabies in Longobardia | 216 f | | |
| inuasio sub Ludou. inf. imp. | 217 f | | |
| <i>Vngari</i> tributarii facti ab Henrico auc. | 217 f | | |
| Germaniam depopulantur | 218 e. sed | | |
| profertuntur ab Ottone M. | 218 g | | |
| Christo nomen dant | 221 f | | |
| expellunt regem suum Petrum | 214 g | | |
| subiiciuntur ab Henrico III. | 225 a | | |
| barbare faeuunt | 376 b | | |
| <i>Vnclensis</i> episc. Ioannes | 350 d | | |
| <i>Vnsdruck</i> fl. | 229 e | | |
| <i>Vnrube</i> Nic. culinae praefectus Schwarz. | 34 b | | |
| <i>Vnsturensis</i> ecclesia plebalis, | 231 f | | |
| <i>Voccio</i> rex Norici, | 383 c | | |
| de <i>Voheburg</i> marchio Diepoldus et Her- | | | |
| mannus, | 270 b | | |
| <i>Volckach</i> uilla, aduocata ibidem concedi- | | | |
| tur episc. Bamb. | 23 b | | |
| <i>Volcmarus</i> antistes Furstenfeld, | 127 | | |
| <i>Volfersensis</i> episc. Petrus, | 349 g | | |
| <i>Volkueldense</i> monast. puellarum, | 9-4 | | |
| | | <i>W</i> <i>Achholt</i> , (de) Henricus episc. Cam. | 564 a. 592 e |
| | | <i>Wagrienses</i> tributa mittunt Suan- | |
| | | teuito, | 507 b |
| | | <i>Walaboch</i> praedium coenobii Murenf. | 409 a |
| | | de <i>Walde</i> Luitpolt, | 276 f |
| | | <i>Waldemar</i> rex Daniae cogit Rugianos ad | |
| | | christianismum, | 522 c |
| | | S. <i>Waldemeris</i> reliquiae, | 420 a |
| | | <i>Walderus</i> abbas IX. Schwarzac. | 16 b |
| | | <i>Waldo</i> , episc. Frising. | 373 b |
| | | <i>Waldrada</i> concubina Lotharii imp. | 211 g |
| | | copulatur eidem legitime, | 212 b |
| | | a <i>Waldstein</i> , Benedictus episc. Camin. | 617 d |
| | | <i>Walenswyl</i> uilla dioeces. Murenf. | 427 f |
| | | <i>Walpurgae</i> reliquiae, | 420 d |
| | | <i>Waltberus</i> abbas III. Schwarzac. | 28 a |
| | | <i>Waltpehtingen</i> Cundakar, | 255 a |
| | | <i>Waltrauicus</i> censualis coenobii Mur. | 439 c |
| | | <i>Wanenbach</i> donatur monast. Reicherf. | 231 c |
| | | <i>Warsin</i> uilla, donata Colbacensi coen. | 580 e |
| | | <i>Wartislaus</i> stips communis ducum Pome- | |
| | | raniae fit christianus, | 516 g |
| | | conditor et conseruator episcopatus | |
| | | Pomeran. martyrio coronatus, | 534 f |
| | | eius adhortatio ad populum, | 531 f |
| | | inuitatio eiusdem nullam arguit episco- | |
| | | patus Camin. dependentiam, | 532 f |
| | | <i>Wartislaus</i> Pomer. confirmat donationes | |
| | | episcopatus Camin. factas, 441 g. et pri- | |
| | | uilegia antecessorum, | 542 g |
| | | <i>Wartislaus</i> X. D. Pomer. | 598 c |
| | | <i>Wartigissus</i> uicus, | 439 f |
| | | de <i>Wedel</i> nobiles uasalli episc. Cam. | 560 e |
| | | <i>Wedelstedii</i> nobiles uendunt castrum Gul- | |
| | | zo-episc. Camin. 544 c. uasalli eiusd. | 560 e |
| | | <i>Weiuelt</i> traditur coenobio Schwarzac. | 12 d |
| | | <i>Weles</i> curtis regia donatur coenobio | |
| | | (A 22) 2 Otin- | |

INDEX NOMINVM ET RERVM MEMORABILIVM.

| | | | |
|--|----------------|---|--------------|
| Otingensi, | 393 c | de <i>Witelinesbach</i> Otto com. palatinus. | 268 d |
| <i>Welfeshock</i> | 229 e | de <i>Witerun</i> Eberhard. | 270 f |
| <i>Welfo</i> dux Bauar. | 228 a. 233 d | <i>Wirigo</i> rex Gothorum, | 179 e |
| de <i>Wellenbaim</i> Frider. | 268 b | <i>Wittouiae</i> Poreuit9 adhuc conspicitur, | 513 c |
| <i>Wenceslaus</i> frustra praesentat cancellarium suum in episcopatu Camin. | 552 d | <i>Wizlaus</i> II. Rugiae princeps fundat abbatiam <i>Hiddenfem</i> , 592 a. it. <i>Capensem</i> | 585 g |
| cur hunc praesentationem sibi arrogarit, 602 d. custodia liberatur ope <i>Suantribori</i> III. duc. Pomer. | 552 f. 603 a | de <i>Wolde</i> nobiles uasalli episc. Camin. | 560 e |
| de <i>Werpfeldt</i> Gotfrid. emit <i>den Lichtenwald</i> , | 28 b | <i>Woldemarus</i> march. Brand. dotat Cam. | 542 a |
| de <i>Wenge</i> Henricus, | 255 a | <i>Wolen</i> praedium coenobii Mur. | 409 g |
| <i>Werben</i> oppidum uenditum monasterio <i>Colbac</i> . | 595 | <i>Wolfschiesse</i> uicus, | 440 f |
| <i>Werde</i> uicus conceditur monasterio <i>Richerf</i> . | 231 f | de <i>Wolfesmarck</i> c. aduocatus coe. <i>Banz</i> . | 58 c |
| <i>Werercherus</i> erigit et dotat monast. <i>Richerf</i> . | 231 c. e | S. <i>Wolfgangus</i> apparet S. <i>Henrico</i> , | f |
| <i>Weriant</i> de <i>Witiniswaldt</i> , | 249 c | <i>Wolfgangus</i> episc. <i>Ratisbon</i> . | 220 a |
| <i>Wernbarius</i> de <i>Habsburg</i> coenobii Mur. renf. fundator, | 413 a. 459 f | <i>Wolgastensium</i> idola, | 512 a |
| <i>Werinolfus</i> abbas <i>Oetingensis</i> , | 391 g | <i>Wolfgerus</i> abbas IX. <i>Schwarzac</i> . | 16 c |
| <i>Wetwyl</i> praedium coenobii Mur. | 410 a | <i>Wolfgerus</i> episc. <i>Wirceb</i> . | 3 e |
| S. <i>Wibradi</i> reliquiae, | 420 | <i>Wolfhere</i> de <i>Regernwag</i> , | 252 g |
| de <i>Wida</i> Henricus | 284 b | <i>Wolfkerus</i> episc. <i>Patau</i> . | 343 d |
| <i>Wido</i> <i>Curiensis</i> episc. | 475 b | <i>Wolfrat</i> comes de <i>Treuini</i> , | 249 c |
| <i>Wido</i> dux <i>Spoletanus</i> anti-Caesar <i>Arnulfi</i> , | 215 d. moritur | <i>Wolframus</i> abbas XV. <i>Schwarzac</i> . | 21 b |
| die <i>Widders</i> mansum, | 26 b | de <i>Wolfsbach</i> Georg. abbas <i>Schwarz</i> . | 34 c |
| <i>Wietold</i> idolum <i>Vandalorum</i> adhuc conspicitur, | 513 e | <i>Wolgaſt</i> castrum episc. Camin. | 536 a |
| <i>Wigbaldus</i> <i>Corbacensis</i> abbas, | 268 c | <i>VVollin</i> confirmatur episc. Camin. | 536 a |
| <i>Wiglinus</i> de <i>Noriberga</i> , | 27 f | de <i>VVolmutisach</i> <i>Pilgrimus</i> , | 254 b |
| <i>Wildenbeub</i> templarius in feudum concessum, | 584 f | <i>Wormatienses</i> episcopi. <i>Buga</i> de <i>Ahorn</i> , | 100 a |
| <i>Wilhelmus</i> I. chori episc. Camin. | 587 d | <i>Conradus</i> | 268 c |
| <i>Wilhelmus</i> II. episc. Camin. religiosorum omnium speculum, | 595 e | <i>VVormatiensium</i> episc. biographus, | 499 b |
| de <i>Wilezheim</i> <i>Gerhardi</i> donationes, coenobio <i>Schwarzac</i> . factae, | 19 f | <i>VVostentin</i> uilla confirmatur eccl. Cam. | 541 e |
| <i>Willarius</i> dux <i>Venetiae</i> , | 207 f | de <i>VVundingesalze</i> <i>Sigeboto</i> . | 112 d |
| <i>Willibrordus</i> , missionarius, episc. <i>Fresonum</i> , | 19 a. b | <i>VVurstefeld</i> appropriatur praepositurae <i>Diminensi</i> , | 545 d |
| de <i>Willifow</i> <i>Wernherus</i> , | 480 g | <i>VVusterhusen</i> accedit archidiaconatu <i>VVnaniensi</i> , | 545 e |
| <i>Wilfan</i> dux <i>Vilforum</i> | | <i>VVusterhusensis</i> ecclesia consecrata, | 591 a |
| <i>Wilfi</i> primitiae <i>Vandalorum</i> fidelium, | 516 b | <i>VVustentin</i> uilla capituli Camin. | 595 d |
| <i>Winterhasensis</i> ecclesia consecratur, | 598 g | <i>VVyl</i> praedium coenob. Mur. | 409 g. 427 f |
| <i>Wirceburgensis</i> episcopi: | | X. | |
| <i>Adelbertus</i> , 27 g. <i>Andreas</i> , 24 f. <i>Bertholdus</i> , 60 d. <i>Burchardus</i> , | 3 c | <i>Xerxes</i> res <i>Perſarum</i> opprimitur, | 141 f |
| <i>Arno</i> , 11 a. <i>Conradus</i> , aulae imperialis cancellarius, 22 f. <i>Erlingus</i> 20 e. <i>Imbrico</i> 253 e. <i>Ioannes</i> de <i>Brunn</i> , | 30 g | <i>Yginus</i> papa autor cleri, | 138 b |
| <i>Ioannes</i> de <i>Grumbach</i> , 32. <i>Iringus</i> 24 f. <i>Laurentius</i> a <i>Bibra</i> , 34 c. de <i>Limburg</i> baro, 31 d. <i>Magwalwaldus</i> , 25 e. <i>Otto</i> 27 a. <i>Rudolfus</i> 12 d. <i>Wolfgerus</i> , | 3 c | <i>Ymarus</i> episc. <i>Iuſculanus</i> , | 259 c |
| <i>Wolframus</i> , | 26 a | <i>Ymna</i> conditrix coenobii <i>Schwarzac</i> . | 3 a |
| <i>Wirceburgensis</i> ecclesia uexata a multis, | | <i>Ywonantus</i> festum institutum, | 123 d |
| <i>Wirceburgensium</i> 22 g. episcopp. biographus, | 499 c | <i>Yrolfus</i> <i>Laureacensis</i> archiep. confirmatur et pallium accipit. | 364 f |
| <i>Wirceburgum</i> in manus inimicorum uenit, | 23 e | <i>Zabelstein</i> (de) <i>Gertrud</i> . | 24 e |
| <i>Wisnbeida</i> , accedit episc. <i>Herbipol</i> . | 13 c | <i>Zacharias</i> papa, 199 c. <i>Pipinum</i> regem <i>Francor.</i> declarat, 200 c. eius responsum super dethronificatione <i>Chilperici</i> , 11 f | |
| <i>Wisundus</i> episc. <i>Sebonensis</i> , | 354 e | <i>Zano</i> , destructor simulacri, | 522 e |
| | | le <i>Zaringe</i> dux <i>Bertholdus</i> , | 268 b |
| | | de <i>Zarten</i> nobiles uasalli episc. Camin. | 56 e |
| | | <i>Zabullem</i> pagus, | 4 d |
| | | <i>Zelin</i> uilla confirmatur eccl. Camin. | 541 c |
| | | <i>Zelingen</i> praedium coenob. Mur. | 409 g |
| | | S. <i>Zenonis</i> reliquiae, | 426 c |
| | | <i>Zeno</i> imp. occident. | 171 f |
| | | <i>Zenobia</i> regina <i>Syriae</i> , | 145 d |
| | | <i>Zepherinus</i> papa, | 141 d |
| | | <i>Zernebock</i> idolu <i>Vandaloru</i> , <i>Deus niger</i> | 513 c |
| | | <i>Zinetta</i> bestiola moscum ferens mittitur <i>Friderico</i> barb. | 330 f |
| | | de <i>Zeuletsheim</i> <i>Egehardus</i> | 19 d |
| | | <i>Zosimus</i> papa, | 162 g |
| | | <i>Zuanteuit</i> uide <i>Suanteuit</i> . | |
| | | <i>Zuffikon</i> , | 437 a |

F I N I S.

✠ (o) ✠

